Digitized by Google



Digitized by Google

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

SUMMA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, EXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, DT EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODRUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CL.

GREGORIUS PALAMAS. CONSTANTINUS HARMENOPULUS. THEOPHANES NICÆNUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

BR
60
.M38
t. 150

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNI 1345-1350.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ,

ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GREGORII PALAMÆ,

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA

THEOLOGICA, HOMILETICA, HAGIOGRAPHICA, POLEMICA, ASCETICA.

ACCEDUNT

GREGORII SINAITÆ, CONSTANTINI HARMENOPULI NOMOPHYLACIS, MACARII CHRYSOCEPHALI PHILADELPHIENSIS METROPOLITÆ, JOANNIS CALECÆ CPOLITANI PATRIARCHÆ, THEOPHANIS NICÆNI ARCHIEPISCOPI, NICOLAI CABASILÆ THESSALONICENSIS,

QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

GREGORII TOMUS PRIOR, CÆTERORUM TOMUS UNICUS.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1345-1350.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CL CONTINENTUR.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.

De Const. Harmenopuli ætate, vita et scriptis editis et ineditis. 9

Const. Harmenopuli libellus de opinionibus hæreticorum qui singulis temporibus exstiterunt. 19

De fide orthodoxa. 29

Narratiuncula de tribus tomis synodicis in quibus omnes adversus imperatoriam majestatem turbarum aut rebellionis duces eorumque adjutores et conscii anathemate percutiuntur. 41

Contra Gregorium Palamam. 43

Epitome canonum. 45

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS PHILADELPHIENSIS METROPOLITA.

Oratio in Exaltationem venerandæ et vivificæ Crucis. 173

Prooemia ad Commentarios in novum Testamentum. 229

De universali Orthodoxiæ solemnitate ob restitutum sacrarum imaginum honorem. 241

Ῥοδώνιον sive *Florilegium* (Excerpta). 243

JOANNES CALECA CPOLITANUS PATRIARCHA.

Joannis Calecæ homiliarum ineditarum Index ex Montefalconii Bibl. Coislin. 249

Homilia in Dominicam ante Exaltationem crucis. 253

Homilia in tertiam Jejuniorum Dominicam. 263

THEOPHANES NICÆNUS ARCHIEPISCOPUS.

Monitum Editorum, in quo vera Theophanis ætas statuitur contra Pontii a Leone sententiam, qui an. 1590 *ejus opera Græc. Lat. edidit.* 279

Theophanis Epistolæ. 287

NICOLAUS CABASILA, THESSALONICENSIS METROPOLITA.

Ejus vita, res gestæ, scripta. 355

De divino altaris Sacrificio. Præmittitur Gentiani Herveti interpretis ad lectorem admonitio. 363

De vita in Christo libri septem : Latine ex ed. Jacobi Pontani ; Græce in D. W. Gass *Die Mystik des Nikolaus.* 491

Sermo contra feneratores, ex Davidis Hœschelii editione, cujus lacunas supplevimus ope codd. Paris. 970 et 1213. 727

Laudatio sanctæ myroblytidæ Theodoræ, sanctimonialis Thessalonicensis, cum prævio Danielis Papebrochii commentario. 719

GREGORIUS PALAMAS THESSALONICENSIS METROPOLITA.

Notitia ex Bibliotheca Fabricii ed. Harlesii. 771

Operum Gregorii Palamæ argumenta ex codd. Coislin. 799

De Gregorio Palama Græcorum Sententiæ. Insunt : Gregorii Acindyni Iambi ; Andreæ Colossensis Dialogus ; Joannis Cpolitani tomus ; Anonymi (sed Constantini Harmenopuli) de hæresibus Palamæ ; tomus condemnationis ejusdem, sermo patriarchalis quo proscribuntur Palamas et ejus fautores ; Simeonis, Xerocerci monasterii abbatis, ex libello de sobrietate et attentione in gratiam Hesychastarum, seu Umbilicanimorum, scripto ; patriarchæ Cpolitani tomus contra Synodum Palamitarum ; Davidis monachi relatio de dissidio Barlaami et Palamæ. 843

GREGORII PALAMÆ OPERA.

Theophanes, sive de divinitatis et rerum divinarum communicabilitate et incommunicabilitate. 909

Prosopopœiæ, id est Dialogus Corporis et Animæ coram judicibus causam dicentium. Latine col. 959, Græce col. 1347. 959

Vita S. Petri Athonitæ ; præmittitur Conr. Janningi Commentarius. 939

Antonii Bortoli Monitum in Palamæ scripta ascetica. Ex Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν, *Venetiis* 1782 *edita.** 1041

De passionibus, virtutibus, et mentalis quietudinis fructibus, ad Xenam sanctimonialem. 1043

Decalogus Christianæ legis 1089

De Hesychastis. 1101

De oratione et puritate cordis. 1117

Capita CL physica, theologica, moralia et practica. 1121

Hagioriticus tomus pro Hesychastis, cui inter alios subscribit « monachorum minimus Joasaph, » quondam Joannes Cantacuzenus imp. Cpolitanus. 1225

Notitia in Gregorii Sinaitæ opuscula ascetica. 1237

Gregorii Sinaitæ capita de ascesi per acrostichidem. 1241

Ejusdem capita a ia. 1299

Ejusdem de quiete et oratione ; item de signis gratiæ et erroris ; et quæ sit differentia fervoris et orationis ; et quod sine duce facile superveniat error. 1303

De quietudine et duobus orationis modis. 1313

Quomodo oporteat sedere hesychastam ad orationem, nec cito assurgere. 1329

* Propter materiæ cognationem Palamæ Asceticis ex eodem libro subjecimus etiam Gregorii Sinaitæ opuscula ejusdem argumenti, qui Palamæ coævus exstitit. Hæc omnia huc usque pro ineditis ab omnibus bibliographis habebantur ; nullus enim *Philocaliæ* editionem novit, cujus exemplaria omnia Venetiis in Orientem transmissa sunt.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE

Digitized by Google

ANNO DOMINI MCCCXLV.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.

NOTITIA.

(Fabric. Harl. Biblioth. Gr. t. XI.)

Constantinus Harmenopulus ad medium duodecimum sæculum refertur a multis, et nominatim a Caveo (1) et a Petro Bælio (Réponse aux questions d'un provincial, t. I, ch. 53, p. 482) ; quare hoc etiam capite illi locum dare volui. Verius tamen est, medio sæculo decimo quarto demum illum floruisse, ut ex jam dicendis patebit. Natus est circa ann. 1320 Cpoli (2) patre Curopalata, matre Muzalona Jo. Cantacuzeni imp. consobrina. Ad decimum sextum annum ætatis liberalibus Græcorum disciplinis a Philastrio monacho studita institutus, post auditum Leonem monachum (3) ad annum usque vicesimum Latinis litteris navavit operam sub Aspasio monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad jurisprudentiam se contulit doctore Simone Attaliata, pronepote Michaelis illius, cui Juris Compendium Græci debent. Eo magistro velocissimi ingenii juvenis ad eam sapientiæ famam pervenit, ut duodetricesimo ætatis anno antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus principes Græci et legum stipendia emeritis plurima concedebant. Tricesimo ætatis anno Judex Dromi, quod civilium dicastarum supremum tribunal fuit, renuntiatus, et inter consiliarios ascitus principis (4), quos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis et sapientiæ gloria id muneris exsecutus est, ut, Cantacuzeno e solio, quod occupaverat, deturbato (5), nullam fortunæ aut dignitatis mutationem sit passus, quinimo, patre defuncto, auctus honoribus, Sebastus et Curopalata ad Cæsarem (6) propius accedere jussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Bryenniæ conjugis matrimonio felix ad legum interpretationem se contulit, tanta ubique et gravitate et eruditione, quantam nobis ubique ingerunt ejus in *Digestum* (7) *ac codicem* luculentissimi *Commentarii*, *Explanationes Novellarum*, *Prochiron juris utriusque*, aliaque, quæ passim Latinis Ictis ad auctoritatem præsentissimam evocantur, quæque tanti Græcis habita sunt, quanti olim priscis Latinis effata Scævolæ, Pauli, Caii, Ulpiani, aliorumque hujusmodi, quorum in jure summa auctoritas. *Sapientissimum* appellatum a Michaele Balsamone (8), *peritissimum legum* a Nicolao Cabasila (9), *Os jurisprudentiæ* antonomastice, et *Jurisconsultum* κατ' ἐξοχὴν a Nilo Rhodio (10), et ab ipso Philotheo (11) patriarcha Cpol. *Thesaurum Nomicum*, disces ex pluribus virorum hujuscemodi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum canones attigit, cum *præfectus Thessalonicæ* summo cum *Nomophylacis* imperio per otium amavit sacra tractare, ea diligentia et fide, ut inter canonistas Græcos principem locum, judice Nicolao Comneno, obtineret, et Nilo Rhodio vocetur, διδάσκαλος καὶ κανόνων ἑρμηνευτὴς ἀνεπίληπτος, suffragante Georgio Coressio Additionibus ad *bibliothecam* Photii et Christophoro Campana Chio, *Canonarcha de vi canonum*, scholio ultimo. Diem obiit supremum Cpoli ann. 1380 (vel 1383 (Fabr.). Vindobonæ in cod. Cæsar. 11 n. 8, est Philothei testimonium de ætate Constantini Harmenopuli. *V.* Lambec. VI, part. I, p. 87 sqq. ibique Kollarii not. p. 89 sq. Id testimonium Lambec. exhibet integrum (quod Fabric. postea in sect. 2 repetiit), ex eoque docet Constant. Harmen., qui in eo vocatur *nomophylax sacri imperatorii secreti et judex urbis Thessalon.* composuisse *Promptuar. juris civil.* et *Epitomen juris canon.* sub imperio impera-

(1) In *Histor. litter. SS. Eccl.*, tom. II, p. 226, ad ann. 1150, ed. Basil. Sed Caveum jam refutavit Tenzel in *Monatlichen Unterredungen*, etc., m. cit. 1690, 8, p. 967. (Harl.)

(2) Accuratam hanc de Harmenopulo notitiam debeo Nicolao Comneno Papadopoli, p. 143. *Prænotionum mystagog.* editarum Neapoli 1695, fol. Comnenus testatur se usum Georgii Coressii et Maximi Planudæ Paralipomenis ad *Bibliothecam* Photii.

(3) Hunc, cum non diu post archiepiscopum Mytilenæum fuisse constet, Nic. Comnenus eumdem putat fuisse cum Leone Magentino, cujus commentarii in scripta Aristotelis exstant.

(4) Joannis Cantacuzeni imp.

(5) Ann. Christi 1355.

(6) Joannem Palæologum.

(7) De his Harmenopuli scriptis partim adhuc ineditis plura dixisse se Comnenus testatur in opere, quod inscripsit *Græciæ Sapientis testimonium*. Illud non vidi.

(8) In Anaphora III, c. 5.

(9) In quæst. de matrimonio, apud Christoph. Campanam Canonarcham.

(10) In Sylloge canonum ad canones concilii Cpol. sub Cantacuzeno.

(11) Orat. 2, de pace Christi.

1416

Digitized by Google

tricis Annæ Palæologinæ, hujusque filii, Joannis Palæologi ann. a creato mundo 6853, h. e. ann. Chr. 1345, et retractat, aliorum olim secutus rationes, sententiam antea libro v Comment. in Indic. I, p. 688 sq., et 771 (sed *v.* Kollar. *ibid.*, p. 555) prolatam, rejicitque opiniones Theod. Ad. Svallemberg. (*V.* postea ad sect. 2), Marquardi Freheri in Chronologia, præfixa Juri Græco Romano, ac Josephi Mariæ Suaresii in Notitia Basilicorum (12), qui ætatem Constantini Harmen. alligarunt a. C. 1143 (quos etiam secutus est Burc. Gotthelf. Struv. in *Historia juris*, Ienæ 1718, 4. p. 341 ac 605); atque Jac. Gothofredi, in Manuali juris (p. 79, edit. 11 Genev. 1710, 12); ac Philippi Labbei in *Biblioth. chronolog. SS. Eccles.*, qui illius ætatem retulerunt ad ann. Chr. 1150; Christfr. quoque Waechtlerus in Opusc., p. 591, vulgarem sententiam amplexus, Harmenopulum jam sæc. XII vixisse contendit, sed ideo notatus a Trotzio in præfat. ad Waechtleri Opusc. p. 75 aliique. *Vid.* ad fin. sequentis paragraphi 2. — Contra de ætate ejus cum Fabricio consentiunt Oudin. in Comment. de SS. Eccles. tom. III, p. 924, ad ann. 1340; Hamberger in *Zuverläss. Nachricht.*, t. IV, p. 613 sq.; Saxius, in *Onom. lit.*, part. II, p. 363 sq., ad ann. 1345, qui præterea plures viros doctos præcipue scriptores *Histor. juris* de eo laudat; Sammet, in Opusculis, Lips. 1763, 4, p. 30; — Jo. Aug. Bachius, in *Hist. jurisprud. Rom.*, et Aug. Corn. Stockmann. in Not. ad illam, p. 655 sq. ed. quintæ; Pohl. ad Suares. l. c. p. 16, qui pag. 17 sqq. editiones recenset; et Car. Frid. Zepernick ad Caspar. Achat. Beck. *De Novellis Leonis Augusti*, etc., Halæ 1779, 8, p. 22 sqq. Add. meam Introduct., etc., II, part. I, p. 539 sq. et Supplementa ad illam, II, pag. 61 sq. (HARL.)

Constantini Harmenopuli scripta edita.

1. Ἐξάβιβλος, sive Πρόχειρον νόμων, *Promptuarium juris civilis* in sex libros, titulos LXXXII divisum, quod una cum *Ecloga legum georgicarum ex jure. Justinianeo*, Græce cura Theodorici Adamæi Snallembergii lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelum 1540, 4, Latine vertit D. Bernhardus a Rey Colon. 1547, 8, apud Martinum Gympicum, et ex secunda recognitione *ibid.* apud Gualtherum Fabricium 1556, 8. Et cum Enchiridio usuum feudalium per interpretem addito, 1566, 8. Accuratius deinde et elegantius, additis etiam scholiis. Joannes Mercerus, cum præfatione ad Michaelem Hospitalium, Lugd. 1656, 4; et Lausannæ, apud Franciscum le Preux, illustr. D. Bernensium typographum 1580, 8. Hinc Græce et Latine cum Merceri versione et scholiis, et paratitlis Dionysii Gothofredi et variarum lectionum libello ex codice ms. Jacobi Lectii; et nomenclatore Græcarum dictionum juris ad Harmenopulum, Genev. 1587, 4. [Constantini Selectæ præceptiones de agricultura, Latine, per Jan. Cornarium, Basil. 1538, 8. (in Cat. bibl. Leidens. pag. 142.) Posthæc edituri erant Harmenopuli Promptuarium Henr. Ernstius, Abr. Haverkampius, qui edidit Specimen juridicum ad Constantini Harmenopuli Promptuarii lib. II, tit. 4, § 34, Lugd. Batav. 1738, postea a Gerh. Oelrichs, *Thes. diss. jurid.* vol. I., tom. III, p. 43, insertum; et Dav. Ruhnken. Sed horum conatus fuerunt irriti. Quo facto Ger. Meermann. persuasit Gul. Otton. Reitzio, ut curam novæ editionis susciperet, eique, operam suam ad hunc laborem profligandum pollicito, suppeditavit, quotquot ipse collegerat in Græcum interpretem subsidia tum codd. mss. tum collationum, tum animadversionum, ab eruditis viris profectarum. Reitziu igitur duobus codd. MSS. aliisque subsidiis usus textum Græc. restituit atque emendavit, novam eamque elegantiorem versionem confecit et nomenclatorem Græcum Gothofredi editioni adjectum auxit. Quia vero Reitzius cum vix ad finem opus perduxisset, et præfationi ultimam admovisset manum, animam efflavit: ejus filius, Carolus Conradus, a Meermanno rogatus, secundum schedas paternas opus absolvit, quod post mortem Ger. Meermanni tandem hujus filius Jo. L. B. de Meermann edidit *Supplemento novi thesauri civilis et canonici*, Hagæ Comitum, 1780 fol. init. cum inscriptione: *Constantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariæ ex variis codd. emendavit atque auxit; nova versione Latina adornavit; notasque et observatt. complurium eruditorum, tam editas* (n. Bern. a Rey, Jo. Mercerii et Dion. Gothofredi), *quam ineditas, ut et suas, adjecit, nec non I. G. Sammet Diatribam* de *Hypobolo subjunxit Gul. Otto Reitzius.* Textui Gr. a pag. 1 subjecit lectionum varietatem, scholia vetera atque eruditorum animadversiones; in Præfatione autem uberius recenset subsidia, quibus ad emendandum æque ac illustrandum Manuale usus est. Ea autem fuerunt duo codd. Meermanniani, ineditus commentar. Eman. Soarez a Ribeira; obss. et collationes ad codd. anecdotæ A. Penæ, Ant. Contii, Gerh. Falkenburgii, Jas. Cujacii, Jos. Scaligeri, Claud. Salmasii, Abr. Haverkampii et Jo. Dan. Ritteri, quorum ultimus lectiones varr. et loca lectorum exscripsit ex Harmenopulo Cujacii, quem servat bibliotheca Senatus Lipsiensis, iisque suas addidit observatt. pag. VI, Præfat. ex cod. Meermann. integro vetus Πρόχειρον νόμον in 40 tributum titulos continente, locum, ad initium Προθεωρίας Harmenop. § 18, pertinentem, cum tabula titulorum, Gr. et Lat. cum Vavassoris, illud edituri, suisque notis inseruit, et pag. IX animadverit, hoc Πρόχειρον non aliud esse, ac cujus titulos J. H. Majus in Bibl. Uffenbachiana, p. I, p. 522, exhibuit, in quibusdam tamen differre; tum pag. XIII sqq. repetuntur superiorum editionum Dedicationes ac Præfationes. Sammeti Diatriben excipiunt, p. 386 sqq. *leges agrariæ*, ex quatuor codd. Meermannianis emendatæ, Gr. et Lat. cum notis Reitzii et aliorum. Ex indice nominum propriorum de *Magistri*

(12) *V.* pag. 16 ed. Pohl. qui in not. plura et certiora de Const. Harmen. scripsit.

Digitized by Google

Ῥωμαϊκῶν, citatis ab Harmenopulo in Prolegom. p. 6, adhuc observo, Gothofredo in nota aliisque videri, illum fuisse eumdem cum Cosma, officiorum magistro sub Romano seniore, et a Ῥωμαϊκῶν scriptore diversum, sed jam dissensit Salmasius et ita jam Snallemberg. in epist. dedicat. p. XIV sq. ed. Reitz judicavit, et Reitzio verosimile est, hujus *Magistri* nomen non honoris titulum, sed κύριον ὄνομα familiæ fuisse, etc. Fabricius noster infra in vol. XII, p. 429 sqq. recudi fecerat partem Præfationis Harmenopuli, qua rationes, ob quas post Basilii Constantini et Leonis manuale legum aliud ipse novum composuerit, exponit. Illa quidem pars h. l. rectius resumenda fuerat; at, quoniam in Reitzii edit. p. 6 sqq. et emendatior et notis multis instructa legitur, eam et h. l. et infra in vol. XII excludendam esse duxi. HARL.] —Germanice Harmenopuli *Hand-Buch und Auszug Kayserlicher und Bürgerlicher Rechte, D. Justo Goblero* interprete Francof. 1566, 1576 fol. MS. hoc opus in variis bibliothecis, ut Cæsaræa, Lambec. VI, pag. 45 (15), Coisliniana pag. 218, etc. Privata quidem auctoritate sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promptuarium, compendiumque juridicum, supplens et emendans defectus veteris προχείρου, quod in XI (14) tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetæ et Leonis Sapientis pridem compositum ipse commemorat: explanationibus etiam succinctis, quibus leges adductas principum et jurisconsultorum veterum responsa illustrat, illud locupletavit, quas Mercerus atque inde Gothofredus et minori typorum charactere et præposito σχολίου vel ἐπεξηγήσεως titulo solent distinguere.

2. Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων· Epitome divinorum et sacrorum canonum (tributa in sectiones sex, 1) de episcopis, 2) de presbyteris, diaconis, subdiaconis atque ex ordinis, 3) de clericis, 4) de monachis et monasteriis, 5) de laicis, 6) de mulieribus.) Πρόχειρον juris canonici vocat Nic. Comnenus, p. 219 *Prænot. mystagogicar.* Cum Scholiis Citrensis τοῦ Κίτρους, qui p. 11 nominatur, et Philotheï (qui patriarcha CPol. fuit ann. 1354 et ab ann. 1362 ad 1376) Græce et Latine prodiit in Marquardi Freheri Jure Græco Romano lib. I. p. 1-71, ex Græco Jo. Sambuci codice, adjuncta Latina Jo. Leunclavii versione. Francof. 1696 fol. Hæc Epitome in aliquot codicibus Cæsareis exstat manu exarata, teste Lambecio V, p. 160; et VI, pag. 35. ac 37 (15), quos cum editis conferri, postremum præcipue, operæ pretium fuerit. Ex eodem [p. 87 sqq. Koll.] et Nota Philothei adjecta non licet de ætate Harmenopuli dubitare, quam ideo hic etiam asscribere haud gravabor: Τὸ παρὸν ὅλον τοῦτο βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συνετέθει πολλῷ πόνῳ, καὶ οὕτως ὠργανώθη παρὰ τοῦ πανσεβάστου νομοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ σεκρέτου καὶ κριτοῦ τῆς θεοστόστου πόλεως Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβε-

(13) Sive p. 83 sqq. ed. Kollarii, in cod. 11 n. 2 et n. 3 exstat ejusd. Harmenopuli *Ecloga legum georgicar.* ex jure Justinianeo; ibid. p. 31, n. 8, cod. 2; et p. 40, n. 15, cod. 3; ac p. 71, n. 5, cod. 7; p. 84, n. 3, cod. 11; pag. 99, n. 2, cod. 12, vol. VIII, p. 902, n. 7, cod. 47, sunt eædem *Leges georgicæ.* Ibid. pag. 45. vol. VI, n. 22, cod. 3, ex titulo quarto libri secundi Promptuarii, § 31, de ἀμνοδαρίοις s. *olearüs*, ubi Lambec. et Kollar. de significatione voc. Græc. barbari Ἀμνυδάριοι; plura afferunt. Add. Reitzii ind. Græc. ad promptuar. h. voc. et not. ad II, 4, § 20, p. 122.— Ibid. pag. 59, n. 7, cod. 9 (ubi consules Kollar. notam), excerpta quædam Miscell. *de officiis magistratuum ac judicum*; ibid. p. 76, n. 1; cod. 10, p. 83, n. 2, cod. 11; ac p. 99 n. 2, cod. 12 ac vol. VIII, pag. 1057, n. 12, cod. 53. *Promptuarium* — Locus quidam de formula loquendi ἐπὶ σεκρέτῳ apud Harmenopulum a Lambecio, rectius *vero præfectus tribunali dicasterioque* a Kollario in vol. IV, pag. 76 sqq. explicatur. — In vol. II, p. 922, n. 4 cod. 449, *Georgii Critonii* seu *Critonei*, olim professoris Parisiens. Præfat. in *Harmenopuli titulum de judiciis.* —Venetiis, in bibl. Marc. cod. 182 et 183 est *Promptuarium*, adjecta *Donatione Constantini M.*; item *Ecloga legum georgicarum* et alia Harmenopuli opera. — (Ead. Opusc. in cod. Barocc. 149) In cod. 525 et 580, *Promptuarium* V. Cat. codd. gr. Marc. pag. 105, 284 et 305. — Matriti, in cod. reg. 85, cum Legib. georgic. et aliis Harmenop. libris. V. Iriart. Cat. codd. gr. Matrit. pag. 347 sqq. — In cod. Jo. Mori 281 sive n. 9467, Cat. Mss. Angliæ, etc. vol. II; Epitomes Juris civilis liber primus, Latine. — Paris. in bibl. publ. codd. duodecim asservatum Harmenop. Promptuarium. V. Indic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. — Secundum Montfaucon. *in Bibl. bibliothecar. Mss*; exstant pag 12 D. in bibl. Vatic. Harmen. Hexabiblos, his, et officia palatii: pag. 344, *E.* in bibl. Bodleiana, Manuale legum.—Florentiæ in bibl. Laurent. codd. 19 n. 1, plut. 81, et 85, n. 2, Promptuarium, ac n. 7, Leges georgicæ: quos codd. copiosius recenset Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. 3, pag. 250 et 417. — Mosquæ in bibl. typographei synod. in 4, *Promptuarium* in codd. 41, 44 et 45 cum appendice quatuor legum, et legg. georgicis. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosquens. in 8, p. 322, 323 et 324.— Ibid. p. 84, n. 7, in cod. 151 sunt quædam capp. excerpta ex scriptis Harmenopuli. (HARL.)

(14) Conf. Pohl. ad Suaresii Notitiam Basilic. p. 7 sqq., p. 14 sqq., præcipue p. 15, not. d, ubi Harmenopuli verba § 20 Προθεωρία: explicantur, et pag. 36 sqq. Id editum esse a Reitzio in Meermanni supplem. jam memoravimus. (HARL.)

(15) Sive p. 557, vol. V, n. 8, cod. 253 ed. Kollar. — In vol. VI, part. 1, p. 79, n. 4, cod. 9, pag. 85, n. 5; cod. 11 a Philotheo, ut Lambec. arbitratur, suppleta et scholiis margin. illustrata; sed conf. Kollarii Notam it. in vol. VIII, p. 995, n. 24, cod. 51; *ibid.*, pag. 1010, n. 20, cod. 53. — Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 19, n. 2, plut. 81; et cod. 85, n. 4, plut. 89. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. tom. III, p. 252 et 418. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 182. et cod. 580, V. Cat. codd. Gr. Marc., p. 165 et 305. —*Taurini* in cod. 278 1. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 380. — Paris. in oct. codd. bibl. publ. V. Indic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. p. VIII. — Mosquæ in cod. typograph. synod. 20, n. 4, et cod. 41, n. 10, et cod. 44 n. 3. V. Matthæi Notit. citatam p. 315, 322 et 325 sq. — Oxon. in cod. Barocc. 149. — Matriti in cod. reg. 85 fol. 205. V. Iriart. Cat. codd Gr. Matrit. p. 350 sq. (HARL.)

Digitized by Google

στάτης καὶ φιλοχρίστου Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾶς Ἄννης τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου ταύτης υἱοῦ, τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛωνγ', ἰνδικτιῶνος ιγ'. Hoc est: *Præsens hic totus liber divinarum ac piarum legum et sacrorum atque divinorum canonum multo labore compositus et ita instructus est ab admodum venerabili nomophylace sacri imperatorii secreti et judice a Deo servatæ urbis Thessalonicæ, domino Constantino Harmenopulo, sub imperio piissimæ et Christum amantis dominæ atque imperatricis, dominæ Annæ Palæologinæ, et dilectissimi filii ipsius, piissimi et Christum amantis regis nostri atque imperatoris Romanorum, domini Joannis Palæologi, anno a creatione mundi 6853, indictione decima tertia, sive anno Christi* 1345. Huic suffragatur, quod idem Philotheus in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἀρμενοπούλῳ ἀναθεματισμῶν, quam in codice regio 2025 lectam sibi laudat etiam Cangius Glossario in Κριτής, Harmenopulum velut adhuc spirantem alloquitur his verbis: Ὁ περὶ ταῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας; *Cum peritus sis hujusmodi rerum, venerabilis nomophylax et judex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti?* etc. Unde jam in edito ann. 1650 opere *De Synedriis*, lib. I, cap. 10, pag. 213 sq. Jo. Seldenus monuit, de Harmenopuli ætate aliter esse omnino decernendum, quam viris doctis fuerat hactenus receptum, qui retulerunt ad sæculum duodecimum, ut Marquardus Freherus in Chronologia *Juri Græco-Rom.* prælixa; Josephus Maria Suaresius, in Notitia Basilicorum; Jac. Gotdofredus, in Manuali juris; Philippus Labbeus et Casimirus Oudinus, et Lud. Ellies du Pin, De scriptoribus ecclesiasticis; Tho. Ittigius, Præf. ad librum *De hæresiarchis*, p. 18; Jo. Doviatus, Prænot. canon., p. 428, aliique.

3. Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. *De opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus extiterunt.* Incipit: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον. Sine ordine temporis disserit breviter 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis, 4) Apollinari, 5) Eutyche et Dioscoro, 6) Paulo Samosetano, 7) Nestorianis, 8) Sergio, Pyrrhoque monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis, ac Manichæis, 12) Marcello, Photino et Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Novatianis, et 15) Sabbatianis, 16) Montani sectatoribus, 17) Donatistis, 18) Massalianis, qui etiam Enthusiastæ et Valentiniani (ita dicti, quod Valentini et Valentis impp. temporibus pullulaverint), denique de Eleutherio Paphlagone atque 19) Bogomilis, οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς, *non diu ante nostram memoriam.* Prodiit ex Jo. Sambuci codice Græce cum Latina Jo. Leunclavii versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basil. 1578, 8; p. 557 — 576, et in *Jure Græco-Rom.* Freheri pag. 547, Francof. 1596, fol. et in *Auctario Bibl. Patrum* Ducæano Paris. 1624, tomo I, et in *Bibl. Patrum*, Morellianæ edit. ann. 1644, 1654 tomo XI; Latine sæpius in cæteris *Bibliothecæ Patrum* editionibus, et ad calcem Honorii *De hæresibus*, Helmst. 1676, 4 (Fabr.) Codd. hujus libelli exstant Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 19, n. 3, plut. 81 et cod. 85 n. 6, plut. 89. Vid. Bandini, cat. codd. Gr. Laur. p. 233 et 418. — Venetiis, in Bibl. Marc. codd. 182 et 183, cui adjecta est nota de ætate Harmenopuli; quæ a Fabricio ad sect. 2 adfertur. V. Cat. codd. Gr. Marc, p. 105. — Paris, in bibl. publ. cod. 1355, n. 22. — in cod. 1361. n. 6, et duobus sequent. — Vindobon. in cod. Cæs. 253, n. 2. — In cod. 10, n. 6, et in cod. 51, n. 26. V. Lambec, vol. V. p. 334; VI, part. I, p. 79, atque vol. VIII, p. 696. (Harl.)

4. Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου. *De fide orthodoxa.* Incipit: Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανόν. Libello de hæresibus subjicitur Græce et Latine in prima editione, p. 576 — 583; et in omnibus cæteris jam memoratis similiter recusum. In codicibus autem Cæsareis hæc expositio fidei libello de hæresibus instar procœmii præmittitur, ut notat Lambecius VI, pag. 35, 39 (16). Eamdem bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipso die, quo Cpoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis Martii anno ætatis 63, Christi 1380, vel 1383, ut accuratius a Coressio supputari notat Comnenus pag. 144. In hac Ecthesi Allatius, II, 2, *De consensu*, § 8, pag. 493, monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus *Juris Græco-Romani*, pag. 552, verba: Καὶ τοῦ Υἱοῦ, *ac Filio*, ubi de Spiritus Sancti processione sermo est. Quod facile crediderim, licet futilem conjecturam Nic. Comnenus appellet. Certe in prima Leunclavii editione ann. 1578, pag. 578, tantum legitur: Τὸ συναϊδίως ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.

5. *Donatio Constantini Magni* Silvestro Papæ, ut aiunt, facta, quam ex Græca Harmenopuli versione dedi volum. VI, pag. 5 (17), vulgaverat e Græco codice regio Parisiensi Jul. Cæsar Bulengerus, lib. II

(16) Sive p. 79, n. 5, cod. 9, p. 86 sq. ed. Kollar. in cod. 11, n. 6; it. pag. 99. n. 3, cod. 12, nec non in vol. V, p. 333, n. 1, cod. 253, ubi V. Kollar. et in vol. VIII, p. 696, n. 25, cod. 51, — Florent. in bibl. Laurent. cod. 85, n. 5, plut. 89, præmittitur quoque libello de hæresibus, n. 6. V. *Bandin.* cat. codd. Gr. Laurent. III, pag. 418. — Paris, in bibl. publ. cod. 1355, cum libello de hæreticis et aliis operibus Harmenopuli; in cod. 1360 et tribus sequentibus, in quibus etiam præmittitur libello *De hæreticis*. Præmittitur quoque in cod. Barocc. 149, et cod. Matrit. reg. 85. V. Iriart. Cat. cod. Gr. Matrit. p. 351, in quo cod. si recte intelligo verba Iriarti, leguntur verba καὶ τοῦ Θεοῦ. — Mosquæ, in cod. 41, n. 11, teste Matthæi in not. codd. Gr. Mosq. p. 322. (Harl.)

(17) Sive vol. VI, p. 698 sqq. nov. ed. ubi in nota *l.* jam plures citavi codd. mss. Conf. etiam Fabric. infra in vol. XI, p. 352 sq. vet. ed. Editionibus ibid. memoratis addantur: *Constantini donatio* e Græco in Latinum conversa a Bartholomæo Pincerno de Monte Arduo, sine l. et a. 4. V.

Digitized by Google

De imperio Rom. c. 6. Exstat etiam in codicibus Cæsareis, de quibus Lambecius, V, pag. 244, et VI, pag. 35, 38, nec non in Barocciano bibl. Bodleianæ codice 149.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam* Græce et Latine editus sine nomine auctoris ab Allatio in *Græcia Orthodoxa*, tom. I, pag. 780-785, Rom. 1652, 4. Harmenopulo vindicatus a Nic. Comneno, pag. 144 *Prænotionum Mystagogicarum*. Incipit : Ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Dissertatio de jejunii quadragesimalis aliorumque nonnullorum solemnium jejuniorum origine ac ratione.* Incipit : Ἰστέον, ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ Μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς τοῦ χρόνου ὅλου ἀποδεκάτωσιν. MS. in bibl. Cæsarea, Lambec. VI, pag. 37 sq. (Fabr.) Sive p. 81, Kollar. n. 4, cod. 11. (Harl.)

8. Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου. Τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Catalogus officiorum aulæ imperatoriæ et Magnæ ecclesiæ CPolitanæ. S. Sophiæ* id. p. 36, et 40. « Fabr. » In cod. Vindob. 7, n. 10, *Officia Magnæ eccles. CPolit. S. Sophiæ* sine nomine auctoris. V. Lambec. VII, part. I, pag. 727 sq. qui, hunc catalogum censet diligenter conferendum esse cum aliis ejusdem generis catalogis in Georg. Codini libro De *officiis Magnæ ecclesiæ et aulæ* CP. Gr. et Lat. edito, cum observatt. et notis Jac. Greteri et Jac. Goar. Paris. 1647, fol. et Kollarius adnotat, hoc opusculum Constantino Harmenopulo tribui inferius in cod. X, n 9. In hoc scilicet occurrit, n. 7 Const. Harmenop. *Catal. officiorum aulæ CP.* n. 9. autem ejusd. *Catal. officiorum Magnæ ecclesiæ CP.* V. Lambec. VI, part. I, pag. 80 atque 81; Kollar. autem in nota et monet illos catalogos in bibl. Cæsar. pluribus occurrere exemplis, et judicat eos mereri, qui non modo cum aliis conferantur, sed etiam separatim efferantur in lucem. — Idem duo catalogi in cod. 51, n. 28. V. Lambec. VIII, pag. 996. — ibid. p. 961, n. 4, cod. 48. Cat. officior. Magnæ eccl. CPol. sed nomine Harmenopuli omisso. — Bini Catal. in cod. Barocc. 149 et Paris. in bibl. publ. codd. 1360, ac tribus sequentibus, et 1386. — Venet. in bibl. Marc. codd. 182 et 183. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 105. (Harl.)

9. *Narratiuncula de tribus tomis synodicis* sub imp. Constantino Porphyrogenneto, sub imp. Manuele Comneno et Mich. Palæologo compositis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra imperatores seditionem excitant, et per vim aut insidias imperium invadere nituntur vel eorum adjutores et conscii. Incipit : Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφ., id., p. 35. (Fabr.) Venet. in bibl. Marc. 183. V. Cat. cit. p. 105. — Vindobon. in cod. 9, n. 3., et cod. 53, n. 13. V. Lambec. VI, pag. 78 sq. et VIII., pag. 1008, ubi inscribitur : *Harmenop. Epitome decretorum impp. Constantini Porphyrog. etc., contra deficientes, et, adfectata tyrannide, insidias vel mortem imperatoribus molientes;* atque citatur *Jus Græco-Romanum*, tom. I, p. 118. In cod. n. 14, subjicitur *Philothei, patriarchæ CPol. commonitio de anathematismis ad Constant. Harmenop. qua probat, decreta illa de tyrannis et insidias imperatori struentibus, excommunicandis esse ablata.* V. not. Kollar. qui addit, exstare Gr. et Lat. in Freheri. *Jure Græco-Romano*, libr. IV, p. 288. sqq. Eadem Philothei refutatio anathematum supra scriptorum exstat in cod. Meermann., cujus præcipuas ab ed. Leunclav. ap. Freher. l. c. diversas lect. enotavit Reitzius in Supplem. ad Meermann, *Novo thesauro*, etc., pag. 374. — *Harmen. narratiuncula* Venetiis in bibl. Marc. cod. 183. V. Cat. cit. p. 105 Taurini, in cod. 288, ex quo confector Cat. codd. Gr. Taur, pag. 381, illam Gr. et Lat. evulgavit ; sed eamdem emendatiorem ex cod. Matrit. 85 Iriarte, in Cat. codd. Gr. Matrit. pag. 350; et Reitzius in Supplem. ad Meermann. l. cit. p. 374, Gr. ac Lat. ex cod. Meermann. ediderunt, et Reitzius adnotavit, primam partem, quantum ad Const. Porphyr. jam a Leunclav. tom. I, p. 118, esse promulgatam, ut lectiones interdum differre. (Harl.)

10. *Lexicon*, τοῦ σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης τοῦ Ἁρμενοπούλου λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cujus pars MS. in bibl. Cæsarea (18). Nescio, idemne, an aliud, quod

Panzer. A. t. IX, pag. 170, n. 87. atque: *Donationis, quæ Constantini dicitur, privilegium;* Barthol. Pincerno de Monte Ardino ad Julium II, pont. max. interprete. Laurentii Vallæ. --contra ipsum, ut falso creditum et ementitum privilegium declamatio; cum Ulrichi Hutteni, equitis Germani, ad Leonem X, pont. max. Præfat.: Nicolaus de Cusa, tit. S. Petri ad vincula, *De donatione Constantini* ; Antonius, archiep. Florentin., de eadem re; Hieron. Paulus Catthalanus, I. M. D. ac cubicularius Alexandri VI, pont. max. de eadem donatione, sine a. l. et typogr. nota, in-8. Hutteni Præfat. subscripta est, *ex arce Steckelberg. Kal. Decembr.* 1517. — Codd. autem laudatis adde Mosquens. 41 teste Matthæi in notit. codd. Gr. Mosq. pag. 322, et cod. Meermann. ex quo lect. a Fabriciano textu in vol. VI cit. diversas excerpsit et posuit *Reitzius* in supplem. ad Meerman. Novum thes. juris | civil. et can. p. 374. (Harl.).

(18) Conf. supra ad vol. VI, pag. 343 sq., et p. 633, quibus add. cod. Venet. bibl. Marc. 525 (v. Cat. codd. Gr. Marc. p. 284). — In Montfauc. *Bibl. biblioth. Mss.* I, pag. 623 E ; inter codd. bibl. Scholarii Armenopuli *Proœmium de verborum constructione*; item *Lexicon ordine litterarum* ; et pag. 642 E, inter codd. bibl. Bodlei, n. 685 Harmenopuli *Lexicon* : in Catal. autem mss. Angliæ, etc., I, p. 7 in cod. Barocc. 68, inesse dicuntur *Harmen. Lexicon. verborum synonymor.* et ejusdem *Lexicon verborum transitivorum et intransitivorum* : — eadem et *Harmen.* proœmium de syntaxi verborum, in cod. Barocc. 159. (Harl).

Digitized by Google

septem folia in quarto implens exstat integrum in alio codice, atque inscribitur : Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit : Ἀγαπῶ, φιλῶ. Vide Nesselium l., p. 398, et IV p. 120. Quod vero ab Dupino, tom. IX *Bibliothecæ scriptor. Eccles.* p. 200, memoratur Harmenopuli Dictionarium, *Dictionnaire du droit civil*, haud diversum est ab ejus *Promptuario sive Prochiro juris*, de quo supra dictum. Vide Baelii *Respons. ad quæstiones hominis e Provincia*, cap. 53, tom I. p. 482 seq.

11. A Nicolao Comneno in *Prænotionibus mystagogicis* præterea subinde citantur Harmenopuli *Scholia in Pandectas*, p. 235, 238, 239, 268, 282, 400 ; *in codicem*, p. 320, 321, *in Novellas*, p. 322, 388; *in Novellam Leonis*, ibid. et 197 ; *Libellus de testibus*, p. 403; *Libellus de testimonio quomodo fiat*, quem in suam Synopsin juris retulit Thomas Diplovatacius id. 384. Epistola 21 *ad Sclerum*, p. 226. 362. Idem Comnenus observat, Harmenopulum libenter insistere vestigiis ICti inter Græcos celebris Tipuciti, p. 834; et canonum Interpretis Theodori Prodromi, p. 364. Multus etiam in eo Comnenus est, p. 144 et 251, ut Harmenopulum Balsamoni præferat, et a schismate Photiano alienum fuisse probet, insultetque Maximo Margunio, Balsamonem præ illo extollenti. Eumdem Margunium, Harmenopuli *orationes* citantem, refellit pag. 272, negatque orationes ullas aut dixisse vivum, aut fato functum reliquisse. *Ipse enim*, inquit, *initio commentariorum suorum in Digestum se infacundum et tardioris pronuntiationis hominem fatetur, eamque causam adfert, ob quam a dicendis causis impendendoque clientibus patrocinio se transtulit ad quietiorem legum meditationem.*

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ

ΣΕΒΑΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΟΣ, ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ,

ΠΕΡΙ ΩΝ ΟΙ ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΥΣ ΑΙΡΕΤΙΚΟΙ ΕΔΟΞΑΣΑΝ.

CONSTANTINI HARMENOPULI

SEBASTI, NOMOPHYLACIS, ET JUDICIS THESSALONICENSIS,

DE OPINIONIBUS HÆRETICORUM, QUI SINGULIS TEMPORIBUS EXSTITERUNT.

(Ex Ducæi supplem.)

Ariani, Filium Dei creaturam esse dicentes, verbum istud : « Ante me factus est, » quod evangelista Joannes in persona præcursoris et Baptistæ Joannis protulit, male pro eo, ac si diceretur, « Ante me creatus est, » interpretantur. Sed male sentire convincuntur, ex illo sequente verbo : « Quoniam me prior erat. » Omnino enim contrarium dicere debebat, hoc quodam modo : Me prior est, quoniam prior me factus est. Nos autem illud, Ante me factus est, pro eo, ac si diceretur, Gloriosior et honoratior me factus est, recte sentientes accipimus. Refutantur etiam, cum pluribus aliis, tum quod idem Joannes dixerit : « In principio (id est, a principio) erat Sermo, et Sermo erat Deus. » Iidem et illud, « Omnia per ipsum facta sunt, » quasi per instrumentum quoddam intelligebant ; puta serram, aliudve tale. Nos autem hoc ita dictum accipimus, ut loqui solemus, regem

α'. Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, τὸ « Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ὅπερ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐκ προσώπου λέγει τοῦ προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἀντὶ τοῦ, Πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, παρεξηγοῦνται. Ἐλέγχονται δὲ κακῶς φρονεῖν, ἐκ τοῦ μετ' αὐτό· Διότι πρῶτός μου ἦν. Τοὐναντίον γὰρ πάντως εἰπεῖν ὤφειλεν, ὅτι Πρῶτός μού ἐστι, διότι πρῶτός μου γέγονεν. Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ, Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐνδοξότερος καὶ προτιμότερός μου γέγονεν, ὀρθῶς φρονοῦντες νοοῦμεν. Ἐλέγχονται δὲ καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν αὐτὸν Ἰωάννην· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, (ὅπερ ἐστὶν, ἐξ ἀρχῆς) καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ὡς δι' ὀργάνου τινὸς ἐνόησαν· πρίονος τυχόν, ἢ ἑτέρου τοιούτου. Ἀλλ' ἡμεῖς, ὡς δι' υἱοῦ φαμὲν τὸν βασιλέα τήνδε τυχὸν κτίσαι πόλιν, οὕτω καὶ τοῦτο νοοῦμεν. Οἱ αὐτοὶ καὶ μονογενῆ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγουσιν,

Digitized by Google

ὡς μόνον γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ· ὡς τῶν ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ τάχα τοῦ Χριστοῦ γενομένων. Ἡμεῖς δὲ μονογενῆ τοῦτον φαμὲν, ὡς μόνον ἀῤῥήτως ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἁπάντων γεγεννημένον. Καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα παρεξηγοῦνται, τὴν οἰκείαν αἵρεσιν συνιστῶντες.

A per filium civitatem aliquam condidisse. Iidem et unigenam Dei Filium dicunt, quasi qui solus ab eo factus sit, cæteris ab ipso forte Christo factis. At nos unigenam hunc dicimus, veluti qui solus ex ipso ante omnia sæcula genitus sit. Etiam hujus generis alia plura interpretando depravant, sectæ suæ fidem astruentes.

β'. Οἱ περὶ τὸν Μακεδόνιον δοῦλον καὶ κτίσμα τὸ πνεύματον λέγοντες Πνεῦμα, καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ῥητὸν, τὸ φάσκον, Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ἐνταῦθα στίξαντες, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς λέγουσιν, Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦτο νοοῦντες ἡμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες, ὡς ἐν ἀρχῇ πρωτέταχται, περὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ὅλον εἰρῆσθαι νοοῦμεν.

2. Macedoniani Spiritum sanctum esse servum et creaturam asserentes, in dicto Joannis, « Sine ipso factum est nihil, » puncto post hæc verba collocato, versum alium sic inchoant: « Quod factum est, in eo vita erat, » atque hoc de Spiritu Sancto intelligunt. Nos vero locum illum ita legentes, ut ab initio series ipsa declarat, totum de Filio dictum intelligimus.

γ'. Οἱ περὶ τὸν Σαβέλλιον, τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρία πρόσωπα τῆς μακαρίας Θεότητος, μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον ἐδογμάτιζον· ποτὲ μὲν ὡς Πατέρα, ποτὲ δὲ ὡς Υἱὸν, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς Πνεῦμα φαινόμενον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἰωάννην· « Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, » ἀντὶ τοῦ, μετὰ Θεοῦ· δύο προσώπων ἐντεῦθεν εἰσαγομένων, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν εὐαγγελικῶν ῥήσεων.

3. Sabelliani Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tres illas hypostases, atque tres personas beatæ divinitatis, unam hypostasin et unam personam esse tradebant: quæ nonnunquam Patris, nonnunquam Filii, nonnunquam Spiritus speciem præ se ferret. Sed arguuntur ex eo quod Joannes dixit: « Et Sermo erat apud Deum, » hoc est cum Deo; unde colliguntur esse personæ duæ, deque pluribus aliis dictis evangelicis.

δ'. Οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον τὸν Λαοδικέα, ἄνουν σάρκα καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον λέγουσιν· ὡς ἀντὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, ἀρκούσης αὐτῷ τῆς θεότητος· παρεξηγούμενοι τὸ, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » μὴ εἰδότες, ὡς ἡ θεία Γραφὴ σάρκα τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζει· ὡς ἔχει καὶ τὸ, « Ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκ τοῦ, « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » συνηγορίαν ἑαυτοῖς πεποιήκασιν, οὕτω λέγοντες· Εἰ ναὸς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου λέγεται, ἄψυχος δὲ ναός· ἄψυχος ἄρα καὶ αὕτη. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι τὸν Κύριον ἔχοντα, ὡς διὰ σωλῆνος, οὕτως ἐλθεῖν διὰ τῆς Παρθένου· ἐκ τοῦ· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, » τοῦτο δῆθεν πιστούμενοι, μὴ εἰδότες, ὡς διὰ τὸ ἐν δύο φύσεσι μίαν ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν ἔχειν, οὕτως εἴρηται τοῦτο.

4. Apollinaris Laodicensis sectatores aiunt, assumpsisse Dominum carnem mentis expertem et inanimam; ut cui divinitas mentis et animæ loco sufficeret: prave scilicet enarrantes illud, « Et Sermo caro factus est. » Non enim norant, divinas Litteras carnem appellare hominem; ut in illo quoque dicto, « Aspiciet universa caro salutare Dei. » Quærebant iidem sibi patrocinium ex verbis illis, « Solvite templum hoc, » et ita ratiocinabantur: Si caro Domini templum dicitur, et si templum res est inanima, nimirum et ipsa est inanima. Dicunt iidem, Dominum qui carnem hanc haberet e cœlo, tanquam per canalem, transiisse per Virginem, idque de verbis illis colligunt: « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo est, Filius ille Dei, qui est in cœlo. » Sed ignorabant, id propterea sic prolatum, quod duabus in naturis unam Christus haberet hypostasin.

ε'. Οἱ περὶ τὸν Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον, κατὰ φαντασίαν ἔλεγον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον γεγονέναι, μίαν ἔχοντα φύσιν· οὐκ οἶδ' ὅπως νοοῦντες τὸ παρὰ Ἰωάννῃ· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά.

5. Eutychis atque Dioscori sectatores, Filium Dei dicebant specie tenus hominem esse factum, cum unam naturam habeat: haud scio, quonam modo dictum illud Joannis intelligentes: « Et Sermo caro factus est. » Addebant hujus generis et alia plura.

ς'. Οἱ περὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ἔλεγον, θείας χάριτος, καθάπερ οἱ προφῆται, κατηξιωμένον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην εἰπεῖν, ὅτι « Πρῶτός μου ἦν, » κατὰ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν δηλαδή· ἐπειδήπερ ὁ Βαπτιστὴς κατὰ σάρκα πρότερος ἦν τοῦ Χριστοῦ. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο· » οὕτως ἀναγινώσκουσι· Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶν.

6. Pauli Samosateni discipuli Christum dicebant esse purum ac solum hominem, divinæ gratiæ, sicut et prophetas, participem factum. Coarguuntur autem ex Joannis Baptistæ verbis, « Me prior erat, » quatenus scilicet exsistebat ante sæcula: cum ratione carnis Baptista Christo prior esset. Iidem et illud, « Potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis, id ne miremini: » hoc igitur ita legunt, « Et potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis.

Digitized by Google

Hic integra distinctione posita, versum alium in choantes, rursum legunt : « Id ne miremini. »

7. Nestoriani dicebant Christum habere propter virtutem inseparabiliter sibi conjunctum Dei Sermonem : ita quidem, ut in eo Filii duo considerentur ; unus Dei, Virginis alter. Eaque de causa Christiparam, non Deiparam vocabat eam, quæ reapse Deipara est. Verum et hi cum de pluribus aliis dictis coarguuntur, tum de illo, « Sermo caro factus est. »

8. Sergii Pyrrhique complices unam voluntatem, et unam actionem in Christo, qui duabus ex naturis esset, tradebant.

9. Origeniani more paganorum exsistere animas ante corpora docebant, et finem supplicii nunquam finiendi statuebant, et animas a corporibus nudas resurgere.

10. Petri cognomento Fullonis asseclæ hymno quem Trisagium vocant (quod sancti vox ter in eo repetatur) adjecerunt hæc verba : « Qui crucifixus es propter nos ! » passibilem scilicet divinitatem facientes, quæ passionis omnis expers est.

11. Marcionitæ ac Manichæi legislationem Testamenti Veteris mali rerum opificis esse dicunt. Iidem quoties apud ipsos non baptizatus aliquis moritur, sub lectulo defuncti vivo quodam occultato, lectulum adeunt, ac mortuum interrogant, an baptizari velit. Respondet occultatus ab imo, velle, atque ita loco defuncti eum baptizant. Causam rogati, dicunt hoc Apostolum docuisse, cum ait[1] : « Si prorsus mortui non resuscitantur, cur etiam baptizantur pro mortuis? » Sed ignorant, id hoc modo prolatum propterea, quod quicunque baptizantur, in confessione resurrectionis mortuorum ejusque spe baptizentur. Illi Manichæi Christum dicunt deposito in terra corpore, purum solumque Deum in cœlum ascendisse. Iidem et mundum, ut malum, et carnem criminantur, ac Dei ab opificio excludunt. Tradunt et duo principia, malum et bonum, sive Deum et materiem De Testamento Veteri sacrilege loquuntur. Lunam et sidera, ceu deos, adorari jubent. Carnis resurrectionem negant. Animarum de corporibus in corpora migrationem docent. Herbas, et arbores, et aquam, esse res animatas aiunt. Manichæi vero dicuntur, quod dogmata Manis in pretio habeant ; qui se Paracletum appellabat, et Christum specie tenus conspectum apparuisse docebat.

ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΠΑΝΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΟΣ ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΚΥΡΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΟΠΟΛΟΥ.

—

EPITOME
DIVINORUM SACRORUMQUE CANONUM

A VENERABILI SEBASTO ET NOMOPHYLACE JUDICEQUE THESSALONICENSI

D. CONSTANTINO HARMENOPULO

CONFECTA.

(Leunclavius, Jus Græco-Romanum, t. I.)

—

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Τῶν κανόνων οἱ μέν εἰσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οἱ δὲ τῶν οἰκουμενικῶν ἑπτὰ ἁγίων συνόδων, οἱ δὲ τῶν μερικῶν συνόδων, οἱ δὲ ἁγίων. Τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἡ μὲν πρώτη ἐν Νικαίᾳ, ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, κατὰ Ἀρείου, τοῦ κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, συνηθροίσθη, τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων ἁγίων οὖσα Πατέρων, ὃν καὶ ἀνεθεμάτισεν. Ἡ δὲ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου συνηθροίσθη κατὰ τῶν Πνευματομάχων, ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων οὖσα Πατέρων, οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. Ἡ δὲ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ συνηθροίσθη κατὰ Νεστορίου, τοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν δογματίζοντος, καὶ Κελεστίνου, διακοσίων ἁγίων οὖσα Πατέρων, οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. Ἡ δὲ τετάρτη ἐν Χαλκηδόνι ἐπὶ Μαρκιανοῦ συνηθροίσθη κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, τὰς δύο φύσεις τοῦ θεανθρώπου Λόγου μετὰ τὴν ἕνωσιν λεγόντων συγχραθῆναι, καὶ εἰς μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι, ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων οὖσα Πατέρων, οὓς καὶ ἀνεθεμάτισεν. Ἡ δὲ πέμπτη ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ πρώτου ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑξήκοντα καὶ πέντε ἁγίων ουσα Πατέρων, τὰ τῆς τετάρτης ἐπεκύρωσε δόγματα, καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ταύτῃ

PROLOQUIUM.

Canones alii sunt sanctorum apostolorum, alii sacrarum septem œcumenicarum synodorum, alii synodorum particularium, alii quorumdam sanctorum. Prima synodus œcumenica Nicææ, sub Constantino Magno, adversus Arium, qui creaturam esse dicebat Dei Filium, convenit; ac omnino 318 divis sanctisque Patribus congressis, Arium anathemati subjecit. Secunda 150 Patres habuit, coacta Constantinopoli sub Theodosio Magno, contra Pneumatomachos, quos anathemate feriit. Tertia sub Theodosio minore coiit Ephesi contra Nestorium, qui Christum tradebat nudum hominem esse, contraque Celestinum. Adfuere Patres 200, et in istos anathematis est promulgata sententia. Quarta Chalcedone convenit sub Marciano, adversus Dioscorum et Eutychem, qui duas Sermonis, Dei pariter et hominis, naturas post unionem commistas, in unam naturam redactas dicebant, ideoque a sexcentis triginta Patribus ibidem anathemati subjecti fuerunt. Quinta sub Justiniano primo Constantinopoli collecta, cum 160 sancti Patres adessent, quarta synodi decreta confirmavit eique resistentes, et inter hos Origenem, atque omnes hæreticos, anathemate multavit. Sexta itidem Con-

Digitized by Google

stantinop. nata, congressis 160 sanctis Patribus, A sub imperio Constantini Barbati, anathematis sententiam tulit in eos, qui unam in Christo voluntatem, et unam agendi vim tradebant. Canones et ipsa nullos exposuit, uti nec quinta fecerat. Ideoque coacta in Trullo palatii Constantinopolitani synodus alia fuit, 227 Patrum, Justiniani naribus mutilati, Barbati filii, jussu, canonum duntaxat exponendorum causa. Quapropter et istæc sexta dicitur, uti quæ suppleverit, quod sextæ deerat, canonum scilicet expositionem. Septima Nicææ sub Constantino, et matre ipsius Irene, congregata fuit adversus imaginum adversarios, qui a 367 Patribus istic anathemati fuere subjecti. Particularium synodorum una Constantinopoli celebrata fuit in templo sanctorum apostolorum sub Photio patriarcha, quæ prima et secunda dicitur; alia sub Leone et Constantino, in celeberrimo sanctæ Dei Sapientiæ templo, quæ septimam synodum confirmavit. Alia coiit Ancyræ, de iis qui lapsi fuissent, universali prima synodo antiquior. Alia Cæsareæ, antiquior Ancyrana, ecclesiasticæ rei constituendæ collecta. Alia Gangræ, post Nicænam, adversus Eustathium quemdam, qui matrimonium vituperabat, et alia præter ecclesiasticam traditionem docebat, quæ singulatim anathemate damnat. Alia ad urbem Syriæ Antiochiam. Ac duæ quidem in ea synodi celebratæ sunt. Una, sub Aureliano, contra Paulum Samosatenum, qui Christum dicebat esse purum hominem; altera, sub Constantio, Constantini Magni filio, quæ canones exposuit. Alia fuit C habita Laodiceæ, quæ in Pacatiana Phrygia sita est. Alia Sardicæ, propter hujusmodi causam. Cum Arii sectam Constantius amplexus fuisset, frater ejus Constans, Romæ veteris imperator, bellum ei per litteras minatus est, ni Ecclesiam perverti desineret. Rescripsit ille, se fidei doctrinam accuratam quærere. Quapropter ex ipsorum et Romani episcopi sententia, 341 sancti Patres in hac synodo convenerunt, quæ auctoritate Nicænæ synodi sancita, canones etiam exposuit. Alia Carthagine fuit habita, sub Theodosii imperio, 217 sanctis Patribus collectis, quibuscum aderant et Papæ vicem gerentes. Auctoritate synodi Nicænæ stabilita, canones etiam exposuit. Carthago autem, Carchedonis pars est. Et Carchedon, Africæ provincia. Et synodorum quidem hæc ratio est. Sanctorum vero canones, partim sunt ex epistola sancti viri, Dionysii Alexandrini, partim Petri Alexandrini; partim Gregorii miraculorum opificis: partim ex Basilii magni epistola; partim ex epistola Gregorii Nysseni, ad Letoium, episcopum Melitenæ: partim, ex Timothei Alexandrini responsis; partim ex responsis Constantinopolitanæ synodi, ad monachos quosdam, Nicolao sanctissimo patriarcha præside; partim ex epistolis Cyrilli; partim Nicephori patriarchæ. Sanctorum apostolorum canones numero sunt 85; universalium synodorum, primæ, canones 20; secundæ, 7; tertiæ, 8; quartæ, 30; in

ἀνεθεμάτισε, καὶ τὸν αὐτοῖς Ὠριγένην, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἅπαντας. Ἡ δὲ ἕκτη ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ αὕτη συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων οὖσα Πατέρων ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, τοὺς μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ δογματίζοντας ἀνεθεμάτισε. Κανόνας δὲ οὐδὲ αὕτη ἐξέθετο, ὥσπερ οὐδὲ ἡ πέμπτη. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐν Τρούλλῳ συνηθροίσθη, ἡ καὶ ἕκτη λεγομένη, ἥτις κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνηθροίσθη τοῦ παλατίου, διακοσίων εἰκοσιεπτὰ ἁγίων οὖσα Πατέρων, κατὰ κέλευσιν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πωγωνάτου, δι' ἔκθεσιν καὶ μόνον κανόνων. Ὅθεν καὶ ἕκτη προσαγορεύεται, ὡς τὸ τῇ ἕκτῃ ἐλλεῖπον ἀναπληρώσασα, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν κανόνων ἔκθεσις. Ἡ δὲ ἑβδόμη ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ συνηθροίσθη κατὰ τῶν Εἰκονομάχων, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ ἑπτὰ ἁγίων οὖσα Πατέρων, οὓς καὶ ἀνεθεμάτισε. Τῶν δὲ μερικῶν συνόδων ἡ μὲν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ νεῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συνηθροίσθη ἐπὶ τοῦ Φωτίου πατριάρχου, ἡ καὶ πρώτη καὶ δευτέρα λεγομένη· ἡ δὲ ἐπὶ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἁγίας Σοφίας, ἥτις τὴν ἑβδόμην ἐκύρωσε σύνοδον· ἡ δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ, πρεσβυτέρα τῆς οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, περὶ τῶν παραπεπτωκότων συστᾶσα· ἡ δὲ ἐν Καισαρείᾳ, πρεσβυτέρα καὶ αὕτη τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, ἐκκλησιαστικῆς ἕνεκα καταστάσεως συναθροισθεῖσα· ἡ δὲ ἐν Γάγγρᾳ, ἥτις μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ συνέστη, κατά τινος Εὐσταθίου, τὸν γάμον διαβάλλοντος, καὶ ἄλλα παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν νουθετοῦντος παράδοσιν, ἃ καὶ καθ' ἕκαστον ἀναθεματίζει· ἡ δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. Δύο δὲ ἐν ταύτῃ συνέστησαν σύνοδοι. Ἡ μὲν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ, κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν λέγοντος· ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ Κωνσταντίου, τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἥτις καὶ τοὺς κανόνας ἐξέθετο. Ἡ δὲ ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Καπατιανῆς [Πακατιανῆς] Φρυγίας· ἡ δὲ ἐν Σαρδικῇ, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀρειανίσαντος Κωνσταντίου, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κώνστας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης κρατῶν, πόλεμον αὐτῷ διὰ γραμμάτων ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσαιτο διαστρέφων τὴν Ἐκκλησίαν. Ὁ δὲ ἀντέγραψε, τὸ τῆς πίστεως ἀκριβὲς ζητεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο δόξαν αὐτοῖς τε καὶ τῷ Ῥώμης ἡ σύνοδος αὖ η συνηθροίσθη, τριακοσίων τεσσαράκοντα καὶ ἑνὸς ἁγίων οὖσα Πατέρων, ἡ τὴν ἐν Νικαίᾳ κυρώσασα σύνοδον καὶ κανόνας ἐξέθετο. Ἡ δὲ ἐν Καρθαγένῃ, ἥτις ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ συνηθροίσθη, διακοσίων δεκαεπτὰ ἁγίων οὖσα Πατέρων, μεθ' ὧν ἦσαν καὶ τοποτηρηταὶ τοῦ Πάππα, ἡ τὴν ἐν Νικαίᾳ καὶ αὕτη κυρώσασα σύνοδον καὶ κανόνας ἐξέθετο. Καρθάγενα δὲ, μέρος τῆς Καρχηδόνος ἐστίν· ἡ δὲ Καρχηδὼν, ἐπαρχία τῆς Ἀφρικῆς καὶ τὰ μὲν τῶν συνόδων οὕτως ἔχει. Οἱ δὲ τῶν ἁγίων κανόνες, οἱ μέν εἰσιν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας· οἱ δὲ τοῦ ἁγίου Πέτρου Ἀλεξανδρείας· οἱ δὲ, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ· οἱ δὲ, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν

Digitized by Google

τοῦ μεγάλου Βασιλείου· οἱ δὲ, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Ἀητοΐων Μελιτηνῆς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης· οἱ δὲ, ἐκ τῶν τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας ἀποκρίσεων· οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀποκρίσεων τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου, Νικολάου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κατάρχοντος, πρός τινας μοναχούς· οἱ δὲ, ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπιστολῶν· οἱ δὲ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Νικηφόρου. Εἰσὶν οὖν τῶν μὲν ἁγίων ἀποστόλων κανόνες πε'· τῶν δὲ οἰκουμενικῶν συνόδων, τῆς πρώτης κανόνες κ'· τῆς δευτέρας, ἑπτά· τῆς τρίτης, ἡ'· τῆς τετάρτης, λ'· τῆς ἐν Τρούλλῳ, ρβ', καὶ τῆς ἑβδόμης, κβ'· τῶν δὲ μερικῶν συνόδων, τῆς πρώτης καὶ δευτέρας λεγομένης, ιζ'· τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ, γ'· τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, κε'· τῆς ἐν Καισαρείᾳ, ιε'· τῆς ἐν Γάγγρᾳ, ιθ'· τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, κε'· τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, ξ'· τῆς ἐν Σαρδικῇ, κα', καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ, ρλδ'. Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἁγίων, τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, κανόνες δ'· τοῦ ἁγίου Πέτρου Ἀλεξανδρείας, ιε'· τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ιβ'· τοῦ μεγάλου Βασιλείου, πς'· τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, η'· τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας, ιη'· τοῦ πατριάρχου Νικολάου, θ'· τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ε', καὶ τοῦ πατριάρχου ἁγίου Νικηφόρου, ι'. Τούτων τοίνυν ἡμεῖς τὴν ὑπόθεσιν ἐν ἐπιτομῇ νῦν ἐνταῦθα διαλαμβάνομεν, τιθέντες ἰδίᾳ πρῶτον τοὺς περὶ ἐπισκόπων διαλαμβάνοντας, καὶ ὅσοι τούτων εἰσὶν ἐχόμενοι· εἶτα τοὺς περὶ πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ ὑποδιακόνων, καὶ ὅσοι τούτων ἐχόμενοι· μετὰ ταῦτα τοὺς περὶ κληρικῶν, καὶ ὅσοι τούτων ἐχόμενοι· μεθ' οὓς τοὺς περὶ μοναχῶν καὶ μοναστηρίων· καὶ μετ' αὐτοὺς, τοὺς περὶ λαϊκῶν, καὶ ὅσοι καθολικοὶ εἰσί· καὶ τέλος, τοὺς περὶ γυναικῶν, ἐν ἓξ τμήμασι τὴν πᾶσαν τῶν κανόνων πραγματείαν περιλαβόντες καὶ ποιησάμενοι. Ἕκαστον δὲ τῶν τμημάτων ἐπιγραφὰς πάλιν κέκτηται μερικὰς, εἰς συντομωτέραν ἅμα καὶ σαφεστέραν εὕρεσιν τοῦ ζητουμένου.

A Trullo celebratæ, 102; septimæ, 22. Particularium vero synodorum, ejus, quæ prima et secunda dicitur, 17; ad Sanctam Sophiam habitæ 3; Ancyranæ, 25; Cæsariensis, 15; Gangrensis, 19; Antiochenæ, 25; Laodicensis, 60; Sardicensis, 21: et Carthaginensis, 134. Præterea sanctorum, Dionysii Alexandrini, 15; Gregorii miraculorum opifici, 12; Basilii Magni, 86; Gregorii Nysseni, 8; Timothei Alexandrini, 18; Nicolai patriarchæ, 9; Cyrilli, 5; Nicephori patriarchæ, 10. Iis ergo quidquid continetur, compendio nos isto nunc complectimur, collocatis primo seorsum canonibus iis qui de episcopis tractant, et quotquot his affines sunt: deinde, qui de presbyteris, diaconis, et subdiaconis, atque his affines: postea, qui de monachis et monasteriis: ac secundum illos, qui de laicis agunt, et quotquot sunt generales; in extremo, qui de mulieribus, sectionibus omnino sex universa canonum tractatione comprehensa et absoluta. Harum vero sectionum quælibet rursus particulares habet titulos, ut ratione magis compendiaria et dilucidiore, quod quæritur, inveniri possit.

B

ΟΙ ΙΕΡΟΙ ΚΑΙ ΘΕΙΟΙ ΚΑΝΟΝΕΣ

ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ.

—

SACRI ET DIVINI CANONES

IN COMPENDIUM REDACTI.

—

C

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

Περὶ ψήφου καὶ χειροτονίας αὐτῶν.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ ΠΡΩΤΗ.

Ὁ πρῶτος τῶν ἀποστόλων.

Ἐπίσκοπος ὑπὸ δύο ἢ τριῶν ἐπισκόπων χειροτονείσθω.

Ὁ δ' τῆς α', ὁ ιθ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὁ ιγ' καὶ μθ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Καθιστάσθω δὲ μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ· εἰ δ' οὖν, ὑπὸ τριῶν, τῶν λοιπῶν συμ-

SECTIO PRIMA.

DE EPISCOPIS.

De electione et ordinatione episcoporum.

TITULUS I.

Canon apostolorum.

Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinatur.

Canon 4 synodi 1, et 19 Antiochenæ, 13 et 49 Carthaginensis.

Constituatur autem maxime quidem ab omnibus episcopis in provincia, vel saltem a tribus; reli-

Digitized by Google

quis per litteras suffragantibus. Rogandi potestatem metropolitanus habeat.

Scholium.

Canon iste apostolorum de consecratione ac manuum impositione loquitur. Primæ vero synodi canon, de electione. Hanc enim et constitutionem, et ordinationem vocat.

6 *synodi* 1, *et* 2 *synodi* 2.

Valeant consuetudines archiepiscoporum antiquæ, et suis in provinciis quisque potestatem habeat. Quod si quis absque metropolitani sententia factus fuerit episcopus, deponitor.

6 *primæ*, *et* 19 *Antiochenæ*.

Ubi canonice a multis fit electio, si duo vel tres contensiose contradicant, plurium calculus valeat, et nulla contradicentium habeatur ratio.

Scholium Philothei patriarchæ.

Nota illud *Canonice*, et, *si contentiose*, non enim simpliciter dixit, Ubi a multis fit electio: nec simpliciter: Si contradicant. Quippe si absque contentione ac recte contradicant, omnino ne duo quidem aspernandi erunt.

50 *Carthaginensis.*

Cum a tribus episcopis eligitur episcopus, si contradictio intercesserit; alii duo tribus adjungantur. Atque ita, si esse purus horum judicio visus fuerit, ordinator.

6 *Sardicensis.*

Si alicui provinciæ duntaxat unus episcopus reliquus fuerit, atque is a metropolitano arcessitus ad episcopi ordinationem, non venerit, neque rescripserit: sufficientiam metropolitanus habeat. Cum autem metropolitanus ordinatur, etiam finitimi provinciæ adsint.

Scholium Philothei.

Hoc est, etiam solus sufficiens et idoneus sit ad eligendum; non enim ipse solus ordinabit, nisi secundum apostolicum canonem.

25 *Laodicensis.*

In vico autem, vel villa, ubi presbyter sufficit, non fiat episcopus, ne nomen episcopi vilescat.

30 *apostolorum*, *et* 3 *septimæ.*

Qui per magistratus factus fuerit episcopus, deponitor et segregator, una cum iis, qui cum ipso communionem habent; omnis enim electio sacerdotis, quæ a mundanis magistratibus fit, irrita est.

Scholium.

Propter excessum malitiæ. Talem vero etiam anathemati subjicit Gennadii patriarchæ hinc inde missa epistola.

18 *Carthaginensis.*

Qui ordinatur, a synodis decreta sciat.

36 *apostolorum*, *et* 7 *et* 8 *Antiochenæ.*

Ordinatus episcopus, si munus hoc non susceperit, tam diu segregator, donec susceperit. Sin a populo non fuerit acceptus, clerus quidem segregator, quod plebem non instruxerit: ipse vero maneat episcopus.

ψήφων γινομένων διὰ γραμμάτων. Τὸ μέντοι κῦρος ὁ μητροπολίτης ἐχέτω.

Σχόλιον.

Ὁ μὲν τῶν ἀποστόλων κανὼν περὶ καθιερώσεως καὶ χειροθεσίας φησίν· ὁ δὲ τῆς α' συνόδου περὶ ψήφου. Ταύτην γὰρ κατάστασιν καὶ χειροτονίαν καλεῖ.

Ὁ ς' τῆς α', καὶ ὁ β' τῆς β'.

Κρατείτω τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν ἀρχιεπισκόπων, καὶ τῶν οἰκείων ἐπαρχιῶν ἕκαστος ἐξουσιαζέτω. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τῆς τοῦ μητροπολίτου δίχα γένηται γνώμης, καθαιρείσθω.

Ὁ ς' τῆς α', καὶ ὁ ιθ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Κανονικῶς ψήφου πολλῶν γινομένης, εἰ δύο ἢ τρεῖς φιλονείκως ἀντιλέγοιεν, τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατείτω, καὶ οἱ ἀντιλέγοντες ἔστωσαν ἄκυροι.

Σχόλιον Φιλοθέου πατριάρχου.

Σημείωσαι τὸ *κανονικῶς*, καὶ τὸ, *εἰ φιλονείκως*· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, Ψήφου πολλῶν γινομένης· οὐδὲ· Εἰ ἀντιπλέγοιεν, ἁπλῶς. Εἰ γὰρ ἀφιλονείκως καὶ ὀρθῶς ἀντιλέγοιεν, οὐδὲ οἱ δύο πάντως παροπτέοι.

Ὁ ν' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ὑπὸ δὲ τριῶν ἐπισκόπων ἐπισκόπου ψηφιζομένου, εἰ ἀντιλογία περὶ αὐτοῦ γένοιτο, καὶ ἕτεροι δύο τοῖς τρισὶ προσζευχθήτωσαν. Καὶ οὕτως, εἰ ἀπὸ τούτων καθαρὸς φανείη, χειροτονείσθω.

Ὁ ς' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Εἰ δέ τινι ἐπαρχίᾳ εἷς μόνος ἐπίσκοπος κατελείφθη, κἀκεῖνος παρὰ τοῦ μητροπολίτου κληθεὶς εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν, μὴ παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράψῃ, τὸ ἱκανὸν ὁ μητροπολίτης ἐχέτω. Μητροπολίτου δὲ χειροτονουμένου, καὶ οἱ πλησιόχωροι τῆς ἐπαρχίας παρέστωσαν.

Σχόλιον Φιλοθέου.

Τουτέστιν, ἱκανὸς ἔστω καὶ μόνος ὁ μητροπολίτης εἰς τὸ ψηφίσασθαι· οὐ γὰρ καὶ χειροτονήσει μεμονωμένος αὐτὸς, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα.

Ὁ κε' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ.

Ἐν κώμῃ δὲ ἢ χώρᾳ, ἐν ᾗ καὶ πρεσβύτερος ἀρκεῖ, ἐπίσκοπος μὴ γινέσθω, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἐπισκόπου κατευτελίζηται ὄνομα.

Ὁ λ' τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ γ' τῆς ζ'.

Ὃς δὲ δι' ἀρχόντων ἐπίσκοπος γένηται, καθαιρείσθω τε καὶ ἀφοριζέσθω μετὰ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ· πᾶσα γὰρ ψῆφος, ἱερωμένου ἢ παρὰ κοσμικῶν ἀρχόντων, ἄκυρος.

Σχόλιον.

Διὰ τὴν τῆς κακίας ὑπερβολήν. Τὸν τοιοῦτον δὲ καὶ ἀναθεματίζει ἡ τοῦ πατοιάρχου Γενναδίου ἐγκύκλιος ἐπιστολή.

Ὁ ιη' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Μανθανέτω ὁ χειροτονούμενος τὰ ταῖς συνόδοις δόξαντα.

Ὁ λς' τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ ζ' καὶ η' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ὁ χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος εἰ μὴ τὴν λειτουργίαν δέξαιτο, ἀφοριζέσθω ἕως ἂν δέξηται. Εἰ δὲ παρὰ τοῦ λαοῦ μὴ δεχθῇ, ὁ μὲν κλῆρος ἀφοριζέσθω, ὅτι μὴ τὸν ὄχλον πεπαίδευκεν· αὐτὸς δ' ἐπίσκοπος μενέτω.

Digitized by Google

Οἱ τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Οἱ τὴν χειροτονίαν ἐξομνύμενοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν· καὶ μάλιστα, εἰ καὶ μηδεμία παραμυθία ἐκ τῶν τοῦ ὅρκου ῥημάτων εἴη.

Ὁ ις' τῆς α' καὶ β' λεγομένης.

Ἐπίσκοπος μηδενὶ τρόπῳ ἐν ἐκκλησίᾳ γινέσθω, ἧς ὁ προεστὼς ἔτι ζῇ, καὶ τῆς ἰδίας ἀπολαύει τιμῆς· εἰ μὴ πρότερον αὐτὸς τὴν ἐπισκοπὴν παραιτήσαιτο. Δεῖ γὰρ πρότερον κανονικῶς μετ' ἐξετάσεως τὸν ἐπίσκοπον καθαιρεθῆναι, καὶ οὕτως ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ προβιβασθῆναι.

Ὁ δ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Καὶ εἰ παρὰ τῶν γειτονούντων ἐπισκόπων ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ, καὶ φάσκει πάλιν ἔχειν ἀπολογίαν, εἰ μὴ ὁ Ῥώμης ὁρίσει, ἕτερος εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν μὴ καθιστάσθω.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Β'.

Τίς ἐπίσκοπος γίνεται, καὶ τίς οὐ γίνεται.

Ὁ π' τῶν ἀποστόλων.

Νεοφώτιστος, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, ἐπίσκοπος μὴ γινέσθω, εἰ μὴ θείᾳ χάριτι.

Σχόλιον.

Ἤγουν, εἰ ἀποκάλυψις περὶ αὐτοῦ γένηται, ὥσπερ Ἀνανίᾳ περὶ Παύλου.

Ὁ οζ' αὐτῶν.

Ἑτερόφθαλμος καὶ χωλὸς, εἰ ἄξιος, ἐπίσκοπος γινέσθω.

Ὁ οζ' αὐτῶν.

Τυφλὸς δὲ, καὶ κωφὸς, μὴ γινέσθω.

Ὁ ιζ' τῆς α' καὶ β' λεγομένης.

Μηδεὶς τῶν λαϊκῶν ἢ μοναχῶν ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος ἀναγέσθω, εἰ μὴ ταῖς ἐκκλησιαστικοῖς πρότερον βαθμοῖς ἐξετάζοιτο, ἐν ἑκάστῳ τάγματι τὸν νενομισμένον χρόνον ἀποπληρῶν.

Ὁ ι' τῆς ἐν Συρδικῇ.

Καὶ ἐξ ἀγορᾶς πλούσιος, ἢ σχολαστικὸς, εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην μὴ καθιστάσθω, εἰ μὴ διὰ χρόνου καὶ δοκιμασίας οὗτος ἐκκλησιαστικοὺς πρότερον διέλθοι βαθμούς· ὁ γὰρ μὴ οὕτω, νεόφυτος.

Ὁ ιβ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ.

Ὁ χειροτονησόμενος ἐπίσκοπος, εἰ μὴ τὸν Ψαλτῆρα γινώσκει, καὶ τὴν θείαν πᾶσαν Γραφὴν, καὶ τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἐρευνητικῶς, ἀλλὰ μὴ παρεδευτικῶς ἀναγινώσκει, ὥστε καὶ αὐτὸν κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν διδάσκειν λαὸν, μὴ χειροτονείσθω.

Ὁ κη' τῆς δ'.

Οἱ Πόντου, καὶ Ἀσίας, καὶ Θρᾴκης, καὶ οἱ βάρβαροι, παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονείσθωσαν, τῶν ἴσων πρεσβείων τῷ Ῥώμης ἀξιωθέντος, διὰ τὴν τῶν σκήπτρων μετάθεσιν.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Γ'.

Τίνα δεῖ ποιεῖν τὸν ἐπίσκοπον.

Ὁ λη' τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ κε' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Διοικείτω μετ' ἐξουσίας τὰ τῆς ἐκκλησίας ὁ ἐπίσκοπος πράγματα, μή τι τούτων ἀφετεριζόμενος, ἢ

10 *Basilii Magni.*

Qui ordinationem ejurant, non cogantur: ac præsertim, si nullum ex jurisjurandi verbis solatium sit.

16 *synodi, quæ 1 et 2 dicitur.*

Episcopus nullo modo fiat in ecclesia, cujus præses adhuc vivit, et honore suo fruitur: nisi prius ipse repudiaverit episcopatum. Oportet enim prius secundum canones adhibito examine deponi episcopum, et sic alium in ejus locum promoveri.

4 *Sardicensis.*

Si episcopus a vicinis episcopis depositus fuerit, ac rursum dicat, habere se purgationem: nisi Romanus episcopus statuerit, alius in solium ipsius ne constituitor.

TITULUS II.

Quis fiat episcopus, et quis non fiat.

Canon 80 *apostolorum.*

Recens per baptismum illuminatus, aut ex prava conversatione, non fiat episcopus nisi * divina gratia.

Scholium.

Videlicet, si revelatio de ipso contigerit, quemadmodum Ananiæ de Paulo.

77 *eorumdem.*

Qui alterum duntaxat oculum habet, et qui claudus est, si dignus fuerit, episcopus fiat.

78 *eorumdem.*

Cæcus autem, et surdus, non fiat.

17 *ejus, quæ 1 et 2 dicitur.*

Nemo laicorum vel monachorum subito ad episcopatus sublimitatem provehatur, nisi gradibus ecclesiasticis prius exploretur, consuetum tempus in ordine quolibet complens.

10 *Sardicensis.*

Ex foro dives, aut scholasticus, in pontificatu non constituatur, nisi per aliquod temporis spatium, et explorationem, gradus ecclesiasticos prius percurrerit. Nam qui sic non agit, novitius est.

12 *Laodicenæ.*

Ordinandus episcopus, nisi librum Psalmorum tenet, omnemque Scripturam divinam, et sacros canones indagatorie, non transitorie legit, ita quidem, ut et ipse secundum præcepta divina vivat, et subditum sibi populum doceat, non ordinator.

28 *synodi* 4.

Episcopi Ponti, et Asiæ, et Thraciæ, et barbari, a Constantinopolitano ordinantor: qui pares cum Romano consecutus est honores, propter imperii translationem.

TITULUS III.

Quænam facere debeat episcopus.

Canon 38 *apostolorum, et* 25 *Antiochenæ.*

Episcopus cum potestate res ecclesiæ administret, nihil ex eis depeculando, vel abutendo, vel

Digitized by Google

cognatis dando (nisi forte tanquam pauperibus), vel potestatem in eas cognatis concedendo. Qui delinquit, ab Ecclesia multator.

40 *apostolorum, et* 24 *Antiochenæ.*

Tam episcopi, quam ecclesiæ res manifestentur, ut et de suis disponat episcopus, et ecclesia damni maneat expers.

41 *apostolorum.*

Ecclesiæ res episcopus in potestate habeat, easque prout Deo gratum fuerit, administret.

26 *synodi* 4.

Cuilibet ecclesiæ dispensator ex clero constituitor. Hoc qui negligit episcopus, multabitur. Quod si metropolitanus in ecclesia sua dispensatorem non facit, patriarcha faciat; et si non facit episcopus, faciat metropolitanus. Consimiliter et in monasteriis agendum.

19 *habitæ in Trullo.*

Qui præsunt ecclesiis, maxime quidem omni tempore, sed præcipue tamen diebus Dominicis doceant, ex sacris Scripturis, oracula Scripturæ enarrantes.

3 *Carthaginensis.*

Episcopi, presbyteri et diaconi, continentes in omnibus sunto; ut quæ petunt, impetrent: et a mulieribus abstinento.

43 *ejusdem.*

Pœnitentibus episcopus pœnitentiam statuat, et præter ipsius sententiam presbyter eos, nisi urgente necessitate, non reconciliet. Tum qui pœnitentiam agentes non recipit, deponitor.

4 *Basilii Magni.*

Quod si horum aliquem humanius tractaverit, ob excellentem confessionem, veniam meretur.

5 *Carthaginiensis.*

Sint defensores [ecclesiarum], ut episcopus non molestetur.

54 *ejusdem.*

Qui in parœcia de sententia illius, cui subest, constitutus est episcopus, intra limites suos maneat.

TITULUS IV.

Quæ ab episcopo fieri non debeant.

Canon 14 *apostolorum, et* 15 *ejus, quæ* 1 *et* 2 *dicitur.*

Ne suam parœciam relinquens episcopus insiliat in alteram: nisi conducibilior eis, tanquam ad docendum magis idoneus, judicetur; idque plurium episcoporum tam judicio, quam hortatu.

Scholium.

Non, ut semper illis adsit, istuc dicit; sed ad tempus, utilitatis populi causa, et ut rursus suam ad parœciam revertatur.

καταχρώμενος, ἢ τοῖς συγγενέσι διδοὺς, εἰ μή που ὡς πένησιν, ἢ τὴν ἐξουσίαν τούτων τοῖς συγγενέσι παρέχων. Ὁ δὲ παραβαίνων, ἐπιτιμάσθω παρὰ τῆς Ἐκκλησίας.

Ὁ μ' τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ κδ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Φανερούσθω τὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα, ὡς ἂν καὶ ὁ ἐπίσκοπος διατίθηται, καὶ ἡ ἐκκλησία μένῃ ἀζήμιος.

Ὁ μα' τῶν ἀποστόλων.

Τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐξουσιαζέτω, καὶ διοικείτω ταῦτα κατὰ τὸ Θεῷ φίλον.

Ὁ κς' τῆς τετάρτης.

Οἰκονόμος ἑκάστῃ τῶν ἐκκλησιῶν ἀπὸ τοῦ κλήρου γινέσθω. Ὁ δὲ τούτου καταφρονῶν ἐπίσκοπος, ἐπιτιμηθήσεται· τοῦ μητροπολίτου δὲ μὴ ποιοῦντος οἰκονόμον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, ὁ πατριάρχης ποιείτω· καὶ τοῦ ἐπισκόπου μὴ ποιοῦντος, ὁ μητροπολίτης. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μοναστηρίων.

Ὁ ιθ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.

Οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προϊστάμενοι, μάλιστα μὲν διαπαντὸς, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς Κυριακαῖς διδασκέτωσαν, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, τὰ τῆς Γραφῆς ἐξηγούμενοι λόγια.

Ὁ γ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, ἐγκρατεῖς ἐν ἅπασιν ἔστωσαν, ἵνα τῶν αἰτουμένων τυγχάνωσι· καὶ γυναικῶν ἀπεχέσθωσαν.

Ὁ μγ' τῆς αὐτῆς.

Τοῖς μετανοοῦσιν ὁ ἐπίσκοπος τὴν μετάνοιαν ὁριζέτω, καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ, πρεσβύτερος αὐτοὺς, εἰ μὴ δι' ἀνάγκην, μὴ καταλλαττέτω. Καὶ ὁ μὴ προσδεχόμενος τοὺς μετανοοῦντας, καθαιρείσθω.

Ὁ δ' τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Καὶ εἴ τινι τούτων φιλανθρωπότερος δι' ὑπερβολὴν ἐξομολογήσεως γένοιτο, συγγνωστέος.

Ὁ ε' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ἔστωσαν ἔκδικοι, ἵνα μὴ ὁ ἐπίσκοπος ἐνοχλῆται.

Ὁ νδ' ταύτης.

Ὁ ἐν παροικίᾳ κατὰ γνώμην τοῦ, ὑφ' ὃν ἐστιν, ἐπίσκοπος καταστὰς, ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων μενέτω.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Δ'.

Τίνα δεῖ μὴ ποιεῖν τὸν ἐπίσκοπον.

Ὁ ιδ' τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ ιε' τῆς α' καὶ β' λεγομένης.

Ἐπίσκοπος μὴ ἐῶν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδάτω, εἰ μὴ τοῖς ἐκεῖ λυσιτελέστερος, ὡς διδακτικώτερος, κρίνοιτο· καὶ τοῦτο πολλῶν ἐπισκόπων καὶ κρίσει, καὶ παρακλήσει.

Σχόλιον.

Οὐκ ἐπὶ τῷ ἀεὶ τοῖς ἐκεῖ συνεῖναι, τοῦτό φησιν· ἀλλὰ πρὸς καιρὸν, ὠφελείας χάριν τοῦ λαοῦ, καὶ πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν ἀνακάμψαι.

Digitized by Google

Ὁ ιγ' καὶ ὁ κβ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἄνευ πολλῆς παρακλήσεως καὶ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἀφίκοιτο, καὶ χειροτονοίη καὶ διοικοίη πράγματα, τά τε πραχθέντα ἄκυρα, καὶ αὐτὸς καθαιρείσθω.

Ὁ κα' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ὁ α' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ἀπὸ δὲ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπίσκοπος μὴ καθιστάσθω, μήτε αὐθαιρέτως, μήτε ὑπὸ λαοῦ ἐκβιαζόμενος, μήτε ὑπὸ ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενος.

Ὁ α' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Ὁ δὲ ἀπὸ ταπεινοτέρας πόλεως ἐφ' ὑψηλοτέραν μεταπηδῶν ἐπίσκοπος, ὡς ἀλαζὼν καὶ πλεονέκτης, μὴ δὲ λαϊκοῦ κοινωνίαν ἐχέτω.

Ὁ β' ταύτης.

Εἰ δέ τις καὶ γράμματα τῶν τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐν ᾗ μετέπεσε, δεικνύει, ἀξιοῦντα δῆθεν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτῶν προστασίαν· ὡς ῥᾳδιουργίαν πεποιηκώς, καὶ στάσεως αἴτιος, μὴ δὲ ἐν τῷ τέλει τῆς κοινωνίας ἀξιούσθω.

Ὁ ις' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Καὶ σχολάζων ἐπίσκοπος, εἰ δίχα τελείας συνόδου (τελεία δέ ἐστιν, ὅταν καὶ ὁ μητροπολίτης παρῇ) ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἐπιπηδήσει, κἂν ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης λαὸς ἐθελήσῃ, ἀπόβλητος ἔστω.

Σχόλιον.

Ἡ συνοδικὴ τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ διάγνωσις συγχωρεῖ καὶ μεταθέσεις ἐπισκόπων γίνεσθαι, γνώμῃ τοῦ πρωτεύοντος αὐτῶν, χρείας κατεπειγούσης πρὸς τὸ λυσιτελέστερον. Καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπισκόπῳ καὶ ἑτέραν ἐπισκοπὴν δίδοσθαι παρὰ τοῦ πρωτεύοντος ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτοῦ, ἐν ᾗ καὶ πάσῃ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς τὴν διεξαγωγὴν τῶν ἀρχιερατικῶν ἁπάντων δικαίων ποιήσεται, ὅσα καὶ γνήσιος ἀρχιερεὺς αὐτῶν· πάρεξ τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ σὺν θρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι.

Ὁ ιη' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ὁ δὲ παρὰ τῆς αὐτοῦ μὴ δεχθεὶς παροικίας, εἰ ἑτέραις παροικίαις ἐπελθὼν στασιάζει, ἀφοριζέσθω. Συναριθμείσθω δὲ, εἰ θέλει, τοῖς πρεσβυτέροις· στασιάζων δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς, καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου τιμῆς ἀπωθείσθω.

Ὁ κα' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ἀδίκως δὲ ἐκβληθείς, καὶ εἰς ἑτέραν πόλιν παραγενόμενος, μὴ κωλυέσθω διάγειν, ἕως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθῃ.

Ὁ λε' τῶν ἀποστόλων.

Ἐπίσκοπος ὑπερόρια μὴ χειροτονείτω, παρὰ γνώμην τῶν ἐγχωρίων· ἐλεγχθεὶς δὲ, καθαιρείσθω μετὰ τοῦ χειροτονηθέντος.

Σχόλιον.

Τὸ δὲ συνοδικὸν σημείωμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, τοῦ καὶ ὑπάτου χρηματίσαντος τῶν φιλοσόφων, τοῦ μὲν ἐπισκόπου ἀργίαν ἐπὶ ῥητῷ καταψηφίζεται χρόνῳ· εἰ μὴ που μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν παραίνεσιν πειθθῆναι οὐ βούλεται· τὸν δὲ χειροτονηθέντα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐνορίᾳ ἱερατεύειν, ἐν ᾗ κεχειροτόνηται. Συγχωρεῖ δὲ τοῖς ἀρχιερεῦσι περὶ πίστεως πανταχοῦ διδάσκειν, καὶ κατηχεῖν, καὶ βαπτίζειν τοὺς ὁθενδήποτε ὄντας, καὶ θείων αὐτοῖς μυστηρίων μεταδιδόναι.

Ὁ ις' τῆς α, καὶ ὁ ιβ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος τὸν ἑτέρῳ διαφέροντα παρὰ γνώμην ἐκείνου χειροτονήσει, ἄκυρος ἡ χειροτονία.

A

13 et 22 Antiochenæ.

Si quis episcopus absque multa cohortatione ac litteris metropolitani aliam in provinciam abeat, et ordinet, et res administret, tum irrita sint, quæ ab eo sunt gesta, tum etiam ipse desponitor.

21 Antiochenæ, et 1 Carthaginiensis.

De parœcia in parœciam non constituatur episcopus, nec sponte sua, nec a populo vim adhibente, nec ab episcopis cogentibus.

1 Sardicensis.

Qui a civitate humiliori ad sublimiorem transilit episcopus, tanquam arrogans et avarus, ne quidem laici communionem habeat.

11 ejusdem.

B Si quis autem et litteras ejus civitatis hominum, in quam transiit, arcessentes scilicet ipsum, ut præsit eis, ostendit: quasi qui fraudem commiserit, et seditionis sit auctor, ne quidem in fine communionem impetret.

26 Antiochenæ.

Etiam vacans episcopus, si absque integra synodo (et integra est, cum et metropolitanus adest) in ecclesiam vacantem insilierit, licet ita civitatis illius populus voluerit, rejiculus esto.

Scholium.

Synodica Michaelis patriarchæ sententia permittit et translationes episcoporum fieri, de judicio illius, qui primas inter eos est: usu sic poscente, ad majorem frœtum. Item episcopo concedi et episcopatum insuper alterum a primate, in territorio ipsius: in quo, et omnibus ejus finibus, omnia C pontificalia jura exercebit, quæcunque pontifex eorum germanus exercet: excepto ne in templo cum throno collocetur.

18 Ancyranæ.

Qui a parœcia sua non est susceptus, si alias parœcias invadens, seditiones excitat, segregator. Referatur autem, si velit, in numerum presbyterorum. Quod si et inter hos seditiose se gerat, etiam presbyteri honore deturbator.

21 Antiochenæ.

Injuste vero ejectus, si aliam in urbem venerit, non istic degere prohibetor, donec ad suam redeat.

35 apostolorum.

D Episcopus extra territorium suum ne ordinato, præter incolarum voluntatem. Eo nomine convictus, una cum ordinato deponitor.

Scholium.

Synodicum vero monumentum patriarchæ Michaelis, qui et philosophorum supremus exstitit, episcopum quidem ad certi temporis vacationem damnat, si post primam et alteram admonitionem obtemperare nolit: ordinatum vero jubet in eo territorio sacerdotis munere fungi, in quo fuit ordinatus. Permittit et pontificibus, ut ubique de fide doceant, et catechesin tradant, et homines baptizent undecunque sint, eisque sacramenta impertiantur.

10 synodi 1, et 12 Sardicensis.

Si quis episcopus hominem, qui alterius sit, præter illius voluntatem ordinaverit: irrita sit ordinatio.

Digitized by Google

54 *Carthaginiensis.*

Eumdem si detineat, nec reddat, multator.

24 *synodi* 4.

Qui alterius ecclesiæ clericos susceperit, extra quam si capta sit eorum patria, communionis expers cum ipsis esto.

20 *habitæ in Trullo.*

Episcopus, qui extra suum territorium publice docet, episcopatu abdicatus, presbyterorum munere fungatur.

11 *Sardicensis.*

Et qui alicujus rei gratia venit aliam in urbem, si ejus urbis episcopus docendi sit imperitus: homilias frequenter non habeat, pudore illum afficiens, alienumque magistratum sibi concilians.

34 *apostolorum et* 9 *Antiochenæ.*

Absque suo primate, nihil episcopi faciant, nisi ut quisque negotia suæ parœciæ tractet. Nec primas quidquam sine reliquis agat propter concordiam.

Scholium.

De dogmaticis quæstionibus loquitur, deque publicis delictis, et institutione pontificum, et aliis talibus.

Idem.

Episcopus ea tractans, quæ ad rempublicam fiscumque spectant, nisi desinat, deponitor.

2 *synodi* 4, *et* 19 *septimæ.*

Qui quem ordinavit, vel promovit accepta pecunia, usque ad mansionarium; una cum ordinato, vel promoto, deponitor. Et ii, quorum interventu gesta res est, clerici quidem, removeantur ab officio, laici vero, vel monachi, anathematis rei sunto.

Scholium.

Tarasii patriarchæ ad Adrianum Papam Romanum epistola eos, qui accepta pecunia ordinant, magis impios esse statuit, quam fuerit Macedonius, et sectatores ejus, Pneumatomachi: Judæque proditori similes ducit, ut qui et ipsi Spiritum sanctum nummis vendant, quemadmodum ille Filium nummis vendidit. Aurea vero bulla imperatoris Isaaci Comneni, quam ratam esse jussit et synodica sententia patriarchæ Michaelis, hæc verba continet: In ordinatione sacerdotum, et in canonico, antiqua sanctio vigorem obtineat: neve quid amplius in ordinatione capiat episcopus, qui sacerdotes ordinat, præter septem nummos duntaxat aureos. Unum, quando eum lectorem facit; tres, quando diaconum ordinat; et alios tres, quando eum sacerdotem facit. Similiter nomine canonici, a vico habente 30 fumaria, nummum aureum unum accipiat, argenteos 2, arietem unum, hordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, et gallinas 30. Hæc autem confirmavit et aliud monumentum synodicum patriarchæ Nicolai.

synodi 7.

Qui aurum, vel argentum, vel aliam speciem a sibi subjectis exigit, et propter aliquid horum a ministerio sacro aliquem arcet, aut segregat, aut venerabile templum claudit, ne ministeria divina in eo fiant, ultionis reus esto.

A

Ὁ νδ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Καὶ εἰ τοῦτον κατέχει, καὶ μὴ ἀποδῷ, ἐπιτιμάσθω.

Ὁ κδ' τῆς δ'.

Ὁ κληρικοὺς ἄλλης ἐκκλησίας δεξάμενος, εἰ μὴ που δι' ἄλωσιν τῆς αὐτῶν πατρίδος, ἀκοινώνητος σὺν ἐκείνοις ἔστω.

Ὁ κ' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Ἐπίσκοπος ὑπερόρια δημοσίᾳ διδάσκων, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω, τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐνεργῶν.

Ὁ ια' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Καὶ εἰς ἑτέραν διά τι παραγενόμενος πόλιν, εἰ ὁ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπίσκοπος ἀπείρως ἔχει διδάσκειν, μὴ συνεχέστερον οὗτος ὁμιλείτω, καταισχύ-
B νων ἐκεῖνον, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἀρχὴν ἑαυτῷ μνηστευόμενος.

Ὁ λδ' τῶν ἁποστόλων, καὶ ὁ θ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Δίχα τοῦ πρώτου αὐτῶν, ποιείτωσαν μηδὲν οἱ ἐπίσκοποι, εἰ μὴ τὰ τῆς παροικίας ἕκαστος· ἀλλ' οὐδὲ ὁ πρῶτος ἄνευ τῶν λοιπῶν, διὰ τὴν ὁμόνοιαν.

Σχόλιον.

Περὶ δογματικῶν λέγει ζητήσεων, ἁμαρτημάτων κοινῶν, καταστάσεως ἀρχιερέων, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Ὁ αὐτός.

Δημόσια διαχειρίζων ἐπίσκοπος, εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρείσθω.

C

Ὁ β' τῆς δ', καὶ ὁ ιθ' τῆς ζ'.

Ὁ χειροτονήσας, ἢ προβαλὼν ἐπὶ χρήμασι, μέχρι καὶ προσμοναρίου [*al.* παραμοναρίου.], καθαιρείσθω σὺν τῷ χειροτονηθέντι ἢ προβληθέντι. Καὶ οἱ μεσάζοντες, κληρικοὶ μὲν ἐκπιπτέτωσαν· λαϊκοὶ δὲ, ἢ μονάζοντες, ἀναθεματιζέσθωσαν.

Σχόλιον.

Ἡ τοῦ Ταρασίου πρὸς Ἀδριανὸν Πάπταν Ῥώμης ἐπιστολὴ, τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονοῦντας, δυσσεβεστέρους Μακεδονίου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν Πνευματομάχων τίθησι, καὶ τοῦ προδότου Ἰούδα λογίζεται παρομοίους, τὸ Πνεῦμα καὶ αὐτοὺς τὸ ἅγιον ἀργυρίων πιπράσκοντας, ὡς ἐκεῖνος ἀργυρίων πέπρακε τὸν Υἱόν. Τὸ δὲ χρυσόβουλλον τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὅπερ ἐπεκύρωσε καὶ τὸ συνοδικὸν ψήφισμα τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, φησίν· Ἐπὶ
D τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ, τὸν παλαιὸν ἐνεργεῖν τύπον, καὶ μηδὲν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ λαμβάνειν πλέον τὸν χειροτονοῦντα τούτους ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἢ μόνα τὰ ζ' χρυσᾶ νομίσματα. Ἓν μὲν, ὅτε ποιεῖ αὐτὸν ἀναγνώστην· τρία δὲ, ὅτε χειροτονεῖ αὐτὸν διάκονον· καὶ ἕτερα τρία, ὅτε ποιεῖ [πληροῖ] αὐτὸν ἱερέα. Ὡσαύτως καὶ ὑπὲρ τοῦ κανονικοῦ, ἀπὸ τοῦ ἔχοντος χωρίου λ' καπνούς, νόμισμα χρυσοῦν ἕν, ἀργυρᾶ β', κριὸν ἕνα, κριθῆς μοδίους [μόδια] ἕξ, οἴνου μέτρα ς', ἀλεύρου μοδίους ς', καὶ ὄρνις [ὄρνιθας] λ'. Ταῦτα δὲ ἐπεκύρωσε καὶ ἕτερον συνοδικὸν σημείωμα τοῦ πατριάρχου Νικολάου.

Ὁ δ' τῆς ζ'.

Ὁ χρυσίον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἕτερον εἶδος τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀπαιτῶν, καὶ διά τι τούτων τῆς λειτουργίας ἀπείργων τινὰ, ἢ ἀφορίζων, ἢ σεπτὸν κλείων ναὸν, μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, ὑποκείσθω ταυτοπαθείᾳ.

Digitized by Google

Ex tῆς πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους, τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Μηδεὶς δὲ χειροτονῶν ἐπὶ χρήμασι, σοφιζέσθω τὸ πρᾶγμα, διὰ τοῦ μὴ προλαμβάνειν, ἢ μὴ ἅμα λαμβάνειν, ἀλλὰ μεταταῦτα λαμβάνειν. Λαμβάνειν γάρ ἐστι τὸ ἀτεδήποτε λαβεῖν· τοῦτο δὲ, φιλαργυρία· ἡ δέ ἐστιν εἰδωλολατρεία· μὴ οὖν Χριστοῦ τὰ εἴδωλα προτιμάσθω, μὴ δὲ τὸν Ἰούδαν μιμήσησθε, προδιδόντες ἐπὶ λήμμασι τὸν ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα. Ἐπεὶ καὶ τὰ χωρία καὶ αἱ χεῖρες τῶν τοὺς καρποὺς τούτους δεχομένων, Ἀκελδαμᾶ κληθήσονται.

Ὁ κθ' τῆς δ'.

Ὁ καταβιβάζων ἐπίσκοπον εἰς πρεσβύτερον, ἱερόσυλος. Ὁ γὰρ ὑπαίτιος, καὶ ἀνίερος· ὁ δὲ ἀνέγκλητος, ἔστω καὶ ἐπίσκοπος.

Ὁ ιβ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.

Ἐπίσκοπος γυναικὶ συνοικῶν, καθαιρείσθω.

Ὁ ιη' τῆς ζ'.

Μὴ δὲ ἐν ἐπισκοπείοις, ἢ μοναστηρίοις γυναῖκες ἐνδιαιτάσθωσαν. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος, ἢ ἡγούμενος, δούλῃ ἢ ἐλευθέρᾳ εἰς διακονίαν χρῷτο, ἐπιτιμάσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω. Ἔνθα δὲ ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος καθ' ὁδὸν καταλύσει, αἱ γυναῖκες ἐκείνου παρόντος ἀναχωρείτωσαν.

Ὁ κζ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.

Ὁ λειψάνων ἄνευ ἁγίων ναὸν καθιερῶν, ὡς παραβαίνων τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, καθαιρείσθω.

Ὁ κη' ταύτης.

Ἐπίσκοπος ἐκποιῶν τι τῶν εὐπροσόδων αὐτουργιῶν τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ μάλιστα ἄρχουσιν, ἐκδιωκέσθω· καὶ ἡ πρᾶσις ἄκυρος μενέτω. Κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἡγουμένων.

Ὁ κς' τῆς ἐν Καρθαγένῃ, καὶ ὁ λγ'.

Καὶ ὅλως πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος μὴ πιπρασκέτω, εἰ μὴ ἄρα ἀπρόσοδον εἴη, καὶ πολλή τις ἀνάγκη κατεπείγει. Καὶ τότε τῇ τοῦ πρωτεύοντος γνώμῃ, καὶ τῆς συνόδου, ἢ τῶν γειτονούντων κἂν ἐπισκόπων· μὴ οὕτω δὲ ποιήσας, ὑπεύθυνος.

Ὁ ις' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.

Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς λαμπραῖς ἑαυτὸν ἐσθῆσι κοσμῶν, ἢ μύρα χριόμενος, εἰ μὴ παύοιτο, ἐπιτιμάσθω [καθαιρείσθω].

Ὁ ις' τῆς α' καὶ β' λεγομένης, ὁ ια' τῆς ἐν Σαρδικῇ. καὶ ὁ α' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος τῆς ἰδίας ἀμελοίη ποίμνης, καὶ μήτε νόσῳ, ἢ βασιλικῷ, ἢ πατριαρχικῷ κελεύσματι κατεχόμενος, ὑπὲρ ἑξαμηνιαῖον χρόνον ἀποδημοίη, τῆς τοῦ ἐπισκόπου τιμῆς καὶ ἀξίας παντελῶς ἀλλοτριούσθω.

Ὁ ιβ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Καὶ ὁ εἰς ὑπερορίους αὐτῷ κτήσεις ἀπερχόμενος, μὴ πλέων τῶν τριῶν ἑβδομάδων ἐν αὐτοῖς χρονιζέτω.

Ὁ ρκα' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Οἱ δὲ τῶν ἀνηκόντων ἀμελοῦντες, παρὰ τῶν γειτονούντων αὐτοῖς ἐπισκόπων ἐγκαλείσθωσαν, καὶ εἰ

Ex epistola Basilii Magni, ad subjectos sibi episcopos.

Nullus ob pecuniam ordinans, astuto prætextu rem velet, quod antea non acceperit, vel non simul accipiat, sed deinceps accipiat. Nam accipere, quocunque tempore capere est. Hoc autem, avaritia; quæ cultus est idoli. Quare Christo idola ne præferantur, neve Judam imitemini, prodentes acceptis muneribus eum qui semel pro nobis est crucifixus. Nam et agri et manus eorum, qui fructus istos accipiunt, Aceldama vocabuntur.

29 *synodi* 4.

Qui episcopum degradando presbyterum facit, sacrilegus est. Nam qui affinis est culpæ, jam gradu excidit: qui vero expers criminis, sit etiam episcopus.

12 *habitæ in Trullo.*

Episcopus mulieri cohabitans, deponitor.

18 *synodi* 7.

Nec in ædibus episcoporum, nec monasteriis, mulieres immorentur. Si quis autem episcopus, vel abbas, serva liberave suum ad ministerium utitur, increpator: et in sententia persistens, deponitor. Ubicunque vel episcopus, vel abbas, in itinere diverterit, eo præsente, mulieres secedant.

27 *habitæ in Trullo.*

Qui absque reliquiis sanctis templum consecrat, velut ecclesiasticas traditiones violans deponitor.

28 *ejusdem.*

Episcopus, qui aliquid de fertilibus locis episcopatus alienat, præsertim magistratibus, expellitor: et venditio moneat irrita. Consimiliter et de abbatibus statuendum.

46 *Carthaginiensis, et* 33.

Prorsus ecclesiæ rem non distrahat episcopus, nisi sterilis sit, et magna quædam necessitas urgeat. Et tunc quidem fiat de sententia primatis, et synodi, et finitimorum episcoporum. Aliter si fecerit, pœnæ reus esto.

16 *habitæ in Trullo.*

Episcopus, vel clericus, splendidis sese vestibus ornans, aut unguentis delibutus, nisi desinat, castigator [deponitor].

16 *synodi, quæ* 1 *et* 2 *dicitur, et* 11 *Sardicensis, et* 1 *Carthaginiensis.*

Si quis episcopus gregem suum negligat, ac neque morbo, neque imperatorio, vel patriarchico jussu præpeditus, ultra sex mensium tempus absit peregre: prorsus episcopi honore dignitateque privetur.

12 *Sardicensis.*

Et qui ad prædia sua proficiscitur, extra territorium sita, non ultra tres septimanas in eis commoretur.

121 *Carthaginiensis.*

Qui ad se pertinentia negligunt, ab episcopis sibi finitimis reprehenduntor, ac si quidem nihil

Digitized by Google

intra sex menses fecerint, addicuntor ei qui lucrari potest ; nisi forte parnerit, id eos facere ratione administrationis, non per negligentiam.

12 *habitæ ad Sanctum Sophiam.*

Pontifex ad locum pœnitentium sese non degradet. Si vero degradaverit, non amplius honorem pontificalem sibi vindicet.

4 *Antiochenæ.*

Episcopus a synodo depositus, aut presbyter, aut diaconus, ab episcopo suo, si quid obire sacri ministerii fuerit ausus, non amplius ullam restitutionis in integrum spem habeat ; et qui cum eo communicant, segregantor, præsertim si latam in eum sententiam norint.

11 *Antiochenæ.*

Episcopus, aut presbyter, qui præter metropolitani sui voluntatem ad imperatorem abiit, tam a communione, quam dignitate summovetor.

7 *Sardicensis.*

Aliter ad imperatorem non abeat episcopus, quam si viduarum, et pupillorum, et afflictorum justum patrocinium impellat.

8 *ejusdem.*

Sin ipse propter aliquam hujusmodi causam proficisci nolit, quod eum in castris commorari pudeat, diaconus ablegator.

21 *ejusdem.*

Episcopus episcopum iter facientem conspiciens, itineris causam exquirat ; ac siquidem deprehenderit eum non ob aliquam causam ex iis, quas determinavimus, ad imperatorem, vel alio proficiscentem : litteris ejus non subscribat. nec cum eo communicet.

12 *Antiochenæ.*

Depositus, nisi majorem ad synodum se contulerit, et ad eam retulerit de juribus, quæ habere se putat, sed imperatori potius molestus fuerit, ne quidem purgandi sui locum habeat, nec spem futuræ in integrum restitutionis.

40 *Laodicenæ, et* 53 [56] *ac* 76 *Carthaginensis.*

Qui vocatur ad synodum episcopus, idque pro nihilo ducit, excepta infirmitatis causa, increpator. Sin multitudine sua fretus, charitatem fraternam despicit, magistratus animadversione castigator.

3 *Sardicensis.*

Episcopus haud arcessitus ad urbem ne pergat. Et a coepiscopo dissidens ad aliam provinciam ne provocet : nisi forte visum fuerit episcopo Romano, debere causam ejus ab aliis cognosci.

9 *synodi* 4.

Si quis episcopus, clericusve, cum metropolitano controversiam habeat, coram Constantinopolitano litiget.

5 *Sardicensis,*

Episcopus a coepiscopis damnatus, si Romani episcopi opem imploraverit, isque statuerit, causam ejus a finitimis debere cognosci, fiat. Si rur-

A μηδὲν ἐντὸς ἓξ μηνῶν δράσαιεν, τῷ δυναμένῳ κερδᾶναι προσκυρούσθωσαν, εἰ μή που δι' οἰκονομίαν, ἀλλ' οὐχὶ δι' ἀμέλειαν φανεῖεν τοῦτο ποιοῦντες.

Ὁ ιβ' τῆς ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ.

Ἀρχιερεὺς εἰς τὴν τῶν μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μὴ καταβιβαζέτω · καταβιβάσας δὲ, μηκέτι τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιείσθω τιμῆς.

Ὁ δ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθῃρημένος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, εἰ τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, μηκέτι μὴ δὲ ἀποκαταστάσεως ἐλπίδα ἐχέτω · καὶ οἱ τούτῳ κοινωνοῦντες, ἀφοριζέσθωσαν, καὶ μάλιστα, εἰ καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ εἰδεῖεν ἀπόφασιν.

Ὁια' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

B Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου μητροπολίτου ἀπελθὼν πρὸς βασιλέα, ἀπόβλητος γινέσθω καὶ τῆς κοινωνίας, καὶ τῆς ἀξίας.

Ὁ ζ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Ἄλλως δὲ ἐπίσκοπος πρὸς βασιλέα μὴ ἀπερχέσθω, εἰ μὴ χηρῶν, καὶ ὀρφανῶν, καὶ καταπονουμένων δικαία καταναγκάζει βοήθεια.

Ὁ η' ταύτης.

Εἰ δὲ αὐτὸς ἀπελθεῖν διά τι τούτων οὐ βούλεται, αἰσχυνόμενος δῆθεν διατρίβειν ἐν στρατοπέδῳ, διάκονος ἀποστελλέσθω.

Ὁ κα' ταύτης.

Ἐπίσκοπος ἐπίσκοπον ὁδεύοντα θεασάμενος, τὴν αἰτίαν τῆς ὁδοιπορίας ἐξεταζέτω· κἂν αὐτὸν εὕρῃ, μὴ διά τι τῶν ἡμῖν ὁρισθέντων ἢ πρὸς βασιλέα, ἢ C ἀλλαχόσε ὁδεύοντα, μὴ τοῖς αὐτοῦ γράμμασιν ὑπογραφέτω, μήτε μὴν αὐτῷ κοινωνείτω.

Ὁ ιβ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ὁ καθῃρημένος, εἰ μὴ ἐπὶ μείζονα τραπείη σύνοδον, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν προσαναφέροι, ἀλλ' ἐνοχλοίη βασιλεῖ, μήτε χώραν ἀπολογίας ἐχέτω, μήτ' ἐλπίδα μελλούσης ἀποκαταστάσεως.

Ὁ μ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὁ νγ' [al. νς'] καὶ ὁ ος' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ἐπίσκοπος καλούμενος ἐπὶ σύνοδον, καὶ ἀθετῶν, εἰ μὴ δι' ἀνωμαλίαν, ἐπιτιμάσθω · εἰ δὲ καὶ τῷ ἰδίῳ πλήθει θαῤῥῶν, τῆς ἀδελφικῆς ἀγάπης καταφρονεῖ, D ἀρχοντικῶς παιδευέσθω.

Ὁ γ' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Ἐπίσκοπος ἄκλητος εἰς πόλιν μὴ διαβαινέτω · καὶ συνεπισκόπῳ διαφερόμενος, ἄλλην ἐπαρχίαν μὴ ἐκκαλείσθω, εἰ μή που δόξει τῷ Ῥώμης καὶ παρ' ἄλλοις τοῦτον κριθῆναι.

Ὁ θ' τῆς δ'.

Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς πρὸς μητροπολίτην ἀμφισβητοίη, ἐπὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως δικαζέσθω.

Ὁ ε' τῆς ἐν Σαρδικῇ.

Ἐπίσκοπος παρὰ τῶν συνεπισκόπων κατακριθείς, εἰ τὸν Ῥώμης ἐπικαλέσεται, κἀκεῖνος ὁρίσει παρὰ τῶν ἁγιστευόντων αὐτὸν κριθῆναι, γινέσθω. Καὶ

Digitized by Google

αὖθις εἰ τοῦτων ἀναχαλέσεται, καὶ ὁ Ῥώμης πρεσβυτέρους ἀποστείλας, ὁρίσει πάλιν αὐτὸν κριθῆναι, καὶ τοῦτο γινέσθω.

Ὁ ιη' τῆς ἐν Σαρδικῇ, καὶ ὁ ι0' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ὁ κοινωνίας ἀξιῶν ἐν γνώσει τὸν ἀκοινώνητον, ὑπεύθυνος.

Ὁ ς' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ἀκοινώνητος παρ' ἑτέρου πρότερον μὴ δεχέσθω, ἢ παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· πλὴν εἰ μὴ συνόδου γενομένης ἀπαντήσας ἀπολογήσεται, καὶ τὴν σύνοδον πείσας, ἑτέραν ἀπόφασιν δέξεται.

Ὁ ιη' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Ὁ τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ ἢ ὑπογραφῇ ἐναντιούμενος ἐπίσκοπος, τῆς τιμῆς ἀποστερείσθω.

Ὁ κβ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς αἱρετικὸν μὴ συνεισαγέτω, μή δέ τι τῶν ἰδίων δωρείσθω, μὴ δ' ἂν εἴη συγγενής.

Ὁ πα' ταύτης.

Τῷ δὲ αἱρετικοὺς ἢ Ἕλληνας γράφοντι κληρονόμους, ἀνάθεμα.

Ὁ κγ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος πέραν θαλάσσης μὴ ἀπολημείτω, εἰ μὴ τοῦ πρώτου τῆς χώρας ἀπολυτικὴν λάβῃ παράθεσιν.

Ὁ λβ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς μηδὲν πρότερον ἔχων, εἶτα κτησάμενος πράγματα, εἰ μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτ' ἀφιερώσει, ὡς διηρπακὼς [ὡς Δεσποτικὰ διηρπακώς] πράγματα, ἐνεχέσθω. Καὶ εἰ συγγενικῶν δικαίων κληρονομήσειε, κἀκ τούτων ἀφιερούτω τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὁ δέ τι τῶν ἰδίων ἀφιερώσας, εἶτα μεταμεληθείς, ἀνάξιος τῆς ἐκκλησιαστικῆς κρινέσθω τιμῆς.

Ὁ λε' ταύτης.

Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς τὰ ἴδια τέκνα πρὸ τῆς τῶν τρόπων αὐτῶν σταθηρότητος ἢ τῆς ἡλικίας ποιῶν αὐτεξούσια, τῶν πλημμελημάτων αὐτοῖς κοινωνεῖ.

Ὁ πς' ταύτης.

Μηδεὶς τῶν ἐπισκόπων προτιμᾷν ἑαυτὸν τολμάτω τῶν πρὸ αὐτοῦ.

Σχόλιον.

Τότε ὁ πρότερον χειροτονηθεὶς τοῦ ὕστερον χειροτονηθέντος προεκάθητο, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτά φησιν.

Ὁ ρζ' ταύτης.

Εἷς ἐπίσκοπος ἑαυτῷ μὴ ἐκδικείτω διάγνωσιν.

Ὁ ρκ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος δίκαιον ἔχων ἐπὶ λαῷ, εἰ δυναστείᾳ, ἀλλὰ μὴ ἐπισκόπων κρίσει τοῦτο ζητοίη, ἐκπιπτέτω τοῦ δικαίου, εἰ καὶ γράμματα τοῦ πρωτεύοντος κέκτηται.

Ὁ ρκγ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἑνώσεως ἀμελῶν, καὶ

sus eumdem imploraverit, et Romanus allegatis presbyteris, iterum cognoscendam illius causam censuerit, etiam hoc fiat.

13 Sardicensis, et 19 Carthaginensis.

Qui excusum a communione sciens ea dignatur, reus esto.

6 Antiochenæ.

Excusus a communione prius ab alio ne recipitor, quam ab episcopo suo; extra quam si habita synodo, ad eam profectus sese purgaverit, synodoque persuasa, sententiam aliam tulerit.

13 Carthaginensis.

Episcopus, qui contra confessionem vel subscriptionem propriam facit, honore suo spoliator.

22 ejusdem.

Episcopus, aut clericus, hæreticum ad se non recipiat, nec de suis aliquid ei donet, tametsi cognatus sit.

81 ejusdem.

Hæreticos vel paganos hæredes instituenti, anathema.

23 ejusdem.

Episcopus peregre trans mare ne proficiscitor, nisi regionis suæ primatis testimonium dimissorium acceperit.

32 ejusdem.

Episcopus, aut clericus, qui prius nihil habens, bona deinceps acquisivit; nisi ecclesiæ consecret ea, veluti peculatus rerum Dominicarum, reus esto. Quod si hæreditates jure cognationis sibi debitas adierit, etiam de his ecclesiæ dedicet. Qui vero de suis aliquid consecraverit, cujus eum postea pœnituerit, ecclesiastico indignus honore judicetur.

35 ejusdem.

Episcopus, aut clericus, qui liberos suos ante morum ætatisve stabilitatem emancipat, delictorum ab eis admissorum particeps est.

86 ejusdem.

Nullus episcoporum præferre se iis audeat, qui ante ipsum sunt.

Scholium.

Id temporis qui prius erat ordinatus, ante posterius ordinatum sedebat, ideoque ista dicit.

107 ejusdem.

Unus et idem episcopus sententiam sibimetipsi non exsequatur.

120 ejusdem.

Episcopus, qui jus in populum habet, si potentum ope, non judicio episcoporum id sibi vindicet, jus illud amittat, etiamsi litteras primatis habuerit.

123 ejusdem.

Catholicam negligens unionem episcopus, deque

Digitized by Google

hoc admonitus, post sex menses a communione secluditor.

124 *ejusdem.*

Quod si fallit in hoc, vel hæretici ad [ecclesiam] catholicam ipso studium adhibente non accesserint; ab episcopatu submovetur.

132 *ejusdem.*

Episcopus, qui de quodam ait, eum sibi privatim delictum aliquod esse confessum, idque is inficietur; fides episcopo non habetur.

133 [*al.* 136] *ejusdem.*

Qui injuste alicui non communicat, et ipse communionis exsors.

2 *S. Cyrilli.*

Præter ecclesiasticas leges est, quod nonnulli sacerdotes recusationum libellos offerunt. Quippe si digni sunt, ministerium sacrum obeant; sin autem, non renuntient, sed velut damnati excedant.

5 *ejusdem.*

Si quis aliquid eorum quæ divinitus gubernatis Patribus placent, labefactat, non hoc amplius dispensatio vocanda, sed prævaricatio, et desertio dogmatis, et in Deum impietas.

Scholium Citrensis.

Metropolitanus episcopi quidem sibi subditi concessu, in ejus territorio sacra peragat, verum relationem non episcopi, sed patriarchæ faciat. Non enim admitti debet, et ordini divino refragatur, ut superior relationem sibi subjecti faciat.

6 *apostolorum, et* 24 *Antiochenæ.*

Episcopus, qui suo loco constituit alium, segregator, et irrita maneat ordinatio. Sed postquam episcopus obdormiit, dignum synodus ipsa producat.

31 *habitæ in Trullo.*

Episcopo vita defuncto, metropolitanus ejus bona ne depeculetur, sed ea clerus episcopo futuro custodiat. Si nullus sit clerus, tunc metropolitanus consimiliter agat.

25 *synodi* 4.

Ultra menses tres ecclesia non maneat orba, sed intra hos episcopus ordinator, et reditum ejus incolumem dispensator custodiat. Id nisi fiat, non ordinans punietur.

74 *Carthaginensis.*

Mediator autem sedis, nisi enixe dederit operam, ut in ea sede fiat intra spatium anni episcopus, expellitor.

TITULUS V.

Quinam ad accusationem episcopi admittantur, et qui non admittantur. Tum qui, et quomodo causam accusati cognoscant.

Canon 5 *synodi* 2.

In rebus quidem propriis, etiam male de religione sentiens agat adversus episcopum, velut affectus injuria, sed in ecclesiasticis, orthodoxi et

περὶ τούτου ὑπομνησθείς, μετὰ ἓξ μῆνας ἀκοινώνητος.

Ὁ ρκδ' ταύτης.

Καὶ εἰ τούτου καταψεύδεται, ἢ καὶ αἱρετικοὶ μὴ σπουδάζοντος αὐτοῦ τῇ καθολικῇ προσέλθωσι, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπιπτέτω.

Ὁ ρλβ' ταύτης.

Ἐπίσκοπος λέγων περί τινος, ἐξομολογήσασθαί τι κατιδίαν αὐτῷ πλημμέλημα, εἰ ἐκεῖνος ἔξαρνος γένοιτο, ὁ ἐπίσκοπος μὴ πιστευέσθω.

Ὁ ρλγ' [al. ρλς'] ταύτης.

Ὁ ἀδίκως μὴ κοινωνῶν τινι, καὶ αὐτὸς ἀκοινώνητος.

Ὁ β' τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

Παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἐστι θεσμοὺς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν. Εἰ γὰρ ἄξιοι, λειτουργείτωσαν· εἰ δὲ μὴ, μὴ παραιτείσθωσαν, ἀλλ' ὡς κατεγνωσμένοι ἐξίτωσαν.

Ὁ ε' τούτου.

Εἴ τις τῶν δοκούντων τοῖς θεοφόροις Πατράσι σαλεύει τι, οὐκέτι τοῦτο οἰκονομίαν κλητέον, ἀλλὰ παράβασιν, καὶ προδοσίαν δόγματος, καὶ περὶ τὸ Θεῖον ἀσέβειαν.

Σχόλιον τοῦ Κίτρους.

Ἡ πρὸ τοῦ πεισθῆναι τὸν τοῦ ἀνδρὸς θάνατον, ἀφανοῦς γενομένου, ἑτέρῳ συναφθεῖσα, μοιχᾶται. Πλὴν αἱ στρατιώτιδες ἔχουσι καί τινα συγγνώμην, διὰ τὸ πρὸς θάνατον ἀεὶ τοὺς αὐτῶν ἄνδρας εἶναι. Διὸ καὶ ὁ στρατιώτης ἐὰν ἐπανέλθῃ ποτὲ, καὶ προαιρῆται, τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπολαμβάνει γυναῖκα, συγγνώμης ἀξιουμένην. Ἡ δὲ τῷ καταλειφθέντι παρὰ γυναικὸς πρὸς καιρὸν κατὰ ἄγνοιαν συναφθεῖσα, εἶτα ἀφεθεῖσα, διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν, ὡς ἐν ἀγνοίᾳ πορνεύσασα, γάμου οὐκ εἴργεται. Κάλλιον δὲ, ἐὰν μείνῃ οὕτως.

Ὁ μὴ τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα, οὕτω μενέτω· μοιχαλὶς γὰρ, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, « εἰ ἑτέρῳ ζευχθείη. »

Ὁ λδ' τούτου.

Αἱ μοιχευθεῖσαι καὶ ἐξαγορεύουσαι, ἢ καὶ ἐλεγχόμεναι, ἄνευ κοινωνίας ἱστάσθωσαν, καὶ μὴ δημοσιευέσθωσαν.

Ὁ λθ' τούτου.

Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα διὰ βίου μοιχεύεται.

Ὁ ς' τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας.

Κατηχουμένη ἐὰν ἐν ῥύσει γένηται, μὴ βαπτιζέσθω, ἕως οὗ καθαρθῇ.

Ὁ η' τούτου.

Ἡ ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι τετοκυῖα, καὶ τροφῆς μεταλαμβανέτω, καὶ οἴνου.

Τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου.

Ἐὰν γυνὴ γεννήσῃ, καὶ ἔστιν ἐν κινδύνῳ τὸ παιδίον, ἀπὸ ἡμερῶν τριῶν ἢ πέντε· τὸ μὲν παιδίον φωτισθήτω, ἄλλη δὲ γυνὴ βεβαπτισμένη καὶ καθαρὰ θηλάσει αὐτό. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὸν κοιτῶνα, εἰς ὃν τὸ παιδίον ἀνάκειται, μέχρι τῶν μ' ἡμερῶν, ἕως ἂν καθαρθῇ τελείως, καὶ λάβῃ εὐχὴν παρὰ τοῦ ἱερέως, μήτε μὴν ἅψηται τοσύνολον αὐτοῦ.

Ὁ β' Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, καὶ ὁ ζ' Τιμοθέου.

Αἱ ἐν ἀφέδρῳ, καὶ θείων ναῶν, καὶ ἱερῶν μυστηρίων εἴργέσθωσαν.

Σχόλιον.

Ἦγουν ἐν καταμηνίοις, διὰ τὸ κεχωρισμένως ταύτας παρὰ Ἰουδαίοις καθέζεσθαι.

Τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου.

Ἐὰν τελεία γυνὴ γενομένη Χριστιανὴ, μετὰ μίαν, ἢ δύο, ἢ ὁσασδήποτε ἡμέρας μέχρι τῶν ἑπτὰ, ἴδῃ

A

35 *ejusdem.*

Si absque ratione mulier diverterit, ipsa quidem non expers est culpæ, sed vir tamen culpa caret.

91 *habitæ in Trullo, et* 21 *Ancyranæ, et* 2 *Basilii Magni.*

Quæ medicamenta partum abigentia præbent, et quæ accipiunt, homicidarum pœnæ subjiciuntor.

93 *habitæ in Trullo, et* 31 *et* 36 *et* 46 *Basilii Magni.*

Quæ ante, quam de viri nusquam apparentis obitu inaudierit, cum altero juncta fuerit, adulterium committit. Militum tamen uxores veniæ non nihil habent propterea, quod earum mariti pro semper adsint ad mortem. Quapropter et miles, si reversus aliquando fuerit, atque ita velit, suam recipit uxorem, venia dignatam. Mulier vero, quæ viro ab uxore deserto per ignorationem ad tempus aliquod juncta fuerit, ac deinde propterea dimissa, quod prior isthæc ad eum redierit, quasi quæ per ignorantiam scortata sit, a matrimonio contrahendo non arcetur. Melius tamen fuerit, eam ita manere.

B

48 *Basilii Magni.*

A viro dimissa sic maneat. Adultera namque, secundum illud Domini verbum, « si alteri juncta fuerit. »

34 *ejusdem.*

C Adulterio pollutæ, quæ vel confessæ fuerint, vel convictæ, absque communione stent erectæ, nec tamen public judicentur.

39 *ejusdem.*

Quæ cum adultero juncta vivit, tota vita mœchatur.

6 *Timothei Alexandrini.*

Catechumena si fluxum habuerit, ne baptizator ante, quam purgata fuerit.

8 *ejusdem.*

Quæ [ante Pascha] magna illa septimana peperit, et cibum capiat, et vino utatur.

Nicephori patriarchæ.

Si mulier peperit, et infans in periculo est, a tribus aut quinque diebus, puer quidem per baptismum illuminator, sed alia mulier baptizata et munda lactabit eum. Mater autem ipsius cubiculum non ingreditor, in quo puer jacet, usque ad quadragesimum diem, dum purgata scilicet integre fuerit, et preces a sacerdote impetraverit, nec omnino puerum attinget.

D

11 *Dionysii Alexandrini, et* 7 *Timothei.*

Quæ in secessu sunt, tam a divinis templis, quam sacris mysteriis arcentor.

Scholium.

Hoc est, quæ menses suos habent, propterea quod hæ separatim apud Judæos degebant.

Nicephori patriarchæ.

Si adulta mulier facta Christiana, post unum, vel duos, vel quotcunque dies, usque ad septem,

Digitized by Google

sibi consueta viderit, in domo sua communicabit; ecclesiam vero non ingredietur, donec purgata fuerit.

2 *Cæsariensis.*

Quæ duobus fratribus nupta fuerit, tota vita rejicitor. Jam vero moritura, si polliceatur se valetudine recuperata matrimonium soluturam, ad pœnitentiam ducitor. Sin alteruter conjugum obierit, superstiti pœnitentia gravis manet.

24 *Basilii Magni.*

Vidua sexagenaria, si nupserit, veniam non impetret. Quæ vero annos sexaginta necdum attigit, veniam meretur.

41 *ejusdem.*

Accusari vidua nequit, si cum alio cohabitaverit.

53 *ejusdem.*

Serva vidua fortasse non multum deliquerit, si secundas nuptias contraxerit per speciem raptus.

11 *Ancyranæ.*

Quæ propter exercitationem religiosam, hominum opinione, virilem vestem sumit, anathema sit.

12 *ejusdem.*

Similiter et quæ maritum deserit, matrimonium abominans.

13 *ejusdem.*

Et quæ liberos deserit, continentiæ prætextu.

15 *ejusdem.*

Quæ propter divinum, hominum opinione, cultum comas tondent, anathema sint.

11 *S Gregorii miraculorum effectoris.*

Mulieres, quarum a Barbaris vitiata corpora sunt, culpa carent, nisi fortassis etiam ante captivitatem cognitæ fuerint.

Τὰ ἔθιμα αὐτῆς, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς κοινωνήσει. Εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν οὐ μὴ εἰσέλθῃ, ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Ὁ β' τῆς ἐν Καισαρείᾳ.

Ἡ δυσὶν ἀδελφοῖς γαμηθεῖσα διὰ βίου ἐξωθείσθω. Ἀποθνήσκουσα δὲ, εἰ ὑπισχνοῖτο λύσειν τὸν γάμον ὑγιάνασα, εἰς μετάνοιαν ἀγέσθω. Εἰ δὲ τῶν συνοίκων ὁ εἷς τελευτήσει, τῷ μείναντι δυσχερὴς ἡ μετάνοια.

Ὁ κδ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἐξηκοντούτης χήρα, εἰ γήμοι, ἀσύγγνωστος· ἡ μέντοι πρὸ τῶν ἑξήκοντα χρόνων, συγγνωστέα.

Ὁ μα' τούτου.

Ἀνέγκλητος ἡ χήρα, ἑτέρῳ συνοικήσασα.

Ὁ νγ' τούτου.

Ἡ χήρα δούλη τάχα οὐ μέγα ἥμαρτεν, ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν ἁρπαγῆς σχήματι.

Ὁ ια' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ἡ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἀνδρῶν ἀναλαμβάνουσα ἀμφίασμα, εἴη ἀνάθεμα.

Ὁ ιβ' ταύτης.

Ὡ σαύτως καὶ ἡ τὸν ἄνδρα καταλιμπάνουσα, τὸν γάμον βδελυσσομένη.

Ὁ ιγ' ταύτης.

Καὶ ἡ τὰ τέκνα καταλιμπάνουσα, εὐλαβείας προφάσει.

Ὁ ιε' ταύτης.

Αἱ διὰ νομιζομένην θεοσέβειαν τὰς κόμας ἀποκειρόμεναι, ἀνάθεμα.

Ὁ β' τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

Αἱ παρὰ τῶν βαρβάρων ὑβρισθεῖσαι τὸ σῶμα γυναῖκες, ἀνεύθυνοι, εἰ μή που καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας εἶεν κατεγνωσμέναι.

ANNO DOMINI MCCCXLV.

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS

PHILADELPHIENSIS METROPOLITA.

NOTITIA

(Fabric. Harles, *Bibliotheca Græca*, tom. XI, p. 393; tom. VIII, p. 675.)

Macarius Chrysocephalus, Philadelphiæ archiepiscopus, fortasse idem cum Macario Philadelphiæ circa annum 1350, de quo Cantacuzenus, IV, 37, pag. 859. Diversus a Joanne Chrysocephalo, de quo meminit Syropulus in *Hist. concilii Florentini*, sect. IV, cap. 29, et Joanne Chrysocephalo Holobolo, hypomnematographo, et Ecclesiæ CP. diacono, a quo scriptum sæculo XV codicem, in quo Catena Niceæ

Digitized by Google

in Lucam continetur, in bibl. Coisliniana asservari refert Montfauconus, pag. 251, nec non a Matthæo Chrysocephalo, de quo dixi volum. VIII, pag. 685, quemadmodum et de Macarii Chrysocephali Catenis Patrum ineditis in Genesin, Matthæum, [*ibid.* p. 645, et 675 seq. 677 seq.] et ea Lucæ, quorum Matthæus non meminit, fusius tradidi *ibid.* pag. 679 seq. [ubi v. not. *u*]. Præterea scripsit brevem, sed accuratam expositionem in Canones apostolorum et conciliorum, quam dum Chii moraretur, se legisse testatur Allatius contra Creyghtonum, pag. 680. [Idem scripsit Florilegium. V. supra ad vol. IX, p. 759, et in cod. Marc. bibl. 452. HARL.] Exstant quoque variæ ejus Homiliæ adhuc ineditæ in bibl. cardinalis Columnæ, et Romæ in collegiis Græcorum : plerasque etiam habuit Gerasimus Blachus et Allatius, qui et laudato adversus Creyghtonum loco et libro de Simeonibus illarum meminit (1). Harum notitiam apponam ex codice Coisliniano, quem recenset Montfauconus, pag. 180 seq.

1. *In novem ordines angelorum et in S. Michaelem* ; caret initio. In 14 capita distributus est. Initium sic profertur a Leone Allatio : Ἀρίστη μὲν καὶ ἡ τῶν ὁρωμένων εὐπρέπεια.

2. Fol 19. *In principes angelorum Michaelem et Gabrielem.* Init. Ἤδη μοι τῷ πρὸς τοὺς οὐρανίους. In 15 capita divisus est.

3. Fol. 40. *In Hypapanten.* Initium : Φαιδρὰ τῆς ἑορτῆς τὰ προπύλαια καὶ φρικτά.

4. Fol. 50. *In festum* τῆς Ὀρθοδοξίας. Init. Τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων.

5. Fol. 66 verso : *In tertiam jejuniorum Dominicam, in qua fit adoratio crucis.* Init. Μεγάλη μὲν ἡ παροῦσα ἡμέρα καὶ περιφ.

6. Fol. 80 verso : *In Ramos Palmarum.* Init. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών · κήρυττε.

7. Fol. 93. *In S. Joannem apostolum et theologum, ejusque theologiam.* Init. Ἀποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι προθέμενος.

8. Fol. 104 verso : *In natale sancti Joannis Baptistæ.* Init. Ἰωάννῃ τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου τοῦ; Λόγου; ἀνατίθημι.

9. Fol. 120. *In decollationem S. Joannis Baptistæ.* Init. Πάλιν Ἰωάννης ὁ μέγας, ἡ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή.

10. Fol. 139. *In Exaltationem Sanctæ Crucis.* Init. Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων, καὶ μάλιστα. Editus a Gretsero tom. II *De cruce*, pag. 1289.

11. Fol. 151, verso. *In Transfigurationem Domini nostri Jesu Christi.* Init. Θεὸς Κύριος ἐπ' ὄρους ἐπέφανεν.

12. Fol. 173, verso. Joan. Chrysost. *In Annuntiationem Deiparæ.* Init. Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια. Πάλιν ἐλευθ. Hactenus Macarii Chrysocephali Sermones in codice Coisliniano. Postremus vero Chrysostomi fertur. Tres alios memorat Allatius :

In gloriosam Christi Resurrectionem. Incipit : Χαρᾶς ὑπόθεσις ἡ παροῦσα πανήνυρις.

In mulieres unguenta ferentes et in Joseph ab Arimathia, deque Dominica resurrectione, et futura per eam universi hominum generis suscitatione. Incipit : Τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ εὐαγγέλια.

In Ascensionem Domini Deique nostri Jesu Christi. Incipit : Μεγάλη τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις.

Fabricius iterum in tomo VIII, p. 675.

Macarius, incertum, an sæculi XIV scriptor, Philadelphiæ metropolita, a studio Catenas e scriptis SS. Patrum connectendi et χρυσᾶ κεφάλαια ex illis excerpendi colligendique CHRYSOCEPHALUS appellatus, præter Catenam in Genesin, quæ nescio an adhuc superest, nisi forte hæc sit Catena illa in Genesin ms. quam in bibl. Cæsarea exstare supra, § IV, p. 756 [ed. vet.] adnotavi, composuit Catenam in Matthæum, divisam in tomos III, λόγους LX. Ex his tomus I, λόγους XX complexus superest in codice CLXVI Barocciano, exarato an. Chr. 1345. Inscribitur : Ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον, συλλεγεῖσα καὶ συντεθεῖσα κεφαλαιωδῶς παρὰ Μακαρίου Μητροπολίτου Φιλαδελφείας τοῦ Χρυσοκεφάλου, ἤτις καὶ χρυσᾶ κεφάλαια ὠνόμασται, διά τε τὴν τιμίαν καὶ διαλάμπουσαν τῶν ἐν τοῖς κεφαλαίοις θεωρουμένων ἔννοιαν, καὶ διὰ τὴν τοῦ συγγραψαμένου ἐπίκλησιν.

Πολλῶν πόνων ἔρανον ἠκριβωμένος
Τὰ πάντα δ' ὡς χρὴ καὶ καλῶς ἐσκεμμένα.
Οὐδὲν περιττὸν οὐδὲ λεῖπον ἐνθάδε
Μακάριος συνῆψε Φιλαδελφείας (2).

Jo. Christophorus Wolfius, qui illum codicem Barocciannm evolvit, et accuratiorem illius notitiam nobis tradidit, testatur, scriptores, quorum expositiones ac symbolæ in hac Catena afferuntur, præter

(1) Supra in vol. X, in Sanctorum Elogiis et Vitis passim citatæ sunt Macarii Chrysocephali homiliæ, et, quæ in bibl. Coislin. indicantur, est adnotatum, e. g. p. 199 bis, p. 237, 241, 243, 247, 251 bis, 253 fin. 256, 259, 260 et 302. Add. infra, vol. XIII, p. 788. — Sec. Montfauc. *Bibl. bibliothecar. mss.* p. 185 D, Romæ in cod. Ottobon. Ejusd. Oratt. de diversis, p. 187 B in cod. Bibl. Ejusdem Collectio expositionum in Evangelia. — Ib. p. 501 C, et p. 528 A, Mediolani, in bibl. Ambros. ejusd. homiliæ 106. Item in Exaltationem S. Crucis, ex bibl. cardinalis Columnæ; iterum, homiliæ. — Conf. Cavei diss. 1, ad *Hist. litt. SS. Eccl.* II, p. 12 seq. in primis Oudin. *Comm de SS. Eccl.* III, p. 606 sqq. ad ann. Chr 1290. HARL.

(2) Conf. Matthæi Præf. ad Euthymii Zigabeni Comm. in SS. Evangelia, tom. I, p. 8, sq. de illis versibus. In.

Digitized by Google

Macarium ipsum, esse Africanum, Alexandrum, Anonymum, Basilium, Clementem Alex., Jo. Climacum, Cosmam, Cyrillum, Chrysostomum, Dorotheum, Epiphanium, Eusebium, Gregorium Naz. et Nyssenum, Joannem Geometram, Isidorum, Marcum (archiepiscopum forte Alex. sæculo XIII ineunte, qui etiam in Catena Corderiana ad Lucam citatur), Maximum, Metaphrastem, Nilum, Origenem, Philochorum, Severum, Titum Bostrensem, et Victorem Antiochenum, « ac binos, inquit, alios, quorum nomina per litterarum compendium insolens nec facile obvium, rarius expressa erant. » Frequentissime in hoc opere advocantur in partes Chrysostomus, Gregorius uterque et Titus. (Fabr.) Conf. infra, vol. X, p. 797 seq. et cel. Villoison in *Anecd. Gr.* tom. II, pag. 5 sqq. de Macarii nomine et ætate, diversa variorum doctor. judicia affert. In primis huc pertinent ea quæ de Oudini ac Millii Usseriique sententia refert. Jo. enim Millius, in Prolegg. p. 150, col. 1, et pag. 158, col. 2, ad edit. N. T. Oxon. 1707. opinabatur, Chrysocephalum floruisse aut scripsisse a. Chr. 995, ex fide cod. Oxoniens. 156 in quo inest ipsius *Catenæ in S. Matthæum pars* I, quam ann. 995, vel ab ipso auctore, vel a librario scriptam arbitrabatur; sed refutatus est ab Usserio cap. 18 Prolegom. ad edit. Epist. S. Ignatii, cum hæc ipsa Catenæ in Matthæum pars prima, in hoc ipso codice finita, notetur mensis Decembr. d. 22, an. 6853, feria quarta, h. e. a. Chr. 1345. Ejusdem Millii opinionem explodit Oudin. *De scriptor. eccl.* tom. III, p. 607, ubi vitam scriptaque Macarii Chrysocephali persequitur, ejusque ætatem a. circ. 1290 asserit. Tum Villoison pluribus examinat refellitque opinionem Le Quien in *Oriente Christiano*, tom. I, pag 872 sq. et amplectitur sententiam nostri Fabricii, Macarium Chrysoceph. vixisse sæculo decimo quarto; denique diligenter eruditeque recenset Macarii Chrysoceph. Ῥοδωνιὰν in cod. Venet. Marc. et multa ex illa vel notat vel primus publicavit illustravitque. Ætas ejus cognosci potest ex cod. Vindob. Cæsar. 266 n. 15, ubi est tomus condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acyndini, a synodo CPolitana in palatio Blachernensi habita, compositus et editus ann. mundi secundum vulgarem Ecclesiæ CP. supputationem 6859, f. ann. Christi 1351, atque Callisti, patriarchæ CP. aliorumque multorum metropolitarum, ipsorumque imperatorum, Jo. Cantacuzeni et Jo. Palæologi subscriptionibus confirmatus. Inter metropolitas igitur subscriptores nominatur ὁ Μητροπολίτης Φιλαδελφείας, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης Λυδίας, καὶ καθολικὸς κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, *Μακάριος*. V. Lambec. Comm. V, p. 420 sqq. Harl.

Ut appareat, quam diversam ab aliis veterum recentiumque κεφαλαίοις evangelistæ Matthæi, distinctionem secutus Macarius fuerit, titulos λόγων viginti, non ultra capitis octavi primos quatuor versiculos progredientium, e catalogo mss. Angliæ tom. I, n. 156, adscribam (1).

Λόγος α'. Τὰ προλεγόμενα περιέχει τὰς τῶν Εὐαγγελίων ὑποθέσεις.
β'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τοῦ Χριστοῦ.
γ'. Τὴν Χριστοῦ γέννησιν καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Ἰωσὴφ περιέχει.
δ'. Ἡ τῶν Μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία.
ε'. Ὁ χρηματισμὸς τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ εἰς Αἴγυπτον φυγὴ τοῦ Χριστοῦ.
ς'. Ἡρώδου παιδοκτονία, καὶ ἡ Χριστοῦ ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδος.
ζ'. Περὶ Ἰωάννου, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν κηρύγματος καὶ βαπτίσματος.
η'. Ἡ Χριστοῦ βάπτισις.
θ'. Πειρασμὸς Χριστοῦ καὶ νίκη κατὰ τοῦ διαβόλου.
ι'. Ἀναχώρησις εἰς Γαλιλαίαν καὶ κατοικία εἰς Καπερναούμ.
ια'. Πρόσκλησις Ἀνδρέου καὶ Πέτρου καὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ζεβεδαίου.
ιβ'. Οἱ μακαρισμοί.
ιγ'. Διδασκαλία ἁπλοτέρα τῆς νομικῆς πολιτείας.
ιδ'. Περὶ ἀοργησίας καὶ εὐφροσύνης, καὶ περὶ τοῦ μηδ' ὅλως ὀμνύειν.
ιε'. Περὶ τοῦ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς.
ις'. Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ προσευχῆς, καὶ νηστείας.
ιζ'. Περὶ ἀκτημοσύνης, καὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ θησαυρίζειν.
ιη'. Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, καὶ τοῦ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν μετὰ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας.
ιθ'. Περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν.
κ'. Ἴασις τοῦ λεπροῦ.

Simulis Catena ejusdem Macarii in Lucam, sive in loca Lucæ, quibus gemina non habet Matthæus, in 24 divisa libros, atque ideo magni alphabeti nomine ab auctore nuncupata, exstat in codice Barocciano 161 (2) : Εὐαγγελικῶν διάνοιαν ῥημάτων Χρυσοκέφαλος συντίθησιν ἐνθάδε ταπεινὸς Μακάριος

(1) De diversitate codd. in Matthæi Evangelio, vel κεφαλαίων notatione et τίτλοις instructorum, vel quorum sectiones sub majusculis sive minusculis litteris alphabeti indicantur, et de numerandis Matthæi capitibus docte egerunt Griesbach, theologus Ienensis cel. in prog. Ἐπίμετρον ad Commentarium criticum in Græcum Matthæi textum. Jenæ 1801, 4, et Gabler, theologus Altdorf. cel. in *Journal für theologische Litteratur*, tom. II, part. I, Norimbergæ, 1801, n. 1; *Hat die Ebnerische Handschrift des N. T. das erste Kapitel Matthæi, oder nicht?* (prius adfirmatur probaturque) pag. 1 sqq. (Harl.)

(2) Secundum catal. codd. Angliæ, etc., tom. I, pag. 30, est illa in cod. Baroc. 211. Similis Macarii Chrysoc. catena est in cod. *Taurinensi* CI, atque confector catal. codd. Cr. Taur, quia Fabricius h. l. partem procœmii tantum edidit prætermisso ejus initio, usus (ut ille ait) fortasse codice mutilo, vel ea duntaxat excerpere volens, quæ operis rationem ostenderent, omissa a Fabricio supplevit ex cod. Taurinensi (in quo multa est lectionis varietas notatu digna), et integram subjecit præfationem cum versione Lat. pag. 188 sq. Quod vero catalogus ille haud frequens est, retinui h. l. id quod Fabricius dederat. — Vindobonæ, in Bibl. Cæsar.

Digitized by Google

Φιλαδελφείας, ὁ ἱκέτης τῆς μακαρίας Τριάδος. Auctores, ex quibus Catena contexta, iidem fere, ex quibus illa in Matthæum; præ cæteris frequentes afferuntur symbolæ Antipatri Bostrensis, Anastasii, Basilii, Cyrilli, Eusebii, Joannis Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni et Nysseni, Severi Antiocheni, Titi Bostrensis et Victoris Antiocheni. Laudantur etiam Ambrosius, Asterius, Basilius Seleuc., Cassianus, Clemens Alex., Climacus, Cosmas, monachus Damascenus, Dionysius Areopag., Dorotheus Elias Cretensis, Ephraim, Epiphanius, Evagrius, Gregorius Thaumaturgus, Hippolytus, Ignatius, Irenæus, Justinus, Leo imp., tomo synodico, Maximus, Nicetas, Nilus, Origenes, Philanthropenus, Psellus, Theophylactus, et semel in limine operis Manuel Grammaticus, ubi variæ significationes vocabuli λόγος; ex eo afferuntur. Plures sæculo XIV fuere Manueles Grammatici, ut Manuel Moschopulus, et Manuel Chrysoloras, de quibus supra [vol. VI, p. 322 sqq. § 4 et 5].

Hoc magnum in Lucam Macarii Alphabetum laudat etiam atque usque ad litteram *d* legisse se testatur Allatius, de Psellis, p. 39, et adversus Creyghtonum pag. 682. Incipit : Ἐμοὶ κόσμος καὶ πλοῦτος καὶ πρὸς τούτων ζωὴ καὶ τρυφή. Ejus *precatio adversus Barbarorum incursus* exstat Græce et Latine in Græcorum Euchologio, pag. 817, edit. Goari. *Sermo in exaltationem crucis*, sed extrema parte mutilus, apud Gretserum, *De cruce*, pag. 1289. Alias ejus tredecim homilias, quæ ms. fuere apud Gerasimum Blachum atque Allatium, et in bibl. cardinalis Columnæ et Romæ in collegio Græcorum, recenset Guil. Caveus in *Diss. de scriptoribus dubiis*, qui non audet Macarium Chrysocephalum eumdem statuere cum Macario, Philadelphiensi episcopo, qui ann. Chr. 1354 a Joanne Cantacuzeno commendatus est ad patriarchatum Cp. quem Philotheus deinde obtinuit. Quanquam vero non plane certum illud sit, veri tamen esse simillimum libenter profiteor. Quemadmodum et Chrysocephalum nomen esse non tam a studio χρυσᾶ κεφάλαια colligendi inditum, quam gentilitium (1), persuadet, quod Joannis Chrysocephali mentio occurrit in Syropuli *Historia concilii Florentini*, sect. 4, c. 29, et Matthæi Chrysocephali Carmina iambica in orationem sepulcralem Manuelis (Palæologi) imp., de Theodoro, fratre, memorat Allatius contra Creyghtonum, p. 684, afferens etiam hos ejusdem versus binos, quorum singuli universas Alphabeti Græci litteras complectuntur.

Δηδεὶς πτεροῖς ἐκλαγξε βομβώδη ψόφον
Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ θηρολυγοκαμψιμέτωπος;

cod. 42 Catena in Evang. Lucæ ex multis scriptoribus collecta eccles., quos enumerat Lambec. Comm. 3, pag. 165 sqq., et Catenam illam dignissimam profecto esse judicat, quæ secundum id mss. exemplar sine ulla interpolatione edatur Græce. Sed paulo post iterum de illo cod. dicendum est.

(1) Conf. Villoison, l. c., pag. 57 not. l. HARL.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΚΕΦΑΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΨΩΣΙΝ

ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ.

—

MACARII CHRYSOCEPHALI

PHILADELPHIENSIS, METROPOLITÆ

ORATIO IN EXALTATIONEM VENERANDÆ ET VIVIFICÆ CRUCIS.

(Opp. Gretseri t. II, p. 149.)

—

Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων, καὶ μάλιστα Α καθηδύνον μου τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἡ τοῦ Κυ-

Nihil mihi ex omnibus rebus jucundius accidit, neque quod intimos animi mei recessus magis

Digitized by Google

oblectet, quam gloria Domini mei, universorum Gubernatoris et Salvatoris Christi. At hæc alia non est, quam Crux omni veneratione dignissima totiusque mundi singulare ornamentum. Hunc cum exaltari conspicor, exaltor simul et ego mente, orationibusque crucis laudes enarrantibus gaudere solitus, vos quoque gaudii hujus et canticorum jucunditatis participes habere exopto. Adeste igitur et accurrite omnes qui habitatis orbem, et ex Psalmi monitis, manibus plaudentes, spiritu mentes extollite, hymnumque victricem decantate, et ex beneficio canticum efficite, et sublata lætitiæ voce, *Annuntiate usque ad extremum terræ*[1], et a finibus orbis audiatur exsultatio, et salutare Dei admirandis operibus plenum. Etenim me magnitudo mysterii, præsentisque celebritatis virtus in oblivionem meæ imbecillitatis adducunt, crucisque laudes decantare, ipsamque mortem a Domino pro me oppetitam (quoad vires patiuntur) extollere, et vitalem resurrectionem, quæ gloriam nobis peperit, universitatis hujus terminis nuntiare cohortantur. Nam gloria generis nostri, gloria Christi est, servarique per crucem merito crucis beneficium prædicamus.

Optarem quidem, statim sub exordium orationis, angelicam mihi donari linguam, vocemque humana superiorem et excellentiorem, et quæ vim per terras et maria penetrandi haberet, quæque cunctos mortales præconio altisono, et ad omnes manante, ad anniversariam diei hujus festivitatem convocaret, ut cum magnitudine gaudii æquaretur etiam lætantium conventus, a finibus terræ collectus, et ex omnis conditionis hominibus constitutus : ut hac ratione quasi tuba quadam omnibus hujus solemnitatis caput et summam significarem, et perspicue declararem ; tuba, inquam, non ex ære fusa et artificiose confecta, sed aurea illa et spirituali, quæ maximo suo ornamento et immortalem sinceritatem, et omnimodam incorruptionem habet.

Cum vero duo sint, quæ et vocem et orationem meam a proposito et incepto abducere moliantur, animi infirmitas, et in tam varias mundi plagas gentium diffusio, etiam atque etiam oro, ut ad utrumque amoliendum opem mihi feratis, ut illam quidem precibus vestris corroboretis, hanc autem frequentia, densoque accursu vestro, et alacritate ad audiendum, compensetis ; sic enim fortassis propositam materiam propius attingere, et orationis, ob communem totius orbis celebritatem instituta, metam assequi licebit. Exaltatur ergo adorationis causa veneranda Domini crux ; at interim prostat in argumentum dicendi, simulque astat multitudo timentium Dominum, populi, tribus, et linguæ a finibus terrarum excitæ, videndi simul et audiendi causa. Nec est, qui laudationem mirandis rebus parem allaturus sit. Quis enim eloqui possit *potentias Domini, et auditas facere omnes laudatio-*

[1] Act. xiii, 47.

ρίου μου δόξα καθέστηκε τοῦ πάντων Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ. Αὕτη δέ ἐστιν ὁ πανσεβάσμιος σταυρός, ἡ παγκόσμος εὐπρέπεια. Καὶ τοῦτον νῦν ὑψούμενον βλέπων, συνυψοῦμαι τῇ διανοίᾳ, καὶ χαίρων τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, κοινωνοὺς ὑμᾶς ἔχειν ἀξιῶ τῆς φαιδρότητος, καὶ τῆς τῶν ᾀσμάτων φιλοτιμίας. Συνδράμετε δὲ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, καὶ ψαλμικῶς τὰς χεῖρας κροτήσαντες, πνευματικῶς τὰς φρένας ὑψώσατε, καὶ ἐπινίκιον ὕμνον ἀνακράξατε μελῳδημα τὸ εὐεργέτημα ποιησάμενοι, καὶ φωνὴν εὐφροσύνης ἐξηχήσαντες· *ἀναγγείλατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς*, καὶ ἀκουστὸν γενέσθω τοῖς πέρασι ἀγαλλίαμα, τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον τερατούργημα. Κἀμὲ γὰρ τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος, καὶ τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις ἐπιλαθέσθαι τῆς ἀσθενείας προτρέπεται, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν εὐφημίαν κροτῆσαι, αὐτὸν δὲ τὸν δι' ἐμὲ τοῦ Δεσπότου θάνατον, ὡς δυνατὸν ἐξυμνῆσαι, καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν καταγγεῖλαι τοῖς πέρασι, δι' ἧς ἐδοξάσθημεν. Δόξα γὰρ τοῦ γένους ἡμῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ γέγονε δόξα, καὶ σεσωσμένοι διὰ σταυροῦ, καὶ τὴν εὐεργεσίαν ἀνακηρύττομεν.

Ἐβουλόμην γοῦν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, καὶ γλῶτταν εὐθὺς ἀγγελικὴν λαβεῖν, καὶ φωνὴν εἰληφέναι φύσεως ἀνθρωπίνης κρείττονα, καὶ διὰ πάσης δυναμένην γῆς καὶ θαλάσσης ἀφικνεῖσθαι, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἐν ὑψηλῷ καλέσαι καὶ διαπρυσίῳ κηρύγματι πρὸς τὴν ἐτήσιον ταύτην τῆς ἑορτῆς τελετὴν, ἵνα τῷ τῆς χαρᾶς μεγέθει συνεπεκτείνηταί μοι καὶ τῶν εὐφραινομένων ὁ σύλλογος ἐκ περάτων γῆς· καὶ παντὸς γένους ἀνθρώπων συνεστηκώς, καὶ οὕτως ὡς διὰ σάλπιγγος ἠχῆσαι μέγα καὶ διατρανῶσαι πᾶσι τῆς πανηγύρεως τὸ κεφάλαιον, σάλπιγγος οὐ χαλκοστόμου τινὸς καὶ τεχνικῆς, ἀλλὰ τῆς παγχρύσου καὶ πνευματικῆς, ἥτις μετὰ τῆς καλλίστης εὐπρεπείας καὶ τὸ ἀκήρατον ἔχει, καὶ ὅλως ἀδιάφθορον.

Δυοῖν δὲ ὄντων, ἅπερ μοι συνέχοντα μετὰ τῆς φωνῆς καὶ τὸν λόγον ἀπάγειν ἐθέλει τοῦ πράγματος, καὶ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπείργειν τὴν ἔφεσιν, ψυχικῆς ἀτονίας καὶ μήκους ἐθνῶν διασπορᾶς, πρὸς ἀμφότερα βοηθῆσαί μοι διανάστητε νῦν ὑμεῖς, καὶ τὴν μὲν ἐπιῤῥώσατε ταῖς εὐχαῖς, τὴν δὲ σπουδῇ συμπληρώσατε, προστρέχοντες ἀσμένως ἐπὶ τὸ κήρυγμα, καὶ προθυμότερον τῆς ἀκροάσεως ἐφαπτόμενοι· οὕτως ἂν ἴσως καὶ δυναίμην ἐγγύς που τῆς προθέσεως ἐλθεῖν, καὶ τὸν λόγον κατὰ σκοπὸν συμπεραίνειν τῆς οἰκουμενικῆς πανηγύρεως. Καὶ γοῦν ὑψοῦται μὲν εἰς προσκύνησιν ὁ τίμιος τοῦ Δεσπότου σταυρὸς, πρόκειται δὲ εἰς ἐξήγησιν, ὅπερ αὐτοῦ λόγος καὶ πλῆθος παρέστηκε τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι ἐξ ἄκρων γῆς συνδεδραμηκότες εἰς τὴν πρόσβλεψιν ὁμοῦ καὶ ἀκρόασιν. Καὶ τῶν θαυμασίων ἀξίαν τὴν εὐφημίαν ὁ προσκομίσων ἐστὶν οὐδείς. Τίς γὰρ καὶ δυνήσεται

Digitized by Google

τὰς δυναστείας λαλῆσαι τοῦ Κυρίου, καὶ ἀκουστὰς ποιῆσαι πάσας τὰς αἰτήσεις αὐτοῦ, ὅσας τε ἄνωθεν πεποίηκεν ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων, πρωτυπῶν τὴν σταυροῦ δόξαν, καὶ ὅσας ἐσύστερον δι' αὐτοῦ τεθαυματούργηκε καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐ διαλείπει τερατουργῶν, εἰς καύχημα τῶν ἠλπικότων ἐπ' αὐτὸν καὶ ἀσφάλειαν; Οὐκ ἔστιν ἀληθῶς, οὐκ ἔστιν οὐδὲ νῷ διαλαβεῖν, οὐδὲ παρακύψαι τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ κόσμῳ παντὶ μὴ χωρούμενα τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ διὰ σταυροῦ τελούμενα, εἰς αἰῶνας δὲ ὅλους καὶ αἰῶνας αἰώνων ἐνεργούμενά τε καὶ θαυμαζόμενα, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνην μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀγγελικὴν, οἶμαι, καὶ ὑπερκόσμιον ἀρκέσαι δύναμιν πρὸς ὕμνον τῶν διὰ σταυροῦ τερατουργημάτων. Ἐπίσης γὰρ ἅμαχός τε τοῖς ἀντιπάλοις ἡ τούτων δύναμις, καὶ τοῖς οἰκείοις εἰς εὐφημίαν ἀνέφικτος, καὶ νικητὴς ὄντως ἀναδείκνυται δεξιὸς ἑκατέρων, τοὺς μὲν καταράσσων καὶ μόνῳ τῷ τυποῦσθαι, τῶν δὲ ἅπαντα λόγον ὑπερβαίνων τῷ εὐφημεῖσθαι.

Πλὴν ἀλλὰ καὶ γλῶσσαν ἁγιάζεσθαι τῷ περὶ σταυροῦ λέγειν βουλόμενος ἐγὼ, καὶ νοῦν φωτίζεσθαι τῷ συνεχῶς περὶ τούτου διανοεῖσθαι, τὰ πρὸ τῆς χάριτος, ὡς ἐν εἰκόνι τερατουργηθέντα τῆς τοῦ σταυροῦ δόξης θεωρεῖν προεθέμην, καὶ οὕτω τῆς ἡμῶν συνελεύσεως τὸν πόθον ἀποπληρῶσαι. Δεῖξαι γὰρ ὁ λόγος βούλεται, ὡς ἡ παροῦσα πανήγυρις, οὐ μόνον ὅτι ἐν κόσμῳ τελεῖται παντὶ, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἀπ' αἰώνων καὶ εἰς αἰῶνας πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ κηρύττει, παγκόσμιος ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται. Τοὺς μὲν γὰρ ἀρχαίους οἱ τύποι τοῦ σταυροῦ διέσωζον, τοὺς δὲ μετὰ τὸ Χριστοῦ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν πάντας ἡμᾶς αὐτὸς διαλάμπων τῆς θείας ἀξιοῖ χάριτος, καὶ κοινός ἐστι καὶ παγκόσμιος ὁ σταυρὸς εὐεργέτης· κρατεῖν γὰρ ἄνωθεν ἰσχὺν κεκτημένος, οὐ μόνον τυποῦμενος νῦν, ἐν ἀληθείᾳ τοὺς ἐναντίους τροποῦται, ἀλλὰ καὶ πάλαι συμβολικῶς διαγραφόμενος, τὰ θαυμαστὰ ἐκεῖνα καὶ ἐξαίσια κατειργάζετο θαύματα. Καὶ θάλασσα μὲν τῇ πανσθενεῖ τούτου διετέμνετο ἐνεργείᾳ· ποταμὸς δὲ πελαγίζων εἰς αἷμα μετεβάλλετο, καὶ Αἴγυπτος διαφόροις πληγαῖς ἐμαστίζετο, καὶ ἔρημος ποικίλαις θεοσημείαις ἠγλαΐζετο, καὶ Μερρὰ ἐγλυκαίνετο, καὶ πέτρα πηγὰς ὑδάτων, ὡς ἐξ ἀβύσσου παρεῖχε, καὶ Ἀμαλὴκ κατεπολεμεῖτο, καὶ Φαραὼ κατεποντίζετο, καὶ ὄφεων ὀλέθρια δήγματα ἐθεραπεύετο, καὶ τἆλλα λαμπρῶς ἐτερατουργεῖτο θαυμάσια. Εἰ δὲ τῆς προτυπώσεως ἡ δήλωσις τοιαύτη, τῆς ἀληθείας ἡ φανέρωσις ὁποία;

Ταύτῃ τοι καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἀεὶ θαυμάζων ἐγω τὴν ὑπέρλαμπρον αὐτοῦ δόξαν, καὶ λόγοις νῦν ἐκδιηγεῖσθαι διανέστην, κοινωνούς τε τῆς εὐφροσύνης λαβεῖν ἐθέλων ὑμᾶς, καὶ συμμετόχους τῆς ἐκθειάσεως. Σπεύδω γοῦν ψυχῇ πάσῃ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ δόξαν ἐκδιηγεῖσθαι Θεοῦ, καὶ ταύτης τῇ μετουσίᾳ δο-

nes ejus [1], quas fecit superioribus sæculis *a diebus antiquis* [2], adumbrans crucis gloriam, et quas posteriore tempore, ejusdem crucis virtute, non sine miraculis perpetravit; et ad hodiernum usque diem patrare non desinit, ut gloriandi et præsidii sibi pollicendi occasionem omnes illi habeant, qui in eum sperant? Certe neque animo comprehendere, neque cogitatione vel paululum intueri licet ea, quæ totus mundus non capit, miracula, a cruce Domini et Salvatoris nostri patrata; quæque in omnes sæculorum æternitates adhuc perficiuntur, et ab omnibus summa admiratione afficiuntur, et non humanam tantum, sed neque angelicam illam et cœlestem facultatem satis esse arbitror miraculis, virtute crucis perpetratis, digne celebrandis. Æque enim virtus ejus et hostibus insuperabilis est, et amicis omni laude major, vereque crux utrosque vincit, hos quidem vel sola sui efformatione conturbans, at vero illorum omnem orationem ad laudationem accommodatam transcendens.

Cæterum ego et linguam de cruce disserendo sanctificare, mentemque assidua de cruce cogitatione illustrare volens, statui ea quæ ante gratiæ legem, tanquam in imagine de crucis gloria mirabiliter peracta sunt, ad contemplationem proponere, et hac ratione desiderio concursus vestri satisfacere. Propositum enim mihi est demonstrare, præsentem celebritatem, non modo quod in toto mundo agatur, sed quod etiam divinam in genus humanum providentiam ab omnibus sæculis ostendat, vere toti mundo communem et esse, et appellari. Nam priscos typi crucis conservabant; at post mortem et resurrectionem Domini, omnes nos illuminans divina perfundit gratia. Estque crux communis totiusque, qua patet orbis, benefactrix. Ingenii enim vi divinitus donata, non modo nunc cum veritate peracta effingitur, adversarios terga dare compellit; sed et olim per umbram quamdam efformata, mirabilia illa et stupenda facta perpetravit. Et mare quidem omnipotenti hujus efficacitate divisum est, fluviusque, qui maris instar habet, in sanguinem versus; et Ægyptus variis plagis afflicta est; et solitudo variis portentis, cœlitus editis, illustrata; et Marrha in dulcedinem versa; et petra fontes aquarum, quasi ex abysso, subministravit, et Amalec debellatus est, Pharao submersus, et perniciosi serpentum ictus sanati; et id genus alia miracula splendide edita. Quod si umbræ et præsignificationis manifestatio tantæ virtutis exstitit, quantam efficacitatem ipsi veritati jam manifestatæ inesse oportet?

Quare illustrissimam ejus gloriam, semper apud animum meum admiratus, eamdem nunc quoque, ut verbis exsequar, exsurrexi, vobis lætitiæ sociis totiusque festivitatis consortibus ascitis. Propero igitur toto pectore animique promptitudine ad gloriam crucis Dominicæ enarrandam, conorque ut

[1] Psal. cv, 2. [2] Thren. I, 7 et alibi.

Digitized by Google

communione ejus gloriam ejus assequar; afferoque fidem, quæ omnia postulata accipere solet; et abundantiore gaudio perfundor, cum oculos ad multitudinem et magnitudinem propositorum mirabilium converto. Suppetit enim mihi orationum plurimarum pulcherrimarumque, et huic solemnitati maxime accommodatarum copia, quarum aliæ jam pronuntiatæ sunt, aliæ posteris non inconvenienter pro argumento futuris temporibus relinqui possunt; nam ignis naturam disceptatio de cruce imitatur, omnibus absque sui imminutione sufficit, nec tamen deficit; nam a seipsa decorem et magnificentiam habet; quæ nihil aliud quam perpetua exsultatio, ut Isaias ait [a], et lætitia indeficiens generationum generationibus rite et convenienter a Domino concessa. Et quemadmodum si quis ad fontem illum perveniret, quem ab initio ex terra ascendere, ut faciem terræ irrigaret, Scriptura testatur [b]; si quis, inquam, ad hunc fontem perveniret, admiraretur quidem, ut par est, mirabilium immensitatem; nunquam autem totam aquæ copiam videre posset, etiamsi longam, spectandi gratia, ad scatebras moram traheret; semper enim fluenta intuebitur, nunquam autem fluentorum principium: ita etiam quod ad præconia crucis attinet, contingit; nam nonnulla eorum sunt quæ sermone panduntur, alia quæ cogitatione informantur, alia quæ apud pietate præstantes viros, quasi in ærario reposita sunt, quæ et nunc et post communem omnium resurrectionem, in sempiternum ævum in regno Dei admirationi erunt. Larga igitur gratia est, et opulentum donum; omnia immensa et supra ordinarium naturæ cursum; et quonam alio quam crucis argumento, ea quæ instant, digna sunt? Nec materia destituimur, cum de cruce dicendum. Illa nos potissimum inopia premit, quænam res priore loco expedienda sit, unaquaque prius nos ad sese haud sine gratia et lepore, invitante, imo et trahente, et ut suam admirabilitatem prius contemplemur, alliciente; ut proinde nobis eveniat, quod iis qui floriferis in saltibus, et in pratis omnium florum varietate picturatis versantur.

ξάζεσθαι, καὶ πίστιν εἰσφέρω τὴν πάντα πεφυκυῖαν λαμβάνειν τὰ αἰτούμενα, καὶ χαίρω μᾶλλον ἀφορῶν πρὸς τὸ πλῆθος ἅμα καὶ μέγεθος τῶν προκειμένων θαυμασίων. Ἔξεστι γάρ μοι λόγων οἰκείων τῇ πανηγύρει πλείστων τε καὶ μεγίστων ἐμπορῆσαι καὶ τούτων τοὺς μὲν εἰρηκέναι, τοὺς δὲ παραλεῖψαι εἰς φιλότιμον ὑπόθεσιν τοῖς μεθ' ἡμᾶς τηρουμένοις· κατὰ γὰρ τὴν πυρὸς φύσιν πολλοῖς ἐξαρκῶν ὁ περὶ σταυροῦ λόγος ἀμείωτος μένει, ὅλην παρ' ἑαυτῷ τὴν ἰδίαν ἔχων εὐπρέπειαν, ἥδ' ἔστιν ἀγαλλίαμα αἰώνιον, ὡς ἂν Ἡσαΐας φαίη, καὶ εὐφροσύνη ἀένναος, γενεαῖς γενεῶν ἀγαθοπρεπῶς παρὰ Κυρίου χορηγουμένη. Καὶ ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ τὴν πηγὴν γένοιτο, ἣν ἀναβαίνειν ἐκ τῆς γῆς τὸ κατὰ ἀρχὰς εἶπεν ἡ Γραφή, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐπικλύζειν, εἴ τις κατ' αὐτὴν ἔλθοι ποτὲ, θαυμάσει μὲν τὸ τῶν θαυμάτων, ὡς εἰκὸς, ἄπειρον· ἰδεῖν δὲ αὐτῆς τὸ πᾶν ὕδωρ οὐδαμῶς δυνήσεται, κἂν ἐπὶ πολὺ τῇ θέᾳ προσμένῃ· ἀεὶ γὰρ τὸ ῥέον, οὐ μὴν δὲ τὸ βρύειν ἀρχόμενον ὄψεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων τοῦ ζωοποιοῦ συμβαίνει σταυροῦ· τὰ μὲν γὰρ λέγεται τούτων, τὰ δὲ νοεῖται, τὰ δ' ἔστι παρ' αὐτῷ θείοις ἀνδράσι ταμιευόμενα, νῦν δὲ καὶ μετὰ τὴν κοινὴν ἡμῶν ἐξανάστασιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δι' αἰῶνος θαυμάζεσθαι. Δαψιλὴς τοίνυν ἡ χάρις, πλουσία ἡ δωρεὰ, ἄπειρα καὶ ὑπερφυῆ πάντα, καὶ τίγε ἄλλου ἢ σταυροῦ ἄξια τὰ προκείμενα; Καὶ οὐκ ἀποροῦμεν, ὅτι χρὴ λέγειν περὶ σταυροῦ, ἀποροῦμεν δὲ τρόπον ἕτερον, οὗτινος χρὴ μνησθῆναι πρότερον, ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸ χαριέντως ἡμᾶς ἕλκοντος, καὶ πρώτου θαυμάζεσθαι πείθοντος, ὡς ἐν λειμῶνι πολυανθεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλιστά τε καὶ εὐωδέστατα.

Porro cum hæc ita sese habeant, cumque ex ipsa copia ad inopiam redacti simus, id factu optimum arbitramur, ut temporis et miraculorum opportunitate utamur, altiusque eorum quæ priscis sæculis gesta sunt, explicationem repetamus, propositis iis quæ olim symbolice crucis gratiam adumbrabant, allatisque postea iis quæ a Domino gesta sunt, et inter se invicem collatis. Hac enim ratione dubitationem quæ exstitit, dissolvemus; neque aberrabimus, quo minus ea quæ sublimiora sunt, præponamus. Sed ea quæ primo dicta sunt, prima quidem erunt ordine propter tempus, neque dignitate ob explicationem nostram posteriora fient, licet ut typi et umbræ veritatis prima sint, simulque secundas tenere dicantur; a seipsis enim tantummodo vincuntur, quippe quæ in figura evenerint, et spirituali oculo intuenda sint. Nobilis autem in primis est typus ille crucis, qui ab ortu solis petitur. Ibi enim paradisus est, in quo et vitæ lignum, crucis figura, plantatum, quod mihi quidem, si mandata Dei ob-

Οὕτω δὴ ἔχοντες καὶ εἰς καινὴν ἀπορίαν ἐξ ὑπερβαλλούσης εὐπορίας ἐλθόντες, δεῖν ἔγνωμεν τοῖς καιροῖς μάλιστα τῶν ἀρίστων τούτων ἐξακολουθῆσαι θαυμασίων, καὶ ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τῷ λόγῳ τῶν ἀρχαιοτέρων διήγησιν, τὰ συμβολικῶς τε πάλαι τὴν τοῦ σταυροῦ χάριν εἰκονίζοντα προτιθέμενοι, καὶ τὰ δεσποτικῶς ὕστερον ἐπιτελεσθέντα προσεπιφέροντες, καὶ συμβιβάζοντες ἄμφω πρὸς ἄλληλα· οὕτω γὰρ καὶ τὴν προσγενομένην ἀπορίαν διαλύσομεν, καὶ περὶ τὴν τῶν ὑψηλοτέρων προτίμησιν οὐχ ἁμαρτήσομεν, ἀλλὰ τὰ πρότερα, προτέρως εἰρημένα, πρῶτα μὲν ἔσται τῇ τάξει διὰ τὸν χρόνον, οὐ δεύτερα δὲ τῇ ἀξίᾳ διὰ τὴν ἀφήγησιν, κἂν ὡς τύποι τῆς ἀληθείας καὶ πρῶτα τυγχάνῃ, καὶ δεύτερα χρηματίζῃ, ὑφ' ἑαυτῶν μόνον ἡττώμενα ὡς ἐν ἐκβάσει γεγονότα, καὶ πνευματικῶς θεωρούμενα. Καὶ τοίνυν εὐγενὴς οὗτός ἐστι, καὶ τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν· ἐκεῖ γὰρ ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ τὸ προτυποῦν τὸν ζωηφόρον σταυρὸν ζωῆς ξύλον πεφύτευται, ὃ προέκειτο μὲν τετηρηκότι μοι τὴν ἐντολὴν εἰς μετουσίαν, ὡς ἔπαθλον,

[a] Isa. LXV, 18. [b] Gen. II, 6.

Digitized by Google

ἵν' ὡς ἐκ τοῦ ἀβρώτου τέως τὴν εὔκλειαν, οὕτως ἐκ τούτου καὶ τὸ ἀείζωον λάβοιμι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ ἀπηγορευμένου μετέσχον καρποῦ, καὶ τῆς τούτου γεύσεως ἐκωλύθην, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τῆς τρυφῆς ἐξεβλήθην. Χριστὸς δὲ ἀθανασίας ξύλον μοι, καὶ δένδρον ζωῆς αἰωνίου παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων ὀφθεὶς ἐν παραδείσῳ νέῳ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ ξύλῳ προσπαγεὶς τῷ τοῦ σταυροῦ δι' ἐμὲ, ὡς ζωῆς ἄρτος, ὡς βότρυς ἀθανασίας, οὐ τὸ εἶναι μόνον ἁπλῶς αὖθις ὅπερ ἀπώλεσα διὰ πείρας θανάτου καὶ σώματος διαφθορᾶς ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τὸ εὖ εἶναι, καὶ τὸ εἰς ἀεὶ ζῆν φιλανθρώπως διὰ πίστεως ἐχαρίσατο.

A servassem, propositum erat in communionem et præmium; ut quemadmodum ex ligno eo usque intacto, et a nemine degustato, gloriam capere licebat, sic ex hoc vitæ perpetuitatem decerperem. At simul atque vetito fructu me contaminavi, ab hoc itidem exclusus sum, summisque illis deliciis vel maxime hanc ob causam excidi. At vero Christus immortalitatis lignum, et arbor æternæ vitæ secus decursus aquarum plantata, cum in novo divinæ Scripturæ paradiso apparuisset, lignoque crucis propter me affixus fuisset, ut panis vitæ, et ut immortalitatis botrus, non solum concessit ut dignitatem, qua antea præditus eram, quamque morte et corruptione amiseram, recuperarem, sed etiam ut præclare perpetuo per fidem viverem, humanissime et liberalissime largitus est.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἡ σωστικὴ τοῦ Νῶε κιβωτὸς τὸ κατὰ σταυρὸν εἰκόνιζε μέγα μυστήριον, ὁπηνίκα τὸ τοῦ κόσμου παντὸς φεύγουσα ναυάγιον, μικρὰ διέσωζε τοῦ γένους ἡμῶν σπέρματα, τὴν τοῦ δικαίου μόνην οἰκίαν, καὶ ἐν ὀκτὼ τοῖς πᾶσι λογικοῖς τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ προετύπου, ὀγδόην οὖσαν τὴν αὐτὴν, καὶ πρώτην, καὶ μίαν τὸ θαυμαστότερον· ὀγδόην διὰ τὰς προλαβούσας εἰς πρόκαιρον παλινζωΐαν· πρώτην διὰ τὰς ἐπακολουθούσας εἰς εὔκαιρον ἀειζωΐαν, καὶ μίαν διὰ τὸ ἐξαίρετον τῆς ἐγέρσεως ὅτι ἑαυτὸν ἐξανέστησε μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος ἢ εἰς αἰῶνας ἐγειρομένων. Ἔδει γὰρ κἀν τῇ ἀναστάσει τι ὑπὲρ ἡμᾶς ἔχειν, τὸν καὶ ἐν τῇ γεννήσει τοῦτον λαβόντα θεῖον τοῦ Δεσπότου ναὸν, καὶ διὰ τοῦτο μία ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις, ὡς πανσθενῶς αὐτουργηθεῖσα, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν τελεσθεῖσα, τὸ τοῦ πάθους ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ θανάτου ἑκούσιον μιμουμένη, ὥσπερ ζῆσα καὶ ἔλεγε περὶ μὲν τοῦ πάθους τῷ δικάζοντι· *Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδὲ μίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μή σοι ἦν δεδομένη ἄνωθεν.* Περὶ δὲ τοῦ θανάτου, καὶ ἀναστάσεως· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.* Ἀλλὰ τῇ μιᾷ ταύτῃ καὶ ὑπερφυεῖ ἑκάτερα συναριθμεῖται τά τε παλαιὰ καὶ τὰ νέα, ἵν' ἀμφότερα τιμηθῇ, καὶ τὰ μὲν ὡς τύποι τῆς ἀληθείας, τὰ δὲ, ὡς εἰκόνες τοῦ ἀρχετύπου δοξασθῇ. Διὸ καὶ πρώτη γίνεται, καὶ ὀγδόη γνωρίζεται, οὐχ ὀγδόη δὲ μόνον ἡ τριήμερος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀγδόῃ γέγονεν ἡμέρᾳ, τῇ πρώτῃ ταύτῃ τῶν ἡμερῶν, καὶ μιᾷ τῶν Σαββάτων, ἵν' ὥσπερ πάντων ἀνθρώπων ἐπραγματεύθη τῶν ἐν χρονικῷ διαστήματι, τοῦτο γὰρ τὸ τριήμερον βούλεται, οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα διαγράψῃ σαφῶς αἰῶνα μετὰ τὴν ἐνταῦθα ἑβδοματικὴν τοῦ χρόνου περίοδον, ἀναφαινόμενον, καὶ εἰς μίαν ἀνέσπερον ἐπεκτεινόμενον ἡμέραν καθ' ἣν ἀναστήσεται πᾶν τὸ πλάσμα, τὸ μὲν *εἰς ζωῆς*, τὸ δὲ *εἰς κρίσεως ἐξανάστασιν*, ἀλλ' ἡ μὲν κιβωτὸς οὕτω τὸν σταυρὸν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ κόσμου προδιετύπου σωτηρίαν.

B Pari modo et arca illa, quæ Noe conservavit, crucis figuram gessit, quando totius mundi quasi naufragium et diluvium effugiens, exiguum generis humani semen salvum et incolume retinuit; familiam nimirum justi illius, et per octo ratione præditas animas resurrectionem Christi præsignificabat, quæ et ipsa octava est, et prima, et quod mirabilius, unica. Octava, propter illas quæ ad tempus factæ, in vitam restitutiones; prima, propter sequentes quæ ad sempiternam vitam adipiscendam peractæ sunt, et peragentur; una, propter singularem præstantiam excitationis, quia seipsum solus ex omnibus illis, qui ab omni sæculorum memoria resuscitati sunt, excitavit; oportebat enim ut et in resurrectione aliquid supra communem cursum C et legem haberet ille, qui in ortu suo sanctum illud Domini templum sortitus fuerat: ea de causa unica est hæc Salvatoris resurrectio, tanquam omnipotenti virtute peracta, propriaque potestate et facultate patrata, quippe quæ et passionis simul et mortis voluntariam rationem imitaretur; quemadmodum et de passione sua dixit ad præsidem: *Non haberes ullam potestatem in me, nisi tibi data fuisset desuper* [6]. At de morte et resurrectione hæc prænuntiavit: *Potestatem habeo ponere animam meam, et potestatem habeo recipere eam* [7]. Cæterum uni huic et omnem naturam supergressæ utraque accensentur, tam vetera quam nova, ut utraque honorentur: hæc quidem, ut veritatis D figuræ; illa autem, ut archetypi imagines. Ea de causa prima est, et octava appellatur. Neque solum octava est resurrectio Domini tertio die perfecta, sed et octavo die accidit: prima videlicet dierum, et una Sabbatorum, ut quemadmodum pro salute omnium hominum, qui temporis intervallo circumscribuntur, est suscepta (hoc enim triduanum spatium indicat), ita etiam perspicue futurum sæculum designet, quod post septenarium hunc temporis circuitum exsistet, et ad unum vesperæ expertem diem extendetur, quo omnis creatura resurget, partim in *resurrectionem vitæ*, partim *in resurrectionem judicii* [8]. Et arca quidem hunc in modum crucem, eamque, quæ per crucem omnibus obvenit, salutem præfigurabat.

[6] Joan. xix, 11. [7] Joan. x, 18. [8] Joan. v, 29.

Digitized by Google

Cæterum Noe et vocabulo et moribus Salvatoris imago erat. Nam Christus vera justitia et requies per lignum crucis, ab eluvione, quæ sub intelligentiam cadit, et a peccatorum diluvio humanum genus præservavit, tuncque columba sub vesperam ad arcam revertit, germen olivæ afferens. At jam crux lignum misericordiæ et benignitatis nobis esse cœpit, quam commiseratione erga nos commotus, Emmanuel in fine sæculi suscepit. Nam hoc mihi illud, *ad vesperam*, insinuare videtur. Spiritus certe sanctus prædicans per os apostolorum crucis dispensationem, occultamque rationem, voluptates illas, quæ totum terrarum orbem occupaverunt, exsiccavit, et impietatis inundationem coercuit.

Neque historia de Abrahamo omnium ore celebranda et gratiæ, quæ ex cruce enascitur, plane est expers. Ille enim filium unigenitum, ex promissione susceptum, et in quem promissio, velut in terminum tendebat, ad cædem ducebat, et immolare festinabat; jussus a Deo, volente, opinor, ut etiam justi hujus erga Deum pietas et observantia, omni posteritati, quamvis seræ, admirationi esset, et ut sacrificium illud pro totius mundi salute peragendum firmaretur, sacrificium, inquam, illud, quo mactandus erat Agnus ille innocuus et immaculatus, qui tollit peccata mundi; et ut id quod merum beneficium erat, quasi debitum quoddam nobis clementer repræsentaret et prædemonstraret, atque simul patriarcham et virtutis possessorem, et fidei magistrum, et maximi muneris auctorem pronuntiaret; ut hac ratione exsecrandum diaboli os obstrueretur, qui non modo per Judaicam impietatem, sed et per Græcorum gentilium que perversitatem, et per ipsos falsi nominis Christianos hæreticos, divini verbi œconomiam et dispensationem evertere nititur. Si enim homo eo erga Deum amoris processit, ut voluerit filium suum ei, a quo illum acceperat, immolare, quomodo fieri poterat, ut clementissimus et benignissimus noster conditor, infinita sua misericordia impulsus, non offerret pro totius mundi salute unigenitum suum Filium?

Abraham quidem figuram cœlestis Patris, ejusque in nos benevolentiæ gerens, adducebat filium suum Isaac, qui lignis in humeros acceptis, patrem sequebatur, crucis imaginem exprimens, et Jesum meum ad passionis locum abeuntem adumbrans; unigenitus enim Filius est unici Patris, principio carentis, et unicæ matris secundum carnis ortum, crucemque, in humeros sublatam, bajulans mortem illam ab omnibus decantatam, nostri causa sustinuit. Porro Isaac impatibilem divinitatem insinuavit, divino mandato mori prohibitus; ariete autem humanitas significabatur, et mors quam Christus secundum humanam naturam subiit. Etenim *sicut ovis ad occisionem ductus est, et ut agnus coram tondente se obmutuit* [1]. At planta Sabec idem est quod planta remissionis, nec aliud innuit, præter crucem, qua remissionem peccatorum consecuti

[1] Isa. LIII, 7.

Ὁ δὲ Νῶε καὶ κλήσει καὶ τρόπῳ τοῦ Σωτῆρος ἦν προεικόνισμα. Χριστὸς γὰρ ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη καὶ ἀνάπαυσις, διὰ ξύλου σταυροῦ τοῦ νοητοῦ διέσωσεν ἡμᾶς κλύδωνος, καὶ κατακλυσμοῦ ἁμαρτιῶν ἐῤῥύσατο τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τότε μὲν ἡ περιστερὰ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὴν κιβωτὸν ἐπανῆκε, κάρφος ἐλαίας κομίζουσα. Νῦν δὲ ξύλον ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας γέγονε ἡμῖν σταυρός, ὃν διὰ τὸν περὶ ἡμᾶς οἶκτον ὁ Ἐμμανουὴλ κατεδέξατο, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· τοῦτο γάρ μοι τὸ *πρὸς ἑσπέραν* νοεῖν δίδωσι. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον κηρύττον διὰ στόματος τῶν ἀποστόλων τὴν διὰ σταυροῦ οἰκονομίαν, τὰς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κεχυμένας ἡδονὰς κατεξήρανε, καὶ κατέπαυσε τὸν τῆς ἀσεβείας κατακλυσμόν.

Οὐδ' ἡ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ἀξιώμνητος ἱστορία τῆς κατὰ τὸν σταυρὸν πάντως ἄμοιρος χάριτος. Υἱὸν γὰρ ἐκεῖνος τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ὃν ἡ ἐπαγγελία, πρὸς σφαγὴν ἦγε, καὶ θύειν ἔσπευδε, τοῦτο παρὰ Θεοῦ κελευσθείς, ἐθέλοντος, οἶμαι καὶ τοῖς μετὰ πολλὰς γενεὰς ἀνθρώποις τὴν τοῦ δικαίου θαυμάζεσθαι περὶ αὐτὸν εὐσέβειαν, καὶ βουλομένου τὸ μυστήριον προπιστώσασθαι τῆς παγκοσμίου θυσίας, τῆς ὑπὲρ ἡμῶν σφαγῆς τοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Ἀμνοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ὄφελημα τὴν εὐεργεσίαν ἀποδεῖξαι φιλευσπλάγχνως, ἵν' ἅμα καὶ ἀρετῆς κληρωτὴν, καὶ πίστεως διδάσκαλον, καὶ δωρεᾶς τῆς μεγίστης ἀρχηγὸν τὸν πατριάρχην ἀνακηρύξῃ, καὶ οὕτως ἐμφραγῇ τὸ μιαρὸν διαβόλου στόμα, οὐ διὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς μόνον θεομαχίας, ἀλλὰ καὶ δι' Ἑλληνικῆς, καὶ δι' αὐτῶν δὴ τῶν ψευδοχριστῶν αἱρετικῶν τὴν οἰκονομίαν ἀνατρέποντος. Εἰ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τοῦτο φιλοθεΐας ἦλθεν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν θῦσαι τῷ δεδωκότι Θεῷ, πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ ὑπεράγαθος ἡμῶν Δημιουργὸς διὰ φιλανθρωπίας ἄδυσσον ὑπὲρ τῆς οἰκουμενικῆς σωτηρίας τὸν Μονογενῆ δοῦναι;

Ἐντεῦθεν λοιπὸν ὁ μὲν Ἀβραὰμ τὴν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς σχηματίζων εὐδοκίαν προσῆγε τὸν Ἰσαάκ, ὁ παῖς δὲ, τὰ ξύλα ἐπωμισάμενος, εἵπετο μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ σταυροῦ τύπον ἔσωζε, καὶ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον ἐπὶ τὸ πάθος εἰκόνιζε· Μονογενὴς γὰρ μόνου Πατρὸς ἀνάρχου καὶ μόνης μητέρος τὸ κατὰ σάρκα γεγέννηται, καὶ τὸν σταυρὸν ὡς ἐπωμάδιον ἔχων τὸν ἀοίδιμον ἑκουσίως ὑπέστη δι' ἡμᾶς θάνατον. Πλὴν ὁ μὲν Ἰσαὰκ τῆς ἀπαθοῦς θεότητος τύπος ἐγένετο, καὶ θείᾳ φωνῇ θνήσκειν ἐκωλύετο· τῷ κριῷ δὲ ἡ ἀνθρωπότης ἐδηλοῦτο, καὶ ὁ κατ' αὐτὴν Χριστοῦ θάνατος. *Ὡς πρόβατον* γὰρ *ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος.* Τὸ δὲ φυτὸν Σαβὲκ, φυτὸν ἀφέσεως σημαίνει, ὅπερ ἐστὶν ὁ σταυρὸς, δι' οὗ ἄφεσις ἁμαρτημάτων δεδώρηται. Οὕτω δὲ καὶ Ἐζεκιὴλ ὕδωρ ἀφέσεως τὸ προτυποῦν τὸ βαπτί-

Digitized by Google

σματος ὕδωρ ἐκέλευσε. Δύο γάρ ἐστι τὰ χαριζόμενα τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, πάθος διὰ Χριστὸν καὶ βάπτισμα τὸ σωτήριον· καὶ γοῦν *Ἀβραὰμ ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου, καὶ εἶδε τυπικῶς, καὶ ἐχάρη*, ἡμέραν δηλαδὴ τὴν τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ ὥσπερ ἡ Σάρρα τριήμερον μετὰ τὴν θυσίαν ζῶντα παραλαβοῦσα τὸν Ἰσαὰκ εὐφράνετο, οὕτως ἡ Ἐκκλησία τριήμερον μετὰ τὸν σταυρὸν ζῶντα τὸν Ἰησοῦν εἶδε, καὶ ἐχάρη, καὶ τὴν χαρὰν αὐτῆς οὐδεὶς ἀφελέσθαι δύναται. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῆς ἐπαγγελίας ἤδη πέρας λαμβάνειν ἤρξατο, καὶ πληθύνεσθαι λοιπὸν ἔδει, τὸ τοῦ δικαίου σπέρμα, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἐφόδιον Ἰακὼβ τὸ ἐπαινετὸν κλέμμα ποιεῖται τὴν τοῦ πατρὸς εὐχήν, καὶ στέλλεται τὴν ἐπὶ τὸν συγγενῆ Λάβαν, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποδιδράσκει φονῶντα, καὶ ἐν τῇ ῥάβδῳ αὐτοῦ διέρχεται τὸν Ἰορδάνην, ὅπερ ἀληθῶς τοῦ νέου λαοῦ τἀγαθὰ προδιέγραφε, τὸν σταυρόν φημι, καὶ τὸ βάπτισμα· οὕτω γὰρ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου τὸν ὄλεθρον ἐκτεφεύγαμεν, καὶ εἰς Χαρὰν μετέβημεν, οὐ τόπον σημαίνουσαν ἀναλύσεως, ἀλλ' εὐφροσύνην ἔχουσαν τὴν αἰώνιον, ἣν καὶ προδηλῶν ὁ Ἰακὼβ εἰς Χαρὰν ἐγεγόνει, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, καὶ τὴν οὐρανομήκη τεθεᾶται κλίμακα ἐφ' ἧς ἐπεστήριχτο Κύριος. Ταύτῃ δὲ πάλιν ὁ σταυρὸς ἀπεικαζόμενος ἦν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐπεστηρίχθη μετέωρος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν πάντας ἀνείλκυσεν. Ἐπάγη δὲ πάντως τὸ τῆς παγκοσμίου χαρᾶς πρόξενον ξύλον, ἵνα δὴ καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης κεκοίμητο πατριάρχης Ἀδάμ. Λίθος δὲ ἦν, φησὶ, πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ δὴ τόπος κρανίου τὸ λιθόστρωτον, οὗ ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐκκέχυται τὸ σωτήριον αἷμα τοῦ θεανθρώπου Ἰησοῦ, *ἀγαλλιάσεως ἔλαιον* ὁ θεῖος ἂν εἴποι Δαβὶδ, ὡς τῆς ἐξ ἁμαρτιῶν σκυθρωπότητος τοὺς μεταλαμβάνοντας ῥυόμενον.

sumus. Quo sensu Ezechiel quoque aquam remissionis dixit, eam videlicet quæ salutares baptismi undas præfigurabat. Duo enim sunt quæ peccatorum remissionem largiuntur, passio et mors Christi gratia suscepta et obita, et salutiferæ baptismatis aquæ: *Exsultavit Abraham, ut videret diem Domini, vidit*que, in imagine, *et gavisus est* [10], diem videlicet passionis et resurrectionis. Et quemadmodum Sara, recepto tertio post sacrificium peractum die Isaac vivo et salvo, magnam voluptatem cepit; ita et Ecclesia, cum tertio post mortem die Jesum redivivum intueretur, omnibus lætitiis cumulata incessit; nec est qui gaudium hoc ab illa auferre queat. Postquam autem promissionem jam finem accipere, opere ipso compleri, justique semen, ut stellas cœli et ut arenam quæ est in littore maris, multiplicari oportebat, Jacob viatici loco, furtum illud memorabile committens, pacis benedictionem sibi comparat, mittiturque ad cognatum Laban, fratrem, qui sanguinem et cædem spirabat, fugiens, et in baculo suo transit Jordanem: quæ res vere novi populi fortunas prænotabat, crucem, inquam, et baptismum: hoc enim modo effugimus exitium quod nobis imminebat ab eo qui ab initio homicida fuit. Et in Charan translati sumus; non quæ locum requiei significet, sed quæ nullo fine terminandam jucunditatem contineat; quam et Jacob præfigurans in Charan venit, ibique fessa membra somno refecit, scalamque ad cœlos pertingentem vidit, cui Dominus innitebatur; quæ crucis similitudinem præ se tulit, in qua Christus sublimis fixus est, et ad seipsum omnes traxit. Fixum vero est illud lætitiæ ad omnes spectantis efficiens lignum, ubi communis omnium parens requieverat. Lapis autem erat, inquiunt divinæ Litteræ, ad caput ejus. Atqui Lithostroton, hoc est, locus lapidibus stratus, locus est Calvariæ, cujus summitatem sanguis Salvatoris. Deique et hominis Jesu effusus aspersit, quem *oleum lætitiæ* divinus David appellaverit [11]; homines enim, qui ejus participes fieri volebant, ex peccati mœrore et angore liberavit.

Τί δὲ ὁ πάντ' ἄριστος Ἰωσήφ; Οὐ τύπος ἦν ἀριδήλως Χριστοῦ τοῦ ἐμοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος; Καὶ μὴν φθονεῖται διὰ τὰ ἐνύπνια, ὥσπερ Ἰησοῦς διὰ τὰ θαύματα, καὶ εἰς ἐπίσκεψιν τῶν ἀδελφῶν παραγενόμενος, λάκκῳ ἐμβάλλεται, καὶ ζῶν αὖθις ἐκεῖθεν ἀνέρχεται, τὴν Δεσποτικὴν ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους πρόνοιαν εἰκονίζων, καὶ τὴν ἐν μνημείῳ κατάθεσιν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν, καὶ συκοφαντεῖται μὲν πρὸ τῆς ἐπιβουλῆς πρὸς τὸν πατέρα, συκοφαντεῖται δὲ μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους, καθάπερ καὶ Χριστὸς πρὸ τοῦ σταυροῦ μὲν ὡς ἀντίθεος, μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν ὡς διάφθορος αἱματοῦται, καὶ διαῤῥήγνυται τὸν χιτῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπαθὴς διαμένει, τὸ κατὰ σάρκα πάντων τοῦ Σωτῆρος ἐμφαίνων, καὶ τὸ κατὰ τὴν θεότητα ἀπαθὲς, βασιλεύει τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχων, καὶ σιτοδότης γίνεται, τὴν Χριστοῦ προδεικνὺς νίκην, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ ἔθνη βασι-

At quid de optimo et præclarissimo Joseph dicemus? An non manifeste typus exstitit Christi Dei mei et Salvatoris? Atqui invidiam sustinet propter insomnia, sicut Christus propter miracula; et cum fratrum visitandorum gratia venisset, in lacum et cisternam conjectus est: indeque rursus incolumis extractus, Domini erga Judæos curam et providentiam, velut in imagine refereus, ejusque in sepulcrum depositionem, et ex mortuis resurrectionem, et ante insidias sibi structas, variis calumniis apud patrem traducitur; post insidias, criminationes quoque apud Barbaros subit, ut et Christus ante crucem, tanquam Deo contrarius, post mortem vero ut corruptor proscinditur. Laceratur tunica ejus, at ipse omnis passionis expers permanet, mortalitatem humanæ naturæ in Christo, et immortalitatem divinitatis indicans. Peccatum sibi subjicit, Ægyptiis imperat, alimenta submi-

[10] Joan. VIII, 56. [11] Psal. XLIV, 8.

Digitized by Google

nistrat : quo Christi victoriam, et regnum inter gentes, vitæque mensam, ab ipso universo terrarum orbi per evangelicam doctrinam, et mysticam operationem, comparatam, innuit. Quod autem et fratres aluit, et ad se adorandum adduxit, ne istud quidem absque veritatis figura accidit. Multi enim de antiqua etiam lege et observantiæ cultu in novum Israelem transmutati, sacrosanctis Evangelii edu liis pasti sunt, et in spiritus veritate Deum adorarunt. Propter hæc igitur merito censetur Joseph Domini typus.

Verum senior ille Israel futura prospiciendi facultate prædītus, totius novi hujus et divini Israelis exemplar fuit. Qua de causa inclinatus quoque adoravit fastigium virgæ ejus, prænuntians eam, quæ in toto hujus mundi ambitu instituitur, venerandæ crucis adorationem. Hanc enim prædelineabat virga ; unde prophetica illa vox ad Deum : *Liberasti virga hæreditatem tuam* [12] ; et : *Virga directionis virga regni tui* [13]. At enim alio itidem modo, si libeat, typum hunc quomodo veritatem velut umbra quadam describat, intro-picere licebit ; nam Joseph, neque apud fratres talis audiebat, qualis revera erat, neque etiam apud mulierem Ægyptiam, sed illos quidem invidia eo impu'it, ut servi nomine afficerent eum, qui liber erat ; at hæc intemperantiam contra temperantissimum juvenem mendaciter excogitavit, apud patrem autem, eum, quem merebatur, locum obtinebat, a quo tenerrimo quoque affectu diligebatur. De Christo itidem neque gentiles, ut par est, sentiunt et loquuntur, et Judæi multa impia et blasphema de eo garriunt, quia his scandalum [14], illis stultitia [15] salutare crucis verbum reputatur. At vero Deus et Pater superis ex oris divinitatem ejus testatur, Filiumque dilectum vocat [16], et per cognatum Spiritum mundo ostendit et manifestat. Hunc in modum formosissimus ille Joseph dulcissimum nostrum Salvatorem expressit. Hunc in modum umbra veritatem typice adumbravit. Hunc in modum is, qui Ægypto alimenta suppeditavit, per ea quæ tulit, quæ egit, et per quæ a Deo gloriam celebremque famam consecutus est, eum qui omnem spiritum nutrit, et cruciatus sustinuit, Dominum gloriæ symbolice prænuntiavit.

Verumenimvero rursum magnus ille Israel me ad se advocat, monstratque quo modo moriens quoque crucis typum expresserit ; non enim tantum properabat purus ille Deique contemplator animus, ut juniorem nepotem præponeret ei qui grandior natu erat, commutatis manibus, quantum ut, velut per ænigma quoddam, mundi salutem prænotaret; si enim ita affectus fuisset, nullo negotio filios illos transponere potuisset. Id autem non egit. Quo ipso perspicue virtutem vivificæ crucis demonstravit. In illa enim et per illam a Patre luminum benedicitur omnis, qui Christo adhæret, et filius ejus, fidei benefi-

λείαν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ δεδωρημένην τῷ κόσμῳ ζωῆς τράπεζαν, διά τε τῆς τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλίας καὶ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας. Εἰ δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἔθρεψε, καὶ εἰς προσκύνησιν ἤγαγε, καὶ τοῦτο κατὰ τύπον τῆς ἀληθείας· πολλοὶ γὰρ καὶ τῆς παλαιᾶς λατρείας νέος Ἰσραὴλ γεγονότες εὐαγγελικῶς διετράφησαν, καὶ ἐν πνευματικῇ ἀληθείᾳ τὸν Θεὸν προσεκύνησαν. Διὰ ταῦτα γοῦν τύπος μὲν ὁ Ἰωσὴφ τοῦ Ἰησοῦ.

Ὁ δὲ τὰ γενησόμενα βλέπων παλαιὸς ἐκεῖνος Ἰσραὴλ, τοῦ νέου παντὸς καὶ θείου Ἰσραὴλ ὑπογραμμὸς καθίσταται. Ταύτῃ τοι καὶ κύψας προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, τὴν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ προσκύνησιν τοῦ τιμίου προκηρύττων σταυροῦ· τοῦτον γὰρ προδιέγραφε ἡ ῥάβδος, καθὰ δὴ πρὸς τὸν Θεὸν προφητικῇ λέγεται φωνῇ· Ἐνισχύσω ῥάβδῳ τὴν κληρονομίαν σου· καὶ Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Σὺ δὲ καὶ ἄλλως, εἰ βούλει, τὸν τύπον ἐπιγνώσῃ σκιαγραφοῦντα τὴν ἀλήθειαν· οὐδὲ γὰρ παρὰ τῶν ἀδελφῶν Ἰωσὴφ ὁποῖος ἦν ἤκουε πρὸς ἀλήθειαν, οὔτε μὴν παρὰ τῆς Αἰγυπτίας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ὁ φθόνος δοῦλον ἐποίησε τὸν ἐλεύθερον ὀνομάζειν, ἡ δὲ ἀκρασίαν τοῦ σώφρονος κατεψεύσατο, τῷ πατρὶ δὲ καὶ γνήσιος ἦν, καὶ πεφιλημένος ὡς μάλιστα. Καὶ τοίνυν οὐδὲ Χριστὸν οὔθ' Ἕλληνες, ὡς χρεών, ὁμολογοῦσι Θεὸν, καὶ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ βλάσφημα φθέγγονται, ἐπειδὴ τούτοις μὲν *σκάνδαλον*, ἐκείνοις δὲ *μωρία* ὁ τοῦ σταυροῦ σωτήριος λόγος ἐστίν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἄνωθεν αὐτῷ μαρτυρεῖ τὴν θεότητα, καὶ Υἱὸν ἀγαπητὸν ὀνομάζει, καὶ διὰ τοῦ συμφυοῦς Πνεύματος τῷ κόσμῳ προσεπιδείκνυσιν. Οὕτως ὁ καλὸς Ἰωσὴφ τὸν γλυκὺν Ἰησοῦν προδιέγραψεν. Οὕτως ἡ σκιὰ τὴν ἀλήθειαν τυπικῶς ἐξεικόνισεν. Οὕτως ὁ τῆς Αἰγύπτου σιτοδότης, καὶ μικρὸν ὑπὲρ ταύτην οἷς πέπονθεν, οἷς εὐήργεσεν, οἷς παρὰ Θεοῦ ἐδοξάσθη, τὸν τρέφοντα πᾶσαν πνοὴν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ θαύματα ἐνεργήσαντα, καὶ παθήματα ὑπομείναντα Κύριον τῆς δόξης συμβολικῶς προεμήνυσεν.

Ἐμὲ γοῦν καὶ αὖθις ὁ μέγας Ἰσραὴλ προσκαλεῖται, καὶ δείκνυσιν ὅπως καὶ τελευτῶν σταυροῦ δόξαν προεχάραξε, καὶ σταυροῦ τύπον προδιέγραψε. Οὐ γὰρ τοσούτῳγε ὁ καθαρὸς ἐκεῖνος καὶ θεόπτης νοῦς, τὸν νέον ἔσπευδε προθεῖναι τοῦ κατὰ γένεσιν πρωτεύοντος, καὶ διὰ τοῦτο τὰς χεῖρας ἠμείψεν, ὅσῳ τὴν τοῦ κόσμου προσκιάσαι σωτηρίαν ἐβούλετο. Ἡ γὰρ ἂν ἐκείνως ἔχων γνώμης καὶ μετέστησε τὰ παιδία. Νῦν δ' οὐχ οὕτως· ἀλλ' ἔδειξε προφανῶς τὴν ἐνέργειαν τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ. Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἀρχιφώτου Πατρὸς εὐλογεῖται πᾶς ὁ Χριστῷ προσανέχων, καὶ τέκνον αὐτοῦ τῇ πίστει καθίσταται, καὶ τό· *Ἰδοὺ*

pro nobis mirabilia opera patravit, totque cruciatus sustinuit, Dominum gloriæ symbolice prænuntiavit.

[12] Psal. LXXIII, 2. [13] Psal. XLIV, 7. [14] I Cor. I, 23. [15] Ibid. [16] Matth. III, 17.

Digitized by Google

ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· ἐπειδὴ μεταλαμβάνοντες τῆς παναγίας Χριστοῦ σαρκὸς, ἣν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἔλαβε, τέκνα μὲν Ἀβραὰμ, παιδία δὲ Χριστοῦ, καὶ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ γινόμεθα καὶ καλούμεθα. Ἡ τοίνυν ἐναλλαγὴ τῶν χειρῶν τοῦ πατριάρχου τὸν σωτήριον ἐδήλου σταυρὸν, καὶ ἡ τοῦ ἥττονος προαγωγὴ τὸν νέον ὑπεδείκνυ λαὸν μονονουχὶ βοῶσα διὰ τοῦ σχήματος. Ὅταν ὁ σταυρὸς εἰς εὐλογίαν φανῇ, τότε ὁ ἥττων λαὸς μεγαλυνθήσεται, καὶ *ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται*. Οὐκ ἐν τούτοις δὲ μόνον ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ τὸ σωτήριον ἦν προτυπῶν ὅπλον, καὶ τοῖς ἐγγόνοις σκιωδῶς τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὑπεμφαίνων· ἀλλὰ δὴ καὶ ὁπηνίκα τὸν Ἰούδαν ἐπευλόγει, πρὸς δὲ τὸν πάντων Σωτῆρα καὶ Βασιλέα Χριστὸν τοῖς νοητοῖς ἔβλεπεν ὄμμασι. Καὶ τότε γὰρ τὸν λόγον εἰς τὴν περὶ σταυροῦ προφητείαν μετακλίνας ἔλεγεν· *Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης*, ὅπερ ἐστὶ τῆς παρθενικῆς γεννήσεως δηλωτικὸν, *ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος λέοντος, τίς ἐγερεῖ αὐτόν*; ὅπερ καὶ τὴν ἰδίαν ἀνάστασιν ἐνεργήσαντα σημαίνει, καὶ τὸ τοῦ κράτους παρίστησι φοβερόν· ὡς γὰρ τὸν λέοντα καὶ κοιμώμενον δέδοικε τὰ ζῶα, οὕτω καὶ Ἰησοῦν καὶ κρεμάμενον ἔτρεμεν ἡ κτίσις. Ἔνθεν τοι καὶ ἥλιος ἐσκοτίζετο, γῆ δὲ ἐκλονεῖτο, καὶ πέτραι διερρήγνυντο, καὶ θάνατος ἐτήκετο, καὶ ᾅδης ἐσκυλεύετο, καὶ ἡ τοῦ Σατᾶν ἐλύετο τυραννίς· *Πολλὰ γὰρ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη*. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω.

A cio, constituitur, auditque illud : *Ecce ego et filii, quos dedit mihi Deus* [17], quia sumentes sanctissimam Christi carnem, quam ex semine Abrahæ accepit, filii Abraham, filii Christi et benedicti Patris in sancto Spiritu et efficimur, et appellamur. Manuum igitur permutatio, quam patriarcha instituit, salutiferam crucem portendebat, et junioris prælatio novi populi prærogativam designabat, tantum non ipsa hac specie clamans : Quando crux benedictionis gratia apparuerit, tunc populus, alioquin inferioris conditionis, extolletur ; et *qui se humiliat, exaltabitur* [18]. Neque his tantummodo divinus Jacob armaturam illam Domini prænuntiavit, et ea quæ in Ecclesia eventura erant, velut per transennam B quamdam descripsit; sed et tunc futura adumbravit, cum Judam benedixit; nam intellectualibus oculis ad omnium Salvatorem et Regem Christum respiciebat. Tunc enim deflexo ad oraculum de cruce sermone aiebat : *Ex germine, fili mi, ascendisti* [19]; quo partus virgineus denotatus est; *requiescens accubuisti, ut leo, et ut catulus leonis, quis suscitabit eum* [20] ? quo innuit eum, qui propria virtute resurrectionem suam effecit, simulque potentiæ terrificam vim ob oculos ponit. Quemadmodum enim leonem, etiam dormientem, metuunt alia animalia, sic et ad conspectum Jesu, licet crucifixi, tota rerum natura contremuit. Nam et sol obscuratus est, terra concussa, petræ C disruptæ, mors tabefacta, infernus spoliatus, et Satanæ tyrannis dissoluta : *Et multa corpora eorum, qui dormierant, resurrexerunt* [21]. Et hæc quidem hunc in modum sese habent.

Τὰ δ' ἑξῆς ποταμίους ὄντως μιμεῖται ῥοὰς, καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι πρὸς μὲν ταῖς πηγαῖς οὐ μεγάλοι τινές εἰσιν, ἀλλ' εὐδιάβατοι, ὅσῳ δὲ περαιτέρω γένοντο, ἐπεμβαίνοντες ἕτεροι ποταμοὶ, ἰσχυρότερον αὐτῶν ποιοῦσι τὸ ῥεῦμα, οὕτω μοι καὶ τὰ τῶν λόγων ἐνταῦθα νῦν ἔχει. Τὰ μὲν γὰρ πρὸ τοῦ νόμου ἀρχὴ ἦν, καὶ ὡς ἂν εἴποις, πηγὴ τῶν εἰς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ θαυμάτων, τὰ δὲ ἐν τῷ νόμῳ, ποταμὸς πελαγίζων, πολλῶν πολλαχόθεν συντρεχόντων τεραστίων τῆς παντοδυνάμου χάριτος, νῦν μὲν κοινῇ τῷ λαῷ γινομένης, νῦν δὲ ἰδίᾳ τοῖς προφήταις, καὶ συνεσβάλλουσι πάντες εἰς τὴν καινὴν καὶ ἁγίαν Διαθήκην, ἣ δ' ἔστιν ὡς ἀληθῶς θάλασσα ἅπλετος καὶ πέλαγος μηδὲ νοητοῖς ὁριζόμενον ὀφθαλμοῖς. Ἀλλ' ἐγὼ D τὴν μεγάλην καὶ πανάλκη τοῦ σταυροῦ χάριν ἐπιβοώμενος, οὕτω προβαίνω τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τὰ περὶ αὐτοῦ διδασκόμενος. Συνέλθετε δὴ, προφητικαὶ χορεῖαι, καὶ ἀποστολικαὶ σάλπιγγες, μαρτύρων δὲ τὸ φαιδρὸν σύστημα, καὶ Πατέρων ὁ ἱερὸς σύλλογος, κοινῇ συγκροτοῦντες τὸν ὕμνον τῷ κοινὴν δεδωκότι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν θεοειδῆ τοῦ πνεύματος ἐλλαμψίν μοι πρεσβεύσατε, λόγου δύναμιν παρεξομένην εἰς ἐκπλήρωσιν τῆς προθέσεως.

At quæ sequuntur, fluviorum cursum imitari videntur; et quemadmodum illi non procul a fontibus exigui esse solent, transituque faciles : quo vero longius ab origine abscedunt, receptis jam alveo suo aliis fluminibus, majore impetu et copiosioribus aquis instructi feruntur: ita et hoc loco orationem meam comparatam esse video. Nam quæ ante latam legem gesta sunt principium, et ut quis forte dixerit, fons quidam erant eorum miraculorum, quæ Deus erga nos patratus erat. At illa, quæ in lege acta sunt, habent se instar fluvii magnitudine sua ad pelagi profunditatem accedentis, multis undequaque omnipotentis gratiæ mirandis operibus in unum concurrentibus; quæ gratia nunc quidem communiter populo concedebatur, nunc proprie et privatim prophetis, qui omnes omnia sua in novum et sacrosanctum Testamentum congerunt, et conferunt, quod revera immensum quoddam mare est, quod nec animi quidem oculis definiri potest. Caterum ego invocata maxima et validissima crucis gratia, ita ad priora progrediar, prout ipsa crux me de seipsa erudierit. Adeste igitur et congregamini, prophetarum chori, apostolicæ tubæ, martyrum insignis cœtus, Patrumque sacer conventus, et communi studio concinnate hymnum ei quæ commu

[17] Isa. VIII, 18. [18] Matth. XXIII, 12. [19] Gen. XLIX, 9. [20] Ibid. [21] Matth. XXVII, 52.

Digitized by Google

nem salutem attulit, mihique precibus vestris divinam Spiritus illustrationem impetrate, quæ mihi ad id quod proposui perficiendum vires subministret.

Ergo sub duro, sævo et crudeli domino, mundi hujus principe, vitam agitabamus. Humanum namque genus fraudibus suis miserandum in modum circumvenerat; et indesinenti illa rerum terrestrium occupatione atterebamur, in quam nos impulerant perditionis magistri, rigidi illi exactores et præpositi, nefandi tyranni in defectione socii. Metuentes enim, ne ad meliorem frugem reverteremur, et ne mentis oculus, aliis negotiis solutus, ad conditorem suum respiceret, cervicemque ex gravi idolorum servitute exsolveret (nam natura sua homo libertatem amat), lateres facere absque intermissione, et civitates condere nobis ut alienigenis imperarunt; quibus aliud non intelligitur quam gravia illa incommoda, in quæ, amissis paradisi deliciis, incidimus; nempe infinita illa pravarum appetitionum series et connexio, operaque et industria in rebus vanis et infructuosis consumpta. Verum cum Creatoris nostri bonitatem minime deceret, ut nos, ipsi exitio nostro servientes, perpetuo ope sua destitueret, futurum autem esset, ut Deus aliquando per viscera misericordiæ, et abyssum miserationum suarum, ad nos humana sub imagine descenderet, ut, quod Isaias ait [11], id quod suum erat, sibi vindicaret, malignumque dæmonem exueret spoliis, quæ nos eramus (summus enim pretiosissimum Deo peculium), sapienter admodum et divinæ suæ majestati convenientissime totam rem instituit. Nam ad legis mandata homines prius advocat, et lege prius mundat, et per prophetas loquitur, et hoc mysterium annuntiat. Figuras enim sequentium beneficiorum humano generi demonstrare volens, Moysi apparet eumque de rebus divinis instituit, Israelem ex Pharaonis servitute liberat, et stupenda prodigia admirationisque plenissima efficit, quæ omnia venerandam crucem, eamque, quæ inde nobis obvenit, salutem præsignificabant.

Virgam igitur ferre jubetur legislator, quem Deus miserat, ut populum in manu potenti liberaret. Quæ virga spiritualis ligni vim et potestatem prænotabat. Convertitur enim vere in draconem, et conterit capita draconum, et adversariorum virgas devorat, improbitatisque artificem una cum omnibus suis administris redarguit, eorumque fraudes et imposturas detegit. Sapientia enim, quæ verbi prædicatoribus per passionem Christi desuper data est, omnem mundi hujus falsi nominis sapientiam, fatuam, nullinsque momenti esse demonstravit, refutatis fabulis, publiceque tradectis, et omni deceptione sublata. Ne vero tibi peregrinum et insolitum videatur, cum audis instrumentum illud invidiæ et belluam veneni plenam fuisse crucis imaginem. Sicut enim ille qui omni sanctitate major est, in cujus conspectu ne ipsa quidem astra munda sunt, et universa hominum justitia tanquam pannus menstruatæ, sicut, inquam, iste cum iniquis reputatus est, ut nos ex acerba peccati tyrannide eriperet, ita et id, quod

[11] Isa. LIII, 12.

A Γεγόναμεν τοίνυν ὑπὸ δεσπότῃ πικρῷ καὶ ἀλιτηρίῳ, τῷ δεινῷ κοσμοκράτορι· ὤφειλετο γὰρ διὰ τῆς ἀπάτης ἐλεεινῶς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ κατετρυχόμεθα τῇ μακρᾷ τῶν γηΐνων ἀσχολίᾳ, εἰς ἣν ὤθησαν οἱ τῆς ἀπωλείας διδάσκαλοι, οἱ βαρεῖς ἐπιστάται καὶ συναποστάται τῷ παλαμναίῳ τυράννῳ. Δεδοικότες γὰρ τὴν ἡμῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον, μή που κατὰ σχολὴν ὁ τῆς διανοίας γεγονὼς ὀφθαλμὸς πρὸς τὸν πλάστην ἀναδράμῃ, καὶ πικρᾶς τῶν εἰδώλων δουλείας ἐκλύσῃ τὸν αὐχένα· φιλελεύθερον γὰρ ἄνθρωπος φύσει· πλινθουργεῖν ἀκατάπαυστα, καὶ πόλεις οἰκοδομεῖν ἐπέταττον ἀλλοτρίοις. Εἶεν δ' αὖται, ὅσα μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τῆς τρυφῆς, δεινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐνεφύη, ὅ τε μυρίος τῶν παθῶν ἐσμὸς, καὶ ὑπὲρ μάταια σπουδή. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ πλάσαντος οὐκ ἦν περιδεῖν ἡμᾶς οὕτως ἀπωλείᾳ δουλεύοντας, ἔμελλε δὲ Θεὸς ἐπὶ γῆς ποτε καθ' ἡμᾶς ἐλθεῖν, διὰ σπλάγχνα ἐλέους, καὶ ἄβυσσον οἰκτιρμῶν, ἵν', ὅ φησιν Ἡσαΐας, τὸ οἰκεῖον ἀφέληται καὶ γυμνώσῃ τῶν σκύλων τὸν πονηρὸν, ἅπερ ἦμεν ἡμεῖς, τὸ τιμιώτατον τῷ Θεῷ κτῆμα, οἰκονομεῖ τοῦτο σοφῶς ἄγαν, καὶ ὄντως θεοπρεπέστατα. Προσκαλεῖται γὰρ καὶ προκαθαίρει νόμῳ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ διὰ προφητῶν λαλεῖ, καὶ τὸ μυστήριον προκαταγγέλλει. Τύπους γὰρ τῶν ἐσύστερον εὐεργεσιῶν παραδεικνύων τῇ φύσει, χρηματίζει τῷ Μωϋσῇ, καὶ λυτροῦται τῆς Φαραὼ δουλείας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τελεῖ παράδοξα ἔργα καὶ θαύματος γέμοντα, τὰ δὲ πάντα τὸν τίμιον προεικόB νιζε σταυρὸν, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν.

Αὐτὴν γοῦν ῥάβδον ἐκελεύετο φέρειν ὁ προσαχθεὶς ἐν χειρὶ κραταιᾷ τὸν λαὸν ἐλευθερῶσαι νομοθέτης, καὶ ῥάβδος τὴν τοῦ πνευματικοῦ ξύλου προδιέγραφε δύναμιν· γίνεται γὰρ καὶ δράκων ἀληθῶς, καὶ συντρίβει τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων, καὶ τὰς τῶν ἀντιθέτων κατεσθίει ῥάβδους, καὶ τὸν σοφιστὴν τῆς κακίας αὐτοῖς ὑπουργοῖς ἐξελέγχει μάτην σοφιζόμενον. Ἡ γὰρ ἄνωθεν σοφία τοῖς κήρυξι τοῦ λόγου διὰ τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ χορηγηθεῖσα, πᾶσαν ἀπεμώρανε τὴν τοῦ κόσμου ψευδώνυμον σοφίαν, καὶ τὸ μηδὲν εἶναι ἀπέδειξε, στηλιτεύσασα τοὺς μύθους, καὶ τὴν ἀπάτην διελέγξασα. Σὺ δὲ μὴ ξενίζου τὸ πικρὸν ὄργανον τοῦ φθόνου, τὸν ἰοβόλον θῆρα εἰς εἰκόνα σταυροῦ λαμβανόμενον ἀκούων. Ὡς γὰρ ὁ πάσης ἁγιότητος ἐπέκεινα, καὶ οὗ κατενώπιον οὐδὲ ἄστρα καθαρὰ, καὶ πᾶσα δὲ ἀνθρώπων δικαιοσύνη ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης, ὡς οὖν οὗτος μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, ἵν' ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ τῆς πικρᾶς τυραννίδος τῆς ἁμαρτίας, οὕτω καὶ τὸ προγράφον τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ξύλον εἰς δράκοντα μετασχηματίσθη, ἵν' ἀποκτανθῇ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, καὶ

Digitized by Google

συντριβῇ τὸ τοῦ Σατὰν σκολιὸν τῷ φρονίμῳ τῆς οἰκονομίας. Πλὴν, κἂν ἐγεγόνει πρὸς ἀλήθειαν ὄφις, κἂν ἐφόβησε τὸν θεόπτην τὸ πρότερον, κἂν κατέπιε τῶν γοήτων τὰς ῥάβδους τὸ δεύτερον, ἀλλ' οὖν ἐπιλαμβανομένου Μωσέως πάλιν γίνεται ξύλον πρὸς σύμβολον τοῦ μέλλειν ἀπὸ σώματος ἀνεῖσαν διὰ ξύλου νεκροῦσθαι τὴν πλάνην.

A lignum crucis ejus præfigurabat, in draconem conversum est, ut simili simile interficeretur, Satanæque fraudes et spiræ sapientissimo dispensationis consilio conterererentur. Cæterum licet revera in serpentem abierit, licet prophetam, qui Deum viderat, prius terruerit, licet secundo Magorum virgas devoraverit; attamen, quando a Moyse recipiebatur, et apprehendebatur, rursus in lignum transmutatur; quod argumento erat, eam quæ ex corpore orta est, fraudem et deceptionem exstinctum iri.

Ἐπὶ τούτοις μαστίζει Θεὸς τὴν Αἴγυπτον, καὶ Μωϋσῆς ὑπουργεῖ θείᾳ δυνάμει, καὶ δεκάδα πληγῶν κατεργάζεται, τέλειον ἀριθμὸν κολάσεως κατὰ τῶν τέλεια δεδρακότων ἔργα παραβάσεως, καὶ εἰς μνήμην τοῦ θαύματος ἰσαρίθμους ἐντολὰς διαγράφει, ὡς ἂν ἀξίως καὶ Αἴγυπτος διὰ τῆς δεκάδος τῶν μαστίγων τιμωρηθῇ, καὶ Ἰσραὴλ διὰ τῆς δεκάδος τῶν ἐντολῶν εὐεργετηθῇ. Διπλοῦν γὰρ ἦν τἀγαθὸν, τῶν μὲν κολαζομένων, τῶν δὲ παιδευομένων. Πρώτη μὲν οὖν τῶν ἐπαγομένων τῇ χώρᾳ τιμωριῶν, ἡ τῶν ὑδάτων ἐστὶν ἐξαιμάτωσις· δευτέρα, ἡ τῶν βατράχων ἀνάβλυσις· τρίτη, ἡ τῶν σκνιπῶν· ἡ τῆς κυνομυίας, τετάρτη· ἡ φθορὰ δὲ πέμπτη τῶν κτηνῶν· ἕκτη, ἡ τῶν φλυκτίδων ἐπίθεσις· ἑβδόμη, ἡ διὰ πυρὸς καὶ χαλάζης· ὀγδόη, ἡ διὰ τῶν ἀκρίδων· ἐννάτη ἡ διὰ τοῦ ψηλαφητοῦ σκότους, καὶ δεκάτη, ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος. Καὶ πάντα μὲν τῇ τοῦ σταυροῦ προτυπώσει γίνεται, οὐ πάντα δὲ τῇ βακτηρίᾳ τερατουργεῖται, ἵνα μηδὲ παρὰ τῶν οἰκείων θεοποιηθῇ, μήτε παρὰ τῶν ἀλλοτρίων συκοφαντηθῇ· ἢ γὰρ ἂν καὶ μαγικαῖς ἀπάταις οἱ πολλοὶ ταύτην ἐνόμισαν τετελέσθαι. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ χειρῶν ἔκτασις καὶ προβάτων θυσία τἆλλα δεδύνηνται, ἕνια δὲ τῷ μόνῳ προρρηθῆναι κατείργαστται. Ἐπεὶ γὰρ τρία δὴ ταῦτα περὶ τὸν τίμιον τοῦ Δεσπότου σταυρὸν θεωρεῖται, ὕλη, καὶ σχῆμα, καὶ χάρις, διὰ μὲν τῆς βακτηρίας ἡ ὕλη γνωρίζεται, διὰ δὲ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως τὸ εἶδος χαρακτηρίζεται, διὰ δὲ τῆς προφητείας καὶ τοῦ αἵματος ἡ χάρις ἀνακηρύττεται. Ὥσπερ δὲ οὐ πάντα διὰ τῆς βακτηρίας, οὕτως οὐ πάντα διὰ Μωσέως, οὐδὲ πάντα ἐξ ἑνός τινος τῶν στοιχείων, ἀλλὰ τὰς μὲν τρεῖς καὶ πρώτας πληγὰς ἐκ τῶν παχυτέρων στοιχείων, γῆς καὶ ὕδατος, ὁ Ἀαρὼν ἐπιτρέπεται, τὰς ἴσας δὲ ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς Μωϋσῆς ἐνεργεῖ, μίαν δὲ κοινὴν ἄμφω, τὴν ἑβδόμην ἐκτελοῦσι, καὶ τρεῖς τὰς τελευταίας εἰς συμπλήρωσιν τῆς δεκάδος· ἑαυτῷ Θεὸς ἀνατίθησιν ἔδει γὰρ καὶ Μωσέως τὸ δουλικὸν ὡς προφήτου φανῆναι σθένος, καὶ Θεοῦ τὸ παγκόσμιον, ὡς Ὑψίστου, παραδειχθῆναι κράτος.

Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τῷ νομοθέτῃ μέρος ἐδόθη τῆς θαυματουργίας, καὶ ὁ παντουργὸς Δεσπότης δι' ὕλης ἐδοξάσθη τῆς δημιουργίας, οὐ στοιχείων μόνον συντελεσάντων ἅπαντα, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων ὑπουργησάντων ἀΰλων, κατὰ τὸν λέγοντα· *Συνεκπολεμήσει αὐτῷ ὁ κόσμος ἐπὶ τοὺς παράφρονας.* Ἐπειδὴ γὰρ Αἰγύπτιοι, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν γένος, τοὺς μὲν οὐρανίους ἐνόμιζον, τοὺς δὲ ἐπιγείους, καὶ ἄλλους ὑπο-

Interea flagellat Deus Ægyptum divinæ potentiæ administro Moyse, qui denas plagas efficit, ut perfectum nimirum supplicii numerum subirent, qui ad summum usque scelerum processerant; et in memoriam miraculi decem præcepta præscribit, ut B Ægyptus digne per decem plagas puniretur, et Israel per decem præcepta beneficiis a Deo cumularetur. Duplex enim emolumentum inde exstitit: unum, ad eos qui puniebantur; alterum ad eos, qui erudiebantur, redundavit. Prima igitur plaga ex his quæ in regionem illam inductæ sunt, est aquarum in sanguinem conversio; altera, ranarum ebullitio; tertia, culicum; quarta, cynomyiæ; quinta, interitus jumentorum: sexta, pustularum emissio: septima, plaga ignis et grandinis: octava, locustarum: nona, palpabilium tenebrarum: decima, mors primogenitorum. Omnia hæc crucis præfigurandæ gratia peraguntur: non tamen omnia per virgam fiunt, ne a suis Dei loco haberetur et coleretur, vel ab alienigenis calumniis impeteretur: multi enim eam magicis imposturis et artibus confectam fuisse existimare potuissent. Ea de causa et manuum extensio, et agni immolatio eamdem vim acceperunt: quædam sola prædictione evenere. Nam cum tria in pretiosa Domini nostri cruce considerare liceat, materiam, formam, et gratiam, per virgam materia innotescit; manuum extensione figura adumbratur; per prædictionem et sanguinem agni gratia annuntiatur. Quemadmodum autem non omnia acta sunt auxilio virgæ, ita nec omnia peracta sunt ministerio Moysis; neque omnia ex uno quopiam elemento, sed tres primæ plagæ ex crassioribus elementis, ex terra videlicet et aqua Aaroni infligendæ committuntur. Totidem ex aere et igne Moyses efficit unam, nempe septimam, communiter ambo. Tres reliquas, denarii numeri complementum, Deus sibi ipse ascribit. Necesse enim erat ut in his miraculis Moyses, tanquam servi et subditi, Dei autem, ut universorum Domini, et Altissimi, virtus et potentia elucesceret.

Hanc ob causam pars prodigiorum legislatori assignata est, nihilominus toto illo portentorum concursu Dominus omnium rerum effector, debitam gloriam obtinuit; non solis elementis, ad omnia subservientibus, sed et angelis, a materiæ concretione liberis, mysterium suum ipsi exhibentibus juxta illius oraculi sententiam: ***Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos*** [21]. Cum enim

[21] Sap v, 21.

Digitized by Google

Ægyptii et Græci putarent deorum quosdam esse cœlestes, alios terrestres, alios subterraneos; et illos quidem terræ, hos autem maris imperium tenere; et alios montibus, alios campestribus præsidere; qua opinione imbuti quoque erant Syri illi, qui dicebant : *Deus montium, Deus Israel, non Deus vallium* [24] : necessarium fuit ut universorum Deus et Dominus, non modo per fluvium et terram, sed et per aerem etiamare Ægyptios erudiret, cœlitusque eis fulmina immisit, ut planum faceret se esse omnium et effectorem et Dominum. Quod et beatus Moyses Pharaoni indicavit, dicens : *Ut cognoscas tu et servi tui, quod Domini sit terra* [25]. Quocirca primam et secundam plagam ex fluvio qui apud illos numinis instar erat, incutit, ejusque aquam vertit in sanguinem, Aarone per virgam, prout Dominus præceperat, miraculum hoc perficiente. Tenuit autem fluvius, in sanguinem mutatus, septem integros dies, multique mortalium interierunt, et omnes pisces perierunt. Neque enim colore solum rubescebat aqua, sed et quoad gustum immutata fuit, et densior effecta humiditate concreta. Hujus rei evidens argumentum est vehemens sitis, qua homines excruciabantur, et piscium interitus, et fetor : *Pisces enim, qui erant in flumine*, inquit Scriptura, *mortui sunt, computruitque fluvius, et non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis* [26].

Primum autem per aquas punivit Deus Ægyptios, tum quia eximio cultu aquam venerabantur, rati eam esse omnium rerum principium; tum quia fluvio illo valde gloriabantur, eumque deum quemdam esse arbitrabantur, qui nubium copiam ipsis faceret : tum propter Hebræorum infantes in hunc fluvium abjectos. Nam mutatus in sanguinem, infantium sanguinem, tam crudeliter effusum, ad Deum vindictæ causa clamantem quodammodo repræsentabat, et ob commissa in infantes piacula, eos redarguebat. Idcirco pro altera plaga eædem aquæ ranas submiserunt, loco infantium, qui in undis illis expositi, suffocatique perierant. Nam infantes cum gradiuntur, imitantur quadamtenus ranas, similemque vocem edunt. Qualis vero pestis ranæ, ab aquis procul sejunctæ, et in terram longo spatio ejectæ, nam a venenatis reptilibus nihil prorsus distant, computruerunt igitur et gravem fœtorem exhalarunt aquæ in sanguinem versæ, et similiter terræ ob putrefactas ranas. Porro Ægyptii, qui nihil aliud, quam caro et sanguis erant, id quod merebantur, supplicium expenderunt, quorum alii morsibus, alii fœtore peribant. Postquam enim vibices Judæorum computruerant, æquum fuit, ut et fluvius et terra eorum computresceret, gravemque halitum spiraret. Nec tamen plagæ istæ Hebræos attigerunt; imo cladis omnis expers erat Israeliticus populus, licet in medio Ægyptiorum versaretur. Neque solum ranarum immissione, sed

χθονίους εἶναι θεοὺς, καὶ τοὺς μὲν τῆς γῆς, τοὺς δὲ τῆς θαλάσσης δεσπόζειν, καὶ ἄλλους μὲν τῶν ὀρέων, ἑτέρους δὲ τῶν πεδίων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, καθάπερ καὶ οἱ τὴν Συρίαν οἰκοῦντες ἔλεγον· *Θεὸς ὀρέων ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ οὐ Θεὸς κοιλάδος*, ἀναγκαίως ἄγαν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οὐ μόνον διὰ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ δι' ἀέρος, καὶ διὰ θαλάσσης τοὺς Αἰγυπτίους ἐπαίδευσε, καὶ οὐρανόθεν αὐτοῖς κεραυνοὺς ἐπαφῆκε, διδάσκων ὅτι αὐτός ἐστι τοῦ παντὸς καὶ ποιητὴς καὶ Δεσπότης. Τοῦτο δὲ πρὸς Φαραὼ καὶ ὁ μακάριος ἐδήλου Μωϋσῆς, λέγων· *Ἵνα γνῷς σὺ καὶ οἱ θεράποντές σου ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ γῆ*. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν πρώτην εὐθὺς, καὶ τὴν δευτέραν πληγὴν ἐκ τοῦ παρ' αὐτοῖς θεοποιουμένου ποταμοῦ ἐπιφέρει, καὶ μεταβάλλει μὲν αὐτοῦ τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα, τοῦ Ἀαρὼν διὰ τῆς βακτηρίας, καθὼς ἐλάλησε Κύριος, τὸ τέρας τελέσαντος. Ἐπεκράτει δὲ ἡ ἐξαιμάτωσις ἐπὶ ὅλας ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐφθάρησαν, πάντες δὲ ἰχθύες ἀπώλοντο· οὐδὲ γὰρ κατὰ χρόαν μόνον ἐρυθρὰ τὰ ὕδατα γέγονε, ἀλλὰ καὶ ἡ γεῦσις μετεβέβλητο, καὶ ἡ ὑγρότης ἐπεπήγει, καὶ τοῦτο δεδήλωκεν ἡ τῆς δίψης ἐπίτασις τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἡ τῶν ἰχθύων τελευτὴ, καὶ ἡ ἐπόζεσις. *Οἱ ἰχθύες γὰρ*, φησὶν, *οἱ ἐν τῷ ποταμῷ ἐτελεύτησαν, καὶ ἐπώζεσεν ὁ ποταμὸς, καὶ οὐκ ἠδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι πιεῖν ὕδωρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ.*

Ἐξ ὑδάτων δὲ τὰ πρῶτα κολάζει Θεὸς τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπειδὴ τὸ ὕδωρ διαφερόντως ἐτίμων, ἀρχὴν τῆς τῶν ὅλων γενέσεως εἶναι νομίσαντες, καὶ ὅτι μέγα ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἐφρόνουν, καὶ θεὸν τοῦτον ἐνόμιζον τὴν τῶν νεφῶν αὐτοῖς παρέχοντα χρείαν, ἔτι καὶ διὰ τὰ βρέφη τῶν Ἰουδαίων τὰ τούτῳ παραπεμφθέντα· μεταβληθεὶς γὰρ εἰς αἷμα, τὸ τῶν νηπίων αἷμα κεκραγὸς πρὸς τὸν Θεὸν ὑπεδείκνυ, καὶ τῆς γεγενημένης παιδοκτονίας κατηγόρει. Τούτου δὲ χάριν καὶ τοὺς βατράχους τὴν δευτέραν πληγὴν ἀνέβλυσε τὰ ὕδατα, ἀντὶ τῶν ἐν ἐκείνοις ἀναπνιγέντων ἀναδοθέντας νηπίων. Μιμεῖται γάρ πως τὰ βρέφη τοὺς βατράχους βαΐζοντα, καὶ τὴν φωνὴν παραπλησίαν ἔχει. Οἷον δὲ κακὸν οἱ βάτραχοι τῶν ὑδάτων ἀποξενωθέντες, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀποχερωθέντες· ἑρπετῶν γὰρ ἰοβόλων κατ' οὐδὲν διαφέρουσι. Ἐπώζεσε γοῦν τὰ ὕδατα μεταβληθέντα εἰς αἷμα, ἐπώζεσε καὶ ἡ γῆ ἀπὸ τῶν βατράχων. Καὶ οἱ Αἰγύπτιοι σὰρξ ἀληθῶς ὄντες καὶ αἷμα τὰ εἰκότα πεπόνθασι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν δήγμασιν, οἱ δὲ δυσωδίᾳ ἀπέθνησκον. Ἐπειδὴ γὰρ προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μόλωπες αὐτῶν, διὰ τοῦτο ἐπώζεσεν αὐτῶν καὶ ὁ ποταμὸς, καὶ ἡ γῆ. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν Ἑβραίων ἥψαντο αἱ πληγαὶ, ἀλλ' ἦν ἀπαθὴς ἐν μέσῳ τούτων ὁ Ἰσραὴλ, οὐ τῇ ἐπιφορᾷ δὲ μόνον τῶν βατράχων, ἀλλὰ καὶ τῇ τούτων πάλιν διαφθορᾷ ἡ σταυρικὴ δύναμις ἐδοξάζετο προγραφομένη. Ἐκτείνας γὰρ τὰς χεῖρας ὁ Μωϋσῆς, καὶ προσευξάμενος τοῦ μὲν ὀλέθρου τῶν δηγμάτων τοὺς πάσχοντας ἀπήλλαξε, τῆς δυσωδίας

[24] III Reg. xx, 28. [25] Exod. ix, 29. [26] Exod. vii, 21.

Digitized by Google

δὲ καὶ πλείονα τὴν αἴσθησιν λαβεῖν προσειργάσατο, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος εὐχὴν ἐξεικόνισε, τοῦ ἐν τῷ θείῳ σταυρῷ τὰς χεῖρας ἐκπετάσαντος ἀληθινοῦ νομοθέτου, καὶ φήσαντος· *Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;* καὶ τῆς φθοροποιοῦ καὶ δυσώδους ἁμαρτίας πάντας ἐλευθερώσαντος. Τηνικαῦτα γὰρ οἱ πεπιστευκότες Χριστῷ τῆς λύμης μὲν τῶν ἰοβόλων παθῶν, καὶ τῆς εἰδεχθοῦς καὶ πικρᾶς συνοικήσεως τῆς ἀσεβείας, καὶ τῶν αἰσχρῶν τε καὶ πονηρῶν ἔργων ἐρρύσθημεν, τῆς δυσωδίας δὲ μᾶλλον διὰ τῆς μνήμης ἐπαισθανόμεθα· αἰσχύνῃ γὰρ τῶν προδεδιωμένων τὴν ψυχὴν αἰκιζόμεθα κατὰ λέγοντα θεῖον ἀπόστολον· *Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε;*

A interitu, potentia crucis non sine gloria est adumbrata. Moyses enim manibus extensis, fusisque precibus ab exitio morsuum, eos qui eis infestabantur, liberavit, effecitque ut fœtoris illius ampliorem quemdam sensum caperent; simulque velut in imagine expressit orationem pro humana natura, ejus veri et genuini legislatoris, qui in cruce manus suas expandit, et hæc verba protulit : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti* [27] ? quique a peccato omnis corruptionis et graveolentiæ causa nos exemit. Tunc enim nos, qui in Christum credidimus, ab exitio passionum et venenatarum cupiditatum, et ab inviso et molesto impietatis contubernio, simulque a turpibus et pravis operibus expediti, et in libertatem asserti sumus. Fœtorem autem magis percipimus reminiscendo; pudore enim ob commissa prius delicta affecti, animam castigamus, juxta Apostolum dicentem : *Quem igitur fructum habuistis tunc in iis, in quibus nunc erubescitis* [28] ?

Τρίτη μετὰ ταύτας καὶ βαρυτέρα πληγὴ ἡ ἀπὸ τοῦ χοὸς τῶν σκνιπῶν ἀνάδοσις, τῇ χειρὶ καὶ τῇ ῥάβδῳ τοῦ Ἀαρὼν γινομένη, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς δεξιὰν διὰ σταυροῦ πλήττουσαν τοὺς ἀλιτηρίους δαίμονα; αἰνιττομένη. Ἀργαλεώτατον μὲν οὖν μὲν καὶ ὀδυνηρότατον, κἂν βραχύτατός ἐστι τοῦτο τὸ ζωῦφιον· οὐ γὰρ τὴν ἐπιφάνειαν λυμαίνεται μόνον τοῦ δέρματος, κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἔντὸς βιάζεται διά τε μυκτήρων καὶ τῶν ὤτων εἰσελθεῖν, καὶ κόρας δὲ ὀφθαλμῶν οἷδε τὰ μάλιστα βλάπτειν εἰσπετώμενον. Τόγε μὴν πανσθενὲς τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τοῦτο προμαρτυρεῖται κράτος, ὅτι τοῖς λεπτοῖς, καὶ ἀσθενέσι ἀμάχου; δυνάμεις ἐνίησιν, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἀπαγορεῦσαι πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, καὶ βοᾷν ἀναγκασθῆναι, ὅτι *Δάκτυλος τοῦτο Θεοῦ*. Χεῖρα γὰρ Θεοῦ μηδὲ τὸν σύμπαντα κόσμον ὑφίστασθαι. Καὶ διά τοι τοῦτο καὶ ἐν τῇ προφητείᾳ Ἰωὴλ τὰ σμικρότατα πρὸς ἀκμὴν, καὶ ἀδρανέστατα πρὸς ἀλκὴν, δύναμιν ἑαυτοῦ μεγάλην ὁ Θεὸς ὠνόμασεν, Ἀποδώσω, λέγων, *ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν ὧν κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἡ ἐρυσίβη, καὶ ἡ κάμπη, ἡ δύναμις μου ἡ μεγάλη.*

B Tertia post istas et gravior plaga fuit culicum ex terræ pulvere ortus, manu et virga Aaronis procuratus, quæ præfigurabat Dei Patris dexteram, quæ cruce improbos et nefarios dæmones percussit. Molestissimum igitur et doloris vel maxime efficiens est hoc animalculum, licet etiam sit minutissimum. Non enim extimam tantum corporis superficiem lædit, excitato perquam odioso pruritu; sed et in intima penetrat, conaturque per nares et aures ingredi, maxime autem oculorum pupillis nocet, si involandi facultas detur. Quo ipso omnipotens et insuperabilis Dei virtus significatur, quæ rebus abjectis et exilibus vim, cui nemo resistere valet, impertitur; ita ut ob earum infestationem tota Ægyptus de salute desperarit, et exclamare coacta C fuerit : *Digitus Dei hic est* [29]. A manu enim Dei, ne universum quidem orbem subsistere posse. Quapropter et apud prophetam Joelem Deus minima quædam ad vigorem et vim et infirmissima ad robur, magnam suam fortitudinem nominavit : *Reddam vobis*, inquit, *annos, quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca, fortitudo mea magna* [30].

Τετάρτη πληγὴ ἡ διὰ τῆς κυνομυίας. Δηλοῖ δὲ ἡ κλῆσις τὸ αὔθαδες. Τὴν δὲ ὀδύνην ἡ Γραφὴ μαρτυροῦσα, ὅτι ἀφόρητος ἦν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ θανάτου πρόξενος, Ἐξωλοθρεύθη, φησὶν, *ἡ γῆ ἀπὸ τῆς κυνομυίας.*

Quartam plagam inflixit cynomyia, seu musca canina. Significat autem ipsa appellatio insolentiam et pervicaciam. At vero doloris ex hac plaga exorti, et quam Ægyptiis intolerandus fuerit, quippe qui mortem afferret, testem habemus ipsam divinam Scripturam quæ ait : *Corrupta est terra a muscis* [31].

Πέμπτην ἐπιφέρει τὴν τῶν τετραπόδων φθορὰν ἀνύποιστον καὶ τῶν προλαβουσῶν κρατιοτέραν· ἀεὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἁμαρτάνοντος τοῦ Φαραὼ, ἀναλόγως καὶ αἱ μάστιγες πρὸς τὸ μεῖζον χωροῦσι. Διὰ τοῦτο τὴν μὲν τρίτην *δάκτυλον Θεοῦ* ἐκάλεσαν οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων. Τὴν δὲ πέμπτην, ὡς δραστικωτέραν, καὶ ὡσανεὶ συμπληρωθέντων τῶν πέντε δακτύλων ἐξ ἑκάστης πληγῆς χεῖρα Θεοῦ ὁ Μωϋσῆς προσηγόρευσεν, *Ἰδοὺ γὰρ*, φησὶ, *χεὶρ Κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου.* Προλέγει δὲ τὴν ἐπιοῦσαν τιμω-

D Quinta plaga est jumentorum interitus, quæ gravissima videbatur et valentior cæteris : cum Pharao semper magis atque magis scelerate agendo procederet, merito, proportione quadam servata, crescebant quoque flagella. Quocirca tertiam plagam nominarunt incantatores Ægyptii *digitum Dei*. At quintam, tanquam violentiorem, et quasi jam ex qualibet plaga digitis quinque constitutis, manum Dei Moyses appellavit. *Ecce enim*, inquit, *manus Domini erit super jumenta tua* [32]. Prædicit autem

[27] Psal. xxi, 2; Matth. xxvii 46. [28] Rom. vi, 21. [29] Exod. ix, 9. [30] Joel ii, 25. [31] Exod. viii, 24.

Digitized by Google

semper venturam pœnam; et tempus, quo ventura, A indicat, ne quis casu et fortuito evenisse suspicaretur.

Sexta ordine plaga est pustularum et ulcerum; septima ignis et grandinis, duobus alioquin contrariis, et in se invicem pugnantibus præter exspectationem, consociatis; ut neque grando igne liquesceret, neque ignis humore grandinis exstingueretur, sed ut ambo propriam et nativam suam vim in eodem simul exercerent et demonstrarent; ignisque licet in mediis humoribus omnia absumeret, et grandinis concretæque molis impetus omnia, nullo excepto, contunderet, etsi in regione hiemis experte, et calidissima, et indesinenter magnis ardoribus æstuante. Porro cum ne sic quidem saniorem mentem reciperent: *Dixit*, inquit, *et venit locusta, et bruchus, cujus non erat numerus*[33]. Bruchi nomine intelligas recens natam alisque destitutam locustam.

Deinde triduanæ etiam tenebræ invalescunt, quæ non simpliciter ex eventu privatione luminis acciderunt, sed subsistentiam quamdam substantiæ instar habuerunt; velut densa quædam caligo ingruens, et more obscurissimi tartari dispersa. Palpabiles vero nominatæ sunt, non solum quod manibus exeundi causa prensabant, oculorum usu privati, sed etiam quia tangi, et ob crassitiem suam quodammodo sentiri poterant, propter densitatem videlicet materiæ, qua constabant.

Illud autem, quod ad Pharaonem dictum: *Ideo excitavi* seu *posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam magnam, et ut narretur nomen meum in omni terra*[34], nullam punientis injustitiam significat, sed correctionem ejus, qui omnia operatur. More enim receptum fuit apud veteres medicos, eos qui mortis rei erant, vivos dissecare, ut explorarent palpitantium adhuc membrorum vim et actionem, curandorum eorum gratia, qui in hujusmodi morbos incidissent. Et qui legibus vindicandis et ex illorum præscripto sententiis ferendis præsunt, etiamnum sontes publice supplicio afficiunt, ut spectatores exemplo inde accepto meliora sapere discant. Ergo Pharao quoque, qui sine ulla spe veniæ maxima quæque scelera perpetrabat, publice pœnas exsolvit, proprioque suo exitio omnibus saluti fuit, patefacta divina providentia, totique terrarum orbi ejusque extremis finibus justissimo ejus et immutabili judicio nuntiato.

Decima et ultima plaga vel potius prima et exordium omnium aliarum, quod ad vim et afflictionem attinet, ut etiam David testatur, est terribilis ille primogenitorum interitus. Nam circa noctem mediam absque ulla infirmitate causaque morbida interfecti sunt Ægyptiorum filii; quamobrem mane experrecti, et charissima pignora vitæ exsortia contemplati, non amplius continere sese valuerunt, quominus contra Pharaonem conclamarent; quare

ρίαν ἀεὶ, καὶ τ᾽ν καιρὸν καθ᾽ ὃν ἔσται, δῆλον ποιεῖ, ἵνα μὴ αὐτόματον ὑποπτευθῇ τὸ γινόμενον.

Ἕκτη καθ᾽ ἑξῆς ἡ τῶν φλυκτίδων καὶ τῶν ἑλκῶν ἐγίνετο· καὶ ἑβδόμη λοιπὸν ἡ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς χαλάζης, δύο τῶν ἐναντίων καὶ μαχομένων ἀλλήλοις παραδόξως συνελθόντων, ὡς μήτε τὴν χάλαζαν τῷ πυρὶ τήκεσθαι, μήτε τὸ πῦρ τῇ τῆς χαλάζης ὑγρότητι σβέννυσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄμφω τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐν ταὐτῷ προσεπιδείκνυσθαι, καὶ καταφλέγειν μὲν ἐν ὑγρότητι πάντα τὴν πυρὸς φύσιν, συντρίβειν δ᾽ ἐπίσης τὴν τοῦ κρυστάλλου δύναμιν καὶ τὸν παγετὸν ἀφειδῶς ἐν ἀχειμερίῳ καὶ θερμωτάτῃ χώρᾳ, καὶ πολὺν ἐχούσῃ διηνεκῶς τὸν καύσωνα. Ἐπεὶ δὲ μὴ οὕτω βελτίους ἐγίνοντο, *Εἶπε*, φησὶ, *καὶ ἦλθεν* B *ἀκρὶς, καὶ βροῦχος οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός*. Βροῦχον δὲ νοήσεις νεογενῆ τινα καὶ ἄπτερον ἀκρίδα.

Εἶτα καὶ τριήμερον σκότος ἐπιπολάζει, οὐ στερήσει φωτὸς ἁπλῶς κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον, ἀλλ᾽ οὐσιώδη τὴν ὑπόστασιν κεκτημένον, ὡς ἀχλὺς ἐπιπεσοῦσα βαθεῖα, ἢ τάρταρος ἀφεγγὴς κατασκεδασθείς. Ψηλαφητὸν δὲ ὠνομάσθη, οὐ μόνον ὅτι πρὸς ἔξοδον ψηλαφοῦντες ἦσαν, ὡς μὴ δυνάμενοι κατιδεῖν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἅπτεσθαι σχεδὸν, καὶ παχυτέρως ἦν αὐτοῦ προσεπαισθάνεσθαι διὰ τὸ ὑλωδέστερον.

Τό γε μὴν, *Εἰς τοῦτο ἐξήγειρά σε* πρὸς τὸν Φαραὼ εἰρημένον, *ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν* C *δύναμίν μου τὴν μεγάλην, καὶ ἵνα διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ*, οὐκ ἀδικίαν ἐμφαίνει τοῦ κολάζοντος, ἀλλὰ διόρθωσιν τοῦ παντὸς κατεργάζεται. Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐκείνοις τῶν ἰατρῶν καὶ τοῦ πράγματος ἀρχηγοῖς ἀνατέμνειν ζῶντας τοὺς ἀξίους θανάτου, καὶ τὴν ἐνέργειαν καταμανθάνειν τῆς φύσεως σκαιρόντων ἔτι τῶν σπλάγχνων εἰς ἅπταιστον θεραπείαν τῶν ἐμπιπτόντων τοῖς ἀῤῥωστήμασι· καὶ οἱ τοῖς νόμοις δὲ διεκδικοῦντες καὶ μέχρι τοῦ νῦν φανερῶς ἐπεξέρχονται τοῖς κατακρίτοις, εἰς σωφρονισμὸν τῶν ὁρώντων. Ἐνταῦθα γοῦν καὶ Φαραὼ προσαμαρτάνων ἀνίατα, φανερῶς ἐκολάζετο, καὶ σωτηρία ὑπὸ Θεοῦ διὰ τῆς οἰκείας D ἀπωλείας τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο, καταδήλου γινομένης τῆς προνοητῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τῇ οἰκουμένῃ, καὶ τοῖς πέρασι καταγγελλομένης τῆς δικαίας αὐτοῦ καὶ ἀμεταθέτου κρίσεως.

Δεκάτη καὶ τελευταία πληγὴ, μᾶλλον δὲ ἀπαρχὴ καὶ πρώτη πασῶν τῇ δυνάμει καὶ τῷ πόνῳ, καθά φησι καὶ Δαυὶδ, ὁ τῶν πρωτοτόκων φοβερὸς ἐτελεῖτο θάνατος. Περὶ γὰρ μέσας νύκτας δίχα τινὸς ἀῤῥωστίας καὶ νοσώδους αἰτίας, ἀνῃροῦντο τὰ τέκνα τῶν Αἰγυπτίων, ὅθεν καὶ πρωΐας ἐξεγειρόμενοι, καὶ νεκρὰ τὰ φίλτατα βλέποντες, ὡς μηκέτι κατέχεσθαι δυνάμενοι τοῦ Φαραὼ κατεβόων, ἐφ᾽ ᾧ καὶ τὸν λαὸν ἄκων ἀπέλυσεν. Ὥσπερ δὲ δριμυτέρα τῶν ἄλλων ἁπασῶν

[33] Exod. IX, 12. [34] Ibid., 16.

Digitized by Google

τῦτη μάστιξ', καὶ ἀπαρχὴ παντὸς πόνου καὶ πάσης ἀλγηδόνος ἀκροθίνιον τοῖς ἐναντίοις ἐγίνετο, οὕτω τοῖς ᾠκειωμένοις Θεῷ μείζονα τὴν χάριν ἐδίδου μετὰ πολλῆς τῆς παραδοξοποιίας ἐνεργουμένη. Ἵνα γὰρ μὴ συντυχίας τινὸς καὶ αὐτομάτου θανάτου νομισθῇ τὸ γινόμενον, ἢ νόσος ἢ λιμὸς ἁπλῶς ἐπελθὼν δόξῃ, πολλὰ συντρέχει τὰ ἐξαίσια· καὶ ὁμοῦ μὲν παρόντων ἁπάντων τοὺς ἀξίους ἡ τιμωρία γινώσκει καὶ μετὰ προῤῥήσεως τελεῖται, καὶ μιᾷ νυκτὶ πάντες ἀναιροῦνται, καὶ μόνοι τῶν ἄλλων οἱ πρωτότοκοι ἀποθνήσκουσι, ὥστε καὶ τὸ δυνατὸν ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ κηδεμονικὸν ἀναφανῆναι καὶ φιλάνθρωπον. Τὸ μὲν, ὅτι ἐν μιᾷ ῥοπῇ τοσοῦτον ἔργον ἐγεγόνει· τὸ δὲ, ὅτι ὑπὲρ τῆς πρωτογόνου θλίψεως Ἰσραὴλ, τὰ πρωτότοκα ἀνῃροῦντο τῶν θλιψάντων· τὸ δὲ τῆς ἀγαθότητος, ὅτι μετὰ φειδοῦς ἐπεξέρχεται, ὡς μὴ βουλόμενος πάντας ἅρδην ἀπολέσθαι. Διὰ τοῦτο γοῦν οὐδ' ἐκ πρώτης πληγῆς τῶν ἀνθρώπων ἅπτεται οὐδ' ἄνευ προῤῥήσεως τὴν ὀργὴν ἐπιφέρει, ἅμα μὲν δι' ἑτέρων αὐτοὺς διορθῶσαι μηχανώμενος, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ῥήμασι σωφρονεστέρους ἀπεργάζεσθαι θέλων, καὶ μὴ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν πραγμάτων αὐτούς.

A invitus etiam populum dimisit. Quemadmodum autem hæc plaga cæteris omnibus asperior exstitit, principiumque omnis laboris, omnisque doloris exordium fuit: ita illis, qui Deo familiares et conjuncti erant, majorem gratiæ copiam multis magnisque miraculis testatam subministravit. Ne enim fortuito cuidam casui id quod evenit, ascriberetur, aut morbus, aut pestis communi rerum cursu ingruisse crederetur; multa plane admiratione digna concurrunt; quamvis omnes promiscue simul versarentur, attamen pœna dignos pœna agnoscit; nec sine prædictione infligitur, unaque nocte omnes perimuntur, et soli ex tota multitudine primogeniti intereunt, ut proinde hoc loco, et Dei potentia et justitia, et cura, et humanitas elucescat. Potentia quidem, quod uno momento res tanta sit peracta; justitia autem, quod loco primogeniæ afflictionis, quam subiit Israel, primogenita eorum qui afflixerant, interfecta sunt; at bonitas in eo appareat, quod ita punit, ut simul parcat, nolens videlicet omnes funditus interire. Qua de causa neque prima plaga in homines sævit, neque sine præmonitione et prædictione iram suam infert, quippe cui propositum esset, eos partim aliorum periculo ad meliorem mentem traducere, partim verbis moderatiores et saniores efficere, ut ne ipsorum flagellorum sensum aliquem et experimentum capere oporteret.

B

Τότε δὲ πιστοὺς μόνον εἰς εὐφροσύνην συνεκάλει τὸ τερατούργημα, ἀλλὰ καὶ νῦν μᾶλλον ἡμᾶς, οἷς κατὰ πνεῦμα τὰ τοῦ γράμματος θεωρεῖται, καὶ κατὰ λαμπρὰν ἀλήθειαν τὰ τοῦ τύπου καὶ τῆς σκιᾶς ἑρμηνεύεται. Καὶ γὰρ διὰ σταυροῦ δοθεῖσαν ἡμῖν θαυμαστὴν ἐλευθερίαν προδείκνυσιν ἡ ἱστορία καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν σφαγὴν τοῦ θείου Ἀμνοῦ, καὶ πάσχα τὸ μυστικὸν, καὶ τὴν παγκόσμιον σωτηρίαν ἀριδήλως προαναφαίνει. Οὗ γὰρ ἡ τυπικὴ μετάληψις ζωῆς ἦν φυλακτική, καὶ εἰς ἐλευθερίαν μετεβίβαζε, τούτου πάντως ἡ ἀληθινὴ κοινωνία καὶ ἀθανασίαν καὶ υἱοθεσίαν οἶδε χαρίζεσθαι, ἐκ γηΐνων οὐρανίους, καὶ θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἀπεργαζομένη τοὺς δεχομένους. Διὰ τοῦτο γοῦν τὸ διαβατήριον ἐν Αἰγύπτῳ τελεῖται πάσχα, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ μέγα σκιαγραφεῖ καὶ ἀληθινὸν πάσχα τὴν πνευματικὴν διάβασιν. Γίνεται δὲ τῷ πρώτῳ μηνὶ, ὅτι τύπος ἦν Χριστοῦ τῆς πάντων ἀρχῆς, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ καινῆς κτίσεως μετὰ τὸν χειμῶνα τῆς ἀσεβείας, ὥσπερ ἐν ἔαρι φαιδρῷ καὶ εὐώδει τῆς πίστεως, καὶ δημιουργηθείσης καὶ κληθείσης ὑπὸ Χριστοῦ διὰ πνεύματος, καθὼς πρὸς αὐτὴν ἄνωθεν ἔλεγεν· *Ἐλθέ, ἡ πλησίον μου, καλή μου περιστερὰ, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθε.* Συνετάφημεν γὰρ αὐτῷ, καὶ συνανέστημεν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ τὴν παλαιότητα τοῦ Ἀδὰμ ἀποθέμενοι ἐν καινότητι ζωῆς πολιτευόμεθα τροφὴν ἀξίαν τῆς ἀϊδίου ζωῆς, τὸ πάσχα ἀληθινὸν ποιούμενοι, καὶ σαρκὶ Θεοῦ καὶ αἵματι τρεφόμενοι.

Et tunc quidem solos fideles prodigium hoc ad lætitiam invitabat, at nunc multo magis advocat nos, qui spiritu ea quæ scripta sunt, contemplamur, quibus antiqua illa typorum umbrarumque involucra perspicuæ veritatis beneficio patescunt. Etenim concessam nobis, crucis merito et munere, plenam admiratione libertatem tota hæc historia præmonstrat, divinumque Agnum pro nobis immolatum, et mysticum illud pascha, et totius mundi salutem evidenter præfigurat. Neque enim corporalis illa perceptio vitam custodiebat, et in libertatem traducebat; at hujus vera sumptio et communio immortalitatem et filiorum adoptionem donat, et ex terrestribus cœlestes, deosque ex hominibus, eos qui accipiunt, reddit. Propterea igitur pascha illud transitus jamjam imminentis argumentum, in Ægypto peragitur, illudque grande et verum in cruce adumbrat, illum videlicet spiritualem transitum. Instituitur autem primo mense, quia figura Christi erat, qui omnium rerum principium est, et ejus quæ in Christo est, novæ creaturæ post impietatis hiemem, velut in vere nitido et suaveolente fidei, conditæ et renovatæ a Christo per spiritum, quemadmodum ad illam supra dicebat: *Veni, proxima mea, formosa mea columba; ecce hiems jam transiit* [35]. Consepulti enim sumus cum illo, et consurreximus per lavacrum regenerationis, et deposita Adami vetustate in novitate vitæ ambulamus, quibus verum pascha alimentum sempiterna vita dignum suppeditat; nutrimur enim carne et sanguine Dei.

C

Οὗτος ἐμοὶ τοῦ πρώτου μηνὸς ὁ λόγος, οὗ τῇ δε-

Hæc mihi primi mensis ratio esse videtur; cu-

[35] Cant. II, 11.

Digitized by Google

jus quidem decima die agnus accipiebatur, decima quarta vero ad vesperam immolabatur. Illud, quia longissima quædam ante nos sæcula exstiterunt; quibus erat is qui semper est, et hæc sæcula numerus denarius propter perfectionem et plenitudinem denotat, initiumque præsentis sæculi insinuat tanquam immenso illi vicini. Hoc vero, quia veterem divini consilii terminum, ultimumque tempus Verbi incarnati repræsentat. Non enim nuperum aut recens est dispensationis hujus mysterium, sed a constitutione mundi in præcognitione Spiritus custoditum, novissimisque hisce temporibus prædicatum, tanquam in fine diei, et contracta jam vita nostra finem accepit. In quinarium vero dierum sive illuminationum præscriptionem omne tempus, quo observabatur, dividitur. Nam de curando generis nostri casu, Deus Adamo salutaria præcepit, et cum Noe egit de rebus ad salutem nostram conducibilibus, et cum Abrahamo pactum iniit, et per Moysen legem tulit, et per prophetas oracula edidit, quæ divinæ cognitionis velut lumen præportantia, hoc loco tropice *dies* nominantur, in Evangelio autem certis diei intervallis comparantur, intra quæ operariorum multitudo convocata est. Igitur quinta ad vesperam immolatur Agnus, quia et in consummatione sæculi passio Christi peracta est, et tenebras ignorantiæ dissolvit. Exorta enim est in diebus ejus *justitia et abundantia pacis*[16]; postquam is qui nos inique interficiebat, juste vicissim ab ipso est interfectus, noctis videlicet princeps; quod imminutio lucis denotabat.

Immolabatur autem per domos et familias integras, et cognatis aut vicinis convenientibus, quia Ecclesiæ statum delineabat, quæ una est fide, licet multiplex sit per varia loca diffusione, quandoquidem unus vere est perfectus, et impartibilis Christus, qui ubique et in omnibus est; unaque omnium per totam orbem Ecclesiarum conjunctio, et qui extra hanc aulam vagatur, minime particeps sit magnæ hujus victimæ. Nam hostia hæc non effertur extra domum Dei, neque iis qui extra degunt, distribuitur; sed qui ex domesticis sunt, ii solum manducant et salvantur. Communio autem et societas vicinorum et familiarium concordiam et conjunctionem eorum qui eamdem fidem sequuntur, significabat. Et ovis quidem erat quia typum gerebat boni pastoris, qui et aliquid nobis præstantius habuit, et id quod nostrum est, assumpsit, ut nobis tanquam frater accensitus is qui natura Deus et Dominus erat, et ob humanam naturam, sub eadem divinæ ordinationis et gubernationis cura, velut agnus omnis malitiæ expers, constitutus, primum quidem debitæ ab omni humana natura obedientiæ fructum Deo proferret: deinceps vero se etiam offerret hostiam et oblationem sanctam, morte pro omnibus degustata, omnibusque vita reddita.

Hac igitur de causa agnus magni sacrificii præ-

πανάγιον τοῦ Δεσπότου στόμα· *Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με. Διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην.* Εἰ δ' ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ θεοπάτωρ τὰς διὰ Μωσέως ἐντολὰς ἠγάπησε, πόσην ἡμεῖς ὀφείλομεν τὴν ἐκ ψυχῆς σχέσιν ἐνδείκνυσθαι πρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λαληθέντα, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ γραφέντα! Σκιὰ γὰρ ἦν ἐκεῖ καὶ τύπος τῆς ἀληθείας καὶ γράμμα τὸ ἀποκτεῖνον, καὶ δοῦλος ὑπηρετῶν, καὶ ὅμως ἡ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἄφεσις ἀπῃτεῖτο. Καὶ πῶς οὐ δικαιότερον τοῦτο τελεῖσθαι τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσιν ἐνταῦθα νῦν, ὅπου Πνεῦμα τὸ ζωογονοῦν καὶ Δεσπότης ὁ φθεγγόμενος, καὶ χάρις θείας δωρεᾶς δαψιλεστάτη προχεομένη; Οὐκοῦν ἀναγνωστέον μοι τὸ Εὐαγγέλιον μᾶλλον ἢ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀναπνευστέον, καὶ ζητητέον χάριτι καὶ σπουδῇ τὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις ἐγκεκρυμμένον νοῦν, ὃ δὴ καὶ ποιῆσαι ἐξ αὐτῆς ἀρξάμενος τῆς καὶ φρονεῖν ἀρχομένης ἡλικίας, δεῖν ἐγνωκὼς τὰς τοῖς Πατράσι ποιηθείσας βίβλους φιλοπόνως ἀναγνῶναι, καὶ τῶν Θεοῦ λογίων διάνοιαν ἐξ αὐτῶν ἀναλαβεῖν, καὶ ἰδίαν ἐκ τούτων συναρμόσαι βίβλον συντετμημένως, ὡς οἷόν τε, καὶ κεφαλαιωδῶς τὰς τῶν θείων ἀνδρῶν ἐκείνων ἐξηγήσεις περιέχουσαν. Καὶ γοῦν πρώτην τὴν τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου σεβασμίαν βίβλον ἐν *βιβλίοις* ἐσπούδακα *πέντε* συνθέσθαι, ἔχουσαν καθ' ἕκαστον τούτων ἀνὰ τοὺς *εἴκοσι λόγους*, ὡς ἅμα συμπληροῦσθαι ταύτην εἰς ἑκατὸν λόγους ἅπασαν, κατὰ τὸν εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν πεσόντα σπόρον τοῦ Πνεύματος καὶ καρποφορήσαντα τὸν τέλειον ἀριθμόν. Τούς γε μὴν λόγους αὖθις εἰς *κεφάλαια* διαιροῦμεν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἴσα τοῖς πᾶσι συνθέντες κατά γε πόσον ἀριθμήσεως, ἀλλὰ τῇ εὐαγγελικῇ κατάλληλα διηγήσει, καὶ τῇ πνευματικῇ τῶν Πατέρων εἰς ταύτην ἐπιβολῇ, καὶ θεωρητικῇ προσφόρως ἐξηγήσει ἁρμόζοντα.

A *Qui habet*, inquit, *mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Ideo*, inquit David[a], *dilexi mandata tua super aurum et topazion, propterea ad omnia mandata tua dirigebar.* Si itaque magnus ille et pater Dei David ita dilexit mandata per Mosem tradita, quanto animi amore nos debemus complecti ea quæ Filius ipse unigenitus Dei elocutus est et Spiritus sanctus litteris consignavit! Ibi enim umbra et figura veritatis, et littera occidens, et ministrans servus, et tamen omnis remissio inde hominibus petebatur. Quanto autem justius id nunc hic perficietur in iis, qui secundum Deum vivunt, ubi Spiritus vivificans, et Dominus est qui loquitur, et gratia divini doni effunditur abundantissime? Itaque magis assidue legendum Evangelium mihi, C quam respirandus hic aer, dandaque opera est, ut gratia atque industria mentem, in sacris scriptis latentem, assequar; quod et ab ipso ætatis quæ sapere incipit initio faciendum esse gnarus, commentarios Patrum studiose legere, et divinorum oraculorum mentem ex illis concinnare opus aggressus sum, quod succincte et breviter, quantum posset fieri, ac per summa capita divinorum illorum virorum expositiones contineret. Ac primum quidem venerandum Evangelii Matthæi librum *voluminibus* exponere *quinque* (*a*) institui, quorum singula absolvuntur *tractationibus viginti*, ut universæ *centum* sint, atque ex semine Spiritus, in bonam cadente terram, numeri hic perfecti fructus prodeat. *Tractationes* iterum distinxi in *capita*, sed hæc C non æqualia semper numero, verum prout evangelicæ narrationis contextus et Patrum litterales ac mysticæ in illam expositiones ferebant.

[a] Psal. cxix, 127.

(*a*) Necesse est, ut hoc loco Macarius tribus voluminibus in Matthæum duo simul in Genesin annumeret: nam in proœmio ad Lucam, quod mox subjungam, diserte se, ait, tribus tomis et sexaginta λόγοις Matthæum, duobus vero tomis et quadraginta λόγοις Genesin explicasse.

MACARII CHRYSOCEPHALI

IN PROOEMIO AD COMMENTARIOS IN EVANGELIUM S. LUCÆ.

Οὕτω δὲ ἐκ βάθους καρδίας τοῦ παναγάθου Θεοῦ δεόμενος, καὶ φιλόπονον ἐθέμην σπουδὴν τὰ τῶν ἁγίων διελθεῖν συγγράμματα, καὶ ὅσα ἐκεῖνοι ἐκ θειοτέρας ἐμπνευσθέντες τῆς χάριτος διεσάφησαν τῆς Γραφῆς, ἀναλαβεῖν καὶ συντιθέναι καθ' εἱρμὸν σπουδὴν τὰ πλεῖστα ἐν τοῖς αὐτῶν θείοις συγγράμμασι εὑρισκόμενα. Ἡ γὰρ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν ἀντεχόμενοι πίστεως, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτῇ διαμαχόμενοι Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, καὶ τοὺς

D Hoc pacto ex intimo cordis benignissimum Deum deprecatus, studium et operam meam collocavi, sanctorum Patrum commentaria lectitando, et quæcunque illi, divinæ gratiæ Spiritu afflati, sacræ Scripturæ monumenta exposuere, repetendo, quæ illi pleraque dispersa in divinis eorum scriptis tradiderunt. Etenim sive illi inculpatam fidem propugnantes, et illius hostes, Judæos et gentiles impiosque hæreticos confutantes, in sui favorem

Digitized by Google

ex Scriptura petitas demonstrationes usurparunt, et illius sententiam in opprobrium et confusionem adversariorum dilucidarunt, sive moribus operam dantes, Ecclesiamque instruentes ad sua comprobanda, quæ Spiritus erant, in suum usum convertebant, et hæc rursus Spiritui consona declarabant. Sunt vero etiam qui utriusque causa eamdem dilucidationem absolverunt, ut magnus Pater et aurea lingua præditus Joannes, et qui eum secuti ad interpretanda sacra oracula animum addixerunt. Ex his itaque omnibus nos operosius, ut dictum est, quæ videbantur utiliora, decerptis, absolutam in sancti Matthæi Evangelium perfectamque concinnavimus elucidationem, tribus voleminibus comprehensam, quorum quodlibet viginti libris conflatur. Postmodum Moysis Genesin propter collectorum copiam ex SS. Patrum scriptis in duos tomos dividimus, quorum priorem Cosmogeniam, secundum Patriarchas nominavimus. Cum vero et sanctum Lucæ Evangelium, paucis argumentis exceptis, in aliis omnibus cum Matthæo conveniat, non est visum nobis, universum ab initio repetere, et modo interpretationis subigere, sed ea tantum examini supponere, quorum Matthæus non meminit. Propterea que volumen hoc sacrum composuimus, viginti quatuor libris constans, magnum Christi incarnationis complectens mysterium, incipiensque a B. Joannis Baptistæ et Præcursoris conceptione et ortu, et percurrens per omnia festa evangelica, et tandem finiens in communem totius orbis solemnitatem, Pentecosten. Nuncupamus vero volumen hoc *Magnum alphabetum*, tanquam quod vivifica elementa nostræque salutis constitutiva continet, et singuli libri suum ex elementis habent principium, incipiuntque ab A et finiunt in Ω, adeo ut hic quoque compleatur dictum Dominicum, in Apocalypsi ad Joannem : *Ego sum* A *et* Ω, *principium et finis.*

ἀνοσίους αἱρετικοὺς γραφικαῖς ἀποδείξεσιν ἐχρήσαντο πρὸς βοήθειαν, καὶ τὴν τούτων διάνοιαν εἰς αἰσχύνην καὶ κατάπληξιν τῶν δυσμενῶν ἐφανέρωσαν. Ἢ καὶ ἠθικῶς τὴν Ἐκκλησίαν καταρτίζοντες εἰς μαρτυρίαν τῶν λεγομένων καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος προσελάβοντο, καὶ ταῦτα πάλιν πνευματικῶς διηρμήνευσαν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ δι' ἀμφότερα τὴν ἑρμηνείαν αὐτὴν πεποιήκασιν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν μέγας πατὴρ Ἰωάννης, καὶ οἱ κατ' αὐτὸν ἔργον θέμενοι τὴν ἐξήγησιν. Ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἡμεῖς φιλοπονώτερον, ὡς εἴρηται, τὰ πρόσφορα συλλέξαντες, τελείαν συνεθέμεθα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον τὴν ἐξήγησιν ἐν τρισὶν ἀπαρτίσαντες βίβλοις, ἀνὰ εἴκοσι κεκτημένοις τοὺς λόγους. Εἶτα καὶ τὴν Μωϋσέως Γένεσιν εἰς δύο τα-
B μόντες διὰ τὸ πολὺ τῆς συλλογῆς τῶν πατρικῶν λόγων, τὸ μὲν πρῶτον Κοσμογένειαν, τὸ δεύτερον δὲ Πατριάρχας ὠνομάσαμεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον πλὴν ὀλίγων τινῶν ὑποθέσεων ἐν ἅπασι σύμφωνόν ἐστι τῷ κατὰ Ματθαῖον, οὐκ ἔδοξε τέως ἡμῖν ὅλον ἀναλαβεῖν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ προθεῖναι εἰς τὴν ἐξήγησιν, ἀλλ' αὐτὰ μόνον θεωρῆσαι, ὧν ὁ Ματθαῖος οὐκ ἐποιήσατο ἐν μνήμῃ. Διὰ τοῦτο καὶ βίβλον ταύτην ἱερὰν συνεθέμεθα ἐν εἴκοσι καὶ τέσσαρσι λόγοις τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας διασαφοῦσαν τὸ μυστήριον, ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ Προδρόμου συλλήψεώς τε καὶ γεννήσεως, διερχομένην δὲ διὰ πασῶν τῶν εὐαγγελιστῶν
C ἑορτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν λήγουσαν τὴν παγκόσμιον πανήγυριν τῆς Πεντηκοστῆς. Καλοῦμεν δὲ τὴν βίβλον ταύτην *Μεγάλην ἀλφάβητον*, ὡς τά γε ζωηρὰ στοιχεῖα καὶ συστατικὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἔχουσαν, καὶ ὡς κατὰ στοιχεῖον ἔχουσαν τὰς ἀρχὰς τῶν ἰδίων λόγων, καὶ ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ Α, καταλήγουσαν δὲ εἰς τὸ Ω, κἀνταῦθα πληροῦσθαι τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα λέγοντος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει πρὸς Ἰωάννην· *Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω μέγα, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.*

Exstat in codicibus Vaticanis oratio inedita Macarii Chrysocephali, εἰς τὴν παγκόσμιον ἑορτὴν τῆς ὀρθοδοξίας, *De universali orthodoxiæ solemnitate*, quo titulo auctor denotat festum œcumenicum ob restitutum sacrarum imaginum honorem. Ex hac præclara oratione locos bene multos recitat card. Aug. Mai in not. ad Nicephori CP. patriarchæ Antirheticum I adversus Constantinum Copronymum. Vide hujusce *Patrologiæ* tom. C, col. 231, 236, 239, 243, 246, 251, 265, 277, 281, 291, 323, 343, 403.

MONITUM.

Macarii Chrysocephali ΡΟΔΩΝΙΟΝ, sive Florilegium, exstat in codice ms. S. Marci Veneti. Operis recensionem fecit Villoisonus in Anecdotis, sed nihil fere non profanum exhibuit, ut ex ejus verbis discere licet : sic enim loca excerpta recensentur in Præfatione :

« Ac primo quidem occurrunt multarum ineditarum Libanii *Declamationum* tituli, et larga earum specimina, ac præstantissimæ sententiæ ex illis a Macario excerptæ, et nunc primum editæ : post hæc, emendationes in Photii *Bibliothecæ* caput 160 : præterea Choricii, elegantissimi sophistæ, *Declamationum* ineditarum tituli, prima et ultima verba, ex Matritensi et Marciano codicibus : egregia atque amplissima illarum fragmenta, et eximiæ ac Isocrate dignæ sententiæ ex hisce Declamationibus ab eodem

Digitized by Google

Macario descriptæ, et nunc primum publici juris factæ, ac nostris interdum, sed iis fortuitis et tumultuariis, aspersæ notulis : imo duæ integræ ejusdem disertissimi sophistæ Orationes, nunc primum ex uno bibliothecæ Regiæ Parisiensis codice, hac occasione data, cum iisdem nostris notulis inter exscribendum natis, in lucem vindicatæ. Sequuntur omnia ea quæ pertinent ad Procopii Gazæi, celeberrimi sophistæ ac sacræ Scripturæ interpretis, quo præceptore usus est Choricius, vitam, et scripta edita ac inedita, quorum unum vel ipsi Fabricio ignotum, in S. Marci Bibliotheca delitescit; deinde ejusdem Procopii Gazæi elegantissima Oratio (1), et ipsa Fabricio ignota, in laudem Anastasii imperatoris, nunc primum a nobis ex uno cod. S. Marci edita cum notulis historicis et criticis, quales peregrinanti raptim excidere potuerunt; quæ quidem Oratio vitam et res gestas Anastasii mire illustrat, et de eo multa nobis tradit, quæ alias semper ignoravissemus. Postea reperies quid de celeberrimo illo Josephi loco, ubi de Christo agitur, quique a nostro Macario descriptus est, sentiendum nobis videatur; deinde quædam de Nicephoro Chumno, et unam ex illius epistolis Laconicis; quædam de Germano patriarcha Constantinopolitano, excerpta e variis ἀνεκδότοις in Evangelia Commentariis; quædam de Gregorio Cyprio patriarcha Constantinopolitano, et de illius Declamationibus, ipsi Fabricio ignotis; deinde specimen Constantini Manassis fabulæ Romanensis de Aristandri et Callithææ amoribus, cujus fabulæ vel ipsum nomen Fabricium, Huetium, aliosque omnes prorsus latuerat; nonnulla de Georgio Pachymera, et quosdam illius στίχους ὀφαντοὺς antea ineditos. »

Flores ergo isti ad nos non spectant. Ascribemus tantum fragmenta Commentariorum in Evangelia quæ pag. 72 leguntur.

P. 195 rect. Ἐκ τῆς βίβλου τῆς ἐξηγήσεως τῶν ἐν Κυριακαῖς ἀναγινωσκομένων Εὐαγγελίων, συλλεχθείσης ἐκ διαφόρων. Incipit ibidem παρὰ τῇ Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ Γέννησιν. P. 195 vers. Τῇ Κυριακῇ πρὸ τῶν Φώτων. P. 196 rect. Τῇ Κυριακῇ μετὰ τὰ Φῶτα. Ibi hæc observavimus p. 196. Εἰ δέ τις ζητήσει καὶ τί δήποτε οὐχ ἡ ἡμέρα καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλὰ καθ' ἣν ἐβαπτίσθη, ἐπιφάνεια λέγεται, ἀκούσεται, ὅτι, οὐχ ὅτε ἐτέχθη, πᾶσι κατάδηλος γέγονεν, ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίσθη· μέχρι γὰρ ταύτης τῆς ἡμέρας ἠγνοεῖτο τοῖς πολλοῖς ὅστις ποτὲ ἦν· φησὶ γὰρ καὶ ὁ Βαπτιστής· « Μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. »

Τὸ μετὰ θάνατον ἐπιχεόμενον ἔλαιον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς κεκοιμημένοις ἀρχιερεῦσί τε καὶ μονάζουσι, τὸ κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἀθλῆσαι καὶ τελειωθῆναι τὴν κεκοιμημένων παρίστησι, καὶ τὸ φωστικώτατον καὶ καθαρώτατον. Qui quidem ritus est inundus.

P. 197 rect. Τῇ δωδεκάτῃ Κυριακῇ, τοῦ Λουκᾶ. Ibid. Τῇ ιε' Κυριακῇ, τοῦ Λουκᾶ, τελώνου καὶ Φαρισαίου. P. 197 vers. Τοῦ ἀσώτου, ubi hæc observavimus : Καὶ περιεργότερον ἴσως εἰ δόξειε τὸ ῥηθησόμενον, ὅμως εἰρήσεται· ὅτι ὁ ἄρτος ὃν καλοῦμεν, κατὰ τὸ φαινόμενον μὲν, ἐκ σίτου συνεστὼς, σιτευτὸς ῥηθείη· κατὰ τὸ νοούμενον δὲ, σὰρξ ὢν, μόσχος ἂν λεχθείη· καὶ ὁ αὐτός ἐστι μοσχὸς καὶ σιτευτός (2).

P. 198 rect. Τῇ Κυριακῇ τῆς ἀπὸ Κρεωφαγίας. Ibid. Τῇ Κυριακῇ τῆς Τυροφάγου. P. 198 rect. Τῇ πρώτῃ Κυριακῇ τῶν Νηστειῶν, ubi hæc observavimus : Δαυὶδ φανερῶς καὶ τὸν χρόνον προμηνύει τῆς Χριστοῦ παρουσίας (male in cod. παῤῥουσίας) ἐν οἷς λέγει, ὅτι εἶπα, Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται· ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· αὕτη γὰρ ἡ προφήτεια τὸν χρόνον τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μηνύει. Κατὰ γὰρ τοὺς Ἑβραίους, ὁ αἰὼν χιλίων ἐτῶν ἔχει διάστημα. Διὸ μετὰ τὸ λεχθῆναι τὴν προφητείαν, συνάγονται ἔτη χίλια ἕως τῆς Χριστοῦ ἐπελεύσεως, οὕτως· ἀπὸ τοῦ τέλους Δαυὶδ ἕως τέλους Σεδεκία καὶ αἰχμαλωσίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἔτη τετρακόσια· καὶ τῆς αἰχμαλωσίας χρόνοι ἑβδομήκοντα, ἕως πρώτου ἔτους Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν· καὶ ἀπὸ Κύρου τοῦ Περσοῦ ἕως ἀρχῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἔτη διακόσια τριάκοντα· καὶ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἕως τέλους Κλεοπάτρας, καὶ ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων μονοκρατίας, καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Χριστοῦ, ἔτη τριακόσια· ὡς ὁμοῦ συνάγεσθαι πάντας τοὺς χρόνους, ἔτη χίλια, ἢ αἰῶνα.

Ibid. p. 198 vers. Τῇ δευτέρᾳ Κυριακῇ τῶν Νηστειῶν. P. 199 rect. Τῇ τρίτῃ Κυριακῇ. Ibid. Τῇ κατὰ τῶν Βαΐων, ubi hæc : Γλωσσόκομον εἴρηται τὸ κιβώτιον ὅ τι ἐπεκόμιζον βάλλοντες τὰ διδόμενα αὐτοῖς χάριν διατροφῆς τῶν πενήτων καὶ ἐνδυμενίας, ὅτι κατεῖχε τὰς γλώσσας· γλῶσσαι γὰρ ἐκαλοῦντο παρὰ τῶν παλαιῶν, τὰ παρ' ἡμῖν νομίσματα, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι γλώσσας τοῖς νομίσμασιν ἐνεχάραττον.

P. 199 rect. Τῇ Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ, ubi hæc

(1) Exstat inter Opera Procopii Gazæi in editione nostra, tom. LXXXVII. Pachymeræ versus leguntur in Prolegomenis ad ejus *Historiam*. Vide tom. LXLIII.

(2) In Codice DIII, latere indicatur τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίας, περὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας; sed hæ sunt duntaxat excerptæ sententiæ ex hoc libro hujusce Joannis Carpathii, cujus πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς παραινετικὸν a Photio laudatur cod. CCI. De hoc autem περὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας opere nulla apud Fabricium mentio. At vero hæc fortasse desumpta non sunt ex quodam peculiari Joannis Carpathii περὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας opere, sed ex quodam capite ejusdam operis, in quo de ea Carpathius agebat. Sic in cod. 575, peculiaris et anonymus tractatus delitescere indicatur sic inscriptus, περὶ τοῦ πότε, καὶ ποίῳ τρόπῳ, μὴ παρόντος ἱερέως, καὶ πῶς δεῖ μεταλαμβάνειν τῶν θείων καὶ φρικτῶν μυστηρίων; sunt autem hæc duntaxat Excerpta in hoc argumentum e variis Patribus et scriptoribus ecclesiasticis : ac primo quidem fol. 122, vers. occurrit ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις τοῦ ἁγίου Μαρκιανοῦ, deinde ἐκ τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου, ἐκ τοῦ ἁγίου Ἡσιδώρου ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, ἐκ τοῦ ὁσιωτάτου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἐκ τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκ τῆς τετάρτης συνόδου, ἐκ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, et rursus ἐκ τοῦ ὁσιωτάτου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ἐκ τοῦ περὶ τῶν θείων μυστηρίων λόγου.

Digitized by Google

observavimus : Ἀποροῦσί τινες, πῶς, κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ κατὰ τὸν Ἰωάννην, τοσαυτάκις ὀφθέντος Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὸν Μάρκον καὶ τὸν Ματθαῖον, κελεύονται οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν γυναικῶν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθεῖν, ὡς ἐκεῖ αὐτὸν ὀψόμενοι, ἀλλ' οὐ μένοντες αὐτὸν θεωρεῖν ἐν Ἱερουσαλήμ; Καὶ ἔστω ὁ ταῦτα ἐπαπορῶν, ὡς ἠπίστουν τοῖς τῶν γυναικῶν λόγοις οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐδειλίων εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθεῖν, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὤκνουν χωρίζεσθαι. Ὁ δὲ Κύριος τὴν ἀπιστίαν λύων αὐτοῖς, δεύτερον λαθραίως κρυπτομένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπεφάνη· ἔν γε μὴν τῇ Γαλιλαίᾳ, οὐκ ἐπικρυπτομένοις, οὐδ' ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, οὐδ' ἐγκεκλεισμένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, πολλῇ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ, τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τῆς θεότητος ἐποιεῖτο τὴν ἔνδειξιν, παριστῶν αὐτοῖς ἑαυτὸν, καὶ δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

Ζητήσει δ' ἄν τις, πῶς, κατὰ μὲν τὸν Ἰωάννην, ἤδη τὸ πνεῦμα (1) δίδωσι τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν, μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται λήψεσθαι; « Λήψεσθε γὰρ, φησὶ, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· » καὶ πάλιν, « Παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτίσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. » Τὸ γοῦν ἀπόῤῥητον τοῦτό τινες μὲν οὕτως ἐπελύσαντο· ὡς οὐ τὴν τελείαν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος νῦν αὐτὴν δίδωσι· ταύτην γὰρ ἐν τῇ Πεντηκοστῇ δοῦναι ἔμελλεν· ἀλλὰ πρὸς ὑποδοχὴν αὐτοῦ τούτους ἐπιτηδείους ἐποίησε· τὸ γὰρ, Λάβετε, ἀντὶ τοῦ, Γενέσθε ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ λαβεῖν Πνεῦμα ἅγιον, εἴρηται. Διότι καὶ τὸ, Λάβετε, ἀντὶ τοῦ, Λήψεσθε, τινὲς ἐξελάδοντο, ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ἤδη γεγενημένον προεῖρηκεν· ὥσπερ ὅτε λέγει, Πατεῖτε ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, ἀντὶ τοῦ, Πατήσετε. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος, φασὶν, ἔλαβον τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἂν εἶπε, Λάβετε· τὸ γὰρ, Λάβετε, τοῖς οὐδέπω λαβοῦσιν ἁρμόζει. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ οὕτως ἐξηγεῖται τὸ προτεθὲν, ὅτι διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, « Τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· » καὶ πάλιν· « Ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις πρὸς τὸ συμφέρον. ὯΙ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἐνεργήματα δυνάμεων· ἄλλῳ δὲ, διακρίσεις πνευμάτων· ἑτέρῳ δὲ, γένη γλωσσῶν· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Σαφῶς γὰρ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος πολλὰς εἶναι παρέστησε δυνάμεις, διαφόρων πραγμάτων ἐνεργητικάς. Ὅρα τοίνυν μήπως ἐνταῦθα ἐξουσίαν τινὰ μερικὴν καὶ χάριν πνευματικὴν δέδωκεν αὐτοῖς· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δυνάμεις ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα· διάφορα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ συνάπτει λέγων· « Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς, δεικνὺς ὅτι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων αὐτοῖς ἐδωρήσατο. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα κατελθὸν καὶ τῶν σημείων, καὶ παντὸς ἑτέρου χαρίσματος, τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας αὐτοῖς ἐχορήγησε. Διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἄνευ ἄρθρου (male in cod. ἄθρου) εἶπε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, » δηλῶν ὅτι μερικήν τινα τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν δίδωσιν αὐτοῖς· περὶ δὲ ἐκείνου φησὶ· « Λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. »

P. 200 vers. Τῇ Κυριακῇ τοῦ παραλύτου. Ibid. Τῇ Κυριακῇ τῆς Σαμαρείτιδος. P. 201 rect. Τῇ Κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ; ubi hæc, quæ verissima et experientia comprobata sunt, observavimus : Φασὶν ὅτι ὅπερ ἐστὶν ἰὸς ὄφεως ἀνθρώπῳ, τοῦτο πάλιν τῷ ὄφει πτύελος ἀνθρώπου.

P. 201 rect. Τῇ Κυριακῇ μετὰ τοὺς ἁγίους πάντας. P. 201 vers. Τῇ ε' Κυριακῇ, τοῦ Ματθαίου. Ibid. Τῇ Κυριακῇ τῆς ἑνώσεως. P. 202 rect. Τῇ Κυριακῇ τοῦ ὄρου. Ibid. Τῇ θ' Κυριακῇ, τοῦ Ματθαίου. Ibid. Τῇ ια' Κυριακῇ, τοῦ Ματθαίου. Ibid. Τῇ ιβ' Κυριακῇ, τοῦ αὐτοῦ. P. 202 vers. Τῇ κατὰ Μάρκον Κυριακῇ τῆς ἀποτομῆς.

(1) Ad oram adscriptum est p. 199, vers. Cη, κατὰ Λατίνων; et hæc quidem marginalis nota, quam in multis Codicibus Græcis, ubi de similibus rebus agitur, deprehendi, eo attentius observanda est, quod eos Græca manu exaratos fuisse clare demonstret. Cη autem significat σημειῶσαι vel σημειωτέον, et in hoc ipso codice etiam occurrit p. 179, vers. et p. 173, vers. ad oram loci e Josepho deprompti, ubi S. Joannis Baptistæ fit mentio. Cη περὶ τοῦ τιμίου Προδρόμου. In hoc codice p. 123 vers. aliam reperi notam marginalem, quæ et in cæteris non admodum infrequens est : ἠθικῶς ἀναγνωστέον, scilicet τοῦτο.

Digitized by Google

ANNO DOMINI MCCCXLVII.

JOANNES CALECA

CP. PATRIARCHA

NOTITIA.

Joannes Caleca, patriarcha CPol. ab ann. 1333 ad 1347, de quo Jo. Cantacuzenus, lib. III *Hist.*, cap. 21, et proœmio Antirrheticorum contra Prochorum Cydonium, Allatius, pag. 87, de Simeonibus, et ad Nicephorum Gregoram Jo. Boivinus, p. 774. Ejus homiliæ 60 in Evangelia anniversaria habentur ms. in bibl. Coisliniana, ut testatur Montfauconus p. 402, seq. Homiliæ 56, etiam in Bibl. Cæsarea. Lambec. V, p. 187 seq. (*a*) et in codice [264, Lamb. ib. p. 400 seqq] homiliæ XXI, id. p. 191 seq. atque iterum duæ pag. 297 [p. 624 Koll. n. 5. cod. 334]. Ex his vix una et altera edita est Græce et Latine a Jacobo Gretsero tom. II, de Cruce, una Dominica ante Crucis Exaltationem, [col. 1363-1372, in *Biblioth. max. Patrum Lugd.*, tom. XVIII, p. 570. seq. HARL.] incipit: Εἶπεν ὁ Κύριος, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν. Altera in Adorationem crucis, incipit: Προτυπῶν καὶ προδιαγράφων. Sed a Gretsero exhibetur sub nomine Philothei CPol.

(*a*) Sive p. 392 sqq. ed. Kollar. N. 1, cod. CCLXIII, ubi Lambecius, Labbei chronologiam histor. part. III, p. 182, secutus, J. Calecam tradit, A. C. 1331 studio J. Cantacuzeni patriarcham CPolit. electum esse. — Florent. in cod. Laurent. VIII, n. 2, tomus II, editus a patriarcha et archiepisc. CPolit. et a synodo adversus Barlaami falsam opinionem; inseritur relatio archiepiscoporum ad imperatricem Annam Palæologinam contra Joannem Calecam, qui vocatus est patriarcha. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 344 seq.— Vindobon. in cod. Cæs. VI, n. 11, septem archiepiscopor. orientalium ad imperatric. Annam epistola contra Joan. Calecam; n. 12, synodi CPolit. tomus excommunicationis J. Calecæ; n. 13, J. Cantacuzeni imper. edictum, quo memoratum tomum confirmavit; et n. 15, synodi CPolit. sub Andronico Palæologo II, imperat. tomus condemnationis errorum Barlaami et Gregorii Acindyni, cui subscripsit J. Caleca. V. Lambec. part. I, p. 58-67, ibique not. Kollar. — Secundum Montfaucon. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 157 B, in bibl. Paris. Cabasilæ et Calecæ opp. Add. ind. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 604, homiliæ pro singulis Dominicis. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 313. — Plura de Joanne Caleca memoriæ prodiderunt Rob. Gerius in append. ad Cavei *Hist. litt. SS. eccl.*, p. 31 seq., ad a. 1331, et Oudin. in *Comm. de SS. eccl.* tom. III, col. 852 sqq. ad a. 1330, ubi alios de J. Caleca citat. et ex Lambec. VI et V longa loca excerpta reddidit; idem memoravit cod. Vossian. CXXIX fol. in bibl. Leidensi, qui continet Calecæ ad Joannicium epistolas. HARL.

JOANNIS CALECÆ HOMILIARUM

INDEX.

(Apud Montfaucon, *Bibl. Coislin.*, p. 402, cod CCCLXXXVI, sæc. XIV.)

Fol. 1. Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Καλέκα, ὁμιλίαι ἑκάστης Κυριακῆς τῶν ἑβδομάδων τοῦ ὅλου χρόνου, καὶ ἐπὶ Δεσποτικαῖς ἑτέραις ἑορταῖς ἐπισήμοις, λεγόμεναι πρὸς τὸν συναθροιζόμενον θεοφιλῆ λαὸν, αἳ καὶ ἐκλεξάμεναι ἀπὸ διαφόρων ἁγίων Πατέρων ἐξηγητῶν καὶ ἑτέρων σοφῶν ἀνδρῶν. Id est: *Joannis Calecæ archiepiscopi Constantinopolitani, Homiliæ pro singulis Dominicis hebdomadum totius anni, et in aliis insignibus Dominicis festis habitæ ad cœtum religiosi populi, ac selectæ ex diversis sanctis Patribus, enarratoribus, aliisque sapientibus viris.*

1. Init. sine alio titulo. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ εἰς τὸν Φαρισαῖον παραβολή.
2. Fol. 3. Κυριακῇ τοῦ ἀσώτου. Init. Ἀγαθὸς μὲν ὁ Θεὸς πρὸς πάντας ἐστὶ καὶ φιλάνθρωπος.
3. Fol. 6 verso. Κυριακῇ τῆς Ἀπόκρεω. Init. Φοβερὰ ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ.
4. Fol. 9. Κυριακῇ τῆς Τυροφάγου. Init. Ἰδοὺ τὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς στάδιον ὑπανοίγεται σήμερον.
5. Fol. 12. Κυριακῇ πρώτῃ τῶν Νηστειῶν. Init. Ἡ τεσσαρακονθήμερος αὕτη νηστεία, ἀγαπητοί.

Digitized by Google

6. Fol. 16 verso. Κυριακῇ β', τῶν ἁγίων Νηστειῶν. Init. Ὁ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς καιρὸς, ἀδελφοί μου, πρὸς τόν.
7. Fol. 19. Κυριακῇ γ' τῶν Νηστειῶν τῆς σταυροπροσκυνήσεως. Init. Προτυπῶν καὶ προδιαγράφων ὁ μακάριος Μωϋσῆς. Hæc Philothei nomine edita est.
8. Fol. 23. Κυριακῇ δ' τῶν Νηστειῶν. Init. Μεσάσαντες τὸ πέλαγος, ἀδελφοὶ, τῆς ἐγκρατείας.
9. Fol. 26. Κυριακῇ ε' τῶν Νηστειῶν. Initium : Παρῆλθε μὲν ὁ χειμὼν, τὸ δὲ ἔαρ εἰσῆλθε, καὶ βλέπομεν.
10. Sabbato S. Lazari. Init. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰς κατὰ γῆν διατριβάς.
11. Dominica Paschæ. Init. Χαρᾶς ἡμέρα καὶ εὐφροσύνης, ἀγαπητοί.
12. Fol. 32, verso, Τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου. Init. Τὸ ῥάθυμον ἡμῶν διεγείρων ὁ ἱερὸς καὶ θεῖος.
13. Fol. 34 verso, Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ. Init. Ἐπεὶ τῇ λαμπροφόρῳ Κυριακῇ καὶ σεβασμία.
14. Fol. 37 verso, Κυριακῇ τῶν Μυροφόρων. Init. Καὶ ἡ παροῦσα Κυριακὴ, καὶ ἁγία ἡμέρα.
15. Fol. 40. Κυριακῇ παραλύτου. Init. Πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἡ ἁμαρτία πρόξενος.
16. Fol. 43 verso. Κυριακῇ τῆς Σαμαρειτίδος. Initium: Καὶ σήμερον ἡμῖν ἡ τῶν εὐαγγελικῶν ῥητῶν.
17. Fol. 47. Κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ. Init. Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαλεγομένου.
18. Fol. 50. Κυριακῇ τῶν ἁγίων τιη' Θεοφόρων Πατέρων. Init. Μετὰ τὴν ἑορτὴν ἐνδόξου ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου.
19. Fol. 52 verso, Κυριακῇ Πεντηκοστῆς. Init. Τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς.
20. Fol. 56 verso, Κυριακῇ πρώτῃ τῶν Ἁγίων πάντων. Init. Εἶπεν ὁ Κύριος, Πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοί.
21. Fol. 59. Κυριακῇ δευτέρᾳ. Init. Ἐπειδὴ τῆς θείας καὶ πρώτης καὶ μακαρίας ζωῆς.
22. Fol. 162. Κυριακῇ γ'. Init. Τῆς φιλαργυρίας οὐδέν ἐστι χαλεπώτερον.
23. Fol. 63 verso. Κυριακῇ δ'. Init. Οὐδέν ἐστι τῆς ἀδιστάκτου καὶ καθαρᾶς πιστ-
24. Fol. 65 verso. Κυριακῇ ε'. Init. Πηγὴ πνευματικὴ καὶ σωτήριος περικλύζει ἡμᾶς.
25. Fol. 69. Κυριακῇ ς'. Init. Οἱ τῶν μελισσῶν τὸ φιλόπονον καὶ φιλεργόν.
26. Fol. 72 verso, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Init. Οὐ μόνον αἱ διδασκαλίαι καὶ αἱ δημηγορίαι.
27. Fol. 75 verso, Κυριακῇ ζ'. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγοντι τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
28. Fol. 78. Κυριακῇ η'. Init. Τῆς ἡμετέρας σωτηρίας φροντίζων καὶ κηδόμ—
29. Fol. 80. Κυριακῇ θ'. Init. Καὶ οἱ τοὺς ἑαυτῶν φίλους σωματικῶς.
30. Fol. 83 verso, Κυριακῇ ι'. Init. Ὑπὲρ τῆς ὑμῶν ψυχικῆς σωτηρίας.
31. Fol, 86. Κυριακῇ ια'. Init. Ποτὲ μὲν φανερῶς διαλέγεται ἐν τοῖς.
32. Fol. 89. Κυριακῇ ιβ'. Init. Οὐδὲν οὕτως οἶδε θολοῦν, ἀγαπητοὶ, καὶ σκοτ-
33. Fol. 91 verso, Κυριακῇ ιγ'. Init. Τὴν ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν τοῖς ἀνθρ-
34. Fol. 93 verso, Κυριακῇ ιδ'. Init. Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολήν. Ὡμοιώθη ἡ βασ-
35. Fol. 95 verso, Κυριακῇ ιε'. Init. Οἱ τοὺς ἀγροὺς τῶν ἀνθρώπων φυλάσσοντες γεωργοί.
36. Fol. 97 verso, Κυριακῇ ις'. Init. Τὴν ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν τοῖς ἀνθρ- ut supra.
37. Fol. 100. Κυριακῇ ιζ'. Init. Μέγα ἀγαθὸν εὐχὴ, ἐὰν μετὰ διανοίας εὐχαρίστου.
38. Fol. 102 verso, Κυριακῇ ιη'. Init. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐστὼς ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν λίμνην.
39. Fol. 105. Κυριακῇ ιθ'. Init. Πασῶν τῶν ἀρετῶν ἀνωτέρα ἐστὶν ἡ ἀγάπη.
40. Fol. 108. Κυριακῇ κ'. Init. Τὸ τῆς ἀναστάσεως μέγα μυστήριον, ἀδελφοί μου.
41. Fol. 110. Κυριακῇ κα'. Init. Ὥσπερ παράδεισος ἄλλος ἐστὶ πολυανθὴς καί.
42. Fol. 113. verso, Κυριακῇ κβ'. Init. Ἀγαθὰ μὲν πάντα τὰ θεῖα λόγια καὶ ἐποφ-
43. Fol. 117 verso, Κυριακῇ κγ'. Init. Ὥσπερ τὰ σώματα ἡμῶν αἱ χρονικαὶ τῆς γῆς.
44. Fol. 120. Κυριακῇ κδ'. Init. Καὶ μεγάλη πολλάκις ἀνάγκη καὶ σφοδρο-
45. Fol. 122 verso, Κυριακῇ κε'. Init. Μέγα πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον ἡ ὑπερηφανία.
46. Fol. 125 verso, Κυριακῇ κς'. Init. Ἡ πλεονεξία μέγα κακὸν τοῖς ἀνθρώποις.
47. Fol. 128. Κυριακῇ κζ'. Init. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς διεξάγων τὸν Ἰουδαϊκόν.
48. Fol. 131. Κυριακῇ κη', Init. Ὁ μακάριος καὶ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς προτίθησιν.
49. Fol. 134. Κυριακῇ κθ'. Init. Πολλοὺς καὶ διαφόρους τρόπους ἔδωκεν ἡμῖν.
50. Fol. 137. Κυριακῇ λ'. Init. Ὥσπερ ἐξ ἀδδηφαγίας μὲν γίνεται.
51. Fol. 140. Κυριακῇ λα'. Init. Ἥλιος δικαιοσύνης ἐστὶν ὁ Θεὸς καθώς.
52. Fol. 142 verso, Κυριακῇ λβ'. Init. Πᾶσα μὲν ἁρπαγὴ καὶ πλεονεξία.
53. Fol. 146. Κυριακῇ πρὸ τῆς Ὑψώσεως. Init. Εἶπεν ὁ Κύριος, Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ. Edita exstat apud Gretserum, in tomo II *De Cruce*.
54. Fol. 149. Κυριακῇ τῶν προπατόρων. Init. Οἱ μὲν πάλαι οἱ ἐκεῖνοι καὶ πρὸ τοῦ νόμου θεῖοι ἄνδρες, οὐ διὰ γραμ-
55. Fol. 151 verso, Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Init. Ὁ θεῖος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος.
56. Fol. 155. Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Init. Ἀναχωρησάντων τῶν μάγων, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται.
57. Fol. 157 verso, Κυριακῇ πρὸ τῶν Φώτων. Init. Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὡς γέγραπται.
58. Fol. 159 verso, Κυριακῇ μετὰ τὰ Φῶτα. Init. Εἰ καὶ ἡ ἑορτὴ παρῆλθεν ἡμῖν, ἀλλὰ τὸ περὶ ταύτης.
59. Fol. 162 sine titulo. Init. Ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας καὶ μακαρίας.
60. Fol. 161 sine titulo. Init. Γένοιτό σοι παρὰ Θεοῦ καὶ ἄγγελον, ὦ πάτερ.

Post a sequitur Lectionarium eorum quæ in Ecclesia recitantur certis diebus per annum ex Joanne Damasceno, Geronico et aliis.

Joannis Calecæ Archiepiscopi Constantinopolitani qui floruit ante medium sæculi XIV tot Homilias vel editas vel manuscriptas nusquam exstare didici. Petrus Lambecius in Bibliotheca Cæsarea codice theologico 47, exstare dicit Homilias 56, quarum prima eadem est, quæ in hoc codice agmen ducit, sed hoc titulo : Κυριακῇ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου, ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς παραβολῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου. In eadem Bibliotheca codice theologico 282, habentur ejusdem Homiliæ viginti et una, quarum pleraque eædem sunt. Prima vero hoc titulo : Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ διδασκαλίου, Κυριακῇ τοῦ τελώνου, καὶ τοῦ Φαρισαίου, etc.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΛΕΚΑ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΠΡΟ ΤΗΣ ΥΨΩΣΕΩΣ.

—

SERMO

JOANNIS CALECÆ

PATRIARCHÆ CP.

DOMINICA ANTE EXALTATIONEM S. CRUCIS.

(Apud Gretserum, *De Cruce*, Opp. tom. II, p. 197.)

—

Εἶπεν ὁ Κύριος· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.* Καὶ πρότερον μὲν παρὰ τῇ Παλαιᾷ Γραφῇ κατὰ διαφόρους οἰκονομίας καταβῆναι ὁ Θεὸς καὶ ἀναβῆναι λέγεται. Ὡς τὸ, *Καταβὰς ὄψομαι· εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ.* Καὶ τὸ, *Ἀνέβη* ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραὰμ, ἡνίκα ἐπαύσατο λαλῶν αὐτῷ· καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Καὶ νῦν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγει ὁ Κύριος· *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.* Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι Οὐδεὶς τῶν ἀγγέλων, οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων, εἰς τὸν οὐρανὸν ἐκεῖνον ἀνέβη τὸν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ἐγὼ μόνος ὁ ἐκεῖθεν κατελθὼν, δι' οἰκονομίαν ἄῤῥητον καὶ εὐσπλαγχνίαν ἀμέτρητον, ἐλευθερῶσαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου καὶ τῆς κατάρας τῆς ἁμαρτίας.

A Domini pronuntiatum est: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo* [1]. Et prius quidem in Veteri Testamento, Deus diversas ob causas descendisse et ascendisse dicitur: ut, *Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam* [2]. Ascendit autem Deus, postquam cessavit loqui cum Abraham; et plura hujus generis. Nunc in Evangelio ait Dominus: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* Cujus hæc est sententia: Nullum angelum, nullumque hominem ascendisse in cœlum, quod est supra cœlos, nisi illum solum, qui inde descendit per ineffabilem dispensationem, et immensam misericordiam, ut genus humanum ex servitute diaboli, ex maledictione, et a peccati jugo exsolveret.

B

Εἰ δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀναβαίνοντες εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ καταβαίνοντες ὤφθησαν διὰ *κλίμακος τοῦ Ἰακὼβ*, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ τοιούτου οὐρανοῦ ἡ ὀπτασία λέγεται τῇ Γραφῇ, ἀλλὰ περὶ ἄλλου οὐρανοῦ κάτω που τυγχάνοντος. Εἰς δὲ τὸν οὕτω λεγόμενον οὐρανὸν οὐδεὶς ἀναβέβηκεν, εἰ μὴ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὴν οἰκονομίαν καλούμενος. *Ὁ οὐρανὸς* γὰρ, φησὶ, *τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ.* Εἰ δὲ καὶ Ἠλίας, καὶ Παῦλος, καὶ εἴτις ἕτερος πρὸς οὐρανὸν ἦρθησαν, ἀλλ' οὐκ ἔφθασαν ἐκεῖνον τὸν *οὐρανὸν*, ὃν Κύριος εἶρηκε· καὶ ἔνθα δὲ ἀνέβησαν, θελήσει καὶ προστάγματι τοῦ Θεοῦ ἴσχυσαν ἀναβῆναι· καὶ οὐκ ἐξ οἰκείας ἐκεῖνοι δυνάμεως ἦρθησαν, καὶ ἡρπάγησαν. Μόνον δὲ ὁ Κύριος αὐτεξουσίως, καὶ ὡς οἶδεν *ἀναβαίνει εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ καταβαίνει εἰς τὴν γῆν*· τῇ οἰκείᾳ δυνάμει καὶ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδ' ἑνὸς ἑτέρου δεόμενος πρὸς τὴν ἄνοδον.

Quamvis autem angeli quoque per *scalam Jacob* [3] ascendere et descendere visi sunt, attamen visio illa non pertinet ad hoc sublime cœlum, sed ad aliud inferius. Nam in illud cœlum supra cœlos nemo ascendit, nisi solus Dei Filius, quandoquidem ille solus inde descendit, Filius hominis per dispensationem factus et appellatus. Inquit enim: *Cœlum cœli Domino* [4]. Quod vero Elias [5], Paulus [6], et si qui alii, in cœlum sublati feruntur, non refert; non enim ad illud cœlum, de quo Dominus loquitur, provecti sunt, et quo ascenderunt, voluntate et nutu Dei ascenderunt, non virtute propria. Solummodo Dominus propria potestate ascendit in cœlum, et descendit in terram, insita sibi vi et potentia, nullius alterius opera ad ascensum egens.

C

[1] Joan. III, 13. [2] Gen. XVIII, 21. [3] Gen. XXVIII, 1 seqq. [4] Psal. CXIII, 16. [5] IV Reg. II, 1 seqq. [6] II Cor. XII, 2.

Digitized by Google

Porro Filius hominis secundum naturam humanam appellatur, et cum Dominus sæpe a natura divina, sæpe ab humana sibi nomen indere soleat, non abs re dixit : *Qui est in cœlis*, hoc est, qui secundum divinitatem est in cœlo, ex cœlo descendens Salvator noster, cœlum non derelinquebat, et in cœlo degens a terra non aberat : ubique enim erat ; cum incircumscripta sit divinitas. Descendit igitur ex cœlis [id est, non secundum humanam naturam], non qui ex semine David, sed temporis expers Dei Verbum, quod jam ante sæcula erat, et propter unionem cum genere humano, *Filium hominis* appellari voluit ; et cum Filium hominis audimus, ne arbitremur, carnem ejus ex cœlo descendisse, sed cum Christus sit una hypostasis seu persona duabus naturis constans, fit, ut nomina hominis etiam de Verbo enuntientur, et vice versa, attributa Verbi homini quoque tribuantur. Appellatur ergo et hoc loco Filius hominis, quia utriusque naturæ, humanæ scilicet et divinæ, una eademque est hypostasis seu persona, non quod Filius hominis de cœlo descenderit (nempe secundum humanam naturam), sed quod qui descendit Filius Dei, ipse ascendit Filius hominis factus ; caro enim post resurrectionem impatibilis et immortalis effecta, propter communionem et unionem cum Verbo, in quo absque divulsione et divisione inest, eamdem sedem accepit.

Quapropter Paulus ait : *Qui descendit ipse est, qui et ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia* [7] ; nam divinitate etiam antea cuncta complebat, utpote tanquam ubique præsens et omnia penetrans. Postea vero propter salutem nostram, cum in cœlis versaretur, in terram descendit, carnem assumpturus, qui sponte exaltatus est in cruce, et mortuus carne, descendit ad inferos, et resurgens assumptus est in gloria, et ascendit super omnes cœlos, *ut impleret omnia ;* et in carne dominationis suæ, et virtutis seu potentiæ ipse unus est ex sancta Trinitate, consubstantialis Filius et Verbum Dei, æqualis Patri et Spiritui sancto, homo factus, in duabus perfectis naturis ac operationibus ; qui etiam corpore Patri assidet, et iterum venturus est cum gloria (quo pacto etiam ascendit) judicare universam terram, et *reddere unicuique secundum opera sua, et regni ejus non erit finis* [8].

Ne vero, quando audimus, eum *descendisse*, in eam persuasionem veniamus, quasi jam non sit amplius in cœlo, utpote qui descenderit ; illico adjecit : *Qui est in cœlo ;* ne, inquit, cum me descendisse auditis, arbitremini, me non esse amplius in cœlo, quia et hic præsens sum corpore, et ibi cum Patre in eodem throno sedeo divinitate. Nam cum sit Dominus omnium, superna non deseruit, et ad nos advenit, ut omnia undequaque et ubique salvaret.

[7] Ephes. IV. 10. [8] Rom. II, 6.

A Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐπεὶ δὴ πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος, πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος ὀνομάζει ἑαυτὸν ὁ Κύριος· *Ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ* εἶπεν· ἦγουν ὁ κατὰ τὴν θεότητα ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν οὐκ ἀφίστατο τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ ὢν οὐκ ἀπελιμπάνετο τῆς γῆς, ἀλλὰ πανταχοῦ ἦν, ἐπεὶ δὴ ἀπερίγραπτος ἡ θεότης. Κατέβη τοίνυν ἐκ τῶν οὐρανῶν οὐχ ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, ἀλλ' ὁ ὑπέρχρονος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Διὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἕνωσιν, λαμβάνει *τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου* τὸ ὄνομα· καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου ἀκούοντες, μὴ νομίζωμεν ὅτι ἡ σὰρξ ἐξ οὐρανοῦ κατέβη· ἀλλ' ἐπειδὴ μία ὑπόστασις, ἦγουν ἓν πρόσωπον ἦν ὁ Χριστὸς ἐκ δύο φύσεων B σύνθετος, τὰ τοῦ ἀνθρώπου ὀνόματα καὶ ἐπὶ τοῦ Λόγου λαμβάνεται. Καὶ πάλιν τὰ τοῦ Λόγου ὀνόματα τῷ ἀνθρώπῳ προστιθέναι· λέγεται οὖν καὶ ἐνταῦθα Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ Κύριος, ὡς ἑνὸς ὄντως τοῦ προσώπου, καὶ μιᾶς τῆς ὑποστάσεως, οὐκ ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κατῆλθεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ κατελθὼν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἀνῆλθεν Υἱὸς ἀνθρώπου γενόμενος· ἀπαθὴς γὰρ καὶ ἀθάνατος μετὰ τὴν ἀνάστασιν γενομένη ἡ σὰρξ, διὰ τὴν πρὸς τὸν Λόγον κοινωνίαν ἀδιαίρετός ἐστιν ἐν αὐτῷ ἐξιωμένη καθέδρας.

Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὁ καταβὰς αὐτός* C *ἐστιν, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα*· τῇ γὰρ θεότητι καὶ πρότερον τὰ πάντα ἐπλήρου· ὡς πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα-πλήρων· ὕστερον δὲ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἄνω ὢν εἰς τοὺς οὐρανούς, κατέβη σαρκούμενος εἰς τὴν γῆν, καὶ ὑψώθη ἑκουσίως ἐν τῷ σταυρῷ· καὶ θανὼν τῇ σαρκὶ, εἰς τὸν ᾅδην κατῆλθε· καὶ ἀναστὰς, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ· καὶ ἀνέβη ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, *ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα*, καὶ ἐν σαρκὶ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνεργείας, αὐτός ἐστιν ὁ εἷς τῆς Τριάδος· ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ· καὶ ἴσος ὢν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, γέγονεν ἄνθρωπος· ἐν δυσὶ τελείαις φύσεσι καὶ ἐνεργείαις καὶ μετὰ σώματος συνεδριάζει τῷ Πατρὶ· καὶ πάλιν ἐλεύσεται μετὰ δόξης, ὃν τρόπον καὶ ἀνε- D λήφθη, τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ *ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τέλος οὐκ ἔσται.*

Ἵνα δὲ μὴ ἀκούσαντες ὅτι *κατέβη*· νομίσωμεν ὅτι ὡς κατελθὼν, οὐκ ἔστι λοιπὸν ἐν οὐρανῷ· διὰ τοῦτο λέγει, *ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ*· μὴ γὰρ ἐπειδὴ ἠκούσατε ὅτι κατέβη, φησὶν, νομίσητε μὴ εἶναι ὡς ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα πάρειμι σωματικῶς· κἀκεῖ συγκάθημαι τῷ Πατρὶ θεϊκῶς. Δεσπότης γὰρ πάντων ὑπάρχων καὶ Κύριος· οὔτε τὰ ἄνω κατέλιπε, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπεδήμησεν, ἵνα πάντοθεν τὸ πάντα ἀνασώσηται.

Digitized by Google

Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τοῦ Υἱὸν ἀνθρώπου· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· προεσήμανε τὴν σταύρωσιν αὐτοῦ ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν δεικνὺς ὅτι προγινώσκει ταύτην· καὶ λοιπὸν ἑκουσίως ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Οὐ λέγει δὲ προφανῶς καὶ καθαρῶς ὁ Κύριος, ὅτι Μέλλω σταυρωθῆναι, ἀλλὰ τοῦ ὄφεως μέμνηται τῆς παλαιᾶς ἱστορίας· ἅμα μὲν διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι συγγενῆ εἰσι τὰ παλαιὰ τοῖς καινοῖς, καὶ εἷς καὶ αὐτός ἐστιν ὁ νομοθέτης τῆς Παλαιᾶς τε καὶ Νέας Διαθήκης ἅμα δὲ καὶ παιδεύων, ὅτι εἰ καὶ πρὸς εἰκόνα χαλκῆν ὄφεως βλέποντες οἱ Ἰουδαῖοι τὸν σωματικὸν, καὶ πρὸς καιρὸν θάνατον ἔφευγον, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς εἰς τὸν ἐσταυρωμένον βλέποντες Κύριον τῆς δόξης καὶ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, τὸν αἰώνιον θάνατον ἐκφύγουμεν τῆς ψυχῆς. Ἡ δὲ περὶ τοῦ ὄφεως ἱστορία κεῖται μὲν ἐν Ἀριθμοῖς, ἔχει δὲ οὕτως·

Κατελάλησαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῇ ἐρήμῳ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄρτος οὐδὲ ὕδωρ· Ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν προσώχθησεν, ἐν τῷ ἄρτῳ τούτῳ τῷ ἀδιακένῳ, τῷ μάννα δηλαδή· καὶ ἀπέστειλε Κύριος εἰς τὸν λαὸν τοὺς ὄφεις τοὺς θανατοῦντας, καὶ ἔδακνον τὸν λαὸν, καὶ ἀπέθανε λαὸς πολὺς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ παραγενόμενος ὁ λαὸς πρὸς Μωσῆν ἔλεγον· Ἡμαρτήκαμεν ὅτι κατελαλήσαμεν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ σοῦ· εὔξαι οὖν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἀφελέτω ἀφ' ἡμῶν τὸν ὄφιν. Καὶ ηὔξατο Μωσῆς· καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτόν· *Ποίησον σεαυτῷ ὄφιν· καὶ θὲς αὐτὸν ἐπὶ σημείου ἢ ἐπὶ ξύλου, καὶ ἔσται ἐὰν δάκῃ ὄφις ἄνθρωπον, πᾶς ὁ δεδηγμένος ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται.* Προσέχετε ἐνταῦθα ἀκριβῶς, ἀδελφοί μου, καὶ ὁρᾶτε, παρακαλῶ, τὸν τύπον πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἐκεῖ ὄφεως ὁμοίωμα, εἶδος μὲν ἔχον θηρίου, τὸν ἰὸν δὲ οὐκ ἔχον· οὕτω κἀνταῦθα ἄνθρωπος ὁ Κύριος, ἀλλὰ ἁμαρτίας ἰοῦ ἐλεύθερος, ἐν *ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἐλθὼν*, τοῦτ' ἔστιν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίᾳ ὑποκειμένης, ἀλλ' οὐχὶ σάρξ ἁμαρτίας ὑπάρχων· καὶ τότε μὲν οἱ ὁρῶντες . . . . . σωματικοῦ, καὶ προσκαίρου θανάτου ἐρρύοντο· ἡμεῖς δὲ ψυχικὸν καὶ αἰώνιον ἐκφύγωμεν θάνατον· καὶ τότε μὲν δήγματα ὄφεων ἴατο ὁ κρεμάμενος ὄφις· νῦν δὲ τοῦ νοητοῦ δράκοντος τὰς καθ' ἡμῶν θανασίμους πληγὰς θεραπεύει ὁ Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ ὑψωθείς· ἐκεῖ ὁ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς βλέπων ἐθεραπεύετο, ἐνταῦθα δὲ ὁ τοῖς νοεροῖς ὁρῶν ὄμμασι πάντα τὰ ἁμαρτήματα ἀποτίθεται· ἐκεῖ χαλκὸς τὸ κρεμάμενον ἦν εἰς σχῆμα ὄφεως διατυπωθέν· ἐνταῦθα σῶμα Δεσποτικὸν, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατασκευασθέν· ὄφις ἔδακνεν ἐκεῖ, καὶ ὄφις ἴατο· οὕτω καὶ ἐνταῦθα θάνατος ἀπώλεσε, καὶ θάνατος ἔσωσεν· ἀλλ' ὁ μὲν δάκνων καὶ ἀπολλὺς ὄφις ἰὸν εἶχεν· ὁ δὲ χαλκοῦς καὶ σώζων καθαρὸς ἦν· καὶ ἐνταῦθα τὸ αὐτὸ πάλιν. Ὁ γὰρ ἀπολλὺς θάνατος τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν εἶχεν, ὥσπερ τὸν ἰὸν ὁ ὄφις· ὁ δὲ τοῦ Δεσπότου θάνατος ἁμαρτίας πάσης ἀπήλλακτο, ὥσ-

Et quemadmodum Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam[9]. Iis verbis præsignificavit Dominus et Salvator noster suam crucifixionem, ostendens se hujus præscium esse, seque volentem ac lubentem propter humanam salutem ad passionem tendere. Non dicit autem aperte et diserte se cruci affixum iri, sed serpentis, priscæ illius historiæ, meminit: simul nos erudiens vetera novis esse cognata et consona, unumque Veteris ac Novi Testamenti legislatorem agnosci debere. Illud insuper docet; si Judæi, imaginem æream serpentis intuentes, corporalem hanc et temporalem mortem devitarunt, quanto magis nos nostros oculos ad crucifixum Dominum gloriæ vertentes, et in ipsum credentes, æternam animæ mortem declinabimus? Et serpentis quidem historia in libro Numerorum percensetur; et est talis:

Murmuraverant Judæi in deserto, quod nec panis, nec aqua suppeteret: *Nauseat anima nostra*, aiebant, *super hoc cibo levissimo*[10], nempe super manna. Et misit Dominus in populum serpentes, qui eis mortem inferebant, mordebantque populum; quo malo plurimi ex Israelitis interiere, qui ad Moysen accurrentes clamabant: Peccavimus ob locutionibus nostris contra Dominum et te; supplica pro nobis Deo, et auferat a nobis serpentes. Oravit Moyses. Ad quem Dominus: *Fac tibi serpentem et pone illum sublimem in signo*[11], quem qui ictus a serpente aspexerit, vivet. Attendite diligenter, fratres mei, et cum veritate typum comparate. Ibi serpentis similitudo erat; nam bestiæ imaginem habebat, veneno autem carebat. Ita et hic, homo est Dominus, sed a peccati veneno liber; in *similitudine carnis peccati venit*[12], hoc est, in specie carnis peccato subjacentis; sed non erat caro peccati, et tunc quidem a corporali et temporali morte intuentes liberabantur, at nos spiritualem et æternam animæ mortem effugimus; tunc morsibus serpentinis medebatur suspensus serpens: at jam ab intelligibili dracone mortiferas nobis inflictas plagas curat Christus in cruce exaltatus. Ibi sanabatur, qui corporeis oculis serpentem aspiciebat: at hic ab omnibus peccatis eripitur, qui oculis sub intelligentiam cadentibus utitur. Ibi æs in figuram serpentis effigiatum erat: hic corpus Dominicum a Spiritu sancto formatum. Ibi mordebat serpens, et serpens medebatur. Ita et in præsenti mors perdidit, et mors servavit. At mordens ille et perdens anguis venenum habebat, æreus autem, et qui servabat, veneni purus erat. Hic iterum eamdem similitudinem observa. Nam mors, quæ Adamum perdidit, peccatum habebat, quemadmodum serpens venenum. At mors Domini ab omni peccato libera fuit, sicuti æreus serpens a veneno immunis erat. Propterea per similitudinem dixit: *Quemadmodum*

[9] Joan. III, 14. [10] Num. XXI, 5. [11] Ibid. 8. [12] Rom. VIII, 3.

Digitized by Google

Moyses exaltavit serpentem, et reliqua; sicut enim ille exaltavit serpentem, ut qui in ipsum intenderent, vitam haberent, ita et Christus exaltatus est, ut qui in ipsum intenderent, nimirum credentes, vitam æternam obtinerent. Ibi quidem serpens visebatur, ob serpentinos morsus. At hic homo est, ob homines lætali morsu sauciatos. Ibi plaga per serpentem illata, per serpentem quoque curata est. Hic vero, quoniam mors per hominem intravit in mundum, per hominem etiam vita nobis data est [13]. Nam peccatum non fecit Dominus : *Nec inventus est dolus in ore ejus* [14].

Exaltari oportet Filium hominis. Cum *exaltationem* audimus, suspensionem in cruce animo concipiamus. Nam in alto pependit Salvator noster, ut et aerem sanctificaret, qui terram sanctificaverat, in illa et per illam ambulando. Quin et verbum *glorificari* perpendere oportet. Crux enim vere Christi *exaltatio* et *gloria* fuit; nam in qua Dominus videbatur damnatus, in ea hujus mundi principem damnavit. Et hoc est, quod Paulus docet : *Exspolians principatus et potestates, traduxit confidenter triumphans illos in semetipso* [15]. Nimirum, quod dico hujusmodi : Adamus merito mortuus est : peccaverat enim. Ergo usque ad Domini crucifixionem, mors dominationem in homines exercuit. Postquam vero Dominus ab omni culpa liber fuit, nil in eum juris diabolo relictum est, ut eum neci daret. Quocirca cum injuste peremptus fuerit, devicit : et hac ratione Adamum a morte, quæ ei, tanquam peccatori, juste illata fuerat, liberavit.

Et ut res clarior evadat, exemplo declarabitur. Sit violentus quispiam tyrannus, qui omnes suas in manus delapsos innumeris malis afficiat : hic si comprehensum regem, aut regis filium injuste interficiat, fieri potest, ut mors illius etiam aliis oppressis opem ac subsidium ferat. Iterum, sit fœnerator quispiam fœnus reposcens, debitores verberet ac in vincula detrudat : deinde eadem animi impotentia eum, qui nihil debet, iisdem pœnis multet, ac in carcerem compingat : hic certe pœnas dabit eorum, quæ in alios admisit. Interficiet enim illum, tanquam injuste punitus, inque carcerem conjectus. Hoc et in Christo evenit : nam eorum malorum, quibus nos diabolus punivit, pœnas luit, quando Christum aggredi non formidavit. Prostratus enim, dejectus et cruce Christi captus est.

Duo erant, quibus genus humanum tenebatur, voluptas ac tristitia. His duobus Dominum aggressus, immotum invitumque reperit. Et primum quidem in monte voluptatis illecebra eum tentavit, sed cum incassum hanc machinam adhiberi cerneret, ad tristitiam, longe validiorem balistam, se convertit, ut vel hac ratione de Christo victoriam referret. Eum in finem omnes a diabolo contra Chri-

A περ ὁ γαλκοῦς ὁ ὄφις ἰοῦ. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁμοιωματικῶς εἶπεν· *Ὅτι καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὕψωσε τὸν ὄφιν, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν ἔχωσι ζωήν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὑψώθη, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν, ἤγουν οἱ πιστεύοντες, ἔχωσι ζωὴν αἰώνιον. Ἀλλ' ὄφις μὲν ἐκεῖ, διὰ τοὺς δάκνοντας ὄφις· ἄνθρωπος δὲ ἐνταῦθα διὰ τοὺς δακνομένους ἀνθρώπους· καὶ ἐκεῖ μὲν ἐπειδὴ δι' ὄφεως ἡ βλάβη, δι' ὄφεως καὶ ἡ θεραπεία· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, δι' ἀνθρώπου καὶ ἡ ζωὴ παρεγένετο. Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν ὁ Κύριος· *Οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*.

Ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Ὑψωθῆναι ἀκούοντες, νοεῖν μὲν ὀφείλομεν τὸ κρεμασθῆναι· ἐφ' ὕψους γὰρ ἐκρεμάσθη ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἵνα καὶ τὸν ἀέρα ἁγιάσῃ, ὁ τὴν γῆν ἁγιάσας διὰ τοῦ ἐπ' αὐτῆς περιπατῆσαι· νοεῖν δεῖ καὶ τὸ *δοξασθῆναι*· καὶ γὰρ ὄντως ὕψος καὶ *δόξα* τοῦ Χριστοῦ γέγονεν ὁ σταυρός· ἐν ᾧ γὰρ ἐδόκει κατακριθῆναι ὁ Κύριος· ἐν τούτῳ κατέκρινε τὸν ἄρχον τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ τοῦτό ἐστι ὃ φησι Παῦλος· *Ἀποδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας· ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτὰς ἐν αὐτῷ*. Οἷόν τι λέγω· ὁ Ἀδὰμ δικαίως ἀπέθανεν· ἥμαρτεν γάρ· μέχρι μὲν οὖν τῆς τοῦ Κυρίου σταυρώσεως, δικαίως κατεκράτησεν τῶν ἀνθρώπων ὁ θάνατος· ἐπεὶ δὲ ἀναμάρτητος εὑρέθη ὁ Κύριος, τὸ λοιπὸν οὐκ εἶχεν ἐπ' αὐτῷ δίκαιον ὁ διάβολος ἵνα θανατώσῃ αὐτόν· ὥστε ἐπειδὴ ἀδίκως ἐθανατώθη, ἐνίκησε τὸν θανατώσαντα αὐτὴν καὶ οὕτω; ἐλευθέρωσε τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ θανάτου, τοῦ δικαίως ἐπαχθέντος αὐτῷ, ὡς ἁμαρτήσαντι.

Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ᾖ, ἐπὶ παραδείγματος αὐτὸ ποιήσωμεν φάνερον. Ἔστω τις βίαιος τύραννος, πάντας τοὺς ἐμπίπτοντας εἰς τὴν αὐτοῦ χεῖρα μυρίοις περιβάλλων κακοῖς· οὗτος ἐὰν συμβαλὼν βασιλεῖ ἢ υἱῷ βασιλέως ἀνέλῃ αὐτὸν καὶ θανατώσῃ ἀδίκως, ὁ ἐκείνου θάνατος καὶ τοὺς ἄλλους ἐκδικῆσαι δυνήσεται· καὶ πάλιν ἔστω τις δανειστὴς ἀπαιτῶν, καὶ τυπτέτω, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβαλλέτω· εἶτα ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπονοίας καὶ τὸν οὐδὲν ὀφείλοντα ὑπὸ τὴν αὐτὴν εἱρκτὴν καὶ τιμωρίαν ἀγέτω, οὗτος καὶ ὧν εἰς τοὺς ἄλλους ἐποίησε, δώσει δίκην· ἀναιρήσει γὰρ καὶ φονεύσει αὐτὸν ἐκεῖνος ὡς ἀδίκως δεσμευθεὶς καὶ τιμωρηθείς. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν· ὧν γὰρ εἰς ἡμᾶς ἐποίησεν ὁ διάβολος, δι' ὧν εἰς τὸν Χριστὸν ἐτόλμησε, δέδωκε δίκας· κατήργηται γὰρ καὶ κατεβλήθη τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ καὶ αἰχμάλωτος γέγονε.

Καὶ ἄλλως δὲ δύο ἦσαν τὰ κρατοῦντα τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, ἡδονὴ καὶ λύπη. Διὰ τούτων τοίνυν τῶν δύο ἑλὼν ὁ Κύριος ἀήττητος εὑρέθη καὶ ἀνίκητος. Προσέβαλε γὰρ αὐτῷ πρότερον ἐν τῷ ὄρει ὁ πειράζων ἡδονῆς, εὑρὼν δὲ ταύτην ἀνάλωτον ὕστερον τὸ μέγα μηχάνημα τὴν λύπην προσήγαγεν, ἵνα κἂν διὰ ταύτης κρατήσει αὐτοῦ· καὶ διὰ τούτου πάντας κατὰ τοῦ Χριστοῦ παρεκίνησεν ὁ ἐχθρὸς καὶ διάβο-

[13] Rom. v, 12. [14] Isa. liii, 9; 1 Petr. ii, 22. [15] Coloss. ii, 15.

Digitized by Google

λος· τοὺς μαθητὰς ἀρνήσασθαι παρεσκεύασεν, τοὺς στρατιώτας ἐμπαίζειν αὐτῷ τοὺς παραπορευομένους βλασφημεῖν· καὶ ἁπλῶς τοὺς Ἰουδαίους διήγειρε καὶ παρώτρυνε συκοφαντῆσαι τοῦτον καὶ καταδικάσαι ὡς κακοῦργον καὶ θανατῶσαι· ἀλλὰ καὶ οὕτως εὗρεν αὐτὸν ἀήττητον καὶ ἀνάλωτον. Οὐδὲ γὰρ ἠδυνήθη ἐν τῷ σταυρῷ λύπῃ πεῖσαι τὸν Κύριον μισῆσαι τοὺς σταυροῦντας, ἀλλὰ ἠγάπησε τούτους καὶ ὑπερτύχετο λέγων· *Μὴ στήσῃς αὐτοῖς, ὦ Πάτερ, τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*. Ὁρᾶτε, πῶς νενίκηκεν ὁ Χριστὸς, ἐν ᾧ ἐδόκει νικᾶσθαι.

A stum concitati sunt discipuli, ut negarent: milites, ut illuderent: prætereuntes, ut blasphemarent. Judæosque universim impulit, ut calumniis eum incesserent, et tanquam maleficum condemnarent, mortique adjudicarent. Verum hic quoque invictum ac immutabilem reperit. Neque enim potuit tristitia et dolor Christo in cruce persuadere, ut odio haberet eos, a quibus crucifigebatur, sed dilexit eos, preces pro illis fundens: *Ne statuas illis, Pater, hoc peccatum*[16]. Videte, quomodo vicerit Christus in eo ipso, quo videbatur esse victus.

Οὕτως οὖν καὶ ὕψωσις αὐτοῦ καὶ δόξα γέγονεν· ὁ σταυρὸς ἔλαβε γὰρ αἰχμάλωτον τὸν διάβολον, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἀρὰν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὸ τῷ διαβόλῳ κεκρατημένους καὶ δεδουλωμένους ὄντας καὶ τῷ θανάτῳ καὶ τῇ ἀρᾷ καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐνεχομένους ἠλευθέρωσε· καὶ ζωῆς καὶ σωτηρίας ὁδὸν ἡμῖν ἐχαρίσατο, καὶ μυστηρίων μετόχους ἐποίησε, καὶ χαρισμάτων καὶ δωρεῶν πνευματικῶν ἀπολαύειν ἠξίωσε.

In hunc igitur modum Christo crux facta est exaltatio et gloria. Nam diabolum, et mortem, et maledictionem, et peccatum, in captivitatem abduxit: et nos, qui sub diaboli, mortis, maledictionis et peccati jugo tenebamur, in viam vitæ ac salutis reduxit, et divinorum mysteriorum participes effecit, et spiritualia charismata nobis fruenda concessit.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες ἀγαπητοὶ, *ταπεινωθῶμεν καὶ ἡμᾶς ὑπὸ τὴν κραταιὰν καὶ δυνατὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται*· καὶ τοὺς ταπεινοφρονοῦντας ἐγερεῖ δόξῃ ὁ Κύριος, καὶ μακάριος ἄνθρωπος ὁ τὸν βίον ἔχων ὑψηλὸν, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα· *μὴ τὰ ὑψηλὰ τοίνυν φρονῶμεν*, ἀλλ' ἑαυτοὺς ταπεινώσωμεν. Ἀκολουθήσωμεν Χριστῷ τῷ ἡμετέρῳ Δεσπότῃ καὶ λυτρωτῇ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν, τὸν τούτου σταυρὸν ἐπ' ὤμων ἀράμενοι· καὶ, τὰ σαρκικὰ νεκρώσωμεν κινήματα καὶ φρονήματα τῷ θανάτῳ αὐτῷ συμμορφούμενοι, ὡς ἂν δυνηθῶμεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον εἰπεῖν· *Ζῶμεν δὲ οὐκ ἔτι ἡμεῖς· ζῇ δὲ ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν*· καὶ, *Μὴ γένοιτο ἡμῖν καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου*· ἀπαρνησώμεθα ἑαυτοὺς, καὶ μηδὲν τοῦ Χριστοῦ προτιμότερον ἡγησώμεθα, μὴ πλοῦτον, μὴ τρυφὴν, μὴ δόξαν, μὴ σωματικὴν ἡδονὴν, μὴ αὐτὴν τὴν παροῦσαν ζωήν· ἀλλὰ καὶ ταύτης καταφρονήσωμεν, πάντα προθύμως τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα ἐκτελέσωμεν· ἔχομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς διώκτας πικροὺς, τοὺς ὁρατοὺς, καὶ ἀοράτους ἐχθροὺς, καὶ πολεμίους, πειράζοντας καὶ θορυβοῦντας ἡμᾶς καθ' ἑκάστην, καὶ λυποῦντας, καὶ ἐκταράττοντας, καὶ τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ προστάγματα τοῦ Χριστοῦ κωλύοντας διαπράττεσθαι. Μὴ οὖν μαλακισθῶμεν, παρακαλῶ, μηδὲ χαυνωθῶμεν, καὶ ἐνδῶμεν τοῖς τούτων παλαίσμασιν, ἀλλὰ γενναίως καὶ μετὰ ἀνδρικοῦ τοῦ φρονήματος ἀντιπαρατάξώμεθα πρὸς αὐτοὺς καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ τῆς ἀτελευτήτου εὐκλείας ἐπιτύχωμεν, καὶ τῆς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Hæc scientes, charissimi, *humiliemur et nos sub potenti manu Dei, nam omnis, qui se humiliat, exaltabitur*[17]: et illos, qui submissa sunt mente, ad gloriam excitabit Dominus: beatum vero illum hominem, qui vitam vivit sublimem, sed animum gerit humilem. Igitur *ne alta sapiamus*[18], sed nos ipsos humiliemus. Imitemur Christum Dominum, redemptorem et Salvatorem: hujus cruce in humeros sublata carnales motiones ac appetitiones mortificemus, *configurati morti ejus*[19], ut et nos cum sancto Paulo dicere queamus: *Vivimus non jam nos: vivit vero Christus in nobis*[20]: et, *Nobis autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*[21]. Abnegemus nosmetipsos, et nihil Christo anteponamus, non divitias, non delicias, non gloriam, non corporalem voluptatem, non ipsam vitam: verum et hanc contemnamus, et omnia Dei mandata prompte exsequamur: habemus enim et nos asperos persecutores visibiles et invisibiles hostes ac adversarios, qui nos in singulos dies tentant et exagitant, turbant et perturbant, et ab observatione divinorum mandatorum retrahunt. Ne igitur effeminemur, neque de repugnandi alacritate quidquam remittamus, sed virili atque generoso animo resistamus, et cum hostibus congrediamur, ut interminatæ itidem gloriæ et immortalium bonorum participes efficiamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

[16] Luc. xxiii, 34. [17] I Petr. v, 6. [18] Rom. xi, 20. [19] Philipp. iii, 10. [20] Galat. ii, 20. [21] Galat. vi, 14.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΛΕΚΑ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΡΙΤΗΝ ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ

ΗΤΟΙ

ΤΗΣ ΣΤΑΥΡΟΠΡΟΣΚΥΝΗΣΕΩΣ.

—

JOANNIS CALECÆ

CP. PATRIARCHÆ

IN TERTIAM JEJUNIORUM DOMINICAM

SEU

ADORANDÆ CRUCIS (1).

—

Præfigurans et adumbrans beatus Moyses vivificam et divinam crucem, virga Rubrum divisit mare, et Hebræos sicco pede ac sine periculo trajecit. Quippe tanquam murus factæ sunt aquæ utrinque. Ac post Hebræorum transitum, mare denuo per virgam in unum, ut ante fuerat, collegit. Superbum et arrogantem Pharaonem cum toto exercitu in maris profundum demersit, in solitudine per virgam amara Merrhæ fluenta reddidit dulcia ; ex petra omnis humoris experte aquam mirabiliter per virgam elicuit, sitientemque populum potavit ac satiavit. Ante hæc tamen miracula Ægyptum Moyses per virgam castigavit, aqua in sanguinem, sanguine vicissim in aquam converso, multaque illa et magna prodigia perpetravit.

Quod si illa virga, quæ typus tantum et umbra fuit venerandæ crucis, tot tantorumque miraculorum exstitit effectrix, quid non efficiet ipsa vivifica et divina crux Christi, quando non per symbola et ænigmata adumbratur, sed coram cernitur, atque a nobis adoratur et colitur? Ipsa vivifica crux spiritualem Pharaonem, adversarium nostrum, diabolum, et inimicum, omnis mali auctorem, multis afficiet plagis : invisibilium et visibilium dæmonum exercitus submerget, quando contra nos insurgunt, nos perturbant atque confundunt. Ipsa vivifica crux per passionum mare sicco pede et sine periculo nos trajiciet, fluctus adversum nos insurgentes et tumultum sopiet,

A Προτυπῶν καὶ προδιαγράφων ὁ μακάριος Μωϋσῆς τὸν ζωοποιὸν καὶ θεῖον σταυρὸν, ῥάβδῳ τὴν Ἐρυθρὰν διέτεμε θάλασσαν, καὶ τοὺς Ἑβραίους ἀβρόχως καὶ ἀκινδύνως διεβίβασεν. Ὡσεὶ τεῖχος γὰρ ἐγένετο τὰ ὕδατα ἑκατέρωθεν, καὶ μετὰ τὴν τῶν Ἑβραίων διάβασιν τὴν θάλασσαν πάλιν διὰ τῆς ῥάβδου εἰς τὴν προτέραν ἀποκατέστησεν ἕνωσιν, καὶ τὸν ὑπερήφανον καὶ ἀλαζόνα Φαραὼ πανστρατὶ τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ συνεκάλυψε. Καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τῆς ῥάβδου τὰ παρὰ τῆς Μέρρας κατεγλύκανε νάματα, καὶ ἐκ πέτρας ἀνίκμου ὕδωρ ἀναβλύζειν παραδόξως διὰ τῆς ῥάβδου ἐποίησε· καὶ διψῶντα τὸν λαὸν ἐπότισε καὶ ἐχόρτασεν. Πρὸ δὲ τούτων τῶν θαυμασίων, τὴν Αἴγυπτον ὁ Μωϋσῆς διὰ τῆς ῥάβδου ἐκόλασε, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα μετέστρεψε, καὶ πάλιν B τὸ αἷμα εἰς ὕδωρ μετέβαλε, καὶ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἐκεῖνα τεράστια κατειργάσατο.

Εἰ δὲ ἡ ῥάβδος ἐκείνη τύπον μόνον καὶ σκιὰν διαγράφουσα τοῦ ἁγίου σταυροῦ, τοσούτων καὶ τοιούτων θαυμάτων γέγονεν αὐτουργὸς, τί οὐκ ἂν ἀπεργάσηται καὶ ποιήσῃ αὐτὸς ὁ ζωοποιὸς καὶ θεῖος σταυρὸς, οὐ συμβολικῶς νῦν καὶ αἰνιγματωδῶς προτυπούμενος καὶ προχαραττόμενος, αὐτοψὶ δὲ καθορώμενος, καὶ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος καὶ τιμώμενος ; Αὐτὸς ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς τὸν νοητὸν Φαραὼ, τὸν ἀντίδικον ἡμῶν διάβολον καὶ ἀρχέκακον ἐχθρὸν, τῇ πολλῇ παραδώσει πληγῇ, καὶ τὰς τῶν ἀοράτων καὶ ὁρατῶν δαιμόνων στρατιὰς καταποντίσει, καὶ κατακλύσει καθ' ἡμῶν ἐπεγειρομένας, καὶ D πολεμούσας, καὶ θορυβούσας, καὶ συγχεούσας ἡμᾶς. Αὐτὸς ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς τῶν παθῶν τὴν θάλασσαν

(1) Edidit Gretserus sub nomine Philothei, CP. archiepiscopi.

Digitized by Google

ἀβρόχως κα. ἀκινδύνως διαβῆναι ἡμᾶς παρασκευάσει, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν ἐγειρόμενον κλύδωνα, καὶ τὸν τάραχον κατευνάσει, καὶ ἔνδιον καταστήσει καὶ γαληνόν· καὶ τὸν παρόντα βίον ἡμῶν εὐκολώτατον καταπραΰνει καὶ ἐξημερώσει, καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν εἰρηνικῶς διατελέσαι παρασκευάσει καὶ ἀτυράχως. Αὐτὸς ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς τὴν πικρίαν, καὶ τὴν ὀδύνην τῶν συμφορῶν, καὶ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν, καὶ τῶν ἄλλ' ἐπ' ἀλλήλων κινδύνων, καὶ θλίψεων, καὶ πειρασμῶν τῶν ἐπισυμβαινόντων ἡμῖν ἀπό τε τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν, εἰς γλυκύτητα μεταβαλεῖ καὶ πνευματικὴν ἡδονήν, παρακαλέσει, καὶ παραμυθήσεται, καὶ ἀναστήσει τὰς ἡμετέρας ψυχὰς καταπιπτούσας ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, καὶ θλίψεως. A serenum et sudum cœlum reddet, præsentem vitam nostram facillime placidam mansuetamque efficiet, dabitque reliquum vitæ nostræ pacifice et sine perturbatione transigere. Ipsa vivifica crux amaritudinem et dolorem calamitatum et necessitatum nostrarum, periculorum, quæ alia super alia impendent tribulationum et tentationum nobis a spiritualibus et sensibilibus inimicis imminentium, in dulcedinem commutabit ac spiritualem voluptatem ; consolabitur, permulcebit, excitabit animas nostras concidentes præ mœrore et ærumnis.

Αὐτὸς ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς ὕδωρ ἀναβλύσει, καὶ πηγάσει ἡμῖν ἐκ πέτρας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τὴν φλόγα τῶν πειρασμῶν κατασβέσει, καὶ ὑπὲρ μέλι καὶ ἔλαιον καθηδυνεῖ καὶ ἱλαρυνεῖ τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ τὰ σώματα, καὶ τὴν δίψαν ἡμῶν καταπαύσει, ὥστε μηκέτι διψᾷν. Ὁ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πίνων *οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος*, καθὼς αὐτὸς ἀπεφήνατο, ἡ αὐτοαλήθεια Χριστὸς, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τοῦτον τὸν θεῖον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν, ἀγαπητοὶ, οἱ ἅγιοι καὶ θειότατοι Πατέρες ἡμῶν καὶ διδάσκαλοι φρουρὸν καὶ φύλακα ἔχοντες, καὶ τεῖχος καὶ ὀχύρωμα τῶν εὐσεβῶν εἰδότες ἀκαταίσχυντον, ἐν τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστίμων ἡμερῶν προτίθεσθαι διωρίσαντο, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν προσκυνεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι καὶ κατασπάζεσθαι διετάξαντο, ὥστε τὰ μὲν κατορθωθέντα πνευματικὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα παρὰ τῶν ἀγωνιστῶν τῆς ἐγκρατείας φυλάττειν καὶ συντηρεῖν βέβαια καὶ ἀσάλευτα, τὰ δὲ μέλλοντα κατορθωθῆναι, συνεργεῖν καὶ συγκροτεῖν καὶ συνιστᾷν ἀδιάπτωτα καὶ ἀκράδαντα. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὸν τοῦ Κυρίου σταυρὸν συνεργὸν ἐπικαλεσάμενοι, τὸν προκείμενον ἀγῶνα τῆς νηστείας διανῦσαι καὶ πληρῶσαι σπουδάσωμεν, πάντα τὰ σαρκικὰ σταυροῦντες καὶ νεκροῦντες παθήματα καὶ κινήματα, καὶ τοῖς τοῦ Κυρίου προστάγμασι καὶ ἐντάλμασιν ἑπακολουθεῖν ἐπειγώμεθα μετὰ προθυμίας πολλῆς καὶ ζεούσης τῆς προαιρέσεως, ὡς καὶ ἡ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Μάρκου εὐαγγελικὴ παραίνεσις σήμερον ἡμῖν ὑποτίθησιν· ἔχει δὲ οὕτως· B Ipsa vivifica crux aquam nobis profundet et emittet ex petra, Christo vero Deo nostro, flammam tentationum exstinguet, super mel et oleum delectabit et exhilarabit animas nostras et corpora, sitim nostram restinguet, ut non amplius sitiamus. Qui enim ex ea *bibit, non sitiet in æternum* [1], sed *flumina fluent ex ventre ejus, aquæ vivæ* [2]; quemadmodum ipsa Veritas pronuntiavit, Christus Deus noster. Hanc divinam et vivificam crucem, charissimi, sancti ac divini Patres nostri et doctores, quod pro præsidio et custode haberent, scirentque murum et munimentum piorum esse minime dedecens : in media jejuniorum hebdomade proponendum, et a fidelibus adorandum, colendum et exosculandum decreverunt, ut spiritualia C virtutis opera jam peracta, ab adversariis incontinentiæ conservaremus et custodiremus tuta et inconcussa : ad ea vero, quæ peragentur deinceps, nos adjuvaremur et excitaremur, illaque firma et immobilia constitueremus. Quorcirca nos quoque, cruce Domini adjutrice invocata, propositum jejunii certamen absolvere atque perficere studeamus, omnibus carnis passionibus et motibus crucifigendis et mortificandis, Dominique præcepta ac mandata sequi enitamur magna cum alacritate et fervente voluntate : quemadmodum etiam divi Marci evangelica exhortatio nos hodie commonet, quæ ita habet :

Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἀνθέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ; Ὁ κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἤκουσε τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι· καὶ ὡς παντάχοῦ θερμότερος τῶν ἄλλων μαθητῶν, καὶ D *Dixit Dominus discipulis suis : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui autem perdiderit animam suam propter me et Evangelium, is salvam faciet eam. Quid enim proderit homini, si universum mundum lucretur, et animæ suæ jacturam faciat* [3]? Princeps apostolorum Petrus audivit Dominum dicentem, oportere Filium hominis multa pati a senioribus et principibus sacerdotum et scribis, et occidi, et tertia die resurgere ; et ut ubique ferventior cæteris discipulis, ita et hic talis apparet. Dixit igitur Christo : *Propitius esto tibi, Domine, non erit tibi hoc.* At Christus dixit ei :

[1] Joan. IV, 13. [2] Ibid. 14. [3] Marc. VIII, 34-36.

Digitized by Google

Vade post me, Satana : scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum [a]. Propterea accersit Petrum Christus, et omnibus audientibus ad ipsum orationem majori ex parte convertit : Tu quidem, o Petre, increpas et prohibes, et incusas me, quod crucem volo, et contumeliosam mortem deligo ; at ego dico tibi, neque te, neque quemquam alium salvatum iri, nisi moriatur pro honesto et veritate et justitia. Mors enim pro justitia obita socios nos et hæredes regni cœlorum efficit.

A ἐνταῦθα τοιοῦτος φαίνεται. Καὶ ἔλεγε τῷ Χριστῷ· *Ἵλεώς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Ὁ δὲ Χριστὸς εἶπεν αὐτῷ· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ. ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.* Διὰ ταῦτα προσκαλεῖται τὸν Πέτρον ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν ἐπηκόῳ πάντων πρὸς αὐτὸν τὸ πλέον ἀποτεινόμενος λέγει· Σὺ μὲν, ὦ Πέτρε, ἐπιτιμᾷς καὶ κωλύεις καὶ μέμφῃ μοι, ὅτι σταυρὸν θέλω, καὶ αἱροῦμαι τὸν ἐπονείδιστον θάνατον· ἐγὼ δὲ λέγω σοι ὅτι οὐδὲ σὺ, οὐδὲ ἄλλος τις σωθήσεται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς δικαιοσύνης. Ὁ γὰρ ὑπὲρ δικαιοσύνης θάνατος κοινωνοὺς ἡμᾶς καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀποδείκνυσιν.

Non autem dixit Christus : Sive velitis, sive nolitis hoc facere et pati, dico vobis, et cogo, ut me sequamini : sed, *Si quis vult*, et sponte venit, B ille etiam sequatur. Non enim tyrannidem exerceo, neque vim affero, sed quemlibet sui juris esse sino. Ad bona enim voco homines ut veniant, ad regnum cœlorum æternum, ad delicias perpetuas, ad quietem continentem. Si quis ergo vult, sive vir sive femina, sive pauper sive dives, sive magistratus sive subditus, hanc ingrediatur præclaram viam, et sequatur me. Si quis autem non vult, ne dignus quidem est, qui me sequatur. Liberum consilium relinquit iis qui volunt eum sequi. Nam qui cogit, avertit sæpe eos quos cogit ; qui vero auditores suo consilio permittit, magis eos attrahit. Idcirco, Si quis vult, inquit : magna enim sunt bona, quæ nobis offert Dominus, ac talia, ut volentes accurrere nos doceat, neque moram interponere. Neque C enim si quis aurum daret, et thesaurum opulentum proponeret, per vim accerseret. Quodsi ad illa transitoria et corruptibilia non per vim vocandi sumus, sed indignamur insuper si non vocemur : multo magis ad cœlestia bona immortalia et æterna contendere debemus, et sponte venire. Nisi enim nobis ipsa rei natura persuadeat ut accurramus ad vera et salutaria bona, ne accipere quidem digni sumus ; sin accipiamus cum necessitate et vi, non constanter ea custodiemus.

Οὐκ εἶπε δὲ ὁ Χριστὸς ὅτι, Κἂν βούλησθε, κἂν μὴ βούλησθε ποιῆσαι τοῦτο καὶ παθεῖν, λέγω ὑμῖν, καὶ ἀναγκάζω ἀκολουθῆσαί μοι, ἀλλ', *Εἴ τις θέλει* καὶ μετὰ προαιρέσεως ἔρχεται, ἐκεῖνος καὶ ἀκολουθείτω. Οὐ γὰρ τυραννῶ, φησὶν, οὐδὲ βιάζομαι, ἀλλ' ἕκαστον κύριον ἀφίημι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως. Ἐπὶ ἀγαθὰ γὰρ καλῶ τοὺς ἀνθρώπους ἐλθεῖν, ἐπὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἀτελεύτητον, ἐπὶ τρυφὴν ἀκατάλυτον, ἐπὶ ἀνάπαυσιν διηνεκῆ. Εἴ τις οὖν θέλει, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ, εἴτε πένης εἴτε πλούσιος, εἴτε ἄρχων εἴτε ἀρχόμενος, ταύτην ἐρχέσθω τὴν καλὴν ὁδὸν καὶ ἀκολουθείτω μοι. Εἴ τις δὲ οὐ θέλει, οὐδὲ ἄξιός ἐστιν ἀκολουθῆσαί μοι. Ἀκατανάγκαστον ποιεῖ τὸν λόγον ὁ Κύριος τοῖς βουλομένοις ἀκολουθεῖν αὐτῷ. Ἐπεὶ ὁ μὲν βιαζόμενος ἀποτρέπει πολλάκις, οὓς ἂν βιάζηται· ὁ δὲ ἀφεὶς τοὺς ἀκούοντας εἰς τὴν τούτων προαίρεσιν, μᾶλλον ἐφέλκεται τούτους. Διὰ τοῦτο, Εἴ τις θέλει, φησί. Μεγάλα γάρ εἰσιν ἀγαθὰ, ἃ παρέχει ἡμῖν ὁ Δεσπότης, καὶ τοιαῦτα ὥστε καὶ ἐπιτρέχειν ἑκόντας ἡμᾶς, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι. Οὐδὲ γὰρ, εἴ τις χρυσίον ἐδίδου, καὶ θησαυρὸν προετίθει πολύολβον, μετὰ βίας ἑκάλεσεν ἄν. Εἰ δὲ πρὸς ἐκεῖνα τὰ παρερχόμενα καὶ φθειρόμενα, οὐ μετὰ βίας, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνομεν μὴ καλούμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ τὰ ἀκήρατα καὶ αἰώνια σπουδάζειν ὀφείλομεν, καὶ μετὰ προαιρέσεως ἔρχεσθαι. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὴ ἡ τοῦ πράγματος φύσις πείθει ἡμᾶς προσδραμεῖν εἰς τὰ ὄντως ἀγαθὰ καὶ σωτήρια, οὐδὲ λαβεῖν ἐσμεν ἄξιοι· ἂν δὲ λάβωμεν μετ' ἀνάγκης καὶ βίας, οὐ βεβαίως ταῦτα φυλάξομεν.

Hac de causa non cogit Christus, sed si quis D vult sequi, eum vocat, eumque admittit. *Si volueritis*, inquit, *et audieritis me*. Prius est *velle*, et tum demum *audire*. Sin noluerimus, neque audire poterimus. Omnes enim virtutis et vitii functiones in voluntate nostra sitæ sunt. Sequi igitur est credere in illum ipsum vocantem nos, Dominum Jesum Christum. Illud porro, *post me*, indicat mandatorum ejus exsecutionem et observationem. Hoc enim est Christum revera sequi, non modo credere in eum, sed etiam pro ipso pati, et cæteris virtutibus operam navare. Suam deinde vitam Salvator noster statuit exemplar et formam optimæ vitæ, iis qui volunt ei obtemperare. Eam ob rem

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγκάζει ὁ Χριστὸς, ἀλλ' εἴ τις βούλεται ἀκολουθεῖν, τοῦτον καλεῖ, καὶ τοῦτον προσδέχεται. *Ἐὰν θέλητε*, φησὶ, *καὶ ἀκούσητέ μου.* Πρότερόν ἐστι *θελῆσαι*, καὶ τότε *εἰσακοῦσαι.* Εἰ δὲ οὐ θελήσομεν, οὐδὲ εἰσακοῦσαι δυνάμεθα. Πάντα γὰρ τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἐν τῇ προαιρέσει ἡμῶν κεῖται. Τὸ μὲν οὖν ἀκολουθεῖν ἐστι τὸ πιστεύειν εἰς αὐτὸν τὸν καλοῦντα ἡμᾶς Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Τὸ δὲ, *ὀπίσω μου*, δηλοῖ τὴν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ἐργασίαν καὶ τήρησιν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄντως ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, τὸ μὴ μόνον πιστεύειν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. Τὸν οἰκεῖον δὲ βίον ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἔθηκεν ὑπογραμμὸν καὶ τύπον

[a] Matth. xvi, 22, 23.

Digitized by Google

πολιτείας ἀρίστης τοῖς θέλουσιν αὐτῷ πείθεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· *Ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, ἐμοὶ ἀκολουθείτω.* Ἀκολούθησιν λέγω τὴν ἀκριβῆ τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας αὐτοῦ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν μίμησιν. *Ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.* Τρία εἰσὶ τὰ λεγόμενα, τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, τὸ ἆραι τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀκολουθῆσαι.

A etiam dixit : *Si quis mihi ministrat, me sequatur*[8]. Sequelam voco quam fieri potest accuratissimam vitæ ejus imitationem. *Abneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequatur me.* Tria dicit, abnegare seipsum, tollere crucem suam, et sequi.

Τὸ ἑαυτὸν ἀπαρνήσασθαί ἐστι τὸ ἀνηλεῶς τοῖς κινδύνοις ἑαυτὸν ἐκδοῦναι, καὶ μηδὲν ἔχειν κοινὸν πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλ' ὥσπερ ἄλλου πάσχοντος, οὕτω διακεῖσθαι. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀρνήσεται ἕτερον, κἂν μαστιζόμενον ἴδῃ τοῦτον, κἂν στρεβλούμενον, κἂν πρὸς θάνατον ἀπαγόμενον, οὐ βοηθεῖ αὐτῷ, οὐδὲ παρίσταται, οὐδὲ πάσχει τι πρὸς αὐτόν· οὕτω θέλει καὶ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, κἂν μαστιζώμεθα, κἂν καιώμεθα, κἂν ἀποθνήσκωμεν, μὴ φείδεσθαι, μηδὲ ἐλεεῖν ἑαυτούς· ἀλλ' ὥσπερ μὴ ἔχειν τι κοινὸν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα, οὕτω διακεῖσθαι καὶ ἐκδιδόναι αὐτὸν τοῖς κινδύνοις καὶ ταῖς ἄλλαις τιμωρίαις ὑπὲρ τῆς ὁμολογίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἀληθείας. Ἄρνησίς ἐστιν ἑαυτοῦ ἡ παντελὴς τῶν παρελθόντων λήθη, ἡ ἀναχώρησις τῶν οἰκείων θελημάτων, ἡ νέκρωσις τῶν μελῶν ἡμῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικῶς, καὶ τὸ ἑτοίμως διακεῖσθαι πρὸς πάντα κίνδυνον καὶ θάνατον τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ. Ἀρνεῖταί τις ἑαυτὸν, ὅταν τὸν ἴδιον βίον, πρότερον κατὰ κακίαν γεγενημένον, τῇ ἀξιολόγῳ μετανοίᾳ καὶ μεταβολῇ ἐπιστρέψῃ καὶ διορθώσηται. Οἷον ὁ πάλαι ἀκόλαστος ἀρνεῖται ἑαυτὸν ἀκόλαστον, σωφρονήσας· καὶ ὁ πάλαι ἄδικος ἀρνεῖται ἑαυτὸν ἄδικον, δικαιοπραγήσας· καὶ ἁπλῶς πάσης ἁμαρτίας ἀποχὴ ἄρνησίς ἐστιν ἑαυτοῦ, ὀπίσω φέρουσα τοῦ Χριστοῦ.

B Seipsum abnegare est citra miserationem periculis se objicere, nihilque secum habere commune, sed perinde affici, ac si alius quispiam pateretur. Ut enim si quis neget alterum, sive eum flagris cædi videat, sive torqueri, sive ad mortem abduci, non auxiliatur ei, non opitulatur, non miseratione erga illum movetur : ita vult nos quoque Deus, sive flagris cædamur, sive uramur, sive moriamur, non parcere nobis, neque misereri, sed perinde affectos esse, ac si anima nil cum corpore commune haberet ; exponere se periculis cæterisque pœnis pro confessione Christi, et justitiæ ac veritatis. Negatio sui est perfecta præteritorum oblivio, propriarum voluntatum remotio, mortificatio membrorum nostrorum, quæ sunt super terram, cupidum et promptum esse ad omne discrimen, adeoque mortem pro Christo. Negat seipsum, quando vitam suam perperam et vitiose anteactam condigna pœnitentia et mutatione corrigit atque emendat. Ut qui olim intemperantia deditus erat, negat seipsum intemperantem, si temperantiam amplectatur : et qui injustus erat olim, negat seipsum injustum, si studeat C justitiæ. Et in summa, cujuslibet peccati fuga negatio sui est, ducens post Christum.

Καὶ ἵνα μὴ νομίσωμεν ὅτι μέχρις ὕβρεως καὶ πληγῶν καὶ ὀνειδισμῶν ἀπαρνεῖσθαι προστάσσει ὁ Κύριος, προσέθηκε· *Καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ*· δηλῶν μέχρι πόσου ἀπαρνεῖσθαι ὀφείλομεν, ὅτι μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου ἐπονειδίστου· καὶ οὐ μόνον τρυφῆς καὶ δόξης καταφρονεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ μέχρις αἵματος ἀντικαθίστασθαι, καὶ πάντα φέρειν γενναίως, καὶ ἐν τούτῳ μᾶλλον ἀγάλλεσθαι. Τὸ ἆραι δὲ τὸν σταυρόν ἐστι τὸ ἀπροσπαθῶς ἔχειν πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν, καὶ πρὸς τὸ ἀπόκριμα θανάτου ὁμοίως διακεῖσθαι, ὥστε μὴ ἑαυτὸν πεπονθέναι, ἀλλὰ νεκρὸν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντα δὲ τῷ Χριστῷ. Τοῦτο δὲ γίνεται ἐκ τῆς τῶν ἔξωθεν ἀλλοτριώσεως, οἷον κτημάτων, πλούτου, δόξης ματαίας, καὶ πάσης τῶν ἀνωφελῶν προσπαθείας. Καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐποίησαν, καὶ ἐδίδαξαν, ὑποδείξαντες ἡμῖν τὸν δρόμον τῆς σωτηρίας. Ἀφέντες γὰρ πάντα ἠκολούθησαν τῷ Χριστῷ· οὐ μόνον δὲ οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ οἱ μάρτυρες, καὶ οἱ ὅσιοι, καὶ οἱ δίκαιοι. Ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν χορεῖαι εἰς μυρίους κινδύνους ἐξέδωκαν ἑαυτούς· ἀλλὰ καὶ ἐσταυρώθησαν ὑπὲρ Χριστοῦ. Ἕτερος δὲ θάνατος οὐκ ἦν ἄδοξος καὶ ἄτιμος οὕτως καὶ ἐπονείδιστος, ὡς ὁ διὰ σταυροῦ. Ἐπονείδιστος γὰρ ἐδόκει ὁ σταυρὸς τότε καὶ ἄτιμος.

Ac ne existimaremus usque ad contumelias, et plagas, et opprobria negare nos a Domino juberi, addidit : *Et tollat crucem suam*, ut indicaret quatenus oporteret abnegare nosmetipsos, nimirum usque ad mortem, et mortem contumeliosam, neque tantum voluptatem et gloriam contemnere propter Christum, sed etiam usque ad sanguinem resistere, omniaque ferre generose, et in hoc potius exsultare. Tollere vero crucem est non affici ad præsentem vitam, et ad condemnationem mortis similiter animatum esse, ut non ipse patiatur, sed D mortuus sit peccato, et vivat Christo. Hoc porro fit externorum bonorum alienatione et abdicatione, ut possessionum, divitiarum, gloriæ vanæ, et omni inutilium rerum affectu. Quemadmodum etiam sanctissimi apostoli fecerunt et docuerunt, monstrato nobis cursu salutis. Relictis enim omnibus secuti sunt Christum. Neque vero tantum apostoli, sed etiam martyres, et sancti, et justi. Virorum et feminarum cœtus infinitis periculis se objecerunt ; quin etiam crucifixi sunt pro Christo. Alia enim mors non erat ita ignominiosa et contumeliosa ut mors crucis. Contumeliosa enim videbatur tum crux et ignominiosa.

[8] Joan. XII, 26.

Digitized by Google

Nec vero dixit Dominus : Tollat crucem, absolute, sed *crucem suam*, ait ; hoc est, debitam mortem, quam oportet quotidie oppetere unumquemque, ex sententia Apostoli dicentis : *Quotidie morior* [6]. Portare enim crucem nos vult Dominus, ut, continenter vigilare animo, et virtutibus in alto stare, ne de cruce descendamus : hoc est, continere pravas affectiones, donec abstrahamus animum nostrum a peccato et affectione. et resurgamus deinceps invicti. Crux enim omnis peccati abolitio est. Crucifigamus ergo nosmetipsos, fratres mei, secularibus negotiis, ne ea attinganus, neque eis affixi adhæreamus. Nam etsi non imminet crux, aut contumeliosa mors, affectionum tamen mortificatio imminet, et bellum adversus invisibilem inimicum et hostem, quem et vincere oportet omnes, qui in Christum credunt, ut possit unusquisque dicere : *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [7]. Quod ait : *Mihi mundus crucifixus est*, indicat libertatem a peccatis actionis ; illud vero : *et ego mundo*, significat vacuitatem affectionum animi. Mundum enim mundanas concupiscentias vocat : et qui vivit spiritualiter crucifigit eas, et mortificat, et inefficaces reddit, ut non possint ipsum vincere ac superare, et ad actionis peccatum adigere, sed et ipse mortificatus est concupiscentiis, id est, non movetur ab eis.

Quia vero fieri potest, ut quis patiatur, nec tamen sequatur Christum, ut cum quis patitur, sed non propter Christum : etenim sæpe etiam malefici multa aspera perpetiuntur, sepulcrorum effossores, præstigiatores, homicidæ, fures, prædones, latrones : ne quis existimet sufficere sola tormenta ad salutem, addit Christus : *Sequatur me*, ut indicet oportere sua causa sustinere acerba quævis, neque tantum in malis perferendis fortitudinem et tolerantiam adhibere, sed etiam temperantiam, æquitatem, et omnia cætera mandata exsequi. Significatur enim illis verbis : *Sequatur me*, in omnem virtutem incumbendum esse. Seipsum deinde abnegat quis, qui facultatibus, quibus pollebat et quorum dominus erat, dispersis, et nuntio omnibus carnis cogitationibus remisso, crucem deinde tollit, totus ad cœlestia bona conversus, prorsusque terrestribus se abdicat, et sequitur Christum, qui amore boni honestique hæc facit, non gloriæ alterius ve talis commodi gratia. Is enim vere sequitur Christum, cum ejus vivendi rationem persequitur. Iter enim rectum, quo Christi vestigiis insistimus, et ejus imitatio, coronam quoque conciliat, sequentibus promissam : at vero obliquum illud, et in dexteram et sinistram declinans, etsi ducere per Christi vestigia videtur, re tamen vera fallit, omnemque operam perdit.

Qui enim voluerit animam suam salvam facere,

Οὐκ εἶπε δὲ ὁ Κύριος, ἆραι τὸν σταυρὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ *τὸν σταυρὸν αὐτοῦ* λέγει, τουτέστι τὸν ὀφειλόμενον θάνατον, ὃν ἔχει χρέως καθ' ἑκάστην πληροῦν ἕκαστος, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον λέγοντα· *Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω*· βαστάζειν γὰρ σταυρὸν ἡμᾶς βούλεται ὁ Κύριος· οἷον διηνεκῶς ἐγρηγορέναι τὸν νοῦν, καὶ ἐν ταῖς ἀρεταῖς ἐφ' ὕψους ἑστάσθαι τοῦ μὴ κατελθεῖν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, τουτέστιν ἐγκρατεύεσθαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν παθῶν, ἕως οὗ ἐκκόψωμεν τὸν νοῦν ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς ἐμπαθείας, καὶ ἀναστῶμεν λοιπὸν ἀήττητοι. Ὁ γὰρ σταυρὸς πάσης ἁμαρτίας κατάργησίς ἐστι. Σταυρώσωμεν οὖν ἑαυτοὺς, ἀδελφοί μου, ἐκ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων, τοῦ μὴ ἅπτεσθαι καὶ προσηλοῦσθαι αὐτοῖς· ὅτι καὶ εἰ μὴ πρόκειται σταυρὸς ἤτοι ἐπονείδιστος θάνατος, ἀλλὰ παθῶν νέκρωσις πρόκειται, καὶ ὁ πρὸς τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν καὶ πολέμιον συγκροτούμενος πόλεμος, ὃν καὶ νικῆσαι δεῖ πάντας τοὺς εἰς Χριστὸν πιστεύοντας, ὥστε δύνασθαι λέγειν ἕκαστον· *Ἐμοὶ ὁ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ*· ἐμφαίνει δὲ τὸ μὲν, *Ἐμοὶ ὁ κόσμος ἐσταύρωται*, τὴν ἐλευθερίαν τῆς κατὰ πρᾶξιν ἁμαρτίας· τὸ δὲ, *κἀγὼ τῷ κόσμῳ*, δηλοῖ τὴν κατὰ διάνοιαν ἀπάθειαν. Κόσμον γὰρ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας λέγει· καὶ ὁ ζῶν πνευματικῶς σταυροῖ ταύτας καὶ νεκροῖ, καὶ ἀργὰς ἀποδείκνυσι, μὴ δυναμένας ἡττῆσαι καὶ νικῆσαι αὐτὸν, καὶ τῇ κατὰ πρᾶξιν ὑποβαλεῖν ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὑταῖς νενέκρωται ταῖς ἐπιθυμίαις, τουτέστιν, οὐ κεκίνηται πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτῶν.

Ἐπεὶ δὲ ἔστι πάσχοντα μὴ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, ὡς ὅταν πάσχων τὰ μὴ δι' αὐτὸν πάσχει· καὶ γὰρ καὶ κακοῦργοι πολλάκις πολλὰ δεινὰ πάσχουσι, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ γόητες, καὶ φονεῖς, καὶ κλέπται, καὶ λῃσταί· ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι ἀρκεῖ μόνον τὰ δεινὰ πρὸς σωτηρίαν, καὶ τὸ, *Ἀκολουθείτω μοι*, προστίθησιν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι δι' αὐτὸν δεῖ ὑπομένειν τὰ δεινὰ ἅπαντα, καὶ ὅτι οὐ μόνον χρὴ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν ἐπιδείκνυσθαι, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνην, καὶ ἐπιείκειαν, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐντολὴν μετέρχεσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *Ἀκολουθείτω μοι*, τὸ ἐπιμελεῖσθαι πάσης ἀρετῆς. Ἀπαρνεῖταί τις ἑαυτὸν, ὁ τὰ παρόντα σκορπίσας πάντα ὅσα ἐκέκτητο, καὶ ὧν κύριος καὶ δεσπότης ἦν, καὶ τοῖς σαρκικοῖς πᾶσι φρονήμασιν ἀποταξάμενος, εἶτα τὸν σταυρὸν αἴρει, ὅλος τῶν ἐκεῖθεν γενόμενος, καὶ πρὸς ταῦτα δὲ μὴ ἐπιστρεφόμενος ὁπωσοῦν· καὶ ἀκολουθεῖ τῷ Χριστῷ ὁ διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ταῦτα ποιῶν, καὶ μὴ διὰ δόξαν τυχὸν καὶ ἄλλην τινὰ ἀνθρωπίνην πρόφασιν. Οὗτος γὰρ ὄντως ἀκολουθεῖ τῷ Χριστῷ, τὴν αὐτὴν αὐτῷ πολιτείαν καὶ αὐτὸς διαπορευόμενος. Ἡ γὰρ κατ' ἴχνος πορεία καὶ ἀκολούθησις τοῦ Χριστοῦ καὶ ὧν ἐπὶ τῇ ἀκολουθήσει στέφανον προξενεῖ· παραλλάττουσα δὲ, καὶ εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ παρεκκλίνουσα, εἰκαὶ κατακολουθεῖν δοκεῖ, ἀλλ' οὖν ἀληθῶς ματαιοπονεῖ.

Ὃς γὰρ ἐὰν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι,

[6] I Cor. xv, 31. [7] Galat. vi, 14.

Digitized by Google

ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν. Γλυκύς ἐστιν ὁ παρὼν βίος, οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς προσηλουμένοις αὐτῷ, καὶ δεσμός ἐστιν ἡ πρὸς τὰ παρόντα συνήθεια. Ἐνάγων τοίνυν ἡμᾶς πρὸς ἐλευθερίαν ὁ Κύριος, ἔλεγε ταῦτα, προδηλῶν τοὺς διωγμούς, οὓς ἔμελλον οἱ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότες κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ὑφίστασθαι. Εἴ τις οὖν, φησὶ, τότε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς φείσεται· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ *σῶσαι*· ἀπολέσει αὐτὴν ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι, ἀντὶ τοῦ, τιμωρίᾳ αὐτὴν παραπέμψει διηνεκεῖ. Ἀπώλεια γὰρ ψυχῆς οὐχ ἡ εἰς τὸ μὴ ὂν διάλυσίς ἐστιν, ἀλλ' ἡ διηνεκὴς τιμωρία καὶ ἀκατάπαυστος· καὶ ὁ φειδόμενος τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπόλλυσιν αὐτήν· ὁ δὲ μὴ φειδόμενος σώζει· καὶ τοῦτο σοφός τις εἶπεν· *Ἐὰν παιδεύσῃς υἱόν σου ἐν ῥάβδῳ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου ῥύσῃ*· καὶ πάλιν· *Ὁ περιψύχων τὸν υἱὸν αὐτοῦ*, τουτέστιν ἐλεῶν, *καταδήσει τὰ τραύματα αὐτοῦ*. Τοῦτο καὶ ἐπὶ στρατοπέδῳ γίνεται. Ἐὰν γὰρ ὁ στρατηγὸς φειδόμενος τῶν στρατιωτῶν ἔνδον κελεύει μένειν διὰ παντὸς, καὶ τοὺς ἐκτὸς σὺν αὐτοῖς προσαπόλλυσιν.

perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me et Evangelium, is salvum faciet eam. Dulcis est præsens vita, non omnibus hominibus, sed iis qui ei affixi sunt, et vinculum est præsentium usus et consuetudo. Ut ergo nos induceret ad libertatem Dominus, illa dixit, prænuntians persecutiones, quas ii qui in ipsum credidissent, per omnes civitates et regiones subituri erant. Si quis ergo tum, inquit, animæ suæ pepercerit (hoc enim significat illud: *salvam facere*), perdet eam in sæculo futuro, hoc est, in perpetuas eam pœnas præcipitabit. Perditio enim animæ est, non dissolutio in nihilum, sed perpetuum supplicium, et nunquam finiendum. Et qui parcit animæ suæ hoc modo, perdit eam; qui vero non parcit, salvam facit. Atque hoc sapiens quidam dixit: *Si corripueris filium tuum in virga, non morietur, sed animam ejus a morte liberabis*[8]; et rursus: *Qui blanditur filio suo*, id est, misereatur, *obligabit vulnera ejus*[9]. Hoc et in exercitu contingit. Si namque dux parcat militibus, eosque continenter manere intra castra jubeat, eos quoque qui extra sunt, una cum illis perdit.

Ἵνα οὖν μὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν τοῦτο γένηται, πρὸς τὴν διηνεκῆ θάνατον διδάσκει ὁ Κύριος ἑτοίμους εἶναι ἡμᾶς. Ὁ γὰρ τῇ σχέσει καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς προσκαίρου ζωῆς τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κινδύνων καὶ τοῦ θανάτου τὴν ἰδίαν ἀπάγων ψυχὴν, καὶ σώζειν αὐτὴν διὰ φιλοζωΐαν βουλόμενος, καὶ κατὰ κόσμον ζῆν προαιρούμενος, ἀναμφιβόλως ταύτην ἀπόλλυσιν ἀπώλειαν ἐκείνην, ἥτις τὸ ἄσβεστον πῦρ, καὶ τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, καὶ τὸ σκότος προξενεῖ τὸ ἐξώτερον. Σωτηρίαν γὰρ ὠνόμασε τὴν φιλοζωΐαν ὁ Κύριος, καὶ τὴν ἐκ τῶν κινδύνων φυγήν. Ὁ δὲ τοῖς κινδύνοις καὶ τῷ θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἐκδοὺς ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπωλέσας αὐτὴν, τὴν καλὴν ὄντως ἀπώλειαν, ἐκεῖνος ἀληθῶς σώσει αὐτὴν, χειραγωγήσας ἐπὶ τὴν ζωὴν τὴν ἀμείνονα. Ἀπώλειαν γὰρ ψυχῆς τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν λέγει ταύτης ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Καὶ ὁ διὰ ταῦτα τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν καταφρονήσας, οὗτος οὐκ ἀπόλλυσι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον σώζει αὐτήν· ὁ δὲ ἀθετήσας τὰς ὑπὲρ Χριστοῦ ὁμολογίας καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ σώζειν τὴν ψυχὴν ἐκτὸς τῶν κινδύνων καὶ τοῦ θανάτου βουλόμενος, ἀπώλειαν αὐτῇ προξενεῖ τὴν ἀΐδιον.

Ne ergo et nobis hoc eveniat, ad continuam mortem docet nos Dominus esse paratos. Qui enim affectu et amore temporalis vitæ, animam suam a periculis Christi causa perferendis, et a morte subducit, ac servare eam contendit, mundanamque vitam instituit, eam haud dubie perdit illa perditione, quæ inexstinguibilem ignem, et vermem non dormientem, et tenebras exteriores conciliat. Salutem enim nominavit Dominus amorem vitæ, et periculorum effugium. Qui autem periculis et morti animam exponit pro Christo, et veritate, et justitia, et hoc modo eam perdit, præclara profecto perditione, ille vere salvam facit eam, ducitque ad vitam meliorem. Perditionem enim animæ, vocat separationem ejus a corpore propter Christum et mandata ejus; et qui propter hæc mortis vincula contempserit, is non perdit animam suam, sed potius salvam facit. At qui violarit confessionem Christi et mandata ejus, et servare vult animam citra pericula et mortem, perditionem ei conciliat sempiternam.

Ἐπεὶ δὲ διαφόρως καὶ πολυτρόπως πολλοὶ πολλάκις τὰς ψυχὰς ἀπολλύουσιν, ἢ ληστεύοντες, ἢ φονεύοντες, ἢ κλέπτοντες, ἢ τυμβωρυχοῦντες, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀθεμίτων ἐργαζόμενοι, προστίθησιν ὁ Κύριος τὸ, *ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου*. Ὁ γὰρ μὴ διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἀπολλὺς τὴν ἰδίαν ψυχὴν, οὐ σώζει αὐτήν. Μακάριος οὖν ὄντως, ὃς ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἑαυτοῦ ἀπολέσει ψυχήν. Ἐκεῖνος γὰρ ἀληθῶς σώσει αὐτήν. Μακάριος ὁ τοῖς οὖσιν ἅπασιν ἐπαινετῶς ἀποθανών,

Quoniam vero diversis multisque modis multi sæpenumero animas perdunt, sive latrociniis, sive homicidiis, sive furtis, sive sepulcrorum effossione, sive aliis nefariis facinoribus; addit Dominus: *propter me et Evangelium*. Qui enim non propter Christum et Evangelium perdit animam, non salvam facit eam. Beatus igitur revera, qui propter Christum et Evangelium perdiderit animam suam. Ille namque vere eam salvam facit. Beatus qui rebus omnibus laudabiliter mortuus fuerit; sensibilibus,

[8] Prov. XXIII, 24. [9] Eccli. XXX, 9.

Digitized by Google

deponendo sensum, usum et fructum; intelligibiblius, intelligentiæ motione reprimenda. Hominis enim mors laudabilis est interior ab omnibus rebus abalienatio, qua transacta, divinam gratiæ vitam mens suscipere solet, pro omnibus rebus auctorem rerum, Dominum et Deum. *Quid* enim *proderit homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ jacturam faciat? aut quid commutationis dabit homo pro anima sua?* Nam inhonesta animæ salus perditione deterior est.

Cum ergo quispiam, ad præsentis vitæ delicias et voluptates intentus, recusat pati pro Christo, et veritate, et justitia, splendideque vivere studet in hoc mundo, etsi opes habeat, etsi gloriam, etsi copiam pecuniarum, etsi aliquid aliud ejusmodi: quid inde utilitatis ad eum redit anima perdita? Præterit enim figura mundi hujus, et umbrarum instar inclinantur deliciæ, et divitum opes avolant. Non enim proderunt thesauri iniquis; justitia autem liberat a morte. Unde iis qui recte vivere instituunt, superfluæ sunt illecebræ carnis, et sapere ea quæ in mundo sunt, perditionem conciliat. Sapientia enim carnis inimica est Deo; et qui sapit ea quæ mundi sunt, inimicus Dei constituitur. Superfluum ergo est sapere quæ in mundo sunt. Ideo dicit: *Quid enim proderit homini, si mundum universum lucretur, et animæ suæ jacturam faciat?* Ne enim mihi dicas, o homo, te salvam fecisse animam tot tantisque evitatis periculis. Si namque una cum anima sua orbem quoque terrarum quis lucretur universum, quid emolumenti inde capiet anima perdita, cum qua ne universus quidem mundus comparandus est? Ut enim servis in deliciis luxuque viventibus, si dominus in extremis interea versetur malis, nihil lucri ex eo percipit, quod dominus sit: ita etiam, si venter delicate vivat et opipare, sed anima futuram exspectet perditionem, nulla ei utilitas et salus inde exsistet. Neque enim pecunia licet commutare salutem. Si enim id liceret, qui lucratus erat mundum, at animam perdiderat, dedisset pecunias tum, cum flammis cruciaretur, et liberatus fuisset. Sed non licebit tum talem commutationem dare pro anima, sed æterna erit pœna et perpetua. Neque enim etsi quis rex orbis terrarum sit, omniumque ejus pecuniarum dominus, poterit unam redimere animam, licet omnes orbis pecunias pretii loco afferat; neque omnis mundi luxus, et splendor exiguum aliquod solatium animæ poterit adhibere, cum æternum torquebitur.

Nunc vero dat homo pœnitentiam, confessionem, lacrymas, gemitus, eleemosynam, et omne reliquum salutis pretium. Dolosus vero hostis noster diabolus semper decipit nos vitæ voluptatibus, tempusque paulatim procrastinando suffuratur.

τοῖς μὲν αἰσθητοῖς τῇ ἀποθέσει τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας, τοῖς δὲ νοητοῖς τῇ ἀποπαύσει τῆς μετὰ νόησιν κινήσεως. Ἀνθρώπου γὰρ θάνατος ἐπαινούμενος, ἡ πρὸς πάντα τὰ ὄντα γνωμικὴ ἀπογένεσις, μεθ' ἣν τὴν θείαν ἐν χάριτι ζωὴν ὑποδέχεσθαι πέφυκεν ἀντὶ πάντων τῶν ὄντων τὸν αἴτιον τῶν ὄντων ἐννοήτως ἀπολαβὼν Κύριον καὶ Θεόν. *Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;* Ἡ παρὰ τὸ δέον τῆς ψυχῆς σωτηρία, ἀπωλείας χείρων ἐστίν.

Ὅταν ἄρα τις, εἰς τὰ τοῦ παρόντος βίου ἡδέα καὶ τερπνὰ ἀποβλέπων, παραιτήσηται μὲν τὸ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς δικαιοσύνης, ἀγαπήσῃ δὲ τὸ διαβιῶναι λαμπρῶς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, κἂν πλοῦτον ἔχει, κἂν δόξαν, κἂν περιουσίαν χρημάτων, κἂν ἄλλο τι τοιοῦτον· τί τὸ ὄφελος ἐντεῦθεν αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἀπολέσαντι; Παράγεται γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἴσῳ σκιαῖς τὰ τερπνὰ μετακλίνεται· καὶ τῶν ἐχόντων ὁ πλοῦτος ἁφίπταται. Οὐ γὰρ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους· δικαιοσύνη δὲ ῥύεται ἐκ θανάτου. Ὅθεν τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ὀρθῶς περιττὰ τῆς σαρκός, καὶ τὸ φρονεῖν τὰ ἐν κόσμῳ ἀπωλείας πρόξενον γίνεται· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἐχθρὰ εἰς Θεὸν, καὶ ὁ φρονῶν τὰ τοῦ κόσμου ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. Περιττότης οὖν ἀληθῶς τὰ ἐν κόσμῳ φρονεῖν. Διὰ τοῦτο λέγει· *Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;* Μὴ γὰρ λέγε, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι τὴν ψυχὴν ἔσωσας, τοσούτους κινδύνους διαφυγών· εἰ γὰρ μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τὴν οἰκουμένην κερδήσει τις ἅπασαν, τί τὸ πλέον αὐτῷ ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἀπολλυμένης, ἧς οὐδ' ὁ κόσμος ἅπας ἐστὶν ἰσοστάσιος; Ὥσπερ γὰρ εἰ τῶν οἰκετῶν τρυφώντων καὶ σπαταλώντων, ὁ δεσπότης ἐν κακοῖς τοῖς ἐσχάτοις εὑρίσκεται, καὶ οὐδὲν ὅλως κερδαίνει ἐκ τοῦ δεσπότην εἶναι· οὕτως εἰ καὶ τῆς γαστρὸς τρυφώσης καὶ σπαταλώσης, ἡ ψυχὴ τὴν μέλλουσαν ἀναμένει ἀπώλειαν, οὐδεμία ταύτῃ ὠφέλεια καὶ σωτηρία γενήσεται· μὴ γὰρ χρημάτων ἐστὶν ἀνταλλάξασθαι τὴν σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ἦν τοῦτο, ὁ κερδήσας τὸν κόσμον, τὴν δὲ ψυχὴν ἀπολέσας, ἔδωκεν ἂν χρήματα ἐν τῇ φλογὶ τηγανιζόμενος, καὶ ἠθωώθη, καὶ ἐλευθερώθη. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τότε τοιοῦτον ἀντάλλαγμα δοῦναι τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ αἰωνία ἐστὶν ἡ κόλασις καὶ ἀτελεύτητος. Οὐδὲ γὰρ ἐὰν βασιλεὺς τῆς οἰκουμένης ὑπάρχῃ τις, καὶ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς χρημάτων κυριεύῃ καὶ δεσπόζῃ, δυνήσεται τὴν ἑαυτοῦ ἀγοράσαι ψυχὴν, κἂν πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης δῷ. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ ἐν τῷ κόσμῳ πᾶσα τρυφὴ καὶ λαμπροφορία μικράν τινα παραψυχὴν καὶ παραμυθίαν δυνήσεται ἀπεργάσασθαι, ὅταν αἰωνίως κολάζηται.

Νῦν δὲ δίδωσιν ὁ ἄνθρωπος μετάνοιαν, ἐξαγόρευσιν, δάκρυα, στεναγμοὺς, ἐλεημοσύνην, καὶ πᾶσαν ἄλλην τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Ὁ δὲ δόλιος ἐχθρὸς ἡμῶν καὶ διάβολος ἀεί ποτε ἐξαπατᾷ ἡμᾶς ταῖς τοῦ βίου ἡδοναῖς, καὶ ὑποκλέπτει ταῖς κατὰ

Digitized by Google

μικρὸν ὑποθέσεσιν, Ἐμοὶ, λέγων, δὸς τὴν σήμερον, Θεῷ δὲ τὴν αὔριον· ἐμοὶ τὸ παρὸν δὸς, Θεῷ δὲ τὸ μέλλον· ἵνα οὕτω βραδυνόντων ἡμῶν πρὸς μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν, ἐπελθὼν ἁφαρπάσῃ ὁ θάνατος, μὴ ὄντως λυτρουμένου, μηδὲ σώζοντος. Ἄνθρωπος μὲν οὖν οὐκ ἔχει τι δοῦναι ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἕνεκεν δέδωκεν ἀντάλλαγμα τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Διὸ παρακαλῶ, τὰ λοιπὰ πάντα ἀφέντες, εἰς τὴν ψυχὴν ἅπασαν τὴν σπουδὴν ἀναλίσκωμεν. Τῶν γὰρ ἐν ἡμῖν πάντων κυριώτερον ἡ ψυχή ἐστιν. Ὃς γὰρ ἐὰν ἀπαισχυνθῇ με, φησὶ, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ· καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Οὐ μόνον κατὰ διάνοιαν πιστεύειν ὀφείλομεν, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ στόματος ἀπαιτούμεθα ὁμολογίαν· ἐπειδὴ γὰρ διπλοῦς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, διπλοῦς ἐστι καὶ ὁ ἁγιασμός. Ἁγιάζεται γὰρ ἡ ψυχὴ διὰ τῆς ὁμολογίας· καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Καρδίᾳ μὲν γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.* Ὁ δὲ ἐπαισχυνόμενος καὶ ἐντρεπόμενος τῷ ἐσταυρωμένῳ πιστεῦσαι Χριστῷ, καὶ ὁμολογῆσαι Θεὸν ἑαυτοῦ· ἐπαισχυνόμενος δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους τοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ, τοῦτον καὶ ὁ Κύριος ἐπαισχυνθήσεται, ἀνάξιον ἑαυτοῦ κρίνων ἑαυτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, ἐν δυνάμει καὶ δόξῃ πολλῇ μετὰ τῆς δορυφορίας τῶν ἀγγέλων.

A Mihi, inquit, diem da hodiernum, Deo crastinum; mihi tempus præsens, Deo, futurum; ut ita tardantes ad pœnitentiam, et emendationem, superveniens abripiat mors, quando non est, qui redimat, neque qui salvum faciat. Homo igitur non potest dare aliquam commutationem pro anima sua; Deus vero pro nostra salute dedit commutationem, pretiosum sanguinem Filii sui. Quare hortor, ut omnibus cæteris missis in animam omne studium conferamus. Nihil enim in nobis præstantius anima. Qui enim me erubuerit, inquit, et sermones meos in generatione ista adultera et pecca trice, et Filius hominis erubescet eum, cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis. Non solum apud animum credere debemus, sed oris quo-
B que confessio a nobis exigitur. Quoniam enim duplex est homo, duplex est et sanctificatio. Sanctificatur enim anima per confessionem, quemadmodum etiam Apostolus dicit: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem*[10]. Qui autem erubescit et verecundatur credere Christo crucifixo, et Deum suum confiteri; erubescit item sermones ejus in sancto Evangelio: eum Dominus quoque erubescet, et servum se indignum judicabit, cum venerit in secundo adventu suo, in virtute et gloria magna, cum satellitio angelorum.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. Τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην λέγει οὕτως. Οὐ μὴ ἀποθανοῦσιν, ἄχρις ἂν δείξω αὐτοῖς ἐν τῇ μεταμορφώσει μετὰ ποίας δόξης μέλλω παραγενέσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. Ἡ γὰρ μεταμόρφωσις τοῦ Χριστοῦ προμήνυμα ἦν τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας. Ὃν γὰρ τρόπον ἔλαμψε τότε τὸ πρόσωπον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένοντο λευκὰ ὡς τὸ φῶς· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἐλεύσεται ἀπὸ οὐρανοῦ ὡσεὶ ἀστραπὴ ἐν δυνάμει καὶ δόξῃ πολλῇ κρῖναι τὰ σύμπαντα. Καὶ ὥσπερ συνῆσαν αὐτῷ Πέτρος, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ· οὕτω συνέσονται αὐτῷ πάντες οἱ ἅγιοι, καὶ οἱ δίκαιοι, καὶ οἱ ἐκλεκτοὶ, ἀπολαύοντες τῆς αὐτοῦ θεοφανίας, καὶ τῆς ἀνεκδιηγήτου, καὶ ἀνεκφράστου χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως.

C Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. Petrum, et Jacobum, et Joannem dicit. Non morientur donec ostendero eis in transfiguratione, quanta cum gloria sim venturus in secundo adventu. Transfiguratio enim Christi prænuntia erat secundi adventus ejus. Quemadmodum enim tum splenduit facies Salvatoris nostri et Dei, tanquam sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix, ita veniet de cœlo tanquam fulgur, in virtute et gloria magna, judicare omnia. Et ut cum eo fuerunt Petrus, et Jacobus, et Joannes in monte sancto, ita cum eo erunt omnes sancti, et justi, et electi, perfruentes divino ejus aspectu, et
D inenarrabili atque ineffabili gaudio et exsultatione.

Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, ἀγαπητοὶ, ἀπαρνησώμεθα καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς διὰ τὸν Κύριον· μηδὲν αὐτοῦ προτιμότερον ἡγησώμεθα, μὴ πλοῦτον, μὴ τρυφὴν, μὴ δόξαν, μὴ σωματικὴν ἡδονὴν, μὴ αὐτὴν τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ ταύτης καταφρονήσωμεν, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῷ Χριστῷ τῷ ἡμετέρῳ Δεσπότῃ, τὸν τούτου σταυρὸν ἐπ' ὤμων ἄραντες, καὶ τὰ σαρκικὰ νεκρώσωμεν κινήματα καὶ φρονήματα, τῷ θανάτῳ αὐτοῦ συμμορφούμενοι, ὡς ἂν δυνηθῶμεν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον, εἰπεῖν· *Ζῶμεν δὲ οὐκέτι ἡμεῖς, ζῇ δὲ ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν.* Καὶ· *Μὴ γένοιτο*

Hæc ergo scientes, charissimi, abnegemus et nosmetipsos propter Dominum; nihil eo potius ducamus, non opes, non luxum, non gloriam, non corporalem voluptatem, non ipsam vitam; sed ne huic quidem parcamus propter ipsum; sequamur Dominum nostrum, cruce ejus in humeros sublata, corporales motus sensusque mortificantes, configurati morti ejus, ut possimus et nos cum D. Paulo dicere: *Vivimus non jam nos, vivit vero in nobis Christus*; et: *Nobis autem absit in alio gloriari, nisi in cruce Domini.* Omnia ejus mandata alacriter

[10] Rom. x, 10.

Digitized by Google

perficiamus. Habemus enim et nos persecutores acres, invisibiles et visibiles, inimicos et hostes, qui nos turbant quotidie, molestant, exagitant, et mandata imperiaque Christi prohibent exsequi. Ne ergo effeminemur, obsecro, neque languescamus, neque cedamus colluctationibus ejus, sed generose et virili cum animo resistamus eis, atque accingamur, ut et æternam gloriam consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Α ἡμῖν καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου. Πάντα προθύμως τὰ τούτου προστάγματα ἐκτελέσωμεν. Ἔχομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς διώκτας πικροὺς, τοὺς ἀοράτους καὶ ὁρατοὺς, ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, θορυβοῦντας ἡμᾶς καθ' ἑκάστην, καὶ λυποῦντας καὶ ἐκταράττοντας, καὶ τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ προστάγματά τοῦ Χριστοῦ κωλύοντας διαπράττεσθαι. Μὴ οὖν μαλακισθῶμεν, παρακαλῶ, μηδὲ χαυνωθῶμεν καὶ ἐνδῶμεν τοῖς τούτων παλαίσμασιν, ἀλλὰ γενναίως μετὰ ἀνδρικοῦ τοῦ φρονήματος ἀντιπαραταξώμεθα πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἀποδυσώμεθα, ἵνα καὶ τῆς ἀτελευτήτου εὐκλείας ἐπιτύχωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNO DOMINI MCCCXLVIII.

THEOPHANES

NICÆNUS ARCHIEPISCOPUS.

MONITUM EDITORUM.

Theophanes III, episcopus Nicænus, circa an. 1347, diu post exortum schisma floruit, ut bene docet P. Lequien, *Oriens Christian.*, t. I, p. 652, non autem sæculo VIII, ut probare conatus est D. Consalvus Ponce de Leon, qui primus opera nonnulla Theophanis Nicæni, an 1590, Romæ, Gr. Lat. edidit, et testimonia veterum non pauca conjecit, quæ ad Theophanem, sub imperatore Theophilo impio iconoclasta, fortissimum martyrem, non ad Theophanem Nicænum, referenda sunt.

Auctor harum epistolarum passim insinuat Nicæam ab infidelibus esse occupatam, adeo ut sedem suam adire non possit, aut vix possit. Conqueritur eo quod oves suæ supra modum vexentur, et eas hortatur, prolato Jobi exemplo, ad tolerandas cum patientia etiam maximas tribulationes. Alicubi refellit hæresim Palamitarum, quæ sæculo XIV tandem exorta est. Hæc autem omnia respondent ætati quam Theophani assignamus, sed opinioni Consalvi Ponce de Leon ex adverso opponuntur.

Theophanis scribendi ratio est simplex et humilis, etsi omni nobilitate non careat.

In prima epistola promotionem suam gregi suo annuntiat, et quia grex ille versatur in urbe captiva et oppressa, ad quam accedere nequit, patientiam et fortitudinem animi in tentationibus præcipue commendat. Deinde ostendit hæreticos sedulo fugiendos esse, et Palamitas refellit. Secunda epistola fere in eodem argumento evolvendo tota versatur. Eidem accedit gratiarum actio, eo quod liberatus fuerit a peste et a morte. Tertia epistola exponendæ sacræ doctrinæ et commendandæ disciplinæ ecclesiasticæ fere integra adhibetur. Auctor sacerdotes sibi subjectos alloquens, de incarnatione Domini, de regeneratione fidelium et de divinis sacramentis copiose disserit. Deinde potestatem spiritualem sacerdotum pulcherrimis verbis commendat, transubstantiationem agnoscit, ac de vita sacerdotali, quid scilicet sacerdoti faciendum, quid fugiendum sit, prolixe enarrat.

Editio hæc Romana adeo rara est, ut bibliographis fere omnibus incognita sit vel non visa.

Præter tres epistolas et orationem hic impressas, exstant ejusdem Theophanis in codd. mss.:

Digitized by Google

Contra Judæos libri VI (Parisiis et Oxonii). Allatius *de synodo Photiana*, p. 541, laudat Theophanis librum octavum *contra Judæos*.

De lumine quod apostolorum oculos perstrinxit in monte (Thabor) libri V.

Contra Latinos, libri III.

De Trinitate, liber I.

De B. Virgine et incarnatione, liber I.

Quatuor ultima servantur in codicibus Bodleianis.

B..... 12 Sept. 1861.

J.-B. M.

THEOPHANIS

ARCHIEPISCOPI NICÆNI

QUÆ EXSTANT OPERA

NUNC PRIMUM EX BIBLIOTHECA VATICANA GRÆCE ET LATINE EDITA, D. CONSALVO PONCE DE LEON INTERPRETE, QUI ANNOTATIONES ETIAM ADDIDIT ET VARIAS LECTIONES EX ALTERIUS CODICIS COLLATIONE.

Ex facultate et appprobatione Superiorum.

—

Romæ, apud Franciscum Zannettum., 1590, in - 12.

—

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. DOMINO BERN. DE ROIAS, EPISCOPO POMPELONENSI

D. CONSALVUS PONCE DE LEON

S. P. D.

—

Quantum ego debeam pientissimæ memoriæ Christophori de Rojas archiepiscopi Hispalensis avunculi tui, tute omnium optime nosti, Bernarde pontifex illustrissime; et ego quidem nisi me plane indignum fecerim hac luce, nunquam diffitebor. Cum enim adolescens, imo vix quidem pueritiæ limites egressus, canonicus factus essem ejusdem ecclesiæ, senex optimus ad ejus gubernationem assumptus, dici non potest, qua indulgentia, qua gratia, quo favore, ætatem meam foverit, ornaverit, protexerit. Jam tua in me merita, qui eo ipso tempore ecclesiasticum rem pro avunculo tractabas (doctrina nempe regebas, moribus illustrabas, exemplo componebas), majora profecto sunt, quam ut brevi epistolio circumscribi aut debeant, aut possint. Nunc vero cum diutina hac peregrinatione mea, non a tuæ istius benevolentiæ possessione dejici, quam mihi perpetuam pollicetur humanitas tua, sed muneris mei partes intermitti, et quasi languescere timerem, visum quidem est, id quod privatis ad te litteris plerumque facio, publico monumento testari. Accesserunt ad hæc quædam alia, quæ me, quod diu mihi pollicitus fueram, hoc maxime tempore ut præstarem, impulerunt. Primum, anni nove vertentis encænia, sub quæ vetus habet consuetudo, ut aliquid strenarum nomine patronis missitemus. Deinde rerum ista in tua diœcesi difficilis conditio. Nam etsi Dei benignitate, et regis nostri regum omnium ut maximi et potentissimi, ita optimi et religiosissimi perpetua vigilantia universa Hispania ab hæreseon carcinomate undequaque sit libera; tu tamen eam sortitus es hæreditatem, cujus fines a vicinorum hostium incursionibus dies et noctes tueri, nunquam securum esse, nunquam nictare

Digitized by Google

necessum plane tibi fuerit. Habemus isthic ardua Pyrenneorum juga, quasi quædam ovilis tui, imo Hispaniæ totius, adversus hæreticorum Navarræorum rabiem munimenta. At majorem nobis fiduciam præstat tua virtus, tua solertia. Hanc (ut solent industrii duces) omnium periculosissimo in acie loco uti probationem, constituere decrevit cœlestis ille æternusque rerum humanarum imperator. Ego igitur in meis thesauris, id est pauperi bibliotheca, scriptorum ac lucubrationum levibus sarcinulis, nihil habui hoc tempore, hoc inquam misero et extremo tempore, quo commodius possem adversus importunissimos hostes armentarium tuum instruere quam pientissimis Theophanis urbis Nicææ præsulis scriptis. Docent quidem illa (ut tu videbis) Nicænum populum, quanta sit sacerdotii a Deo instituti dignitas, quæ excellentia; probant sacri ordinis functiones penes eos esse, qui divinis characteribus insigniti sunt; demonstrant qua innocentia, puritate, sanctimonia esse eos oporteat, qui ad supremæ hujus dignitatis apicem evehuntur. Isti contra sacramenta irridenl, profano populo eorum potestatem tribuunt; sacramenta et a Deo traditam εὐταξίαν confundunt. Eo quis apud eos præstantior, quo impurior. Theophanem videbis ad Christianam constantiam, longanimitatemque in laboribus ac tentationibus habendam, populum suum adhortantem; contra, istos blasphemos, instabiles, fontes sine aqua, nebulas turbinibus exagitatas. Theophanem leges ad gratiarum actionem, ob pestis cessationem, Deo bonorum omnium auctori reddendam, plebem suam invitantem; sunt et inter istos (atque o utinam non eorum pars major, et labes hæc, o miserum ævum, apud eos tantum) qui unum Fatum Fortunamque adorant, iis litant, ab iis felicitatem aut infortunium, belluis quidem ipsis stupidiores, pendere arbitrantur. Theophanem audies humanarum rerum levitatem, miseriam, caducitatem exaggerantem, persuadentemque suis, ut ab iis ad bona solida, beata, æterna animos transferant. Isti ex diametro terrena sapiunt, seipsos amant, post carnem in immunditiæ concupiscentia ambulant, voluptatum nempe amatores, magis quam Dei. Theophanes non modo hæreticorum novitates et prava dogmata fugienda esse docet, sed et consortium et conspectum; at isti nova figmenta et perditionis sectas quotidie introducunt, solum (ut inquit beatus Judas) Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes. His igitur tu, hisque similibus spiritualibus telis (ut et beati majores tui ecclesiarum pastores) irritos facies adversarum partium te circum ovileque tuum frementium atque ululantium insultus. Sic vero eos irritos facere conaberis, ut præsentissimum Ecclesiæ periculum instare cognoscas. Nam quæ ab infelicis Galliæ malis universo orbi impendeant mala, nemo est tama misere occæcatus, qui non videat, qui non doleat, qui non deploret. Eorum vero remedium, cum in cœlesti ac divino præsidio præcipue situm sit, in vestra tamen, quibus populi Christiani salus commissa est, bona ex parte positum esse, quæso, arbitremini. Quis enim in divinis Litteris, conciliorum decretis, Patrum scriptis, antiquis historiis, quotidianis experimentis tam peregrinus, qui nesciat, ministros Christiani Evangelii si eorum vita digna sit, doctrina præstans, innocentia probata, sanctitas spectata, Christi populo plurimum profuturos? Contra, si isti officio suo desint, muneris sui obliviscantur, nullum in illis doctrinæ et probitatis specimen appareat, edacissimas esse tineas et ferrugines, quæ intimis rerum publicarum visceribus adhærentes, lente quidem ac sine murmure, sed tandem inhumaniter eas corrodunt ac discerpunt. Sunt quidem illi mœnia, ac propugnacula hujus sacrosanctæ civitatis, quid si collabentia fuerint et ruinosa, et in proprium commodum et utilitatem declivia? Canes illi ovilis hujus, quid si somniculosi et muti, imo (quod dolendum) rapacissimi lupi, propriarum ovium exuviis efferati, earum sanguine rictus et ungues perfusi? Sunt exercitus nostri antesignani et primipili: quid si transfugarum et exploratorum officio fungantur? Præsentium malorum medicina, futurorum præservatio esse solent; an igitur venenum loco antidoti nobis propinabunt, pestem ac luem intra nostros parietes immittent? Bonorum illi ac Catholicorum defensores, impiorum et perfidorum hostes esse debent; anne vice versa bonis et Catholicis molestæ novercæ erunt, impiis et perfidis indulgentes et molles nutriculæ? Denique illi patres, doctores et amici, quid tandem si immisericordes vitricos, si falsos prophetas, si juratissimos hostes eos experiaris? Quid (inquam) si eos temporalia pro æternis, vana pro veris, caduca pro solidis, fallacia pro certis, propria pro publicis, humana pro divinis, cum deplorando orbis Christiani scandalo commutare viderimus? Verum hæc quidem, præstantissime præsul, alii non ego, aliis non tibi. Theophanis opuscula habuimus jamdudum ex Vaticana summorum pontificum bibliotheca. Sed cum plurimis locis valde essent depravata, editionem eorum hucusque distulimus. Nunc vero tandem exemplar alterum multo correctius, ex Messanensis archimandrii archetypo descriptum nacti, Latine a nobis reddita, et brevibus notis aucta ad te mittimus. Græca ipsa e regione Latinorum proponere (quod vides in hoc scriptionum genere ut plurimum omitti) eo consilio adducti sumus, ne lectores vera καὶ γνησία Theophanis mente fraudarentur, si forte eam nos alicubi minus assecuti sumus. Nam quod sine ullo fuco aut mendacio affirmem, properanti nimis calamo, ac fessis plerumque nimium oculis hæc dictavimus. Jam quæ de auctore nostro ad te deferam, hæc habeo.

Theophili imperatoris iconomachi temporibus, qui patri Michaeli, quem Græci historici τραυλὸν καὶ μορβαῖον vocant, successit, vixere fratres duo Theodorus et Theophanes, clari ob sacrarum imaginum adversus impium et sacrilegum principem, propugnationem. Num frontes ambo (quod quidem supplicium imperator Constantinus uti impium, divinæque pulchritudini, ad cujus similitudinem humana facies figurata est, contumeliosum, lege prohibuerat, l. XVII, C. De pœnis) ejus jussu notis compuncti, ac propterea vulgo γραπτοὶ appellati, variis etiam aliis tormenti sufficit, et tandem in exsilium pulsi, nihil e constanti confessionis ardore remiserunt. Fuit iis (quod et ad eorum gloriam non minimum pertinet) et ætate æqualis, et fidei socius, magnus ille Methodius Constan-

Digitized by Google

tinopolitanus, quem vivum sepulcro includi (erat is eo ævo non infrequens cruciatus) jussit idem impiissimus tyrannus. Exstant quidam iambi, quos Theodorus ac Theophanes, in eam insulam delati, qua Methodius sub terram degebat, ad eum scripserunt, illi etiam, quos hic ad eosdem respondit. Quos, quod elegantissimi sint, post hanc epistolam ascriptos, nisi gravaris, quæso legas. Mortuo Theophilo, sub Theodora et Michaele filio (quem μεθυσὸν vocant auctores) induciæ quidem Ecclesiæ concessæ, non pax, malacia, non tranquillitas. Theophanes igitur eo tempore una cum Theodoro fratre, ut et Methodius, aliique quam multi iconoclastarum hostes, ab exsilio revocatus, ab Augusta honorifice tractatur, imo et luculento convivio excipitur. Atque hactenus ea tibi retuli, quæ a Græcis historicis ab anno salutis octingentesimo vicesimo, ad octingentesimum quinquagesimum scribuntur. Addunt Romana Martyrologia, et Græcorum Menologia Theophanem ab exsilio reversum Nicænæ urbis episcopum creatum fuisse. Nec ego certe de eorum fide addubito. Id enim et Theophanis Vitæ scriptor a Lipomano editus primum, demum a Surio, nos docet, et Michael Glyca, et Constantinus Manasses Græci auctores litteris mandarunt. Quorum testimonia, quod seorsum a me posita legere possis, hic prætermittam. Sed et cætera, quæ ad hujus viri vitam peculiarius cognoscendam spectant, tam a præcitatis auctoribus, quam ab eo, quem etiam nominavi metaphraste, ne ego te pluribus morer, facile intelliges. Itaque dubius non sum, quin Theophanes noster is ipse sit, de quo diximus. Verum quoniam loci duo apud eumdem ita urgere videntur, ut multo recentior existimari nec injuria possit, illos tibi præterire non debeo. Uterque habetur in epistola ad Nicænos de rerum humanarum contemptu. Prior est in ipso initio, ubi Nicæam captam, atque in hostium potestatem redactam dolet. Alter in fine, quo (ut habetur in exemplari Vaticano) meminit Barlaami et Acyndini hæreticorum. At Barlaamus et Acyndinus sub Joanne XXI, *sive mavis* XXII, *Romano pontifice, Michaele Andronico Palæologo Orientis, Henrico Lucenburgico, sive Ludovico Bavaro Occidentis imperatoribus, emersere, circa Christi annum millesimum trecentesimum vicesimum. Quorum tunc temporis impietas (nempe ea ipsa, quæ a nostro Theophane oppugnatur) coercita fuit. Sed et eodem ævo, nempe ad annum Christi millesimum trecentesimum, Scythica gens Orientem gravius pervasit Ottomano duce, cujus filius Orchannes non multo post Nicæa ipsa longi temporis obsidione fatigata tandem potitus est. Itaque hæc inter sese ita convenire videntur, ut nostrum Theophanem ea ætate vixisse vero similius fuerit. Cæterum ego non adhuc adducor, ut a priori sententia discedam. Nam Acyndini et Barlaami mentio deest in Messanensi codice, cujus exemplum ad hanc editionem habuimus opera Metelli Andenii viri docti et integri. Et certe Messanensis libri fides potior mihi fuit, quam Vaticani; nam et multo majorem antiquitatem præferre constat, cum Vaticanum sub Nicolao V scriptum fuisse facile sit colligere ex Perotti quibusdam parergis, quæ pro libelli initio habentur. Deinde hæresis Barlaami et Acyndini non fuit nova; nam multa imo fere omnia a priscis hæreticis desumpsit, ut in illius loci scholiis demonstrabo. Quot hæreticorum deliria notantur ab Ignatio, qui tempore Apostolorum vixit, quæ Ario, Macedonio, Nestorio, Eutycheti, tanquam eorum architectis tribuerunt sæcula succedentia? Jam Nicææ oppugnatio a prioris Theophanis ætate non omnino discrepat. Nam multo ante Theophilum imperatorem universa Asia ita a Saracenis infestabatur, ut fieri potuerit (variæ enim jam tunc et pene momentaneæ in Orientali imperio rerum vicissitudines), Nicæam in eorum potestatem ad aliquod tempus redactam. Certe Leonis Isaurici anno secundo, qui fuit Christi septingentesimus quintus, Thracia, imo ipsa urbs imperii sedes, per Soymanum, Umarum, Izithen biennium oppugnata. Quo etiam tempore Mardasanes ab Œthæ pylis ad Nicæam et Nicomediam usque, ut nominatim prodiderunt auctores, excursans, totam Bithyniam fpopulatus est. Sed et ejusdem Cononis anno decimo Amer (sic Agareni vocabant suos imperatores) et Mabias quidam, cum centum millibus militum Nicæam diu obsedit, quæ tandem re desperata, Sanctorum tutelarium ope, qui per murorum demolitiones conspecti, hostes terruerunt, liberatur. Michaelis Balbi imperio major adhuc barbarorum illuvies; nam illi a littoribus Bætici Oceani nostri solventes (quo tempore regnabat apud nos Alphonsus cognomento Magnus, Ranimiri filius, Ordonii nepos, Garsiæ pater) facile Cretam occupaverunt, et brevi Siciliam, Calabriam, bonamque Italiæ partem debellarunt; in Asiam tandem trajicientes, atque aliis sui generis adjuncti, sæpe in Græcia vel cum ipso Theophilo conflixerunt, ultimumque ad Amorium Phrygiæ oppidum, non sine successu. Accedit locus apud eumdem Theophanem in epistola περὶ τῆς ἐφωσύνης, ubi de baptismo loquitur, qui sic habet*: Ideo Christus membra, quæ tanquam propria sibi est copulaturus, conformia prius capiti facit per baptismum. Deinde per participationem ac communicationem suæ carnis et sanguinis sibi et inter sese divina hæc omnia membra agglutinat. *Atque addit*: Ideo enim baptismus sanctam præcedit communionem. *Ubi non obscure innuit, antiquum Ecclesiæ morem (de quo in notis agemus) suo tempore durasse, nempe adultos, et qui sacræ Eucharistiæ sacramentum accipiebant, ad baptismum accessisse, quod certe multo vetustius est, quam ut in Græcia ætatem senioris Andronici, id est trecentorum plus minusve annorum ferre possit. Ad hæc, haud mihi persuadebo, illa ætate Theophanem vixisse, cum ejus mentio ab illius ævi diligenti scriptore, imperatori caro, litterarum et litteratorum hominum amatore et encomiaste Nicephoro Gregora penitus (quod meminerim) negligatur. Legimus quidem integro sæculo ante Andronicum Nicolaum quemdam Nicænum, qui Andronico Comneno tyranno, Alexii Comneni avunculo, Manuelis Comneni fratre, Nicæam prodidit. Theophanis vero per ea sæcula nulla omnino fit mentio. Hæc certe ita dicta velim, ut liberum unicuique per me fiat, de Theophanis sæculo pro libito sentire. Habuit certe omni ævo, ornatissime præsul, terrarum ille oculus et flos, viros doctrina et ingenio præ tantis simos, e quorum fontibus in omni fere disciplinarum genere rivulos nostros adhuc deri-*

Digitized by Google

ramus. Ut non satis mirari quidem possimus incredibiles humanorum rerum vicissitudines, sive (ut Christianum hominem loqui decet) divinæ sapientiæ incomprehensibilia decreta. Jacet enim nunc Græcia, pristinæ venustatis putridum cadaver, miserandum exuvium, vile temporis ludibrium, tenuissima præteriti corporis umbra, et nisi libri superessent, nusquam in suo solo cognoscenda. Non omittam (ut omnis de Theophane apud auctores mentio prodatur) vixisse imperio Leonis Armeni Theophanem alium, monasticæ vitæ sectatorem, qui in Samothraciam relegatus ob sacrarum item imaginum cultum, clarus ibi miraculis obiit. Fuit et Theophanes Isaurus, qui a Maximino ad Nicephorum Logothetem historiam contexuit. Nos hujus quædam habemus nondum edita, quæ nobis communicavit Franciscus Turrianus societatis Jesu presbyter, vir omni memoria venerandus, cum quo pene quotidiana nobis fuit familiaritas toto illo biennio, antequam ad meliorem vitam translatus esset. Et hic quidem tertius Theophanes, ut et priores duo, ὁμολογήτης ab auctoribus dictus, id est, ob veræ religionis confessionem ab hæreticis afflictus. Non enim confessor appellabatur beatis illis temporibus, nisi is, qui fidei causa tormenta subierat. Et hinc (ut alibi observavimus ex Antiocho monacho) non rarus ille apud veteres scribendi modus, cum de tyrannis et Ecclesiæ persecutoribus loquuntur, πεποίηκε μάρτυρα, πεποίηκε ὁμολογήτην, id est, fecit martyrem, fecit confessorem, *nempe, illum morte, hunc cruciatibus affecit.*

Orationem atque ea, quæ περὶ τοῦ λόγου in Theophane censere, frustra fuerit, cum ecclesiasticorum auctorum libri sententiarum ac rerum causa legendi magis sint quam verborum. Charactere est non humili, aut depresso, sed gravi, et qui sublimitatem rhythmumque affectat, at in quo syntomicum, acreque illud Nazianzeni merito desideres. Est enim laxus, et sæpiuscule plus nimio excurrens, qualis alicubi Chrysostomus. Quo fit ut a periodorum distractione, et in verbis haud recta ἀκολουθείᾳ implicitus sit, et ut Græci critici in hoc genere loquuntur, omnino ἀσαφής. Verba non sordida, imo nec obscura, frequenter tamen ideo impropria, quod translata. Schemata, præter hanc unam metaphoram, fere nulla. Sacræ Scripturæ sententiis refertus est, imo fere totus ex illis, maxime iis, quæ in Epistolis Pauli, contextus, ut vel in hoc Chrysostomi, quem studiose imitatur, discipulum possis agnoscere. Tu, præstantissime episcope (apud quem jamdudum scio bonorum scriptorum monumenta summo esse loco, nostras, quæcumque illæ fuerint, lucubrationes non ultimo), humaniter accipe, quæ studia mea hisce diebus pronatalitiis tibi dexudarunt. Quæ tandem si tibi probari cognovero, maximum me opellæ hujus pretium fecisse arbitrabor. Fulgentissimus lucifer puer Jesu (reverendissime Pater) cujus felicissimo exortu caliginosæ scelerum tenebræ depulsæ sunt, mentem tuam jugiter illustret. Ille tibi in ista, qua ad clavum stas, muneris tui puppi, certa sit Helice, per quam tandem populum quem cœlesti potestate regis, ad æternæ salutis portum possis perducere. Romæ in monasterio Prædicatorum sanctæ Mariæ super Minervam, 20 Decembris. Anno humanæ salutis 1589.

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

THEOPHANIS
METROPOLITÆ NICÆNI
EPISTOLÆ.

—

I. Á

Theophanis archiepiscopi Nicæni Epistola ad Nicænos, docens qualem esse oporteat verum Christianum contemptorem rerum omnium præsentium, sive tristium sive jucundarum; prope finem vero præsipiens omne vorsus consortium hæreticorum

A'.

Θεοφάνους μητροπολίτου Νικαίας, ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς Νικαίας, διδάσκουσα πῶς δεῖ εἶναι τὸν ἀληθῆ Χριστιανὸν ὑπερόπτην πάντων τῶν παρόντων καὶ ἡδέων καὶ λυπηρῶν, πρὸς τὸ τέλος εἰσηγουμένη καθάπαξ ἐκτρέπεσθαι

Digitized by Google

πᾶσαν κοινωνίαν, τῶν αἱρετικῶν. Πεμφθεῖσα παρ' αὐτοῦ ἔτι ὄντος ὑποψηφίου ταύτης τῆς πόλεως.

Οἱ τὴν πάλαι μὲν εὐδαίμονα καὶ περιφανεστάτην τῶν πόλεων, νυνὶ δὲ δορυάλωτον, ὦ Θεοῦ κριμάτων! καὶ δεδουλωμένην οἰκοῦντες ἢ παροικοῦντες Νίκαιαν, μᾶλλον δὲ τὸ εἴδωλον αὐτῆς ἀτεχνῶς, ἐκ μόνου τοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐπιγραφῆς κατὰ τοὺς ἀνδριάντας τὸ γνώριμον ἔχουσαν, ὅσον τε ἐν διαφόροις βαθμοῖς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου· καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες ὅσοι καλεῖσθε ἀπὸ Χριστοῦ, χάρις ὑμῖν εἴη, ἔλεος καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

α'. Γινώσκειν ὑμᾶς δέον, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ὅτι εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, τοῦ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, κοινῇ γνώμῃ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου καὶ τῆς περὶ αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου προήχθην ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος διὰ μηνύματος εἰς ὑποψήφιον, καὶ οἷον εἰπεῖν μνηστῆρα τῆς ἐν ὑμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Διὸ πρῶτον δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐν Χριστῷ εἰρήνην τε καὶ ἀγάπην, ἣν ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον παρ' αὐτοῦ εἰλήφαμεν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· ἧς καὶ μετάσχοιτέ μοι δαψιλῶς εἰς ἐφόδιον ὑπομονῆς καὶ μεγαλοψυχίας, ὥστε δύνασθαι καὶ ἀλλήλους παρακαλεῖν, διὰ τοὺς ἐπικειμένους ὑμῖν ἀεὶ πειρασμούς. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ πονηροῦ· προοιμιάσομαι γὰρ ἀπὸ τῆς θεσπεσίας τοῦ Παύλου φωνῆς· ἐπεὶ κἀκεῖνος ὑμᾶς δι' ἐμοῦ ταῦτα πάντα παρακαλεῖ, ἵνα ἀξίως καὶ κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύησθε. Ὑμῖν γὰρ μάλιστα δεῖ πολλῆς νήψεως καὶ προσοχῆς, ἀγαπητοί, οἷα δὴ συναναστρεφομένοις πονηροῖς ἀνθρώποις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἵνα μή τινες ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους διηνεκοῦς ὁμιλίας, καὶ πολλῆς συνηθείας περιτρεπόμενοι, ἢ κατὰ τὴν πίστιν ὑποσκελίζωνται, ἢ κοινωνοῖεν τοῖς ἔργοις ἐκείνων τοῖς πονηροῖς· *ὁμιλίαι* γὰρ, φησὶ, *κακαὶ φθείρουσιν ἤθη χρηστά*· καὶ ῥᾷον μεταλαβεῖν κακίας, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι, θεῖοί φασι Πατέρες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἕτερά ἐστι πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τὰ παρακαλεῖν τε καὶ διεγείρειν δυνάμενα πρὸς τὴν ἀπάτην ἐκείνων καὶ μοχθηρίαν, ὥστε κλονεῖσθαι τοὺς μὴ καλῶς προσέρχοντας ἑαυτοῖς. Πρῶτον μὲν τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς, καὶ ἀνειμένον πάντῃ καὶ ἀκόλαστον τοῦ βίου, καὶ τὸ ἐξεῖναι πᾶσαν ἐπιθυμίαν τελεῖν τῆς σαρκὸς ἀκωλύτως· πρὸς τούτοις ἐπίκειται καὶ ὁ ἀφανὴς ἐχθρὸς καὶ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος μετὰ τῆς ἐπιβούλου σαρκὸς, ὑπηκόους καὶ ὑπηρέτας ἔχων τοὺς ἐρωμένους εὐμενεῖς ἐχθροὺς ἡμῶν ἄν τις εἴπε, τοὺς συνοικοῦντας ἡμῖν καὶ καθάπερ τινὰς ἀκάρπους μελίσσας συμμιγνυμένας τῷ τοῦ Χριστοῦ μελισσῶνι· καὶ τὸ μέλι τῆς ἀρετῆς ἐκείνων ὑποσυλᾷν πειρω-

fugiendum esse. Missa fuit, cum primum declaratus est hujus urbis pastor.

Qui felicem olim et clarissimam urbium, nunc vero captivam, o Dei judicia! et in servitutem redactam habitatis Nicæam, quique ipsius incolæ estis, imo ut verius dicam, qui civitatis illius simulacrum revera habitatis, solo ex nomine et inscriptione, ut in statuis fieri solet, notitiam sui exhibentis; quotquot estis in variis gradibus sacerdotalis ordinis constituti, cæterique omnes, qui nomen a Christo sumpsistis, gratia vobis sit, misericordia et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro.

1. Nosse vos oportet, dilecti fratres, me minimum divina voluntate et gratia omnipotentis Dei, qui juxta dispositionem suam, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, vocat, ex consensu sanctissimi domini nostri œcumenici patriarchæ, sacrique ipsius ac divini concilii promotum esse, declaratumque in electum, atque, ut ita dicam, sponsum sanctæ vestræ Dei Ecclesiæ. Quapropter do vobis in primis pacem et charitatem in Christo, quam veluti paternam quamdam hæreditatem ab ipso Deo Salvatore nostro accepimus; quam et vos, quæso, amplectimini copiose, ad patientiæ longanimitatisque commeatum acquirendum, ut et vos in assidue imminentibus tentationibus invicem consolari possitis. Deprecor autem vos, o fratres, propter nomen Domini nostri Jesu Christi, qui semetipsum dedit propter nostra peccata, ut nos a malo erueret (incipiam enim a præclara divinaque Pauli voce, nam et ille vos ad hæc omnia per me adhortatur, ut digne et juxta legem Evangelii Christi conversemini. Vobis enim in primis, o dilecti, multa opus est sobrietate atque attentione, quippe qui cum pravis hominibus, impiis et peccatoribus degatis, ne qui ex assiduo cum illis colloquio multaque consuetudine depravati, vel in fide decipiantur, vel malis eorum operibus communicent: *Prava* enim, inquit, *colloquia bonos mores corrumpunt*[1]; et facilius esse pravitatem contrahere, quam virtutem impertiri, sacri Patres affirmant. Sed et alia sunt præter jam dicta, quæ invitare possunt et excitare ad illorum fraudes et malitiam, ita ut ii qui bene sibi non attendunt, facile nutent. Et primo quidem voluptatis lenitas, omnimodaque relaxatio, vitæque luxus, et licentia nullo reluctante ad omnem cupiditatem carnis explendam; ad hæc imminet invisibilis noster inimicus atque adversarius diabolus, cum insidiosa carne, visibiles subditos habens et ministros, hostes quidem nobis amicos, ut sic eos appellemus, cohabitantes nobiscum, qui, ut infructuosæ quædam apes, Christi apiario commiscentur, et mel virtutis eorum subripere ac deprædari conantur; simulata amicitia, ficteque amore noxia quæque semper illis suadentes atque

[1] I Cor. xv, 33.

Digitized by Google

consulentes, et velut escam, ut dixi, hamo mortis voluptatem apponentes. Istud ergo, o dilecti, occultum ac subdolum bellum, tanquam sub mari latens saxum, multo difficilius est, et periculosius manifesto et a longe agnito. Ad hoc enim bellum si quis armetur et comparetur, capi difficile poterit, ad omnem conatum impetumque hostium propulsandum tuto fortiterque persistens : cæterum ab iis, qui, ut evangelice loquar, sub ovium pellibus tanquam Arabici lupi ad vos veniunt, facile quis decipi potest, et in hostes, amicos credens, improviso incidere. Ideo et malorum auctor inimicus hostisque noster, per vitæ consortem, et amicam Evam adortus est Adamum, et per voluptatem ac gloriæ cupiditatem amarissimum in eorum corda venenum immisit. Majorem enim, o charissimi, utilitatem, aut nocumentum accipere aliunde nemo potest, quam ab hominibus quibuscum versari solet, simulque vivere et non rara familiaritate, frequentique colloquio conjunctos habet. Ideo et sapiens naturæ nostræ moderator, per homines, non per angelos, quamvis multo validiores, salutem nostram semper curari vult. Hoc ergo et malignus ille callens, per hos etiam et ille nos aggredi non desinit, auxiliantem sibi cooperantemque habens etiam carnem, quæ voluptatem utilitati atque honestati anteponit. Quæ tamen natura minime mala est; nihil enim eorum quæ a Deo facta sunt, est natura malum, sed quæ a voluptate titillatur et efferatur. Verum si quis parum sese erexerit, socordiamque ab animo tanquam veternum excusserit, omnia hæc varia et gravia, tanquam araneæ telas, disrumpet ac perdet, supernum habens auxilium et gratiam sibi cooperantem, quæ ardua quæque difficiliaque facile explanat, hostibusque tremendum atque invictum efficit, et ab ipsis insidiose admotas machinas, fraudesque ad nihilum redigit. Nam vide. Hinc quidem malignus ille per impios, veluti ante oculos subjicit cœnosam vitam atque voluptuariam, per ebrietatem, et fornicationem, et reliqua intemperantiæ genera; altera vero ex parte duritiem laboremque evangelicæ, sive potius angelicæ vitæ, hisque jam hucusque ostensis, reliqua obtegere conatur. At gratia Dei hunc fraudi optime occurrit; ostendit enim nobis prædictarum viarum finem : *Illa enim*, inquit, *arcta et angusta per eam transeuntes ad sempiternam perducit vitam, lata vero et spatiosa ad perditionem manifestam* [1]. Apposite autem præsentem vitam, caducam quidem, et quæ paulatim breviatur et defluit, viæ nomine significavit, et propemodum ita omnes alloquitur, ne scilicet sedulis molestum atque arctum viæ contentionem alacritatis studiique relaxare faciat; sed considerent brevitatem harum rerum, et perpendant temporanea esse mala, et quam primum se esse perventuros ad quietem ac beatam vitam. Neque etiam viæ latitudo (1),

μένους, καὶ ἐν προσχήματι φιλίας καὶ κατεψευσμένης ἀγάπης, συμβουλεύοντας καὶ παραινοῦντας ἀεὶ τὰ ὀλέθρια· καὶ καθάπερ δέλεαρ, ὡς ἔφην, ἐν ἀγκίστρῳ τοῦ θανάτου προβαλλομένους τὴν ἡδονήν. Οὗτος τοίνυν, ἀγαπητοί, ὁ ὑποκεκρυμμένος καὶ ὕπουλος πόλεμος, οἷά τις ὕφαλος πέτρα, πολλῷ χαλεπώτερός τε καὶ ἐπικινδυνότερός ἐστι, τοῦ φανεροῦ καὶ πρόρρωθεν ἐγνωσμένου. Πρὸς μὲν γὰρ τοῦτον καθοπλισθείς τις καὶ προπαρασκευασάμενος, δυσάλωτος ἔσται· πρὸς πᾶσαν πεῖραν καὶ προσβολὴν τῶν ἐναντίων ἱστάμενος, ἀσφαλῶς τε καὶ κραταιῶς, πρὸς δὲ τοὺς ἐν ἐνδύμασι προβάτων εὐαγγελικῶς εἰπεῖν προσερχομένους ὑμῖν λύκους Ἀραβικούς, ῥᾳδίως ἄν τις ἀπατηθείη, καὶ ἀπροόπτως περιπέσειε τοῖς πολεμίοις ὡς φίλοις. Διὰ τοῦτο καὶ τῷ Ἀδὰμ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς ἡμῶν καὶ πολέμιος, διὰ τῆς Εὔας τῆς κοινωνοῦ τοῦ βίου καὶ φίλης προσέβαλε. Καὶ διὰ τῆς ἡδονῆς καὶ φιλοδοξίας τὸν πικρότατον ἐνῆκεν ἰὸν ταῖς καρδίαις ἐκείνων. Οὔτε γὰρ ὠφέλειαν, οὔτε βλάβην μείζονα δύναταί τις, ἀγαπητοί, ῥᾷον λαβεῖν ἄλλοθεν, ἢ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τῶν συναναστρεφομένων, καὶ κοινωνούντων, καὶ συνήθειαν οὐ μικρὰν ἐσχηκότων ἐκ τῆς συχνῆς ὁμιλίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς κηδεμὼν τῆς ἡμετέρας φύσεως διὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ δι' ἀγγέλων, καί τοι πλεῖστα πολλῷ δυναμένων, τὴν σωτηρίαν ἡμῶν βούλεται ἀεὶ ἐνεργεῖσθαι. Τοῦτ' οὖν καὶ ὁ πονηρὸς εὖ εἰδὼς, διὰ τῶν τοιούτων ἐπιχειρῶν οὐ παύεται καθ' ἡμῶν, ἔχων συνεφαπτομένην ἐκείνῳ καὶ συνεργὸν καὶ τὴν σάρκα πρὸ τοῦ λυσιτελοῦς καὶ βελτίστου τὴν ἡδονὴν αἱρουμένην. Οὐ φύσει πονηρὰν οὖσαν, οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότων πονηρόν ἐστι φύσει, ἀλλ' ὑπογαργαλιζομένην ὥσπερ καὶ βακχευομένην ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Ἀλλ' εἰ μικρόν τις διανασταίη, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ὥσπερ τινὰ κάρον ἀπόθοιτο τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα τὰ ποικίλα καὶ χαλεπὰ, ὡς ἱστὸν ἀράχνης διαῤῥήξει καὶ ἀφανίσει τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν καὶ χάριν ἔχων συναιρομένην αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ προσάντη καὶ δυσχερῆ ῥᾳδίως ἐξομαλίζουσαν, καὶ φοβερὸν καὶ ἀήττητον καθιστῶσαν τοῖς πολεμίοις, καὶ τὰ κακούργως εἰσαγόμενα παρ' αὐτῶν μηχανήματα καὶ σοφίσματα εἰς τὸ μηδὲν διαλύουσαν. Σκόπει γὰρ ἔνθεν μὲν ὁ πονηρὸς ὑποτίθησιν ὥσπερ ὑπ' ὄψιν διὰ τῶν ἀσεβῶν τὴν ἐκ τῆς μέθης τε καὶ πορνείας καὶ πάσης ἄλλης ἀκολασίας βορβορώδη ζωὴν καὶ φιλήδονον· ἐξ ἑκατέρου δὲ τὸ τῆς εὐαγγελικῆς εἴτ' οὖν ἀγγελικῆς πολιτείας, σκληρὸν καὶ ἐπίμοχθον, καὶ μέχρι τούτου τὰ τοιαῦτα δεικνὺς, τὸ ἐπέκεινα καλύπτειν ἐπιχειρεῖ. Ἀλλ' ἡ τοῦ Κυρίου χάρις πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπάτην ἱσταμένη καλῶς, δείκνυσιν ἡμῖν τῶν εἰρημένων ὁδῶν ἑκατέρας τὸ πέρας· *Ἡ μὲν γὰρ στενὴ*, φησὶ, *καὶ τεθλιμμένη εἰς αἰῶνιον ἀπάγει τοὺς ταύτην διερχομένους· ἡ δὲ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος φανερῶς πρὸς ἀπώλειαν*. Καλῶς δὲ καὶ ὁδοὺς ἐκείνας ἐκάλεσε τὸ παρερχόμενόν τε καὶ κατ' ὀλίγον ὑποτεμνό-

[1] Matth. VII, 14.

(1) *Viæ latitudo.* Vaticanus Codex habet, ὁ πλατυσμος τοῦ βίου. Messan. τῆς ὁδοῦ, idque convenientius antecedentibus : ideo retinuimus.

Digitized by Google

μενον καὶ ὑποῤῥέον ἀεὶ τῆς παρούσης ζωῆς αἰνιττόμενος. Καὶ μονονουχὶ πρὸς πάντας φωνὴν ἀφεὶς μήτε τοῖς σπουδαίοις τὸ ἀνιαρόν τε καὶ τεθλιμμένον τὸν τόνον τῆς προθυμίας ὑποχαλάτω, λογιζομένοις τὸ βραχὺ τούτων καὶ πρόσκαιρον, καὶ τὴν διαδεξομένην ὅσον οὐδέπω μακαρίαν ἄνεσιν καὶ ζωήν. Μήτε μὴν τοὺς ἀκολάστους δελεαζέτω ὁ πλατυσμὸς τῆς ὁδοῦ καὶ ἡ εἰς κόρον πλησμονὴ τῆς ἐμπαθοῦς ἡδονῆς, ὑφορωμένους τὸ μετ' ὀλίγον κατάλληλον τῆς τοιαύτης ὁδοῦ πέρας, τὴν ἀπώλειαν καὶ τὸ μὴ σβενύμενον πῦρ καὶ τὸν ἀτελεύτητον σκώληκα. Ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρήμασιν ὁ ποικίλος καὶ πολύμορφος ὄφις ἀποκρουσθεὶς τῇ συμμαχίᾳ τοῦ πνεύματος, οὐκ ἠρεμεῖν ὅλως ἀνέχεται· ἀλλὰ δι' ἐναντίων μηχανημάτων τὸν πύργον τῆς ὑπομονῆς τε καὶ πίστεως ἡμῶν ἐπιχειρεῖ καθελεῖν, ἐπηρείας καὶ θλίψεις ποικίλας καὶ πολλαχόθεν ἡμῖν ἐπεγείρων, τοῖς συνήθεσιν ὀργάνοις τῆς ἑαυτοῦ πονηρίας πάλιν χρησάμενος, καλῶς δυναμένοις τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν. Καὶ νῦν μὲν ζημίας καὶ ἁρπαγὰς τῶν προσόντων ἡμῖν ἐπάγων, ἄλλοτε φυλακάς τε καὶ μάστιγας, λοιδορίας τε καὶ ὕβρεις καὶ ἀτιμίας, ποτὲ δὲ αἰχμαλωσίας καὶ ἀπειλὰς βιαίων θανάτων, ἵν' ἐντεῦθεν κατολιγωρήσαντες, ἢ πρὸς τὴν ἀκολασίαν σπευσώμεθα, ἢ πρὸς τὴν ἀσέβειαν εὐμενῶς ἴδωμεν, τούτων πάντων τῶν χαλεπῶν ἀπαλλαγὴν ἐπαγγελλομένην καὶ τῶν παρόντων ἡδέων δαψιλῆ χορηγείαν, εἰ τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ταύτην ἀλλάξαιμεν. Ἀλλά γε τὰς μηχανάς τε καὶ ἐλεπόλεις καρτερῶς ἐνέγκοιμεν ἄν, εἴ γε βουλοίμεθα διαγρηγορεῖν, ὅπλον καὶ πρόβολον τὸν Χριστὸν ἀῤῥαγῆ κεκτημένοι, παραδείγμασι δὲ εὐπορούντες γενναίοις καὶ θαυμαστοῖς τῶν ἁγίων λέγω τὴν ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν, καὶ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατάστασιν. *Οἱ μὲν γὰρ*, φησὶν, *ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν· ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς· ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος.* Τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος ἵνα τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως καὶ ἀνδρίας ἐκείνων λαμπρῶς ἄγαν ἀναφανῇ, εἰς μειζόνων μὲν ἐκείνοις ἀντίδοσιν ἀγαθῶν, αἰσχύνην δὲ πλείω καὶ ἧτταν τοῦ πονηροῦ, ὑπόδειγμα δὲ καρτερίας ἡμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' ἐκείνους εἰς τὸ τοῦ βίου τούτου παρερχομένοις στάδιον.

β'. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέγειν; Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος μείζονα δι' ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἀγνωμόνων ὑπήνεγκεν Ἰουδαίων, ὥσπερ τῶν ἱερῶν διηγουμένων Εὐαγγελίων ἀκούειν ἔξεστι πᾶσι. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὐδαμῶς οὔτε τῶν πρὸς ἀτιμίαν φερόντων, οὔτε τῶν ὀδύνην ἐμποιεῖν δυναμένων εἴασαν ἀνεπιχείρητον καὶ ἀκίνητον κατ' αὐτοῦ· νῦν μὲν, ψευδομαρτυρίας συῤῥάπτοντες, νῦν δὲ διαλοιδορούμενοι καὶ χλευάζοντες, ἐμπαιγμοὺς καὶ μάστιγας πρὸς τούτοις ἐπιδαψιλευόμενοι· καὶ ποτὲ μὲν τὴν θείαν ἐκείνην καὶ φρικτὴν κεφαλὴν καλάμοις τύπτοντες, ποτὲ δὲ στέ-

A vitiosæque voluptatis plena satietas, decipiat luxuriosos, prospicientes vicissim vitæ hujus brevem finem, perditionem, inquam, et ignem inextinguibilem, æternumque vermem. Cæterum fraudulentus ac dolosus serpens, ope spiritus hisce rationibus propulsatus, acquiescere tamen nullo modo potest: quinimo per oppositas machinas, patientiæ fideique nostræ turrim evertere aggreditur, insidias variasque tentationes variis ex locis nobis struens, consuetis pravitatis suæ instrumentis ad hæc exsequenda maxime aptis rursum utens. Et nunc quidem jacturas direptionesque facultatum nobis infert, alias vero carcerem, verbera, contumelias, et injurias, atque ignominias; quandoque vero captivitates minasque violentæ mortis, B ut hinc fracti animo vel fœderemur ad luxuriam, vel ad impietatem inclinemus, quæ nobis horum omnium malorum liberationem, præsentiumque voluptatum copiosam affluentiam promittit, si pietatem virtutemque cum ipsa commutaverimus. Cæterum (2) machinationes et instrumenta diruentia fortiter perferemus, si vigilare voluerimus, scutum et propugnaculum firmissimum atque tutissimum Christum habentes, præclaris etiam exemplis ac mirabilibus abundantes, sanctorum, inquam, patientia, ac tolerantia, et adversus peccatum resistentia usque ad sanguinis effusionem. *Quidam enim*, inquit, *distenti sunt, non suspicientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem;* C *alii vero ludibria et verba experti, insuper et vincula, et carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus* [1]. Deo nimirum permittente, ut probata eorum fides et fortitudo clarissime elucesceret, illis quidem in majorem bonorum retributionem, majusque diabol dedecus et damnum, nobis vero omnibusque qui in vitæ hujus stadium descendunt, in patientiæ exemplum.

D 2. Quid vero attinet de his dicere? ipse enim Dominus propter nos multo majora ab ingratis Judæis passus est, ut ex sacris Evangeliis id enarrantibus audire omnibus licet. Nihil enim quod ad ignominiam pertineret, aut quod dolorem aliquem afferre posset, intactum immotumque contra ipsum reliquerunt; modo quidem falsa commenti testimonia, modo illudentes et subsannantes, ad hæc, opprobria et flagella abunde infligentes, modo etiam divinum illud tremendumque caput arundinibus percutientes, modo spineam apponentes co-

[1] Hebr. x, 35-38.

(2) *Cæterum.* Deest Vaticano, ἀλλά γε, ac propterea hujus loci sententia hiulca: supplevimus ex Messanensi.

Digitized by Google

ronam, ut simul et dolore afficeretur, et injuria. Porro in divinam illam faciem, quæ increata divinitatis gloria et gratia plusquam solis radii in Thabor effulsit, quam apostolorum maximi clare inspicere non potuerunt, tali ignominia et petulantia debacchati sunt, ut ad sputa et alapas ab scelestis illis accipiendas esset proposita. Ac demum medium inter facinorosos homines, nudum in cruce suspenderunt. Verum nec sic quidem iram furoremque satiarunt, sed ibi quoque divino ori, a quo melle et favo, ut ait Propheta [a], dulciora verba emanarunt, cum irrisione fel et acetum obtulerunt. Et vero nec post ejus mortem, iracundiam remiserunt. Sed hasta vivificum latus transfixerunt, unde exiit totius orbis expiatio, quæ universo mundo vitam largitur, nempe sanguis et aqua.

φανον περιτιθέντες ἀκάνθινον ὀδύνης ἐμοῦ καὶ ὕβρεως ἕνεκα. Εἰς δὲ τὸ θεῖον ἐκεῖνο πρόσωπον τὸ ὑπὲρ τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἐκλάμψαν ἐν Θαβωρίῳ τῇ ἀκτίστῳ τῆς θεότητος δόξῃ καὶ χάριτι, ἥνπερ οἱ πρόκριτοι τῶν ἀποστόλων οὐκ ἠδυνήθησαν ἐναργῶς κατιδεῖν, τοιαύτην ἀδοξίαν καὶ παροινίαν κατέχεον, ὡς προκεῖσθαι τοῖς ἀλιτηρίοις ἐκείνοις εἰς ἐμπτυσμοὺς καὶ ῥαπίσματα. Καὶ τέλος καὶ μέσων κακούργων ἀνδρῶν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γυμνὸν ἀπῆρτησαν. Καὶ οὐδ' οὕτω κόρον εἰλήφασι τῆς μανίας καὶ τοῦ θυμοῦ, ἀλλὰ κἀκεῖ προσέφερον μετ' εἰρωνίας τῷ θείῳ στόματι, οὗπερ προῆλθον τὰ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον, κατὰ τὸν Προφήτην, γλυκύτερα λόγια, χολήν τε καὶ ὄξος. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ μετὰ θάνατον αὐτοῦ τῆς ὀργῆς καθυφῆκαν, ἀλλὰ λόγχῃ τὴν ζωηφόρον πλευρὰν ἐξεκέντησαν, ὅθεν ἐξῆλθε τὸ τῆς οἰκουμένης καθάρσιον καὶ παγκοσμίου ζωῆς χορηγὸν αἷμα καὶ ὕδωρ.

3. Hæc igitur omnia considerantes, o dilecti, et carnis voluptates ut noxia venena vitemus, et illatas tentationes strenue perferamus, ut socii Christi passionis, et per hanc gloriæ ipsius consortes efficiamur, si ideo compatimur, ut simul glorificemur. Sicut enim ab ore meretricis mel stillare videtur, deinde vero ab iis qui illud degustarunt, felle amarius reperitur, sic ab omnibus vitæ carnalibus voluptatibus, nempe ebrietate, deliciis, et luxu, omnique libidine ac intemperantia, verborum obscœnorum vaniloquio, rapacitate et injustitia, superbia et elatione, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, dulcedo quædam atque voluptas initio superficie tenus inferri videtur, postmodum vero felle amarius diffunditur. Omnis vero disciplina et tribulatio in præsentiarum non videtur esse gaudii, sed doloris, sed tandem per eam exercitatis pacificum reddit justitiæ fructum. Ideo opus est patientia. *Si enim*, inquit, *perferemus, et regnabimus* [b]. Hortor autem vos, o fratres, ut eos dignoscatis, si qui sunt qui discordias et scandala in Ecclesiam Christi inducere conantur, vanamque hæresim (3), quæ procul est a doctrina spiritus, veluti malum zizanium disseminare tentant. Isti igitur ab ovili Christi tanquam lupi expellantur a vobis; non enim melius, si non etiam pejus, affecti sunt perfidis Judæis, qui in deificatam gratiosamque Domini faciem debacchati sunt. Illi enim in faciem ipsam, tanquam in hominis puri faciem injuriam intulerunt, quamvis ad divinitatem magnitudo criminis perveniret (4). Idem

γ'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ἀγαπητοὶ, καὶ τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκὸς ὡς δηλητήρια φάρμακα φεύγωμεν, καὶ τοὺς ἐπαγομένους πειρασμοὺς γενναίως ἐνέγκωμεν, ἵνα κοινωνοὶ γενώμεθα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἐκείνου δόξης, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ στόματος γυναικὸς πόρνης μέλι στάζειν δοκεῖ, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς τοῖς μετασχοῦσιν εὑρίσκεται, οὕτω καὶ ἀπὸ πάντων τῶν τοῦ βίου σαρκικῶν ἡδονῶν, κἂν μέθην εἴπῃς, κἂν τρυφὴν, καὶ βλακείαν καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν καὶ ἀμετρίαν, κἂν αἰσχρολογίαν τε καὶ μωρολογίαν, κἂν ἁρπαγάς τε καὶ ἀδικίας, κἂν ὑπερηφίαν καὶ τύφον, καὶ εἴ τι ἕτερον ἀντίκειται τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, γλυκύτητά τινα καὶ ἡδονὴν καταρχὰς ἐξεπιπολῆς δοκεῖ φέρειν, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς τὰς ἀναδόσεις ἐργάζεται. Πᾶσα δὲ παιδεία καὶ θλῖψις, πρὸς μὲν τὸ παρὸν, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Διὰ τοῦτο ὑπομονῆς χρεία· *Εἰ γὰρ ὑπομένομεν*, φησὶ, *καὶ βασιλεύσομεν*. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν εἴ τινες διχοστασίας καὶ σκάνδαλα εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν εἰσάγειν ἐπιχειροῦσι, καὶ τὴν κενοφανῆ, ἣν πόρρω τῆς διδασκαλίας τοῦ πνεύματος αἵρεσιν ὑποσπείρειν ὥσπερ τι ζιζάνιον πονηρὸν ἀποπειρῶνται. Οὗτοι τοίνυν τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης ὡς λύκοι διωκέσθωσαν ὑφ' ὑμῶν· καὶ γὰρ οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται τῶν εἰς τὸ τεθεωμένον τε

[a] Psal. xviii, 11. [b] II Tim. ii, 12.

(3) *Vanamque hæresim*. Locus hic, ut editus est, totidem verbis habetur in Messanensi, Vaticanus addit τοῦ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου, de quo dixi in dicatoria epistola.

(4) *Perveniret*. Recte docent theologi veteres et recentiores, post incarnationem Verbi divinam naturam humanæ ita conjunctam, ut per communicationem proprietatum quidquid Christo competit, de Deo dici possit, et quidquid Deo, de Christo. Hinc in concilio tertio impiæ illæ et rudes Nestorii voces damnatæ sunt, nempe: *Eum qui spatiis menstruis adolevit, Deum non appellavero.* Et illæ: *Ne glorieris, Judæe, Deum non crucifixisti.* Quæ inde procedebant, quod, sicut duas essentias substantiasque, ita duas in Christo personas constitueret: ac proinde corpus Christi tabernaculum Θεότητος vocaret, ipsumque Deum ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσαντα (quod totidem verbis cavetur ab Ignatio in epistola ad Philippenses), Christum autem nulla unitione admissa, *hominem solitarium*. Quæ vox Vincentio, Cassiano, Gelasioque frequens in hoc argumento: et hujus erroris causa a sexto concilio Toletano, in professione fidei, nominatim damnata. Vide Cyrillum, in epist. ad Nestorium, quæ incipit:

Digitized by Google

καὶ κεχαριτωμένων τοῦ Κυρίου πρόσωπον πεπαρῳνηκότων δυσσεβῶν Ἰουδαίων, εἰ μὴ καὶ χεῖρον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸ ὡς εἰς ἀνθρώπου φιλοῦ πρόσωπον τὴν ὕβριν ἐπήγαγον, εἰ καὶ πρὸς τὴν θεότητα τὸ μέγεθος διέβαινε τοῦ τολμήματος. Εἷς γὰρ ὑπῆρχε θεάνθρωπος Λόγος ὁ ταῦτα δεχόμενος. Οὗτοι δὲ οἱ νέοι τῆς θεότητος ὕβρισταὶ εἰς τὴν δοξάσασαν τὸ μακάριον ἐκεῖνο πρόσωπον ἄκτιστον τῆς θεότητος δόξαν, καὶ *παραπέτασμα* ταύτην ἀναίδην ἀποκαλοῦντες. Ταῦτα δὲ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐκείνων σιέλων καὶ ἐμπτυσμάτων, βδελυκτότερά τε καὶ ἀτιμότερα. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι τὸ δόγμα

A eum Verbum Deus simul erat, et homo, qui hæc perferebat. Isti vero novi divinitatis conviciatores in increatam divinitatis gloriam, quæ beatam illam faciem glorificavit, *velum* (5) illam impudenter appellantes. Hæc autem Judaicis salivis sputisque abominabiliora sunt, atque ignominiosiora. Et sicut illi monarchiæ scilicet dogma astruere putantes, distinctionem, et Filium nullo pacto admittebant : sic et isti divinæ naturæ simplicitatem prætendentes, hincque simplices posse se terrere arbitrantes, divinæ substantiæ et actionis differentiam de (6) medio tollere penitus conantur, actionem omnino Deum

Ἄνδρες αἰδέσιμοι. Ἔγγὺς (inquit) γεγόνασί τινες τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι λοιπὸν ὁμολογεῖν ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὄργανον δὲ μᾶλλον καὶ ἐργαλεῖον θεότητος, καὶ ἄνθρωπος θεοφορος· *Fere enim quidam ita effecti sunt ut minime jam ferendum putent Christum Deum confiteri, sed organum potius et instrumentum Deitatis, et hominem Deum ferentem.* Idem in epistola ad monachos, quæ incipit Ἀφίκοντο μέν τινες, multis in locis, alibique frequenter inculcat. Sed expressius anathematismo 7 et 11. Utinam exstarent nobis Cœlestini Pontificis scripta, qui et Ephesinam synodum e Græco fecit Latinam, et eam ad Orientis Occidentisque Ecclesias misit, ipsamque confutavit hæresim. Utinam Sixti III, qui id ipsum præstitit; Eusebii etiam Doryleensis, qui Nestorianorum mastix fuit, clarusque ob persecutionem, quam ab ipsis Nestorianis in λῃστρικῇ synodo Ephesina non multo post passus est, et qui postea Eutychetem primus omnium detexit! Nam et hic etiam scriptis oppugnavit Nestorium. Sed et Theodori Ancyrani opera, et ante hos Attici Constantinopolitani liber, quem ad Arcadii filias scripsit prævenlens Nestorii tunc presbyteri Antiocheni hæresin, magno Christianæ rei malo interciderunt. E quibus certe et ad veteres Nestorianorum errores cognoscendos maximum adjumentum ad novitios Nestorianos (quando et hæc etiam monstra alit hoc ævum) confutandos instructissimum armamentarium haberemus.

B

(5) *Velum.* Faciem carnemque Christi *velum* appellare potuerunt isti, vel cum Nestorio (ut diximus) sentientes, qui nullam unitionem inter humanitatem divinitatemque admittebat, sed humanitatem quasi hospitem divinitatis vocabat : vel cum aliis hæreticis, qui Christi corpus nec verum nec nobis consubstantiale asserebant, sed phantasticum, fallax, commentitium, imaginarium (nam iis omnibus vocibus utitur Augustinus) ac proinde vocare potuerunt isti carnem Christi *velum*, quasi quo divinitas tantum tegeretur, quam solam vere in Christo exsistere dicebant. Quem errorem diversis attribuunt antiquissimi nostrorum. Irenæus tacito auctore alicubi eum oppugnat, sed Ebionitis postea non obscure tribuit. Tertullianus in libro huic hæresi confutandæ dicato, Marcioni, Apelli, Valentino, et Saturnino : ideoque libri titulum facit, *De carne Christi adversus quatuor hæreses*, rursum adversus Marcionem contra hoc delirium strenue pugnat : Philastrius item eumdem Marcionem auctorem facit. Posteriores, nempe Augustinus, in libro *De hæresibus*, et in iis quæ scribit contra Manichæos, errorem hunc adversus ipsos exagitat. Theodoretus item in Fabulis, et Vincentius, cap. 20, et Damascenus, libro *De hæresibus*, et Idacius, adversus Varimadum, lib. 3. Leo etiam primus, sermone 4, in Nativit., et 4 in Epiphania, atque alibi hæresim istam tanquam Manichæorum oppugnant. Postmodum ab Eutychete Constantinopolitano abbate eadem excitata ex parte fuit, ut tradit Flavianus Constantinopolitanus in epist. 1 et 2 ad Leonem, Romanum pontificem. Leo ipse, epist. 11, quæ est ad Julianum Coensem, et 83, ad monachos Palæstinæ, et in sermone 8, de Nativitate, et in tractatu Romæ habito, de erroribus Eutychetis. Habetur etiam in condemnatione Nestorii facta in concilio Constantinopolitano, quod insertum est in Chalcedonensi. Tradit Liberatus, cap. 11 *Brevlarii*, Evagr. lib. 1, cap. 9, et libro II, cap. ult.; his enim testimoniis probatur Eutychetem unicam tantum naturam, nempe divinam, in Christo agnovisse, carnem ejus sanctissimam, nec consubstantialem nobis, nec omnino veram fuisse : quare fateri cogebatur Christum non ut hominem, sed ut Deum fuisse passum. Non negaverim sanctos Patres humanitatem Christi *velum* frequenter vocasse, quod divinitatis splendorem et gloriam oculis hominum tegeret et occultaret : sic Cyrillus, c. 28 libri 4 in Joannem; Gregor. Nyssenus, in libro *De vita Moysis*, atque alii loquuntur. Verum istos, quos noster oppugnat, credibile est, non hoc, sed eo, quem diximus, sensu locutos.

C

(6) *Divinæ substantiæ et actionis differentiam.* Illud est sine dubio apud theologiæ veros professores, essentiam divinam tributaque inter sese, et ab illa distincta esse, etsi non *realiter*, ut loquuntur, quod supercœlestis illius naturæ simplicitas minime patitur, *ratione* tamen, vel aliqua tertia distinctionis specie, quam inter hanc illamque mediam formant : de quo articulo videndus S. Thomas, 1 part. q. 4, art. 1, et q. 13, art. 12. Itaque vanum est, et ignorantiæ plenum, nullam penitus admittere distinctionem, sed omnia confundere, ut istos fecisse prætexto divinæ simplicitatis ait Theophanes. Quod et Eunomianorum fuit; nam illi dicebant, *aut totaliter Deum comprehendi, aut nihil ex eo cognosci posse, quod simplicissimus esset.* Contra quos diserte disputat Basilius multis in locis, et sæpe Nazianzenus, in oratione vero secunda de Paschate ab illis verbis : *Immensus igitur est Deus et ad contemplandum difficilis, idque solum in eo plane comprehendi potest, quod immensus sit : quamlibet aliquis existimet eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere, ut vel nullo omnino modo comprehendi possit, vel plene perfecteque comprehendi queat*, et quæ sequuntur. Vide etiam subtilem Damasceni de hoc disputationem, lib. 1, 2, 4, et 12, ubi probat diversa Deo accommodata nomina, varias rerum in eo differentias non denotare, sed solam rationum diversitatem et considerationem. Fuit vero hæc doctrina Dionysii in lib. *De divinis nominibus*, c. 2. Decernit docte hunc articulum concil. Tolet. 15, sub Juliano Pomerio, Egica rege coactum. Illud quod sequitur in Theophane : *Vitam et sapientiam, et virtutem vel nullo pacto Deum habere, vel si habet, illam esse creatam*; plane absurdum et impium est, ut docte et orthodoxe idem Thomas, 1. part. q. 5, 14, 18, ubi de vera vita, scientia, bonitateque Dei docet, alibique frequenter de reliquis tributis ejus scribit.

D

Digitized by Google

esse dicentes. Videlicet vitam et sapientiam et virtutem vel nullo pacto habere, vel si habet, illam esse creatam, quasi aperte dicerctur, ipsum a semetipso dissentire, simpliciatemque ipsius ejus distinctionem nullo pacto suscipere in communicationem gloriæ, sed emittere ad creaturas (7). Isti ergo, ut dictum est, tanquam malæ quædam feræ procul ab ovili Christi expellantur: *Et mala bestia*, inquit Isaias, *non ascendet per eam* [6]; nam ii, inquit, *non Domino Nostro Jesu Christo, sed ventri suo serviunt* [7], qui per bona verba vanasque fraudes decipiunt corda simplicium. Dominus autem, qui consolatur humiles, corda quoque vestra consoletur, corroboretque vos in omni opere, et verbo bono. Orate autem et pro nobis, fratres, ut opus Domini nobis commissum cum incremento progrediatur semper. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei et Patris et communicatio sancti Spiritus sit cum vobis omnibus, o fratres. Amen.

A τῆς μοναρχίας συνιστᾶν δῆθεν οἰόμενοι τὴν διάκρισιν καὶ τὸν Υἱὸν οὐδαμῶς παρεδέχοντο· οὕτω καὶ οὗτοι τὸ ἁπλοῦν τῆς θείας φύσεως προβαλλόμενοι καὶ ταύτῃ μορμολύττειν τοὺς ἁπλουστέρους οἰόμενοι, τὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαφορὰν ἀναιρεῖν ὅλως ἐπιχειροῦσιν. Ἐνέργειαν ὅλως λέγοντες τὸν Θεὸν, ἤγουν ζωὴν καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν, ἢ μηδαμῶς ἔχειν, ἢ εἴπερ ἔχει, κτιστὴν εἶναι, πρὸς ἑαυτὸν στασιάζειν ἀντικρυς αὐτὸν λέγοντες, καὶ τὸ ἁπλοῦν ἐκείνου τὴν ἑαυτῆς διάκρισιν μὴ δεχόμενον, μηδαμῶς εἰς κοινωνίαν τῆς δόξης ἀλλὰ πρὸς τὰ κτίσματα παραπέμπουσαν. Οὗτοι τοίνυν, ὡς εἴρηται, καθάπερ τινὰ πονηρὰ θηρία πόρρω τῆς ἀγέλης ἀπεληλάσθωσαν τοῦ Χριστοῦ· *Οὐδὲν γὰρ*, φησὶν Ἡσαΐας, *τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐ μὴ ἀναβῇ* B *ἐπ' αὐτήν*· οἱ γὰρ τοιοῦτοι, φησὶ, *τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ*, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ κενῆς ἀπάτης, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Ὁ δὲ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς Κύριος, παρακαλέσαι τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ. Προσεύχεσθε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ἀδελφοί, ἵνα εἰς προκοπὴν τὸ δοθὲν ἡμῖν ἔργον ἔργον ἀεὶ τοῦ Κυρίου προβαίνῃ· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.

[6] Isa. xxxv, 8. [7] Rom. xvi, 18.

II.

Ejusdem epistola doctrinalis de patientia et longanimitate ad omnes Christianos, qui ab eo pascebantur.

Theophanes, minimus Jesu Christi servus, sacræ Nicænæ Ecclesiæ sacerdotali gratia, divina miseratione præsidens, juxta promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu, omnibus a Christo vocatis in C diversis quidem ætatibus constitutis familiis, fortunis, vitæ institutis ac statibus, æqualem vero fidem, et in religione sententiam, et spem sortitis, Nicæam habitantibus et Prusam, et omnem circa regionem usque ad maritimam (8) connumeratis ascriptisque spirituali nostro ovili, dilectis in sancto Spiritu, filiis humilitatis nostræ: gratia vobis,

Β'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ διδασκαλικὴ πρὸς πάντας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένους Χριστιανοὺς, περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας.

Θεοφάνης ἐλάχιστος Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος τῆς κατὰ Νικαίαν ἱερᾶς Ἐκκλησίας ἱεραρχικῇ χάριτι προεστὼς ἐλέῳ Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν C Χριστῷ Ἰησοῦ, πᾶσι τοῖς ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένοις, ἐν διαφόροις μὲν ἡλικίαις καὶ γένεσι τύχαις τε καὶ ἐπιτηδεύμασι καὶ πολιτείαις ὑπάρχουσιν, ἰσότιμον δὲ πίστιν λαχοῦσι, καὶ τὴν κατ' εὐσέβειαν δόξαν τε καὶ ἐλπίδα, τοὺς τὴν Νικαίαν τε καὶ Προῦσαν οἰκοῦσι, πρὸς δὲ καὶ τὴν κατ' αὐτὰς πᾶσαν μέχρι τῆς παραλίου περίχωρον, τοῖς συνηριθμημένοις τῇ καθ' ὑμᾶς λογικῇ ποίμνῃ ἀγαπητοῖς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι,

(7) *Ad creaturas emittere.* Quidquid boni inest in creaturis, ab uno Deo per participationem procedit; eo enim quis purior, quo supercœlestem illam puritatem magis participat; eo innocentior, quo innocentiam; sanctior, quo sanctitatem, ac similiter de aliis virtutum generibus. Est si quidem ipse Deus idea, archetypusque bonitatis, imo bonitas, ipsa κατὰ φύσιν, ut locuti sunt antiquissimi theologorum; perfectissimus in unaquaque re, formaque: quinimo, ut Dionysius ait, ea ratione in unaquaque re, formaque, non perfectus, quod ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος, *superfectus*, *et anteperfectus in re formaque qualibet sit.* Signanter Chrysostomus, in oratione *De Nativitate Salvatoris*, nondum edita (quam nos manuscriptam habemus, inter alia multa hujus Patris, quæ, volente Deo, propediem dabimus) ὑπερφαλον Deum vocat: quasi qui effluat, abundet, supernatet, inundet creaturarum omnium excellentias: *Omnia* (inquit Damascenus, lib. 1, cap. 19.) *divinam naturam appetunt, et in ipsa exsistunt, ipsa divina natura omnibus rebus pro cujusque natura, esse tribuit; est enim et eorum quæ sunt essentia, et eorum quæ vivunt, vita, et eorum quæ ratione utuntur, ratio, et earum quæ intellectualiter sunt, intelligentia,* quæ omnia totidem fere verbis a magno Dionysio mutuatus est, capp. 2, 4, 8, *De divinis nominibus.* Ἀγαθοειδῶς igitur, ut ipse loquitur Damascenus, in singulis rebus pro unusquisque D captu resplendet jubar illud superbenedictum, immortale, infinitum, æternum. Hæc cum ita sint, impium certe fuerit, exspoliare (ut isti, quos noster oppugnat) vera vita ipsammet vitam, a qua omnia vivunt, scientiam ipsammet scientia, a qua scientes sciunt, bonitatem ipsam bonitate, per quam bona omnia bona sunt. Atque ideo expertem horum facere, quod ea cum aliis communicet, maxime cum ipsarum divinarum proprietatum una sit et præstantissima κοινωνία, id est sui ipsius communicatio. Sic tamen se communicat ut quod alius dat, sibi non auferat. *Ipse se nobis* (in hunc sensum inquit Dionysius) *communicat, nihil perpessus.* In his quidemnos hospites, quare leviter illa attigisse contenti erimus.

(8) *Usque ad maritimam.* Habeturin utroque exemplari παραλίου, inducta etiam linea, qua notari solent propria nomina. Sed cum in totius Bithyniæ topographia nullum oppidum reperiatur hoc nomine, recte credimus substitutum t pro o

Digitized by Google

τεκνοις τῆς ἡμῶν ταπεινότητος· χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη, εἰς εὐπλοΐαν μὲν τοῦ παρόντος, κατὰ Θεὸν βίου καὶ ζωὴν ἀκύμαντον καὶ ἀτάραχον, ἀπόλαυσιν δὲ καὶ εὐφροσύνην ἀπόῤῥητον τῆς μελλούσης ἀθανασίας, ἣν ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τηροῦσιν αὐτοῦ καλῶς τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ δικαιώματα.

α'. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοί, ἀκούων τὴν πίστιν ὑμῶν φρουρουμένην ἐν δυνάμει Θεοῦ εἰλικρινῆ καὶ ἀσάλευτον, μεταξὺ τῶν ἀνθισταμένων τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν μετ' εὐχαριστίας ὑπομονὴν ὑμῶν ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐξ ὧν τὸν ἀμαράντινον κομιεῖσθε στέφανον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλθόντος δοξάσαι μὲν τοὺς ἰδίους πιστοὺς δούλους ἀῤῥάστῳ καὶ θεϊκῇ δόξῃ, ἀποδοῦναι δὲ ἐκδίκησιν ἐν φλογὶ πυρὸς, τοῖς μὴ εἰδόσιν αὐτὸν, μηδὲ ὑπακούουσι τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτου κηρύττουσι· μεμνημένος ὑμῶν ἀεὶ ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δῴη ὑμῖν στηριχθῆναι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καθωπλισμένους τὴν πίστιν τε καὶ ἐλπίδα, ὅπως μὴ ἀποκάμητε μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς, πρὸς τὰς ἐπαγομένας ὑμῖν καθ' ἑκάστην θλίψεις καὶ πειρασμοὺς, ἀπό τε δαιμόνων καὶ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. Εἰδέναι γὰρ ὑμᾶς, ἀγαπητοί, βούλομαι ὅτι ὥστερ ἐστὶ συνεκτικὸν τῆς παρούσης ἡμῶν αἰσθητῆς ταύτης ζωῆς, ἡ τροφή τε καὶ πόσις· καὶ γάρ τινά τούτων ἄνευ ζῆν ὅλως ἀδύνατον· οὕτω τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς ἴδιόν ἐστι καὶ συστατικὸν, καὶ πᾶσα μὲν ἀρετή. Καὶ γὰρ ὁμοίως ταύτης χωρὶς, ἀδύνατόν ἐστιν ἐν πνεύματι ζῆν τινα κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ἡ ἐν θλίψεσιν ὑπομονή τε καὶ καρτερία. Καθάπερ γὰρ ὁ χρυσὸς καθόσον ἂν ὁμιλῇ τῷ πυρὶ καθαίρεται δοκιμώτερος γινόμενος καὶ λαμπρότερος, οὕτω καὶ ἡ πειρασμοῖς καὶ κινδύνοις ψυχὴ προσπαλαίουσα, ἡλίου γίνεται καθαρωτέρα καὶ λαμπροτέρα. Καὶ εἰ βούλεσθε, προθῶμεν ὑμῖν εἰς ὑπόδειγμα τῶν εἰρημένων τὸν καρτερικώτατον καὶ μέγαν Ἰώβ. Οὗτος γὰρ, πρὸ τοῦ πειρασμοῦ, παντοίαις ἀρεταῖς ὑπῆρχε κεκοσμημένος, ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ παραδηλοῖ λέγω, μᾶλλον δὲ ἡ θεία Γραφὴ, καὶ ὁ φθεγγόμενος ἡμῖν διὰ ταύτης Θεός. Σωφροσύνη μὲν γὰρ καὶ σαρκὸς καθαρότης καὶ ἁγιασμὸς, τοσοῦτος ἦν αὐτῷ ἀναγκαῖον καὶ περισπούδαστον. Καὶ ταῦτα πρὸ τοῦ παλαιοῦ νόμου ὑπάρχοντι ὅτε οὐδεὶς ὁ λόγος ἦν τῶν τοιούτων, ὥσπερ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἀκρίβειαν, οὐδὲ περιέργοις γοῦν προσεῖχε τοῖς ὀφθαλμοῖς ταῖς τῶν γυναικῶν ὄψεσι· *Διαθήκην* γὰρ, φησὶ, *διεθέμην τοῖς*

A misericordia, pax et amor multiplicetur in prosperam præsentis vitæ secundum Deum navigationem, fluctibusque et tumultibus carentem, fruitionem vero et ineffabile gaudium futuræ immortalitatis, quam præparavit Deus ante constitutionem mundi diligentibus se in veritate, servantibusque fideliter præcepta et legis ipsius mandata.

1. Gratias ago Deo meo semper pro vobis, o charissimi, audiens fidem vestram in virtute Dei servari puram et inconcussam, inter eos qui Evangelio Christi obstant et opponuntur, vestramque patientiam cum gratiarum actione in variis tentationibus et angustiis: propter quæ immarcescibilem adipiscemini coronam, in adventu Domini nostri
B Jesu Christi: qui veniet ut suos fideles servos glorificet inexplicabili ac divina gloria: retribuat vere vindictam in flamma ignis iis qui ipsum nesciunt, neque audiunt eos qui prædicant Evangelium ipsius. Recordor vestrum omnium semper in orationibus, ut Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi det vobis ut confirmemini secundum interiorem hominem, et induamini armaturam fidei et spei, neque deficiatis usque ad extremum vitæ spiritum, propter angustias et tribulationes, quæ vobis quotidie offeruntur et a dæmonibus, et ab infestis ac pravis hominibus. Scire enim, vos o dilecti, volo, quod quemadmodum cibo et potu sensibilis hæc vita nostra conservatur (haud enim ullo modo
C fieri potest, ut quisquam sine istis vivat), sic proprie ac germane vitam secundum Deum omnis quidem virtus constituit (sine illa enim fieri nequit, ut aliquis in spiritu vivat secundum interiorem hominem), sed omnium maxime patientia in tribulationibus atque constantia. Sicut enim aurum quanto magis igni admovetur, tanto fit probatius atque illustrius, sic et anima tentationibus et periculis vexata fit sole purior et splendidior. At vero si libet, age, proponamus vobis constantissimum ac patientissimum magnum Job in prædictorum exemplum. Hic enim ante adversitates omni virtutum genere præditus erat; ut ipse de se testatur, imo vero divina Scriptura, loquensque per eam nobis Deus. Pudicitia enim et carnis puritas et
D sanctimonia erant illi familiaria, et maxime expetenda. Et hoc quidem cum ante antiquam legem esset, quando nulla erat, ut in disciplina (9) evangelica, harum rerum ratio. Ergo nec curiosis quidem oculis attendebat mulierum facies: *Pepigi*(10), inquit, *fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*[a]. Si autem ip virgines, ac liberas mulie-

[a] Job. XXXI, 1.

(9) *Ut in disciplina.* Messanensis ὅτι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν: Vaticanus, ὥσπερ κατὰ τὴν, etc.

(10) *Pepigi.* In sacræ Scripturæ testimoniis reddendis in hac versione mea, vulgatam editionem, quam cæterarum omnium, quæ hactenus prodierunt, optimam et emendatissimam censeo, fere semper religiose secutus sum, fere, inquam; nam aliquando ab ea discedere necessum habui, cum verba ipsa, quæ apud Theophanem reperiebantur, essent reddenda. Cæterum cum Latina vulgata editione usus non sum, interpretationi saltem Bibliorum secundum Septuaginta, quæ nuper edita est, adhærere studui. Istum vero nunc præfari libuit, quod hæc epistola fere tota ex Jobi libri testimoniis

Digitized by Google

res erant illi oculi adeo continentes et castigati, et vel in cogitatione et oculo fornicationem rejiciebat, quanto minus adulterii labem et maculam ad illius animam penetrare omnino potuisse credendum est? Quapropter et confidens adeo propter prædicta gloriatur, ut etiam dira sibi mala imprecetur, nisi in iis maxima cum cautione et observantia vitam suam egerit. Ideo ait: *Si cor meum secutum est alterius viri uxorem, aut si obsedi januas ejus, placeat quoque uxor mea alteri, et filii mei humilientur* [9]. Quasi per hæc diceret, ex suis rebus unumquemque aliena dijudicare debere, sicut ait Dominus: *Prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter* [10]. Si enim grave tibi est et intolerabile tuam uxorem alterius amorem sequi, neque tu alienum thorum subvertere tentes; et illius quidem justi viri hæc erat castimonia. De justitia vero defensioneque oppressorum, ac invalidorum audi quid dicat: *Justitiam indutus sum, et vestitus sum judicio sicut diploide. Salvavi enim mendicum de manu potentis, et pupillum cui non erat adjutor, adjuri; oculus fui cæcorum, et pes claudorum; ego fui pater impotentium, et judicium quod non noveram perscrutatus sum, confregi autem molas iniquorum*(11), *de medio dentium eorum rapinam eripui* [11]. Sed et acceptionibus muneribusque in judiciis superior erat justus; ait enim: *Et si manibus meis tetigi dona, ipse quidem seminem*(12), *comedant vero alii* [12]. Et justitiam quidem sic indutus erat, ut ipse dicit, tanquam vestem decorantem ipsum multo illustrius regia purpura. Eleemosyna autem, quæ inter omnes virtutes principem maxime decet (13), et hospitalitas, nonne huic curæ fuere? imo vere maxime. Quid enim ait? *Si buccellam meam comedi solus, partemque ex illa non dedi orphano: quoniam a juventute mea enutriebam ut pater* [13]. Et rursus: *Et si despexi nudum pereuntem, et i lum non indui Et si non benedixerunt me impotentes, et ex tonsura agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum, hæc et hæc patiar* [14]. Et rursus: *Ostium meum omni venienti patuit, aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire januam meam* [15]. Verum neque a debitoribus quidem repetebat de-

A ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον. Εἰ δὲ πρὸς παρθένους καὶ ἐλευθέρας οὕτως ἦσαν αὐτῷ ἐγκρατεῖς καὶ κεκολασμένοι οἱ ὀφθαλμοί, καὶ οὕτως αὐτῷ μέχρι καὶ διανοίας καὶ ὄψεως ἡ πορνεία ἀπείρηται, σχολὴ γ' ἂν τὸ τῆς μοιχείας μύσος καὶ ῥύπασμα, πάροδον ἂν ἔσχεν ὅλως εἰς τὴν ἐκείνου ψυχήν. Διὸ καὶ τοσοῦτον θαῤῥῶν ἀγκαυχᾶται τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ τὰ δεινότατα λίαν ἑαυτῷ ἐπαρᾶται, εἰ μὴ μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας πρὸς ταῦτα καὶ συντηρήσεως τὴν ἑαυτοῦ διεξῆγε ζωήν. Διό φησιν· *Εἰ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς, ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, τὰ δὲ ῥηπιά μου ταπεινωθείη.* Ὡσανεὶ διὰ τούτων λέγων, ὅτι Ἐκ τῶν οἰκείων πᾶς τις ὀφείλει διακρίνειν καὶ
B τὰ ἀλλότρια, καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι *Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.* Εἰ γὰρ τὸ προσχεῖν τὴν σὴν γυναῖκα ἕρωτι ἀνδρὸς ἑτέρου, λίαν δοκεῖ σοι χαλεπὸν καὶ ἀφόρητον, μηδὲ σὺ γάμους ἀλλοτρίους ἐπιχείρει ἀνατρέπειν, καὶ τὰ μὲν τῆς σωφροσύνης τῷ δικαίῳ τοιαῦτα. Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ προστασίας ἀδικουμένων καὶ ἀδυνάτων, ἄκουσον τί φησίν· *Δικαιοσύνην ἐνδεδύκειν, ἡμφιασάμην δὲ κρῖμα ἴσα διπλοΐδι. Διέσωσα γὰρ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ὀρφανῷ ᾧ οὐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησα. Ὀφθαλμὸς δὲ ἤμην τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν. Ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων, δίκην δὲ ἣν οὐκ ἤδειν ἐξιχνίασα. Συνέτριψα δὲ μύλας ἀδί-*
C *κων· ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξήρπασα.* Ἀλλὰ καὶ λημμάτων καὶ δώρων ἀνώτερος ὁ δίκαιος ἐν ταῖς κρίσεσιν ἦν, φησὶ γάρ· *Εἰ δὲ καὶ ταῖς χερσί μου ἠψάμην δώρων, σπείραιμι ἄρα, καὶ ἄλλοι φάγοισαν.* Ἀλλὰ τὴν μὲν δικαιοσύνην οὕτως ἦν ἐνδεδυμένος, καθώς φησιν ὡς ἱμάτιον, πολλῷ λαμπρότερον αὐτὸν καλλωπίζον τῆς βασιλικῆς ἀλουργίδος, ἐλεημοσύνης δὲ τῆς βασιλικωτάτης τῶν ἀρετῶν καὶ φιλοξενίας οὐκ ἐμέλησε τούτῳ· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τί γάρ φησιν; *Εἰ τὸν ψωμόν μου ἔφαγον μόνος καὶ οὐχὶ ὀρφανῷ μετέδωκα ἐξ αὐτοῦ, ὅτι ἐκ νεότητός μου ἐξέτρεφον ὡς πατήρ.* Καὶ πάλιν· *Εἰ καὶ ὑπερεῖδον γυμνὸν ἀπολλύμενον καὶ οὐκ ἠμφίασα. Ἀδύνα-*

[9] Job. xxi, 10. [10] Luc. vi, 31. [11] Job xxix, 14-17. [12] Job xxxi, 8. [13] ibid. 17, 18. [14] ibid. xix, 20. [15] ibid. 32.

constet. At clarum est eum librum, prout nos Latinum habemus, multum differre a textu Græco. Hieronymus eam quam in Bibliis habemus, versionem (nam et aliam fecit juxta Septuaginta) ex Hebraico, Arabico, et Syro elaboravit, nihil vero minus, quam ex Græco. Si quid igitur offenderit lector, quod in Latina Vulgata vel non exstet, vel aliter habeatur, consulenda illi erunt Græca, quæ Theophanes secutus est, et quæ nos vertimus. Sed et illud hoc loco lectorem scire opo tuerit, epistolam hanc, quæ tota in patientiæ commendatione et Jobi historia versatur, bona ex parte Chrysostomi imitationibus constare: singula nos, prout occurrunt, adnotare noluimus, ne capita notarum et earum numeros innumeros faceremus. Itaque consultus duximus, ad finem ea omnia quæ a Chryso-

D stomo (ut diximus) mutuatus est Theophanes, unico scholio aggerere.

(11) *Molas iniquorum.* In Vaticano et Messanensi desunt huic periodo quæ sequuntur verba, ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων, etc., quæ adjunximus ex Jobi textu, cap. xxix.

(12) *Seminem.* Vaticanus σπεῖραι mot. Messanensis σπείραιμι.

(13) *Principem maxime decet.* Non dubito quin locum hunc aliter vertendum judicent multi, nempe βασιλικωτάτην, *principatum obtinentem, præclarissimam, cæteris virtutibus præstantem.* Verum nos ita reddidimus, quod videremus Jobum a Theophane regem alias sæpe vocari, quocirca huc allusum hoc loco credimus.

Digitized by Google

τοι δὲ εἰ μὴ εὐλόγησάν με, ἀπὸ δὲ κουρᾶς ἀμνῶν μου ἐθερμάνθησαν ὦμοι αὐτῶν, τὰ καὶ τὰ πάθοιμι. Καὶ πάλιν· Ἡ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο, καὶ οὐκ εἴασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν τὴν θύραν μου κόλπῳ κενῷ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς χρεωφειλέταις ἀπῄτει τὸ δάνειον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν χρεῶν γράμματα διερρήγνυ· Συγγραφὴν γὰρ, φησὶν, εἶχον κατά τινος ῥήξας αὐτὴν, ἀπέδωκα οὐδὲν λαβὼν παρὰ χρεωφειλέτου. Καὶ μὴν τοιοῦτος ὢν, εἴ ποτε τούτῳ συμβέβηκεν ἁμαρτεῖν ἀκουσίως οὐ δὲ τῆς ἐξομολογήσεως τούτων ἠμέλει, ἀλλ' ἅπαντα ἐξηγόρευε καὶ οὐδὲ πρὸς ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλῶν ἔμπροσθεν, οὕτω τῆς εὐαγγελικῆς ἀκριβείας εἴχετο, πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου βεβιωκώς· φησὶ γάρ· Εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως ἔκρυψα τὴν ἁμαρτίαν μου, οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθους, τοῦ μὴ ἐξαγορεῦσαι ἐνώπιον αὐτῶν. Τῆς δὲ μνησικακίας τοσοῦτον ἦν ἀνωτέρα ἡ ψυχὴ τοῦ δικαίου, ὅτι οὐδὲ ταῖς συμφοραῖς ποτε τῶν ἐχθρῶν ἐπευφραίνετο, ἀλλὰ παραπλησίως τοῖς ἀγαπῶσι διέκειτο· φησὶ γάρ· Εἰ δὲ καὶ ἐπιχαρὴς ἐγενόμην πτώματι ἐχθρῶν μου, καὶ εἶπεν ἡ καρδία μου Εὖγε, ἀκουσαι ἄρα τὸ οὖς μου τὴν κατάραν μου. Τὸ δὲ συμπαθὲς καὶ φίλοικτον πρὸς τοὺς κακοπραγοῦντας τίς οὐ θαυμάσειεν; Ἐπὶ παντὶ γὰρ, φησὶν, ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα, ἐστέναξα δὲ ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. Ὡσαύτως πλούσιος ὢν σφόδρα, οὐ μέγα ἐπὶ τούτῳ ἐφθόνει, οὐδὲ τῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας; ἦν πεποιθὼς, ὅπερ οἱ πλείστοι νῦν A bitum; quin imo eorum chartulas discindebat, *Syngrapham*(14) enim, inquit, *habebam, et discindens illam largitus sum, nihil a debitore accipiens* [16]. Et tamen cum talis esset, si quando illi non sponte(15) peccare contigisset, minime renuebat ea delicta confiteri: quin et omnia fatebatur, nec coram uno tantum, sed et coram multis, adeo fidelis evangelicæ disciplinæ (16) custos erat, qui ante Evangelium et legem vixit. Dicit enim: *Quod si etiam cum invitus peccassem abscondi peccatum meum, non enim expavi turbam multitudinis, ut non enarrarem coram eis* [17]. A memoria autem injuriarum justi anima tam longe aberat ut inimicorum calamitatibus nunquam gauderet, imo non aliter quam erga amicos in illos affectus esset; ait enim: *Quod si et gavisus sum in casu inimicorum meorum, et dixit cor meum, Euge, audiat auris mea detestationem meam* [18]. Condolentiam vero commiserationemque erga infelices quis non admiretur? *In omni enim*, inquit, *impotenti flevi, gemui vero videns hominem in necessitatibus* [19]. Similiter cum valde dives esset, non ideo extollebatur animo, aut copiis divitiarum suarum confidebat, quod multi nunc faciunt divites. De quibus ait beatus apostolus Paulus Timotheo scribens: *Divitibus hujus sæculi præcipue non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum* [20]. Dicit enim idem justus (17): *Si in pretioso lapide spem posui meam, et læta-*

B

[16] Job xxxi, 32. [17] ibid. xxxiii, 34. [18] ibid. 29. [19] Job xxx, 25. [20] I Tim. vi, 17

(14) *Syngrapham.* Locus hic diverse habetur et apud antiquos expositores Jobi, et in Latina vulgata, et apud Septuaginta. Nos Theophanis verba reddere satis habuimus, quæ quidem plana sunt. Deest enim id, quod hoc loco difficultatem aliquam habet, nempe: *Syngrapham in humeris circumponens, coronam legebam.* Quæ quidem verba varie declarantur ab auctoribus. Olympiodori expositio, quam habes in Catena in Job, nuper a Paulo Comitolo edita, mihi præ aliis placet, ut quæ magis litteræ conveniat.

(15) *Non sponte.* Fere ita legunt veteres omnes Græci et Latini, præter Augustinum, qui, *sponte*, affirmative habet. Porro loci hujus sententia manifesta est, si peccatum involuntarium acceperis pro illa voluntatis motione, quæ a peccati fomite inducitur, quam *sensualitatem* etiam vocant; in qua, cum ejus omnes in universum motus (non eos tantum, quos primos vocant, in quibus ut nulla est voluntatis titillatio, ita nec offensio, sed et primo secundos, nempe e quibus labis aliquid et reatus jam adhæret) evitare humanarum virium non sit, et justis ipsis impossibile, ut ait Gregorius, lib. XVIII *Moralium*, cap. 4, in hac inquam *sensualitate* ita accepta, peccatum necessario inesse, et hoc sensu collective videlicet (ut loquuntur) sumptam declinari non posse, subtilissimi nostrorum docent. Referendus huc idem Job, illis verbis cap 27: *Non est sanctus in terra qui non peccet:* sanctus Joannes, epistola I, cap. 1: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*, quæ verba non humilitatis causa debere intelligi, sed juxta veritatem sententiæ decreverunt Patres Milevitani, can. 6, et Africani, canon. 81. Paulus item ad Rom. 7: *Non enim*, inquit, *bonum, quod volo, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio;* quem locum divus Augustinus de jam dicto malo concupiscentiæ, et pulsatione sensualitatis interpretatur; et hoc quidem internum malum apposite Theologus ἐμφύλιον πόλεμον, *viscerale bellum*, appellavit in oratione ad Greg. Nyssenum. Tertullianus, de Resurrectione carnis, *delinquentiam habitantem in carne nostra* vocat. Non omittemus veteres aliter, et largius aliquanto locutos esse de *voluntario et involuntario.* Basilius enim involuntarium peccatum vocare videtur ejus scorti, quod venditum lenoni quæstum corpore facit; voluntarium vero illius, quod voluptatis causa seipsum sceleri mancipat. Et Clemens Stromateus. *Quod voluntarium*, inquit, *non est, pœnam non meretur: id autem in duplici genere est, alterum enim per ignorantiam fit, alterum per vim.* Ad eumdem sensum tendunt, quæ ex Didymo et Philone referuntur a Damasceno in *Parallelis*, cap. *de peccatis* involuntariis. Quæ tamen theologico gnomone dirigenda sunt, et explicanda. Peccatum in voluntate est, ut in proprio subjecto, et causa, essentialiterque, in actu liberi arbitrii consistit. Videndus Thomas, prima secundæ q. 74, ab art. 5, cum sequentibus, et ante Thomam, Augustinus, in iis præcipue, quæ scripsit contra Pelagianos.

C

D

(16) *Evangelicæ disciplinæ.* Frequens est hæc Jobi commendatio apud eos omnes qui illius historiæ meminerunt, nempe observasse illum legem, cum ante legem fuerit. Sic Olympiodorus: *Nihil promissum a lege non est ipse consecutus, qui etiamsi legem non audivisset, in mente tamen legem scriptam ferebat, legemque servavit, quamvis non a magistro acceperit.*

(17) *Justus.* Familiare est Patribus justi nomine

Digitized by Google

tus sum cum mihi esset census multus[21]. Et paulo post : *Et si osculatus sum manum meam apponens ori meo*[22], videlicet si cum jactantia et superbia laudavi meas operationes, omnia putans esse sapientiæ meæ(18), et non divinæ virtutis, et providentiæ, et ideo osculatus sum, ut plerique solent, manus meas, et hoc mihi maximum scelus imputatur.

A πάσχουσι τῶν πλουτούντων, περὶ ὧν φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων· *Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελε, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν*. Φησὶ γὰρ ὁ αὐτὸς δίκαιος· *Εἰ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ δὲ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου*. Καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ δὲ καὶ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ τῷ στόματί μου ἐφίλησα*, τουτέστιν, εἰ ἐπῄνεσα μεθ' ὑπερηφανίας καὶ καυχήσεως τὰς πράξεις μου, τῆς γνώσεώς μου τὸ πᾶν εἶναι λογιζόμενος, ἀλλὰ μὴ τῆς θείας δυνάμεως καὶ προνοίας καὶ διὰ τοῦτο φιλῶν κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν τὰς χεῖράς μου, καὶ τοῦτό μοι ἄρα, ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθήσεται.

2. Hæc, o dilecti, justi hujus bona opera ante tribulationes et calamitates hisce virtutibus vitam illius decorabant, qui cum maximis divitiis et vitæ splendore B munitus esset, non usus est iis in venereas voluptates, rapinas et immodicas cupiditates, quod plurimi faciunt homines; et quod mirandum est, idque sæpe dixi, cum ante Evangelium, et legem, nullum tale exemplum videre posset, imo vero contra; omnes enim aspiciebat diversa via incedentes, et omnem pravitatem studiose operantes, neque ullam omnino disciplinam habuit, neque sacras unquam audivit Scripturas nondum enim scriptæ, aut editæ tunc erant. Cum ergo talis tantusque esset, in eas incidit calamitates et tribulationes sibi invicem succedentes, quæ nulli unquam alii contigerunt, etiamsi multi sæpe ab ipso mundi initio afflicti, ac variis ærumnis affecti fuerint; non enim solum pecunias, animalium greges, et reliquas omnes fa- C cultates, et septem denique spectandorum filiorum chorum in ipso ætatis flore amara morte amisit, et quidem simul hæc omnia ita ut nec singulos, ut æquum erat, propter malorum continuationem lugere posset : *Adhuc enim*, inquit, *hoc loquente, venit alius nuntius, et rursus hoc loquente, alius, inde calamitates annuntiantes*[23]. Non hæc, inquam, tantum passus est, sed etiam corpus, quod solum supererat, vulnere totum illud ambiente percutitur : *A capite*, enim inquit, *usque ad pedes insanabilis et doloribus plenus et nudus super fimum sedet, qui paulo antea potens et rex erat*[24] (19). Cum vero suum cerneret corpus quasi saniei et vermium scatentem

β'. Τοιαῦτα, ἀγαπητοί, τὰ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ, καὶ τῶν συμφορῶν κατορθώματα τοῦ δικαίου τοιαύταις ἀρεταῖς κατεκόσμει τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν πλοῦτον ὅτι πολὺν καὶ δυναστείαν περιβεβλημένος καὶ δόξαν, καὶ οὐκ ἐχρήσατο τούτοις εἰς ἡδονὰς ἀκολάστους καὶ ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας ὅπερ πάσχουσι τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὡς πολλάκις εἶπον, ὅτι πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου, ὅτε οὐδὲν παράδειγμα τοιοῦτον εἶχεν ὁρᾷν, μᾶλλον μὲν οὖν πᾶν τοὐναντίον, ἅπαντας τὴν ἐναντίαν βαδίζοντας ἔβλεπε, καὶ πᾶσαν κακίαν ἐργαζομένους μετὰ σπουδῆς· οὐδὲ διδασκαλίας ὅλως μετέσχεν οὐδὲ θείων Γραφῶν ἐν ἀκροάσει γέγονεν, ἐπεὶ οὔπω γεγραμμέναι καὶ δεδομέναι οὖσαι ἐτύγχανον. Τοιοῦτος δὲ ὢν, τοιαύταις περιπίπτει συμφοραῖς, ἀλλ' ἐπαλλήλοις καὶ πειρασμοῖς, ὥσπερ πολλῶν πολλάκις ἀφ' οὗπερ ὁ κόσμος γέγονε κακοπαθησάντων καὶ ταλαιπωρησάντων, μηδενὶ τῶν ἁπάντων συμφορὰν τοιαύτην συμβῆναί ποτε. Οὐ γὰρ μόνον χρήματα, ζώων ἀγέλας, πᾶσαν ἄλλην περιουσίαν, καὶ τέλος ἑπτὰ θαυμαστῶν παίδων χορὸν, ἐν τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἀπώλεσε θανάτῳ πικρῷ, καὶ ταῦτα πάντα ἀθρόον, ὡς μὴ δύνασθαι κἂν ἀξίως θρηνεῖν ἕκαστον διὰ τὸ συνεχὲς τῶν κακῶν· *Ἔτι γὰρ*, φησὶ, *τούτου λαλοῦντος, ἦλθεν ἕτερος ἄγγελος, καὶ πάλιν τούτου λαλοῦντος, ἄλλος, ἐκεῖθεν τὰς συμφορὰς ἀπαγγέλλοντες*. Οὐ μόνον οὖν ταῦτα ὑπέστη, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ὃ μόνον ὑπολέλειπτο τούτῳ, πλήττεται πληγὴν ὁλόσωμον· *Ἀπὸ κεφαλῆς* γὰρ, φησὶν, *ἕως ποδῶν ἀνίατός τε καὶ πολυώδυνος καὶ γυμνὸς ἐπὶ κοπρίας κάθηται ὁ πρὸ μικροῦ*

[21] Job XXXI, 24-25. [22] Ibid. 27. [23] Job I, 16. [24] Job II, 7-8.

per excellentiam intelligere Jobum; cujus rei ratio copiose redditur ab auctore Catenæ nunc editæ, in Prolegomenis. Omnia enim quæ ad perfectam justitiæ possessionem pertinent, in Jobo fuisse constat. Nobis itaque in Theophane et verbum verbo reddere, et usitatam phrasin non aversari placuit.

(18) *Sapientiæ meæ*. Habent codices γνώμης σεώς μου corrupte quidem; substitui, γνώσεως μου. Nam illud μης interjectum est librariorum errore.

(19) *Rex erat*. Ut demus hoc Jobi novitiis calumniatoribus, id est hæreticis, qui ejus historiam mythologicam falso prædicant, de eo nempe (quis fuerit, cujas, quo genere) non ita constare inter auctores; id tamen, quod hic Theophanes affirmat, videlicet regem fuisse, certum nobis esse debet.

D Ille enim de se loquens id testatur, et illius historia cap. LXII, apud LXX sic habet : *Et hi sunt reges, qui regnaverunt in Edom, cujus regionis etiam ipse dominatus est*, etc., quæ verba explicans Olympiodorus: *Hæc* (ait) *in Paralipomenis reperias, quamobrem cum de se ipse dicit, Eram in medio eorum sicut rex inter milites eximio cingulo, aut quia præ regno ob virtutem colebatur. Illud* (sicut) *non propter similitudinem adhibetur, sed ut revera eum potestate regia viguisse intelligamus*. Ambrosius in Comment. Epistolæ ad Romanos ejusdem est sententiæ. Gaudentius Brixianus coævus Ambrosio in Præfatione tractatuum : *Sanctus*, inquit, *Job regnum tenebat Arabiæ, sed, ut scriptum est, nulla vidua, nullus pauper domum ejus sinu vacuo exibat.*

Digitized by Google

δυνάστης καὶ βασιλεύς· πηγὴν δὲ ἰχώρων καὶ σκωλήκων τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὁρῶν καὶ πλῆρες δυσωδίας οὐ φορητῆς· Ἔλαβε γάρ, φησίν, ὄστρακον, ἵνα τὸν ἰχῶρα ξέῃ, καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐπὶ κοπρίας ἔξω τῆς πόλεως. Καὶ πάλιν αὐτός φησι· Φύρεταί μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων, τήκω δὲ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων. Οὐκ ἤρκει ταῦτα τῷ διαβόλῳ, οὐδὲ κόρον λαμβάνει τῆς συμφορᾶς τοῦ δικαίου, ἀλλὰ πάντα λίθον κινεῖ τὸ λεγόμενον, ὅπως τὸν ἀδαμάντινον ἀνατρέψῃ καὶ κατενέγκῃ πύργον ἐκεῖνον τοῖς ἑαυτοῦ μηχανήμασι. Διὸ καὶ νῦν μὲν τὴν γυναῖκα ἐγείρει τραγῳδοῦσαν πρῶτον τὰς ἑαυτῆς συμφορὰς καὶ συνωθοῦσαν πρὸς βλασφημίαν. Ἴστε δὲ πάντες ὅπως θραύειν οἶδε καὶ διαλύειν ψυχῆς ἀνδρὸς τόνον ὀδυρμοί τε καὶ δάκρυα γυναικὸς ἐκ κοινῆς τινος συμφορᾶς καὶ παίδων ἀποβολῆς μάλιστα προερχόμενα, καὶ ὅπως ἐντεῦθεν μάλιστα πείθειν ῥᾳδίως πέφυκε τὴν τοῦ ἀνδρὸς γνώμην πρὸς ἅπαν τὸ ἑαυτῇ βουλητόν. Διὸ καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐλπίδα τούτου ἐν ᾗ μόνον ἐσάλευέ τε καὶ ἤδραστο τὸ τῆς ψυχῆς σκάφος ἐν τῷ πελάγει τῶν συμφορῶν καὶ τῷ κλύδωνι, κατατέμνειν καὶ διασπᾷν ὁ διάβολος δι' αὐτῆς ἐπεχείρησεν. Οἶδε γὰρ ὅτι ἐξ ἐλπίδος συνίσταται τὸ τῆς ὑπομονῆς ἀγαθόν· φησὶ γάρ· Μέχρι τίνος καρτερήσεις; λέγων· Ἰδοὺ ἀναμενῶ χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου. Εἶτα ἐπάγει τὰς συμφορὰς ὡς ἂν διὰ τῆς ὑπομνήσεως τούτων συγχύσῃ τὸ μεγαλόψυχον καὶ καρτερὸν τοῦ γενναίου· Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· σὺ δὲ αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι διανυκτερεύων αἵθριος, κἀγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μοῦ καὶ τῶν ὀδυνῶν αἳ με νῦν συνέχουσι. Τούτοις τοῖς ῥήμασιν ἤδη νομίσας ὁ πονηρὸς εὐχείρωτον τὴν

A fontem plenumque intolerandi fœtoris : *Accepit, ait, testam ut saniem eraderet, et ipse sedebat in sterquilinio extra urbem*[25]. Et rursus ipse : *Voluta tur, inquit, corpus meum in putredine vermium; tabefacio autem glebas terræ sanie mea quam erado*[26]. Verum hæc nondum satis diabolo, nec ille adhuc calamitatibus justi satiatus : quinimo omnem, ut aiunt, lapidem movet, quod adamantinum hominem evertat, turrimque illam suis machinis dejiciat. Ideoque modo uxorem ejus excitat, suas primum ærumnas miserabiliter deplorantem adhortantemque illum ad blasphemiam; nostis autem omnes, quomodo soleant muliebres fletus et lacrymæ frangere et emollire virilis animi robur, ex communi præsertim calamitate filiorumque amissione pro-

B venientes, et quam facile sit hac via viri animum ad uxoris voluntatem perduci. Ideo diabolus sancti hujus spem, in qua solum enatabat, et in ipso calamitatum pelago et æstu, animæ illius scapha fluctibus resistebat conquassare ac frangere per uxorem primum aggressus est. Novit enim patientiæ bonum constare ex spe (20). Ait igitur : *Quousque patienter sustinebis? dicens, Ecce permaneo tempus adhuc parvum exspectans spem salutis meæ*[27]. Commemorat deinde ærumnas, ut per harum enarrationem perturbet magnanimitatem, et constantiam generosi viri : *Ecce*, inquit, *memoria tua exstincta est a terra, filii et filiæ mei ventris partus et labores, quos frustra suscepi cum*

C *dolore. Tu vero ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio, et ego errans ut ancilla, locum ex loco, domumque ex domo circumeo; expectans solem quando occidet, ut requiescam ab ærumnis et doloribus, quibus nunc premor*[28]. His verbis arbitratus dæmon justi animam facilem captu jam redditam per objectam uxori personam (ut olim Adami per primam parentem) venenum effert : *Dic*, inquit, *verbum ad Dominum, et morere*. Si enim, ait, ob nil aliud blasphemare vis, saltem, ut moriaris, et

[25] Job II, 7, 8. [26] Job III, 26. [27] Job II, 9. [28] ibid., 10.

(20) *Ex spe.* Ut labor spei comes est, ita spes patientiæ, utrumque disces ab uno Paulo : Ματαιότητι (inquit, ad Rom. VIII) ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι. Nam *vanitatem*, hic pro mundanis tentationibus, juxta præcedentia verba interpretatus est alicubi Origenes, et ab eo Hesychius. Subjungit idem Apostolus, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα, id est, *per patientiam exspectamus*. Et divine ad eamdem mentem episcopus Nyssenus : τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἡ ὀλίγις ἄνθος ἐστί· διὰ οὖν τὸν καρπὸν, καὶ τὸ ἄνθος δρεψώμεθα : *Afflictio est flos bonorum, quæ sperantur; decerpamus igitur florem, propter fructum.* Optime etiam Joannes abbas in scala, gradu 30 : *Spes* (inquit) *est incertarum divitiarum opulentia, spes est indubitatus ante thesaurum, thesaurus, hæc absentium imago, huic annexi sunt labores, ex hac pendent fatigationes.* Eodem spectat (inter externa multa) Socratis illud : Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον : *Nec mulier sine viro, nec spes bona sine labore quicquam utile parit.* Et hæc quidem de divina illa cœlestique spe dicta erunt; quam qui habent, etiamsi calamitatibus innumerabilibus obruti sint, lætos quidem esse oportet; contra, qui eam non habent, quantumvis beatissimi, tristes, quæ Deum ipsum, ipsiusque amorem et fruitionem pro fine habet, quam opifex, non angelis, non glorificatis animis, non aliis denique creaturis concessit, quam athletis, agonistis, viatoribus, ut fidissimam nempe certaminis adjutricem, ut victoriæ comitem. Cæterum humana et terrena spe, quam merito summus philosophorum, *somnium vigilantium* vocavit, quid potest esse miserabilius, quid infelicius? immundam certe illam Pandoricæ pyxidis fæcem facile in ea cognoscas, si effecta consideres. Ζεῦ πολυτίμητ' (exclamat Græcus Comicus in *Nauclero*), οἷόν ἐστ' ἐλπὶς καλόν, *Jupiter colendissime, quantum malum spes est.* Habemus et Theognidis aureum illud : *Spes et periculum inter homines similia sunt* (inquit idem Lycei princeps, Rhetoricorum 2, cap. XIII) *Spe deficiunt propter experientiam, qua didicere vana, fallacia, ficta esse omnia.* Hoc igitur uno ea ætas, me quidem judice, felix et beata, etiamsi reliquis vitæ præsidiis destituta.

Digitized by Google

libereris ab his calamitosis tribulationibus. Nunc clare detexit diabolus quamobrem tot illum afflixerit tribulationibus, quidque ipse exspectaret, nempe ut blasphemum adversus Deum proferret verbum. Dixi enim, inquit (21), quod quidquid ipsi feci, id ut blasphemaret, feci. Quapropter cum id minime successisset, non modo nihil jacturæ ex tot tribulationibus illi evenit, sed et magnus victor, coronatusque athleta renuntiatus est, eoque major, quo majora erant, et periculosiora certamina: *Cum*, inquit, *intuitus esset ipsam, dixit illi*, iratus scilicet et cum indignatione respiciens eam, dixit: *Quare tanquam una ex stultis mulieribus locuta es? si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* At non hic insidiari desinit malorum machinator; sed alteram ingreditur viam, gravibusque aliis illum afficit malis. Non minus prioribus, ne dicam magis tristibus; hinc enim amicos ipsius, inde vero domesticos et servos excitat adversus athletam, et illos quidem non modo non condolentes consolantesque illum, ut amicos facere par est, sed exprobrantes ei mala, ideoque, non modo non mitigantes dolorem verbis commiserationis, ut periti medici facere solent, sed potius refricantes et affligentes instar carnificum. Ad quos et dicebat: *Vos estis injusti medici;* ideo et dolens aiebat: *Qui me verebantur irruerunt in me*[29]. Et rursus: *Vos aggressi estis me immisericorditer: numquid petii aliquid a vobis? aut potentia vestra indigeo*[30]? quasi dicat: Excedit medela mea vires vestras, nec potestis me a doloribus liberare; uno namque Deo meæ res indigent; cum igitur sanare non possitis, ne contumeliosis verbis crudeliter me cædatis. Et rursus: *Quousque affligetis animam meam, et exsecramini me verbis, et detrahitis mihi? absque ullo pudore molesti mihi estis, et super me magnificamini, insilitis in me probis*[31]. Servi autem abjecti et viles illudentes et deridentes, conspuentesque in ipsum, calamitates assidue exprobrare non desistebant. Dicit enim: *Quomodo ego tristes consolabar, nunc vero me infirmi irridenti*[32]? Et rursus: *Abominati sunt me procul abeuntes; sputum* (22) *autem in faciem meam injicere non renuerunt.* Et rursus: *Fratres, familiares et vicini despexerunt me*

ψυχὴν τοῦ δικαίου γενέσθαι, διὰ τοῦτο τοῦ προσωπείου τῆς γυναικὸς, ὥσπερ πρῴην τῷ Ἀδὰμ διὰ τῆς προμήτορος, ἐπιφέρει τὸ δηλητήριον· *Εἶπον* γὰρ, φησὶ, *τὸ ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα.* Εἰ γὰρ μὴ δι' ἄλλο τι, φέρε, βούλει βλασφημεῖν, ἵνα γοῦν τελευτήσῃς καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν πολυωδύνων τουτωνὶ πειρασμῶν. Νῦν ἀπεκάλυψε σαφῶς ὁ διάβολος τίνος ἕνεκα τοὺς μυρίους ἐπήγαγεν αὐτῷ πειρασμοὺς, καὶ τί ἦν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον, τὸ ῥῆμα βλάσφημον δηλονότι κατὰ Θεοῦ ἐπενέγκαι. Εἶπον γὰρ, φησὶν, ὅσα ἐπήγαγον αὐτῷ, ἵνα βλασφημήσῃ ἐπήγαγον. Διὸ τούτου μὴ γεγονότος, οὐ μόνον βλάβη τις ἀπὸ τῶν τοσούτων αὐτῷ γέγονε πειρασμῶν, ἀλλὰ καὶ νικητὴς μέγας καὶ στεφανίτης ἀνηγορεύθη, καὶ τοσοῦτο μᾶλλον, ὅσον ἦν καὶ τὰ δεινὰ μείζω καὶ χαλεπά. Ἐμβλέψας γὰρ, φησὶν, εἶπεν αὐτῇ, τουτέστι μετ' ὀργῆς καὶ ἀγανακτήσεως ἰδὼν αὐτὴν ἔφη· *Ἴνα τί ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν;* Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς ἐπιβουλῆς ὁ κακομήχανος ἵσταται, ἀλλ' ἑτέραν ὁδὸν τρέπεται καὶ χαλεποῖς ἄλλοις προσβάλλει τούτῳ πικροῖς· καὶ τῶν προτέρων οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὀδυνηροῖς. Ἐντεῦθεν μὲν γὰρ τοὺς φίλους αὐτοῦ, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς οἰκέτας καὶ δούλους ἐγείρει κατὰ τοῦ ἀθλητοῦ· τοὺς μὲν μὴ μόνον, συναλγοῦντας καὶ παραμυθουμένους, ὡς εἰκὸς καὶ πρέπον τοῖς φίλοις, ἀλλ' ὀνειδίζοντας αὐτῷ τὰ δεινά. καὶ διὰ τοῦτο μὴ μόνον τὸ πάθος καταλεαίνοντας λόγοις συμπαθείας καὶ παρακλήσεως κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἰατροὺς, ἀλλ' ἀναξαίνοντας μᾶλλον καὶ ἐπιτρίβοντας δίκην δημίων. Πρὸς οὓς καὶ ἔλεγεν· *Ὑμεῖς ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι,* διὸ καὶ ἀλγῶν ἔλεγεν· *Οἵτινες με διενυλαβοῦντο, νῦν ἐπιπεπτώκασί μοι.* Καὶ πάλιν· *Ὑμεῖς ἐπέδητέ μοι ἀνελεημόνως, μήτι ὑμᾶς ἤτησα; ἢ τῆς παρ' ὑμῶν ἰσχύος ἐπιδέομαι;* Ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν, φησὶ, δύναμίν ἐστιν ἡ ἐμὴ θεραπεία, καὶ τῶν ἀλγεινῶν ἡ ἀπαλλαγὴ, Θεοῦ γὰρ μόνον δεῖται τὰ κατ' ἐμέ. Ἐπεὶ τοίνυν θεραπεῦσαι οὐ δύνασθε, μηδὲ πλήττετε λόγοις ὀνειδιστικοῖς ἀνελεημόνως. Καὶ πάλιν· *Ἕως τίνος ἔγκοπον ποιήσετε τὴν ψυχήν μου, καὶ καθαιρεῖτέ με λόγοις καὶ καταλαλεῖτέ μου; οὐκ αἰσχυνόμενοι με ἐπίκεισθέ μοι καὶ ἐπ' ἐμοὶ μεγαλύνεσθε, ἐν-*

[29] Psal. LVIII, 4. [30] Job XIX, 1. [31] ibid. 2. [32] ibid. 5.

(21) *Dixi enim, inquit.* Mutilum haberi locum hunc, non est cur non affirmem. Forte desunt præcedentia illa, τὸ ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα, ut totus locus habeat: *Dic enim, inquit, verbum in Dominum, et morere; quæcunque enim induxi in eum, ut blasphemaret induxi.* At religiosum semper putavimus mutare quidquam contra fidem veterum codicum.

(22) *Sputum.* Despicatissima quæque, et abominanda exspui solita, in signum contumeliæ, injuriæ, et contemptus, docent ex Græcis Origenes, ex nostris Gregorius primus. Ille explicans verba Isaiæ, capitis L; hic in *Moralibus*, lib. XX, cap. 18. Vidua glos (ut est apud Mosen) a leviri thalamo repulsa spuebat in faciem illius, et dicebat: *Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui.* Christus apud eum prophetam, quem citavi, opprobrium hoc ab ingrato populo passurum se nuntiat. Quod impietum narrant Matth. XXVI, Marcus X, XIV, XV, Luc XVIII; apud profanos scriptores legitur Aristippi illud: *Conspuus* (inquit Laertius) *a Dionysio, æquo animo tulit. Et cum quidam eam illi ignominiam exprobraret: Piscatores* (inquit) *ut gobium capiant, non ægre ferunt a mari aspergi, et ego ut balænam capiam, non patiar oris illius excrementis aspergi?* Vicissim idem philosophus ædes quasdam magnifice constructas ingressus, in domini os exspuit, adjungens pro excusatione: *Non habui opportuniorem locum.* Hieronymus in dialogo Luciferiani et Catholici, cum refert primum eorum congressum: *Dum audientiam* (inquit) *et circulum lumina jam in plateis accensa solverent, et inconditam disputatione nox interrumperet, consputa pene invitem facie recesserunt.*

Digitized by Google

ἄλλεσθε δέ μοι ὀνείδει. Οἱ δὲ ζοῦλοι καὶ ἠτιμωμένοι καὶ εὐτελεῖς χλευάζοντές τε καὶ μυκτηρίζοντες καὶ ἐμπτύοντες τὰς συμφορὰς ἐπαγγέλλοντες ἐκείνου διηνεκῶς οὐκ ἐπαύοντο. Φησὶ γάρ· *Ὅτι τρόπον παθεινοὺς παρεκάλουν, νυνὶ δὲ κατεγέλασάν μου ἐλάχιστοι.* Καὶ πάλιν· *Ἐβδελύξαντό με ἀποστάντες μακράν· ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτύελον. Οἱ δ' ἀδελφοί πάλιν καὶ συνήθεις καὶ γείτονες παρεῖδον ὡς ἀλλότριον πάντη. Ἀπ' ἐμοῦ γὰρ, φησὶν, ἀδελφοί μου ἀπέστησαν, ἔγνωσαν ἀλλοτρίους ἢ ἐμέ· φίλοι δέ μου ἀνελήμονες γεγόνασιν· οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοι, καὶ οἱ εἰδότες μου τὸ ὄνομα ἐπελάθοντό μου. Γείτονες οἰκίας θεράπαιναί τέ μου, ἀλλογερὴς ἤμην· ἐναντίον αὐτῶν. Θεράποντά μου ἐκάλεσα, καὶ οὐχ ὑπήκουσε.* Καὶ πάλιν· *Ἐβδελύξαντό με οἱ ἰδόντες με· οὓς δὲ ἠγαπήκειν, ἐπανέστησάν μοι.* Οἶδα ὅτι πάντες ἐκ συμπαθείας λελύπησθε τοῖς λόγοις τούτοις καὶ ὀδυρμοῖς τοῦ δικαίου. Εἰ οὖν ἡμεῖς ἐξ ἀκοῆς τὰ πάλαι ποτὲ γεγενημένα οὕτω τὴν καρδίαν ἡμῶν συνθλίβει καὶ συνταράττει, νομίσατε τί ἔπασχεν ὁ δίκαιος αὐτὸς ταῦτα ὑπομένων καὶ ἀνεχόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τροφῆς ἄνευ ὀδύνης ὑπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας μετεῖχε· *Βρόμιον γὰρ, φησὶν, ὁρῶ τὰ σῖτά μου· ἀλλ'* οὐδὲ κοιμώμενος τῶν ἀλγεινῶν ἀπηλλάττετο, ὅτι πᾶσι πειραζομένοις μικρά τις ἀνακωχὴ, ἀλλ' ἐν ὀνείροις ὁ πονηρὸς ἐτάραττε, τοῦτον ἐκφοβῶν τε καὶ θορυβῶν. Διὸ καὶ νομίζων ἐκ Θεοῦ τὰ καταπληκτικὰ ταῦτα ἐπάγεσθαι φόβητρα, ἔλεγεν· *Ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις.* Ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἡμέρας δεινὰ οἱ τῆς νυκτὸς πειρασμοὶ δεδέχοντο, φησὶ γάρ· *Ἐὰν κοιμηθῶ, λέγω· Πότε ἡμέρα; ὡς δ' ἀναστῶ, πάλιν· Πότε ἑσπέρα; Πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ.*

γ'. Καὶ ταῦτα μὲν τῶν πειρασμῶν. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα τῆς ἀρετῆς οἷς διέλαμπε πρὸ τῆς πάλης ταύτης καὶ τῶν ἀγώνων ἔτι πλούτῳ καὶ εὐθυνίᾳ πάσῃ κομῶν, εἰ καὶ μεγάλα ἦν, ὡς φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀκριβείας ἐναργῶς κατορθώματα· σωφροσύνη γὰρ ἦν καὶ ἁγιασμὸς σώματος, μέχρι βλέμματος καὶ λογισμοῦ τὸ καθαρὸν συντηροῦσα, δικαιοσύνη τε καὶ συμπάθεια, καὶ μετάδοσις δαψιλὴς, ἀμνησικακία τε καὶ μακροθυμία καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ τοσοῦτον ἐκεῖνον λαμπρὸν εἰργάσατο καὶ περιφανῆ, ὅσον οἱ πολυειδεῖς ἐκεῖνοι καὶ μυρίοι πειρασμοὶ, χειμάρρου δίκην ἀθρόον συρρεύσαντες εἰς ἐκεῖνον, καὶ μὴ δυνηθέντες κατασεῖ-

tanquam omnino alienum. Rescesserunt, inquit, *a me fratres mei, norunt potius extraneos quam me; amici vero mei immisericordes facti sunt, proximi et affines mei non exceperunt me, et qui meum norant nomen, irruerunt in me. Vicini domus, et ancillæ meæ : alienigena factus eram coram illis, servum vocavi meum, et non exaudivit.* Et rursus : *Qui viderunt me, abominati sunt, et illi quos amavi, insurrexerunt in me*[33]. Scio omnes vos ex commiseratione affectos esse dolore, his justi verbis et luctu. Si ergo, quæ olim facta sunt, audita, cor nostrum affligunt et conturbant, perpendite, quæso, quidnam passus fuerit justus ipse, qui sustinebat, perferebatque hæc. Verum ne cibum quidem sine dolore sumebat, propter nimium fœtorem : *Graveolentiam*, inquit, *video cibos meos*[34]; sed neque dormiens (23) (cum quidem afflictis omnibus induciæ sunt pœnarum), vacuus erat doloribus, et in somniis etiam ille malignus hunc perturbabat, terrens eum atque exagitans; ideo arbitratus hæc sibi horrenda terricula a Deo inferri dicebat : Somniis me terres, et visionibus attonitum reddis. Deinde diei mala noctis tribulationibus excipiebantur ; dicit enim : *Si dormiero, dico, Quando dies erit? Cum vero excitatus fuero, rursus aio, Quando vesper adveniet? Repleor autem doloribus a vespere usque ad mane*[35].

3. Et hæ quidem tribulationes. At vero virtutis opera, quibus ante palæstram hanc et certamina opibus adhuc omnique abundantia virens effulgebat, quamvis, ut jam diximus, magna essent, et evangelicæ doctrinæ perfecta evidenter officia (erat enim illi corporis temperantia, et sanctimonia, vel ad intuitum usque, ad cogitationem puritatem conservans, justitia et commiseratio, et copiosa largitio, injuriarum oblivio, et longanimitas, aliaque hujusmodi) non ita clarum et illustrem eum effecerunt, sicuti variæ illæ atque infinitæ tentationes, torrentis instar simul in illum confluentes, minime tamen valentes concutere turrim illius animæ tuto

[33] Job xii, 21. [34] ibid. [35] Job vii, 3, 4.

(23) *Inducia sunt malorum.* Dedit hoc provida natura mortalibus, ut a diurnarum curarum durissimo nervo per noctem ac somnum ad tempus solvantur, donec eos soror somni mors perpetuo liberet. Huc spectat, teste Homeri interprete, vulgare illud : Ὕπνος δὲ πεῖναν τὴν κακέσχατον δαμᾷ. *Somnus pessimam famem domat.* Nam etsi physici affirment, somno nutriri animantia, et is videatur esse proprior versiculi sensus, tamen non male quis cum Eustathio sentiet. Sirach : Μερίμνα ἀγρυπνίας ἀφιστᾷ ὕπνον, *Cura vigiliarum requirit somnum.* Africanus scriptor libro *De anima*, post confutatas philosophorum de somno sententias, subtiliter ac eleganter, ut cuncta, somnum vocat, *medicum laborum.* Seneca: *Non somnus domitor curarum vec-*

tora solvit. Cum igitur hoc sit somni in nos beneficium, ut ejus ope paulisper respiremus, non male Jobi calamitates exaggerat, cum, ait, eum nec quietis tempore quievisse, sed spectris, et horribilibus imaginibus vexatum ac delusum. Quod tamen contra naturæ rationem fieri potuisse arbitretur nemo : solent enim animi affectiones per somnum non modo non minui, sed vehementius repræsentari. Ita Synesius Cyrenæus, vir longe doctissimus, et qui in hoc argumento ex professo versatus est : *Voluptas* (inquit) *tum sane etiam maxime blandissima, ut impressa maneant animis odia, et amores ad vitam diurnam.* Quod axioma e media Peripateticorum schola desumptum est.

Digitized by Google

firmatam in petra fidei et amoris erga Deum, ut murmurans et blasphemum adversus Deum proferret verbum, imo potius beatam illam valdeque laudandam emisit vocem : *Nudus egressus sum ex utero matris meæ, et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum*[36], ideo ante tentationes et ærumnas, quamvis Deus ipse testimonium redderet diabolo innocentiæ illius, vocaretque illum optimum omnium hominum qui super terram viverent : *Attendisti* enim, inquit, *mente tua super Job servum meum, quod non est aliquis in terra, sicut ipse, vir sine crimine, verax, Deum colens, abstinens ab omni mala re*[37]. Malignus tamen impudenter, et audacter laudibus justi obtrectare, dignitatemque virtutis ipsius et gloriæ extenuare non verebatur : *Num*, inquit, *gratis Job colit Dominum? nonne tu munisti ea, quæ extra ipsum et intra domum ejus sunt*[38]? At post illa certamina doloribus plena, et patientiam cum gratiarum actione, obstructum est omnino os accusatoris, injuriique dæmonis nec ultra ullo modo contradicere valebat, sed pudore suffusus vi victus aufugit. Sicque post tolerantiam tentationum dignus habitus est qui Deum videret, audiretque divinum illud præconium (etenim ut victorem pronuntiat hunc coronarum dator), dicens illi : *Putasne me aliam ob causam allocutum te esse, nisi ut justus appareas*[39]? hoc est, Quam aliam ob rem permisi, ut tentationes te invaderent, dignatusque nunc sum colloquio, nisi ut justus appareas? et justitia tua, vivendi ratio, amorque erga Deum ipsi diabolo, omnibusque hominibus, qui erunt usque ad consummationem mundi, manifestetur? Oratio quidem hæc immarcescibilis fuit corona certaminum athletæ, decorans, glorificansque illum in æternitatem. Hoc bravium fuit agonis ipsius, hoc patientiæ præmium. Oratio hæc morbum illum doloribus plenum illico dissolvit, et facultates omnes reddidit duplo majores iis, quas amiserat, et ex tanta inopia, morbo, et despectu, repente ad maximam gloriam, opes, et bonam valetudinem evexit, præclarumque effecit, et in præsenti vita, et in futura.

4. Hunc igitur omnes, o charissimi, imitari studeamus, divites et pauperes, servi et liberi, sani, et infirmi, cum læti, cum tristes sumus. Justus enim hæc omnia superavit, jucunda nempe et injucunda, et quidem singula perfectissima quadam et admiranda ratione, verum in omnibus probus apparuit. Neque enim divitiæ aut paupertas, morbus aut sanitas, gloria sine ignominia virtutis ejus divitias perdididerunt. Quinimo uti purum, et non adulterinum aurum, quod neque igne neque aqua, neque alia

σαι τὸν πύργον τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἡδρασμένον ἀσφαλῶς ὄντα ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν, ὥστε ῥῆμα γογγυστικὸν καὶ βλάσφημον ἐξενεγκεῖν εἰς Θεόν· ἀλλὰ τὴν μακαρίαν ἐκείνην καὶ πολυύμνητον μᾶλλον ἀνέπεμψε φωνήν· *Γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ· ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.* Διὸ πρὸ μὲν τοῦ πειρασμοῦ καὶ τῶν συμφορῶν καίτοι τοῦ Θεοῦ μαρτυροῦντος πρὸς τὸν διάβολον ἄμεμπτον αὐτὸν εἶναι καὶ κρείττω πάντων ἀνθρώπων τῶν ἐπὶ γῆς· *Προσέσχες* γὰρ, φησὶ, *τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰὼβ, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.* Ὅρως ὁ Πονηρὸς ἀναισχύντως καὶ ἰταμῶς ἐπηρεάζειν οὐ παρῃτεῖτο τοῖς ἐγκωμίοις τοῦ δικαίου, καὶ τὸ ἀξίωμα καθαιρεῖν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καὶ δόξης· *Μὴ* γὰρ, φησὶ, *δωρεὰν Ἰὼβ σέβεται τὸν Κύριον; οὐ σὺ περιέφραξας τὰ ἔξω αὐτοῦ καὶ τὰ ἔσω τῆς οἰκίας αὐτοῦ;* Μετὰ δὲ τοὺς πολυωδύνους ἄθλους ἐκείνους καὶ τὴν μετ' εὐχαριστίας ὑπομονὴν, ἐφράγη παντάπασι τὸ στόμα τοῦ κατηγόρου καὶ ὑβριστοῦ δαίμονος· καὶ λοιπὸν ἀντιλέγειν ὅλως οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ καὶ συγκαλυψάμενος μετ' αἰσχύνης, πέφυγεν ἡττηθεὶς κατὰ κράτος. Ὡσαύτως μετὰ τὴν καρτερίαν τῶν πειρασμῶν ἠξιώθη καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θεωρίας, καὶ τῆς θείας ἐκείνης ἀναγορεύσεως· ὡς γὰρ νικητὴν ἀνακηρύττει τοῦτον ὁ στεφανοδότης· *Οἶσει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι* λέγων *ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;* τουτέστι Δι' ἄλλο τι συνεχώρησα τοὺς πειρασμοὺς ἐπελθεῖν σοι, καὶ ὁμιλίας ἠξίωσα νῦν, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος, ἵνα φανερὰ γένηται ἡ σὴ δικαιοσύνη καὶ πολιτεία καὶ πρὸς Θεὸν ἀγάπη, καὶ αὐτῷ διαβόλῳ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συντελείας; Οὗτος ὁ λόγος ὁ ἀμαράντινος τῆς ἀγωνίας τοῦ ἀθλητοῦ στέφανος, καλλωπίζων καὶ δοξάζων αὐτὸν αἰωνίως. Τοῦτο τὸ βραβεῖον τῆς ἀθλήσεως αὐτοῦ. Τοῦτο τὸ ἔπαθλον τῆς ὑπομονῆς. Οὗτος ὁ λόγος, τὴν πολυώδυνον νόσον ἐκείνην αὐτίκα διέλυσε, καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν διπλασίω τῶν ἀφῃρημένων ἀποδίδωσιν, ἐκ τοσαύτης πενίας καὶ νόσου καὶ ἀδοξίας, ἀθρόον εἰς μεγίστην εὐδοξίαν καὶ πλοῦτον καὶ εὐεξίαν ἀναγαγὼν καὶ περιφανῆ καταστήσας καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

δ'. Τοῦτον τοίνυν ζηλῶσαι πάντες, ἀγαπητοὶ, σπουδάσωμεν, πλούσιοι καὶ πένητες, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, ὑγιαίνοντες καὶ νοσοῦντες, εὐθυμοῦντες καὶ ἀθυμοῦντες, ἐπείπερ ὁ δίκαιος πάντα ταῦτα μετῆλθε, καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ λυπηρά· καὶ ἕκαστον μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ ἐν πᾶσι δόκιμος ἀνεφάνη. Οὔτε γὰρ πλοῦτος, οὔτε πενία, οὔτε νόσος, οὔτε ὑγεία, οὔτε δόξα, οὔτε ἀδοξία τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ ἐλυμήνατο· ἀλλ' ὥσπερ ὁ καθαρὸς χρυσὸς καὶ ἀκίβδηλος, οὔτ' ἐν πυρὶ, οὔτ' ἐν ὕδασιν, οὔτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν εἰλικρινῆ λαμπρότητα καὶ μαρμαρυγὴν ἀποβάλλεται, ἀλλὰ

[36] Job i, 21. [37] Ibid. 8. [38] Ibid. ix, 10. [39] Job xxxiii, 32.

Digitized by Google

πᾶσιν ὁ αὐτός ἐστιν, οὕτω καὶ ὁ γενναῖος οὗτος, καὶ χρυσοῦ πολλῷ καθαρώτερος ἀθλητὴς καὶ εἰκότως. Τὸν γὰρ Θεὸν ἠγάπα ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων προτιμότερον ἡγεῖτο τῆς εἰς ἐκεῖνον ἀγάπης, οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐ γυναῖκα, οὐ τέκνα, οὐ φίλους, οὐ συγγενεῖς, οὐ τὴν ἰδίαν ζωήν. Διὸ καὶ πάντων ὁμοῦ γυμνωθείς, οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, οὐκ εἶπεν ὡς οἱ πολλοί, τί ἐστι τοῦτο; διὰ τοῦτο ἀνέῳξα τὴν οἰκίαν μου παντὶ ξένῳ καὶ δεομένῳ, ἵνα ἴδω ταύτην καταπεσοῦσαν; ἵνα τάφον ταύτην θεάσωμαι τῶν ἐμῶν τέκνων; διὰ τοῦτο ἐθερμάνθησαν ὦμοι πενήτων ἀπὸ κουρᾶς ἀμνῶν μου; διὰ τοῦτο θυσίαις μόσχων τε καὶ προβάτων καθεκάστην ἐθεράπευον τὸν Θεόν, ἵνα τὰ μὲν, οἱ αἱχμαλωτεύοντες διαρπάσωσι, τὰ δὲ, παρανάλωμα γένηται τοῦ πυρός; Οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὔτ' ἐνενόησεν, ἀλλ' εὐχαριστίαις τὸν Δεσπότην εὐλόγει. Τοῦτον τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα πάντες ὁρῶντες, ὡς ἔφην, μιμώμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ εὐδόκησεν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, τὰ κατ' ἐκεῖνον ἅπαντα δοθῆναι γραφῇ, οὐχ ἵν' ἐκεῖνος δόξαν ἐντεῦθεν κομίσῃ τὰ παρ' ἡμῶν· οὐ γὰρ δεῖται τῆς ἡμετέρας εὐφημίας καὶ δόξης παρὰ Θεοῦ δοξαζόμενος, ἀλλ' ἵν ἡμεῖς πρῶτον μὲν δοξάσωμεν τὸν Θεὸν τὸν δόντα τοιαύτην ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν καὶ ἀμοιβὰς ἀφθόνοις ἀντιφιλοτιμούμενος, σωματικαῖς τε καὶ ψυχικαῖς, δεύτερον δὲ, ἵνα μὴ λογιζώμεθα τὰς θείας ἐντολὰς ὑπὲρ δύναμιν ἀνθρωπίνην εἶναι· καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς καθημᾶς· ἀλλ' ἐπείπερ ἠθέλησεν, εὗρε καὶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ συνεργὸν, καὶ κατώρθωσε πᾶσαν ἀρετὴν μεθ' ὑπερβολῆς. Ἔτι ἵνα καὶ ἡμεῖς κατ' ἴχνος ἀκολουθῶμεν αὐτῷ, ὁδηγὸν ἔχοντες, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας καὶ ἀρετῆς εὐθεῖαν ὁδόν· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ εἰς μαρτύριον, ἵνα μὴ λέγειν ἔχωμεν τότε ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα, ὅτι εἰ ἐβλέπομεν, εἰ ἠκούομεν τηρῆσαί ποτέ τινα τῶν ἀνθρώπων τὰς θείας ταύτας ἐντολὰς, καὶ τοὺς πειρασμοὺς καρτερῶς ὑπομεῖναι, πάντως ἂν καὶ ἡμεῖς ἐσπεύδομεν εἰς μίμησιν τούτου. Διὰ τοῦτο προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ καὶ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀναιρεῖ, διηγουμένη κατὰ μέρος πάντα τὰ τοῦ δικαίου τούτου κατορθώματα· διὸ καὶ φησί· *Τίς ἂν δοίη γραφῆναι τὰ ῥήματά μου, τεθῆναι δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ εἰς τὸν αἰῶνα ἐν γραφείῳ σιδηρῷ καὶ μολύβδῳ, ἢ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι εἰς μαρτύριον*, δι' ἡμᾶς ἄρα γέγραπται ταῦτα, καθά φησι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· *Ὅσα προεγράφη εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν, τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.*

quapiam re splendorem nitoremque suum amittit, sed semper idem est : sic et egregius iste auroque multo purior athleta. Et jure quidem. Ex toto enim animo Deum amabat, nullamque creaturarum illius amori præferendam esse arbitrabatur, non divitias, non gloriam, non uxorem, non filios, non tandem propriam vitam. Quapropter, cum omnibus simul spoliatus esset, nec id ægre tulit, nec dixit, ut multi faciunt, Quid hoc est? Ideone aperui domum meam omni peregrino et egeno, ut eam ipsam collapsam videam? ut eam ipsam sepulcrum meorum filiorum conspiciam? ideo humeri pauperum tonsura mearum ovium calluerunt? ideo sacrificiis vitulorum, et ovium quotidie Deum colebam, ut meæ res partim a prædatoribus diriperentur, partim ab igne consumerentur? Nil tale locutus est, neque unquam hæc animo evolvit, sed cum gratiarum actionibus Domino benedicebat. Hunc igitur omnes, o dilecti, tanquam in exemplar et imaginem, ut dixi, respicientes, imitemur. Ideo enim Dei gratia illius gesta omnia scriptis mandari voluit, non ut ille ex ea re gloriam ferat, neque enim indiget laudibus, et favore nostro, qui a Deo glorificatur, sed ut nos primum quidem Deum glorificemus qui dedit illi eam patientiam, ac constantiam, et copiosis retributionibus tam ad corpus quam ad animam pertinentibus ipsum cumulavit; deinde vero, ne arbitremur divina præcepta humanas vires excedere : etenim ille etiam homo erat passibilis, uti et nos; at quoniam voluit, invenit et Dei gratiam cooperatricem et omne opus bonum perfecte absolvit. Præterea, ut et nos vestigiis illius insistamus, ducem eum habentes in veritatis et virtutis rectam viam, deinde etiam in testimonium, ne scilicet cum judicaturus est omnia Deus, dicere possimus, si nos aliquem unquam hominem sancta hæc præcepta observasse, tentationesque constanter pertulisse vidissemus vel audissemus, illum certe imitari studuissemus. Ideo præveniens Scriptura sacra, excusationem hanc e medio tollit, enarrans per partes præclara justi hujus opera omnia, et ideo ait : *Quis utique det, ut scripta sint verba mea, et ipsa posita in libro in sæculum, et in stylo ferreo, et plumbo, vel incidantur in lapidibus in testimonium* [50] (23') ? Propter nos igitur scripta sunt hæc, ut et beatus ait Paulus : *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* [51].

[50] Job XIX, 23, 24. [51] Rom. XV, 4.

(23') *In testimonium.* Desit hæc vox non modo Latinæ vulgatæ, sed et versioni τῶν Septuaginta : a Theophane additam credere possumus, majoris explicationis causa. Nam nec apud Jobi expositores (quod legerim) habetur.

In hac epistola Theophanes Chrysostomum imitatur, cum commendat Jobum, quod legem servarit, cum ante legem fuerit. Idem enim ait Chrysostomus, sermone in sanctos Job et Abraham, et in homilia de recipiendo Severiano; et homilia 5, de patientia Job; et in epistola ad Rom. cap. 2, homilia 5. Theophanes vocat Jobum athletam, victorem, coronatum : sic et Chrysostomus in commentario sexti cap. in Genesin. Vocat noster Jobum turrim, Chrysostomus etiam homilia prima, in Job. Theophanes comparat uxorem Jobi Evæ; idem Chrysostomus, homilia 6, in Job. Ait Theophanes, diabolum auxilio uxoris Jobi adversum ipsum usum fuisse, ut et Chrysostomus, homilia 1 Epistolæ II ad Corinthios, cap. 4.

Digitized by Google

Perferamus igitur, quæso, o fratres; si enim: *Perferemus*, inquit, *et simul regnabimus* [42], et cum alicui advenerit tentatio, mors filii, pecuniæ jactura, corporis ægritudo, amicorum seu vicinorum, aut consanguineorum aut exterorum contemptus, recolat Jobi calamitates, invenietque suas multo minores, inferioresque justi calamitatibus: perferat et ipse, ut justus fecit, dicens: *Ut placuit Domino, sic factum est; sit nomen Domini benedictum* [43]. Deus autem patientiæ, et consolationis firmet, corroboretque vos in potentia virtutis suæ, ut resistere possitis diaboli insidiis, consoleturque corda vestra lætitia et gaudio gratiæ suæ, ut et vitam hanc prospero cursu Deoque placentem peragatis, et futura sempiternaque bona adipiscamini intercessionibus superbenedictæ Deiparæ omniumque sanctorum, gratia, et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre simul sanctoque Spiritu sit gloria, virtus, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

Ὑπομενωμεν τοίνυν, ἀδελφοὶ, παρακαλῶ· εἰ γὰρ, Ὑπομένομεν, φησὶ, καὶ συμβασιλεύσομεν· καὶ ὅταν ἐπέλθῃ τινὶ πειρασμὸς, ἢ θάνατος παιδὸς, ἢ ζημία χρημάτων, ἢ νόσος σώματος, ἢ περιφρόνησις φίλων ἢ γειτόνων, ἢ ξένων, ἀναλογιζέσθω τὰ τοῦ Ἰὼβ, καὶ εὑρήσει τὰ ἑαυτοῦ πολλῷ μικρὰ καὶ ἐλάττω τῶν τοῦ δικαίου, καὶ ὑπομενέτω καὶ αὐτὸς, κατ' ἐκεῖνον τὸν δίκαιον λέγων, Τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν· οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης ὑπομονῆς καὶ παρακλήσεως στηρίξαι καὶ ἐνδυναμώσαι ὑμᾶς ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ παρακαλέσαι τὰς καρδίας ὑμῶν εὐφροσύνῃ καὶ θυμηδίᾳ τῆς ἑαυτοῦ χάριτος, ἵνα καὶ τὸν παρόντα βίον εὐδρόμως καὶ θεοφιλῶς διανύσητε, καὶ τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχητε, πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[42] II Tim. II, 12. [43] Job I, 21.

III.

Ejusdem epistola doctrinalis, ad sacerdotes, et reliquos sanctæ Ecclesiæ suæ clericos; ostendens, quantum sit sacerdotii munus, qualisque esse debeat in sacerdotio constitutus (24).

Γ'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ διδασκαλικὴ, πρὸς τοὺς ἱερεῖς καὶ λοιποὺς κληρικοὺς τῆς κατ' αὐτὸν ἁγίας Ἐκκλησίας, δεικνύουσα τί ἐστι τὸ τῆς ἱερωσύνης χρῆμα, καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν ταύτας ἠξιωμένον.

Theophanes, minimus Jesu Christi servus Nicænæ urbis, sacro ac divino munere, præfectus, liceat vero etiam dicere, secundum imperium Dei, Salvatoris nostri Jesu Christi, spei nostræ, omnibus reverendissimis sacerdotibus, cæterisque clericis, sive iis qui in diversis sacri altaris ordinibus censentur, et qui per universam hæreditatem ac provinciam (25) nostram sunt, dilectis in sancto Spiritu filiis nostræ humilitatis, gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et a vivifica Trinitate multiplicetur, ad per-

C

Θεοφάνης, ἐλάχιστος Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, τῆς Νικαέων πόλεως ἱεραρχικῇ θείᾳ χάριτι προϊστάμενος, εἰη δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, πᾶσι τοῖς εὐλαβεστάτοις ἱερεῦσι καὶ λοιποῖς κληρικοῖς, ἤτοι τοῖς τοῦ ἱεροῦ βήματος ἐνδιαφόροις τάξεσιν ἐξεταζομένοις, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς εὑρισκομένοις κληροδοσίαν καὶ ἐπαρχίαν, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητοῖς υἱοῖς τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν

(24) Cum epistolæ hujus hypothesim tum ob longas orationum periodos, tum etiam ob sententiarum varietatem non ita facile sit cognoscere, visum est commodum lectori futurum, si summan illius, et quasi ὑπογραφὴν breviter proponeremus. Narrat igitur Theophanes hominem fuisse creatum ad Dei imaginem et similitudinem, et cum ipse illam per peccatum deformasset, hanc amisisset, Dei misericordia imago reformata quidem, et quasi denuo conflata, similitudo vero recuperata est, admirabilius tamen cœlestis sapientia, et bonitas hæc omnia præstitit. Nam cum per primam creationem particeps tantum fuisset homo imaginis et similitudinis jam dictæ, per secundam, quæ facta est incarnatione Verbi, divinæ naturæ consors, alterque Deus factus est, frater nempe Domini, eique consubstantialis, imo vero et ipsius membrum. Quæ omnia (posito incarnationis mysterio, quo natura nostra divinæ juncta est, et deificata) virtute duorum sacramentorum præstantur, baptismatis nempe et eucharistiæ. Per baptisma regenerati, filii Dei efficimur, et Christi, qui caput est Ecclesiæ, membra. Per Eucharistiam eidem Christo conjunguntur, et in unitatem fidei cæteris membris, Ecclesiæ videlicet, copulamur. Hæc igitur duo sacramenta cum Christus instituerit, ipseque primum peregerit, reliquit ad Patrem ascendens eorum usum, exercitium, et potestatem apostolis eorumque successoribus. Patet igitur hinc sacerdotes habere facultatem creandi, generandi, faciendi ex homine Deum, et Christi fratrem, et illius membrum. Si ergo tanta est dignitas sacerdotii, facile hinc intelligi poterit, qua innocentia et puritate, et sanctimonia esse debeat sacerdotio præditus. Præstat autem epistola hæc mirum in modum, non solum cæteris Theophanis scriptis, sed certe antiquissimorum et doctissimorum scriptorum elaboratissimis operibus conferri potest, ut facile fatebitur, qui ejus structuram, sententiarum pondera, Scripturæ sacræ in ea explicata attente consideret.

D

(25) *Provinciam*. Quamvis administratio ἐπαρχίας ad sæculares magistratus pertinere videatur, quantum ab auctoribus colligere possumus, tamen et apud nostros ἐπαρχία pro *diœcesi ecclesiastica*, καὶ ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας pro *metropolitano*, non raro occurrunt; ita canon Sardicensis τῶν ἐξάρχων τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὲ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, id est *præsidis provinciæ, nimirum metropolitani episcopi*.

Digitized by Google

ἐν καὶ τῆς ζωοῤχικῆς πληθυνθείη Τριάδος, εἰς κατ- A fectionem quidem vestram, et unitatem fidei, quæ
αρτισμὸν μὲν ἑαυτῶν καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἑνότητα πί- in Deum est, et ad mutuam in omni bono concor-
στεως, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὁμόνοιαν, καὶ diam et connexionem, ad incrementum vero vitæ,
ἀλληλουχίαν, αὔξησιν δὲ καὶ προκοπὴν βίου καὶ et fidei eorum, qui Deo per vos offeruntur, diversi-
πίστεως τῶν δι' ἡμῶν Θεῷ προσενηνεγμένων καὶ δια- modeque illuminantur, ac sanctificantur, assiduum-
φόρως φωτιζομένων καὶ ἁγιαζομένων ἀνθρώπων, que Ecclesiæ Dei augmentum, et propagationem,
προσθήκην τε διηνεκῆ καὶ ἐπίδοσιν τῆς τοῦ Θεοῦ propter eos qui ad nostram incontaminatam fidem
Ἐκκλησίας ἐκ τῶν προσερχομένων τῇ καθ' ἡμᾶς ex impura vita, et perdito errrore, atque impietate,
ἀμωμήτῳ πίστει, ἐξ ἀνιέρου ζωῆς καὶ φθοροποιοῦ exhortationibus, et documentis vestris accedunt.
πλάνης, καὶ δυσσεβείας, ταῖς ἡμετέραις εἰσηγήσεσι
καὶ διδασκαλίαις.

α'. Ἀνάγκην ἐπικειμένην, ἀγαπητοί, μοὶ καὶ 1. Desideranti mihi, o dilecti, pro necessitate mune-
πόθον ἔχοντι, καὶ σωματικῶς ὑμῖν, ὧν τὴν προστα- ris mihi impositi, vobiscum (quorum regimen a Chri-
σίαν ἐδεξάμην παρὰ Χριστοῦ συνεῖναι τὸν ἅπαντα sto suscepi) corpore etiam semper esse, si fieri pos-
χρόνον, εἰ οἷόν τε καὶ τὸ *λογικὸν ἄδολον γάλα*, set, et *rationale sine dolo lac* (ut cum B. Apostolo
κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον, ποτίζειν ἡμᾶς B loquar [45]) vobis quotidie ad potandum tradere, per
καθ' ἑκάστην διὰ γλώσσης, καθάπερ εἴ τινος θηλῆς linguæ munus tanquam per ubera quædam, copiose
δαψιλῶς χορηγοῦντα, μᾶλλον δὲ στερεᾶς μεταδιδό- largiendo; imo vero solidum cibum, quem ange-
ναι τροφῆς, ὃν ἀγγέλων οἴδαμεν ἄρτον γεγυμνασμέ- lorum panem esse novimus, vobis impertiri, qui
νοις ἤδη, κατὰ Παῦλον, διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια, (juxta Paulum [46]) pro consuetudine exercitatos ha-
ὡς τε μὴ μόνον ὑμᾶς ἐντεῦθεν αὔξειν κατὰ μικρὸν betis sensus, ut non modo vos inde sensim auge-
εἰς μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χρι- amini ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed
στοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς κοινωνεῖν ἀγαθοπρεπῶς et cæteros (quod quidem longe præstantius est qua-
δύνασθαι τῶν τοιούτων, ἥτις ἂν εἴη καὶ βελτίων libet alia beneficentia ac munere) benigne possitis
πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἄλλης εὐποιίας καὶ μεταδό- eorumdem bonorum participes facere; hoc, inquam,
σεως, οὐκ εἰς ἔργον μὴ προελθυθέναι τὰ τοῦ χρέους debitum, et meum desiderium ad opus perdu-
τούτου καὶ τῆς ἐφέσεως ἄχρι τοῦ νῦν ἐξεγένετο, cere (26), mihi adhuc non licuit, cum diversis, pro
κωλυομένῳ διαφόροις καὶ ἄλλο τε ἄλλαις αἰτίαις varietate temporum, causis impedirer, iisque haud
οὐ φαύλαις τισὶ καὶ παρορᾶσθαι ἀξίαις, ὡς καὶ ὑμῶν minimis, aut quæ negligi deberent, ut vestrum non
ἀκριβῶς ἴσασιν οὐκ ὀλίγοι, ἵνα μὴ λέγω πάντες. C pauci, ne dicam omnes, optime norunt. Ideo decrevi
Διό τοι τοῦτο δεῖν ἔγνων διὰ γραμμάτων ὡσανεί per litteras, tanquam per naviculam quamdam, aut
τινων πορθμείων ἢ κτηνῶν ἀχθοφόρων τὸν τῆς δι- oneraria jumenta, cœlestem doctrinæ panem ad vos
δασκαλίας οὐράνιον ἄρτον πρὸς ὑμᾶς παραπέμψαι, transmittere, panem, inquam, qui cor illud secun-
καρδίαν ἐκείνην εἰδότα κατὰ τὸν Προφήτην στηρί- dum Prophetam confirmare novit [47], quod purum
ζειν, ἥτις καὶ θεὸν αὐτὸν ὁρᾷν πέφυκε καὶ καθαρὰ effectum, Deum ipsum videre aptum est, idque
γεγονυῖα· ὅπερ ἂν εἴη τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς ταύ- nostræ rationalis animæ optimum est et altissimum;
της ψυχῆς τὸ κρεῖττον καὶ ὑψηλότερον, ἐν ᾧ παρα- in quo æternæ vitæ igniculum, tanquam pignus
μένειν τὸ ζώπυρον τῆς ἀϊδίου ζωῆς πάντες πιστεύο- quoddam futuræ immortalitatis, per baptismum
μεν, ὥσπερ ἀῤῥαβῶνά τινα τῆς μελλούσης ἀθανα- datum, permanere, omnes credimus. Quapropter
σίας δοθέντα διὰ βαπτίσματος. Διὸ τοὺς τῆς δια- singuli mentis sinus (ut quisque potest) explicantes,
νοίας κόλπους ἀνοίξαντες ἕκαστος, καθὼς ἂν αὐτῷ ex hujusmodi bonis abunde saturamini. Utinam
χωρητὸν εἴη, τῶν τοιούτων ἀγαθῶν δαψιλῶς ἐμφο- vero vobis hæc, non solum voluptatis sensibilis,
ρέθητε. Γένοιτο δὲ ταῦτα μὴ μόνον τῆς κατὰ αἴσθη- laudumque et plausuum, quæ ab ea procedunt,
σιν ἡδονῆς καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἐπαίνων καὶ κρότων causa sint, auditumque tantummodo oblectent, sed
αἴτια μέχρις ἀκοῆς τὴν τέρψιν παρέχοντα, ἀλλὰ καὶ D et spirituale alimentum conferant; quippe quæ pos-
πνεύματικ τῆς ἀπολαύσεως, τῷ τῆς ψυχῆς βάθει τὴν sunt, in secretiora animæ utilitatem invehere, ac
ὠφέλειαν ἐνιέναι δυνάμενα, καὶ ὡς πόρον ἀγαθὸν veluti uberem ferre proventum, qui infinities mul-
ἐνεργῆσαι, μυριοπλασίους προβάλλοντα τοὺς καρ- tiplicatos reddit fructus. Nostri autem sermonis ini-
πούς. Ἀρκτέον δ' ἐντεῦθεν. tium tale sit.

β'. Ταύτης θεοπροβλήτου ἡ τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ 2. Dignitas vere divina cœlestis hujus nostri et
οὐρανίου ἱερωσύνης θεοπρεπὴς ὄντως ἀξία ἡ πανόλ- ab ipso Deo profluentis sacerdotii beatissima gratia,
βιος χάρις, ἡ θεόσοφος ἐπιστήμη, θεῖόν τι καὶ ὑπερ- et Dei sapientia, divinum quoddam, et præstantissi-
φυὲς χρῆμα καθέστηκεν ἐκ τῆς θείας φύσεως τῆς mum est munus, a divina natura, æterno omnium
ἀϊδίου πηγῆς πάντων τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν προερχό- vere bonorum fonte proveniens, et nobis sola

[45] Psal. CII, 10. [46] I Petr. II, 2. [46] Hebr. V, 1. seqq. [47] Psal. CIII, 15.

(26). *Ad opus perducere.* Legitur in Vaticano οὐκ εἰς ἔργον μοι, sed plane depravate; substituimus μὴ, ita enim sensus loci postulat.

Digitized by Google

beneficatoris miseratione datum, quo et nostra natura regeneraretur, et ad angelicam vitam, et gloriam immutaremur, divinæque naturæ participes essemus, unde conformes fieri imagini Filii Dei, ejusque corpus et membra ex parte effici, nobis contingit. Postquam enim Opifex angelum alterum, hominem nempe, e terra formavit, ne adoratio et cultus (ut maximus theologus Gregorius ait [27]) cœlo circumscripta esset, sed foret non minus adoratores in terris, ut omnia plena essent gloria Dei; voluit proinde idem Deus, ut juxta angelorum ordinem et vitam, divinumque eorum statum, sempiternamque gloriam, nostra etiam constitueretur vita : et quemadmodum illorum vita perennis est, omni passione et vitio carens, omni dolore, et tristitia, ac labore, cæterisque calamitatibus vacans, similiter et nostra horum omnium expers esset. Ita ut vita una, una conversatio, gloria una, et Ecclesia una, in utrisque conspiceretur, ac proinde cœlum, et terra incorruptibile fieret habitaculum, incolisque maxime congruum; imo vero unum Dei templum, non manufactum, incorruptibile, gloria ejus dignum, iisque qui in illo inhabitant, veris ipsius servis, medium inter sese habentibus omnium Opificem, atque Dominum, universa complentem, omnibusque etiam præsentem, et cuncta moderantem, suaque bona abunde largientem : *Nonne terram*, inquit, *et cœlum ego repleo*[44]? Postea- quam vero, negligentia nostra, et Inimici invidia, primum præceptum, ad experimentum liberi arbitrii nobis datum, non servavimus, quin imo malum, et invidum consiliatorem fide digniorem duximus, bono, et de nobis beno merito prætulimus pravum consilium Dominico, et vivifico præcepto, commutavimus, heu, cum morte immortalitatem, cum incorruptibilitate corruptionem, et conversionem in terra, ex qua creati fuimus, et vitam illam cum hac malis doloribusque refertissimam, et contemptibilem. Ita ut nos quoque non secus ac belluæ, ex carnali conjunctione et corruptione generemur, egeamusque cibo corruptibili, et potu, et somno, infinitisque morbis, totidemque aliis malis subjaceamus. Hinc factum est, ut a gloria Dei, a societate et contubernio angelorum dissociati simus. Quod enim est consortium mortalibus cum immortalibus? et ad habitandum cum bestiis damnati sumus, quorum et generationem, et vitam, et corruptionem miserabiliter accepimus, cohabitatores, et sodales earum facti. Hinc nobis omnino clausum fuit cœlum, et hoc nostrum quodque circa nos est, mundanum habitaculum, ut et habitatores ipsius, corruptioni subjectum. Et hæc quidem ita; at malum nihil e cursu remittebat, imo nostra hæc

μενον καὶ χορηγούμενον ἡμῖν κατὰ χάριν φιλοτιμίᾳ μόνῃ τοῦ εὐεργέτου, εἰς ἀναγέννησιν τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως, καὶ πρὸς τὴν ἀγγελοπρεπῆ ζωήν τε καὶ δόξαν ἀλλοίωσιν, καὶ τῆς θείας φύσεως κοινωνίαν, ἐξ ἧς; τὸ γενέσθαι ἡμᾶς συμμόρφους; τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ περιγίνεται, καὶ σῶμα τούτου καὶ μέλη ἐκ μέρους ἀπαρτισθῆναι. Ἐπεὶ γὰρ ἄγγελον ἄλλον ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, ὥς τε κατὰ τὸν μέγιστον ἐν θεολογίαις Γρηγόριον, μὴ τοῖς ἄνω μόνον τὴν προσκύνησιν περιγράφεσθαι, ἀλλ' εἶναί τινας καὶ κάτω προσκυνητάς, ἵνα πληρωθῇ τὰ πάντα δόξης Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ θεῖος καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων κατάστασιν καὶ ζωὴν καὶ τὴν κατ' ἐκείνους θεοπρεπῆ πολιτείαν καὶ δόξαν ἀΐδιον, ἀναμφιβόλως ἐβούλετο καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖσθαι ζωήν· καὶ ὥσπερ ἐστὶν ὁ τούτων βίος ἄφθαρτος καὶ παντὸς πάθους καὶ κακίας ἀπηλλαγμένος, ὀδύνης τε πάσης καὶ λύπης καὶ μόχθου, καὶ τῶν λοιπῶν συμφορῶν, ὁμοίως ᾖ καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων· ὥστε μίαν ζωὴν καὶ πολιτείαν καὶ δόξαν καὶ Ἐκκλησίαν ἐν ἀμφοτέροις ὁρᾶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἓν οἰκητήριον ἄφθαρτον εἶναι καὶ τοῖς κατοικοῦσι κατάλληλον· μᾶλλον δὲ οἶκον ἕνα Θεοῦ, ἀχειροποίητόν τε καὶ ἄφθαρτον, ἐπάξιον τῆς ἐκείνου δόξης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων γνησίων δούλων αὐτοῦ, μέσον ἑαυτῶν ἐχόντων τὸν τοῦ παντὸς Δημιουργὸν καὶ Δεσπότην, πληροῦντα τὰ πάντα καὶ πᾶσιν ὁμοίως παρόντα τε καὶ ἐπιστατοῦντα καὶ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀφθόνως μεταδιδόντα· *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν* γὰρ, φησὶ, *καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ*; Ἐπεὶ δ' ἐξ ἡμετέρας ἀπροσεξίας καὶ φθόνῳ τοῦ Πονηροῦ, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν εἰς δοκιμὴν τοῦ αὐτεξουσίου πρωτόγονον οὐκ ἐφυλάξαμεν ἐντολὴν, ἀλλ' ἀξιοπιστότερον σύμβουλον οἰηθέντες τὸν πονηρόν τε καὶ βάσκανον, τοῦ κηδεμόνος καὶ ἀγαθοῦ, βελτίω τὴν πονηρὰν ἡγησάμεθα συμβουλὴν τῆς δεσποτικῆς καὶ ζωοποιοῦ ἐντολῆς, ἀντηλλάξαμεν τῆς ἀθανασίας οἴμοι! τὸν θάνατον, καὶ τῆς ἀφθαρσίας, τὴν πρὸς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθημεν ἀποστροφὴν καὶ διαφθοράν, καὶ τῆς ζωῆς, τὴν πολυπαθεστάτην ταύτην καὶ πολυώδυνον καὶ ἠτιμωμένην. Ὡς τε κατὰ τὴν ἄλογον καὶ ἡμᾶς φύσιν ἐκ σαρκικῆς συναφείας καὶ ῥεύσεως καὶ φθορᾶς γεγενῆσθαι, καὶ βρούσης τροφῆς καὶ πόσεως δεῖσθαι καὶ ὕπνου, καὶ μυρίοις νόσοις ὑποκεῖσθαι καὶ πάθεσιν. Ἐντεῦθεν ἐχωρίσθημεν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ὁμηγύρεώς τε καὶ συναυλίας. Τίς γὰρ κοινωνία θνητοῖς τε καὶ ἀθανάτοις; τοῖς δ' ἀλόγοις συνοικεῖν κατεκρίθημεν, ὧν καὶ τὴν γένεσιν καὶ ζωὴν καὶ φθορὰν ἀθλίως εἰλήφαμεν, ὁμόσκηνοι τούτοις καὶ ὁμοδίαιτοι γεγονότες. Ἐντεῦθεν ἀποκέκλεισται μὲν ἡμῖν εἰσάπαξ ὁ οὐρανὸς τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς καὶ περὶ ἡμᾶς τοῦτο κοσμικὸν οἰκητήριον, τῇ φθορᾷ παραπλησίως τοῖς

[44] Jerem. XXIII, 24.

(27) *Maximus Theologus Gregorius.* Nazianzenum episcopum intelligit, quem ob singularem divinæ disciplinæ cognitionem Theologum per excellentiam nominavit antiquitas. Locus est apud eum in Carmine de laudibus virginitatis. Eadem sententia legitur etiam apud eundem Nazianzenum oratione 38. de Nativitate Domini.

Digitized by Google

κατοικοῦσι συνέζευκται. Ἦν ταῦτα. Καὶ τὸ κακὸν οὐδέποτε τῆς πρόσω φορᾶς ἵστατο, ἀλλ' ἡ καθ' ἡμᾶς αὐτὴ ταλαίπωρος φύσις, ὥσπερ κόρον μὴ λαβοῦσα τῆς συμφορᾶς, καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν ἀτιμοτέρα καὶ χείρων γενέσθαι φιλονεικεῖ· τῷ αὐτεξουσίῳ καθ' ἑαυτῆς ἔμπαλιν χρησαμένη ὅπερ εἰς δόξαν καὶ διηνεκῆ πρὸς ἀγαθὸν εἴληφε προκοπήν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἀλλόκοτα καὶ τῆς φύσεως ἀλλότρια καταφέρεται πάθη, ἀλληλοφονίαις καὶ ἀῤῥενοφθορίαις ἑαυτὴν καθ' ἑκάστην μολύνουσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίοις, ὅσα καὶ αὐτὴ ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὡς ἀλλότρια παντάπασιν ἀγνοεῖ. Πρὸς τούτοις ἀθετήσασα, φεῦ! καὶ τὸν Δημιουργὸν καὶ Δεσπότην, καὶ μόνον ἀγαθὸν καὶ προνοητὴν τῶν ἰδίων ἔργων. Καὶ διὰ τοῦτο τῆς ὑποταγῆς καὶ τῆς εἰς ἐκεῖνον λατρείας ἀποστᾶσα καθάπαξ· τῷ δ' ἀπαρχῆς ἀνθρωποκτόνῳ καὶ ἀλάστορι καὶ πολεμίῳ καὶ ἐπιβούλῳ δαίμονι, ὡς εὐμενεῖ δεσπότῃ καὶ εὐεργέτῃ προσανέχουσά τε καὶ θεραπεύουσα καὶ ἀλογωτέρα κἀν τούτῳ καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν γενομένη, ὡς διὰ τοῦ Ἡσαΐου· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν.*

A ærumnosa natura, quasi non jam calamitatibus satiata, libero arbitrio, quod ad gloriam, assiduumque ad bona incrementum acceperat, in seipsam usa, ipsis et etiam ratione carentibus contemptior, ac pejor fieri contendit; ideoque ad monstruosas, et a natura abhorrentes passiones se dejecit, mutuis cædibus, masculorumque corruptionibus aliisque similibus culpis seipsam frequenter commaculans, quæ et ipsa pecudum natura tanquam aliena penitus ignorat. Ad hæc, heu! Creatorem, et Dominum, bonum unicum, provisoremque nostrorum bonorum rejecit; ideoque ab ejus obedientia et cultu omnino defecit, ei autem, qui homicida fuerat ab initio, infestissimo hosti, proditorique dæmoni adhæsit, et illi cultum impendit, irrationabilior, et in hoc, brutis ipsis facta: quemadmodum Dominus per Isaiam dicebat: *Novit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui; Israel autem non novit me, nec populus me audivit* [49].

B

γ'. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τοιαῦτα. Ὁ δ' ἀγαθὸς οὐκ ᾤετο δεῖν ἀβοήθητον τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα καταλιπεῖν. Οὐ γὰρ ἦν τοῦτο Θεοῦ καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς ἐκείνου φιλανθρωπίας. Διὸ καὶ τοσοῦτο φιλοτιμότερον ἀντιπετονθότερον ἐκεῖνος πρὸς τὰς εὐεργεσίας ἀγαθοπρεπῶς διανίσταται, ὁπόσον ἡμεῖς ἐλεεινῶς ἐφιλονεικήσαμεν, πρὸς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν πυθμένα κατενεχθῆναι, ὅθεν τῆς ἑαυτοῦ ἀγαθότητος δαψιλέστερον μεταδίδωσι. Κοινωνεῖ γὰρ κοινωνίαν δευτέραν, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· τότε μὲν γὰρ ὅτε δηλονότι παρήγαγεν ἡμᾶς εἰς τὸ εἶναι, μετέδωκεν ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ χάριτος, κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἐντεῦθεν ἀπεργασάμενος· ὕστερον δὲ μεταλαμβάνει τῆς ἡμετέρας φύσεως ἄνθρωπος ἀληθῶς γενόμενος ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος, καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰληφὼς, κἀντεῦθεν

3. Et nos quidem hæc; sed bonus Deus (28) creaturam suam destitutam, auxilio non putavit relinquendam. Neque enim hoc Dei esset ejusque in nos misericordiæ. Quare eo ille studiosior, et avidior, beneficia in nos beneficentissime confert, quo ipsi in malorum profundum miserabilius ruere studuimus[49]; quamobrem suam abundantius communicat bonitatem. Communicat enim sese nobis secundo, longe admirabilius (29), quam fecerat primo; tunc C enim (ut constat) cum scilicet eduxit nos ad esse, suæ nos gratiæ participes effecit, et hinc ad sui imaginem et similitudinem creavit; postea vero naturam nostram assumpsit, homo vere factus, qui maxime est hominum amator, et corpus humilitatis nostræ accepit; unde non similis, sed consubstantialis (30), secundum suam humanitatem, factus

[49] Isa. I, 3.

(28) *Bonus Deus.* In Græco tantum ἀγαθὸς, *bonus* quod tam Scriptura, quam Patrum phrasi scriptum est antonomastice pro Deo, ut πονηρὸς, *malus*, pro dæmone, de quo tropo dixi in notis ad Epiphanium.

(29) *Longe admirabilius.* Comparatione hac inter primam et secundam hominis generationem videtur Theophanes Chrysostomum imitatus, cujus hæc verba legunter in homilia 5, in Joannem: *Sed tunc, faciamus, inquit, ei adjutorium, nunc minime. Quippe qui gratiam spiritus accepit, nullo alio indiget. Tunc ad Dei imaginem fecit hominem, nunc Deo familiarem reddit. Tunc animantes ei subjecit, nunc supra cælos ejus propagat imperium. Tunc paradisi eum incolam constituit, nunc cælum aperit. Tunc sexta die factus est, nunc prima, una cum luce. Quibus constat ad quanto hac meliorem vitam et perenniorem, adeoque nullum finem habituram efficiatur. Quantoque, altior et sublimior per baptismum regeneratio, quam vel prima ex terra fromatio, vel secunda ex latere, vel tertia ex semine.* Gregorius etiam Theologus, oratione 42, ubi de incarnatione loquitur, aliqua ex parte in eamdem sententiam: *Secundum consortium* (inquit) *nobiscum init, et quidem priori longe admirabilius. Tunc enim id, quod præstantius erat nobis impertiit, at nunc ejus quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo divinius, hoc apud cordatos viros multo sublimius.*

D

(30) *Non similis, sed consubstantialis.* Tametsi Christus et nobis et Deo similis dici possit, ut docet S. Thomas, et theologorum schola, tamen qui hoc eo sensu dicunt, ut consubstantialitatem naturæ negent, et similitudinem tantum concedant, falsi sunt et impii. Christus enim ut Deus non solum Patri similis, sed et ejusdem substantiæ est, similiter nobis ut homo non similis tantum, sed consubstantialis; nec enim ulla alia ratione humana natura in illo, quum in nobis excelsior, præstantior, nobilior, nisi quod Verbo Dei unita sit. Et quidem quod ad divinitatem pertinet, Arianorum fuit impostura, qui ut simplices homines deciperent, Nicæno *omousio* inseparabile illud vallum, ut eleganter ait Gregorius Theologus, nempe jota interposuerunt, secernuntque *omoiusion*, quasi nihil immutarent. Fraus hæc in conciliabulo Sirmiensi, et Ariminensi Constantii tempore ortum habuit; auctoresque stratagematis Valens et Ursatius, quibus tam prospere successit dolus, ut paucissimi fuerint, quos laqueis suis non irretierint. Sensit itaque tunc se mundus Arianum, et ingemuit, ut ait Hieronymus.

Digitized by Google

est nobis, fratrisque nostri nomen non est dedignatus, deificavitque sumptam ab se nostram naturam, in cujus assumptionis ac communionis partem nos vocat; ut quemadmodum, accepta ille primum natura nostra, factus est vere homo, ita et nos carnem ejus deificatam participantes, deificati (31) homines efficiamur, ac propterea Dei filii secundum gratiam, ipsius vero fratres secundum carnem (32), non solum quod attinet ad humanitatem, eamdem cum ipso substantiam habentes, sed et similitudinem, quatenus glorificati ac deificati sumus, sicque cohæredes gloriæ ipsius et regni effecti, quod quidem humanæ dispensationis (33) Verbi, Dei et hominis ejusque in nos beneficii, quod mentem omnem et sermonem excedit, finis est. At vide, quomodo multiformis ejus sapientia tale opus Deo vere dignum operatur. Cum a peccato confractam (34) invenisset suam imagi-

A οὐχ ὁμοιούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἑαυτοῦ γεγονώς· καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν κληθῆναι καταδεξάμενος, καὶ θεώσας τὴν προσληφθεῖσαν αὐτῷ καθ' ἡμᾶς φύσιν μεταδίδωσιν ἡμῖν εἰς μετάληψιν τούτου καὶ κοινωνίαν, ἵν' ὥσπερ πρώην μεταλαβὼν ἐκεῖνος τῆς ἡμετέρας φύσεως γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς, οὕτω καὶ ἡμεῖς, μετασχόντες τῆς τεθεωμένης ἐκείνου σαρκὸς, γενώμεθα ἄνθρωποι τεθεωμένης ἐκείνου σαρκὸς, γενώμεθα ἄνθρωποι τεθεωμένοι· καὶ διὰ τοῦτο υἱοὶ μὲν Θεοῦ κατὰ χάριν, ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ κατὰ σάρκα, οὐ μόνον ἔχοντες πρὸς αὐτὸν τὸ ὁμοούσιον, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅμοιον, κατὰ τὸ δεδοξασμένον τε καὶ τεθεωμένον· καὶ διὰ τοῦτο συγκληρονόμοι τῆς ἐκείνου δόξης καὶ βασιλείας ὑπάρχοντες, ὅπερ ἐστὶ τὸ τέλος τῆς κατὰ τὸν B ἄνθρωπον οἰκονομίας τοῦ θεανθρώπου Λόγου, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ λόγον εὐεργεσίας αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅρα πῶς ἡ πολυποίκιλος ἐκείνου

mus in Dialogo contra Luciferianos, qui tamen (ut in Luciferi notis demonstro) non satis hæreticorum versutiam nobis explicuit. Recte notat vetus Nazianzeni scholiastes, in oratione 3, a Iversus Julianum, sanctos scriptores, si quando Verbum *simile Patri* dicunt, addere *per omnia*, si *simulacrum Patris* vocant, adjungere τὸ ἀπαράλλακτον.

(31) *Deificat.* Et phrasin hanc, et sententiam repetit sæpe Theophanes in hac epistola. Nos semel lectorem admonitum volumus, non esse novum loquendi modum apud antiquos, et sanctos Patres, e quorum scriptis multa testimonia adducere facile esset. Sed ex Græcis Nazianzenum, ex nostris Augustinum citasse contenti erimus. His enim navarchis secuti tranabimus difficultatum theologicarum C vortices. *Non rapinam* (inquit Augustinus in enarratione psalmi CXXI,) *arbitratus est Christus, esse æqualis Deo. Ut autem tu efficiaris particeps, in id, factus est ipse prior particeps tui*, et in CXXXVII psalmum : *Illa* (inquit) *divinitas Patri æqualis facta est, particeps nostræ mortalitatis, non de suo, sed de nostro, ut et nos efficeremur participes divinitatis ejus, non de nostro, sed de ipsius.* Notum et illud homil. 9, de Nativitate : *Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus.* Nazianzenus, in oratione in Pascha, καὶ εἰς τὴν βραδύτητα. *Simus* (inquit) *ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos. Efficiamur dii propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo.* Et in elegantissima oratione in laudem Cæsarii fratris : *Cum Christo* (inquit) *sepeliri me oportet, cum Christo refugere, Christi cohæredem esse, Filium Dei, atque adeo Deum ipsum.* Vide Patrum commentarios, Exod. XXI, XXII, I. Regum VI; Psal. CXXXIV, CXXXV.

(32) *Secundum carnem.* Vaticanus αὐτοῦ μόνον etc. Messanensis, ex quo supplevimus αὐτοῦ κατὰ σάρκα, οὐ μόνον, etc.

(33) *Dispensationis.* Antiqui Græci Patres vitam Christi in universum, actionesque illius οἰκονομίαν vocaverunt; in quem sensum apud Damascenum, lib. III : ὀρθοδοξίας, οἰκονομίας μυστήριον legitur, et in Basilio, in Epistola ad Cæsarienses, atque alibi frequenter. Cæterum cum inter omnia Christi opera, maximum et præstantissimum fuerit incarnatio, factum est, ut κατὰ ἐξοχὴν, οἰκονομία sit ἀνθρώπησις. Chrysostomus, in cap. 15, ad Corinth. I *Aliter* (inquit) *loquitur Paulus, quando de sola divinitate loquitur, et aliter quando de* (οἰκονομίας) *dispensatione.* Et inferius : *Videamus ergo hic an de sola divinitate loquatur,* ἢ μετὰ τῆς οἰκονομίας ἀποφαίνεται περὶ αὐτοῦ ταῦτα ἅπερ φησὶν, *vel quantum ad dispensationem de ipso dicat, quæ scribit.* Idem Chrysostomus, in Epistola ad Colossenses, cap. II, atque alibi, in hanc significationem voce hac usus est. Latini non solum *dispensationem*, Christi incarnationem vocarunt, ut interpres, cap. I, ad Ephesios, illis verbis : *In dispensatione plenitudinis temporum*; et Hilarius, lib. XXII. *De Trinitate*, cum ait : *Sed ut superioribus libris docuimus dispensationem assumpti corporis* (*hæretici*) *rapiunt, ad contumeliam Divinitatis* : et infra : *Nec dispensatio afferet errorem.* et passim; sed et *œconomiæ* vocem retinuerunt in eumdem sensum, Hieronymus in epistola ad Pammachium, et Oceanum, loquens de Apollinari : *Is* (inquit) *dimidiatam Christi introduxit œconomiam; ea scilicet ratione, quod divinam personam Christi homini negavit.*

(34) *Confractam.* Recte confractam in Adamo per peccatum imaginem Dei, non vero abolitam, similitudinem vero penitus amissam, dixit Theophanes; nam cum illi supererit intellectualis mens, quam ad sui exemplar creavit Opifex, amissa gratia deperdita quidem est similitudo, quæ in innocentia consistebat, et imago ipsa, quæ manserat, ita obscurata atque deformata, ut necessario reformatione indigeret. Sic explicat Augustinus, lib. 2 *Retractationum*, eam sententiam, quam lib. 6. *de Genesi ad litteram*, cap. 27 et 28, in hoc articulo scripserat; ut se liberet ab Origenis errore in Commentario capitis III Geneseos, ubi *naturalia* (ut vocant) perdidisse etiam Adamum docet. Quam hæresin Epiphanius detexit, et improbavit in epistola ad Joannem Hierosolymitanum, ab Hieronymo in Latinum sermonem conversa. Porro de imagine et similitudine, eo modo, quo diximus, acceptis, theologice scribit D Bernardus, sermone I, de Annuntiatione beatæ Virginis Mariæ, in hunc modum : *Ego divinam arbitror esse imaginem, quæ nimirum non assuta sed insita atque ipsi impressa naturæ, dividi scindique non potest. Ad imaginem nempe et similitudinem Dei factus est homo, in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine; et similitudo quidem periit, verumtamen in imagine pertransit homo : imago siquidem in gehenna ipsa uri poterit, non exuri, arderi, sed non deleri. Hæc ergo non scinditur, sed forte procenit, et quocunque pervenial, anima simul et ipsa erit. Nam similitudo non sic, sed aut manet in bono, aut si peccaverit anima, mutatur miserabiliter jumentis insipientibus similata.* Hactenus Bernardus. Non tamen dubitaverim, ut ad Origenem redeam, posse illius verba in pium sensum explicari, præsertim cum in aliis Patribus non multo dissimilia reperiantur. Irenæus enim, lib. III cap. 20, *Ut quod perdideramus* (ait) *in Adamo* (loquitur de incar-

Digitized by Google

σοφία τὸ τοιοῦτον ἀξιόθεον ἔργον ἀποτελεῖ. Συντριβοῦσαν εὑροῦσα τὴν ἰδίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰκόνα. καὶ τὸ θεοειδὲς καθάπαξ ἀποβαλλομένην ὁμοίωμα, δεῖν ἔγνω πρῶτον ταύτην ὥσπερ ἀναχωνεῦσαι καὶ ἀναπλάσαι, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος, μᾶλλον δὲ μεῖζον ἀναγαγεῖν. Ποιεῖ τοίνυν τοῦτο διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος· τὴν γὰρ δημιουργικὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καθ' ἣν ἔπλασε τοῦτον καὶ καταρχὰς κατ' εἰκόνα θείαν τε καὶ ὁμοίωσιν, ἐπεὶ δι' αὐτῆς ἔμελλε τοῦτον πάλιν ἀναμορφοῦν ὁ τεχνίτης, οἷά τινος σοφίας καὶ ἐπιστήμης καὶ δυνάμεως δραστικῆς, ἐνίησι τῷ ὕδατι καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πρῶτος εἰσελθὼν καὶ βαπτισάμενος ἐν αὐτῷ. Πρῶτον μὲν ἵνα, καθὼς ἔφην, τὴν ἀναμορφωτικὴν χάριν ἐναποθεῖ τὸ τῷ ὕδατι· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς ἐδεῖτο καθάρσεως ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· δεύτερον δὲ, ἵνα τοὺς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννωμένους εἰς ἀδελφότητα πρόσοιτο, πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς γενόμενος διὰ τὸ ταυτὸν ἁμηγέπη τοῦ τρόπου τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνου κατὰ σάρκα γεννήσεως, καὶ γὰρ τὸ τὴν κολυμβήθραν τοῦ θείου βαπτίσματος, ὥσπερ εἰκόνα καθυπογράψαι τῆς παρθενικῆς καὶ ἀμωμήτου γαστρὸς, ἐν ᾗ τὸ καθ' ἡμᾶς διεπλάσθη, καὶ ἐξῆς ἐγεννήθη. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ μακαρίᾳ καὶ θεοδόχῳ γαστρὶ, γυμνῇ τῇ θεότητι ταύτην εἰσδὺς, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἀνέπλασε καὶ ἀνεμορφώσατο, ἑαυτῷ ταύτην ὑποστήσας, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἐν αὐτῇ ὑποστάσει μεθ' ἑαυτοῦ ταυτὴν ποιήσας τῇ παρουσίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος, χωρὶς ἀνδρικῆς συναφείας, ἀπεργασάμενος τὸ μακαριώτατον ἐκεῖνο χωρίον τῆς Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς καταλλαγῆς καὶ ἀπορρήτου ἑνώσεως μάρτυρα, ἤτοι τὴν θεοδόχον γαστέρα, πηγὴν ὡς ὄντως ζωαρχικὴν, καὶ ἀναμορφωτικὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θεοειδὲς κάλλος, οὕτως εἰσελθὼν εἰς τὸ ὕδωρ οὐκέτι γυμνῇ τῇ θεότητι, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀναπλησθείσης ἐν τῇ πρωτοτύπῳ καὶ ζωαρχικῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θεωθείσης ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυράματος, πεποίηκε τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ καὶ τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἄλλην ὡσανεὶ νηδὺν ἀναμορφωτικὴν ξυμπάσης τῆς ἡμετέρας φύσεως. Πηγὴν γὰρ ἀναδείξας καὶ ταύτην σωτηρίου κατὰ τὸν Ἡσαΐαν δίχα σαρκικῆς συναφείας καὶ νόμων τῆς φύσεως ἀναγεννᾷν ὑπερφυῶς δυναμένην, πάντας τοὺς προσερχομένους Χριστῷ

nem, Deique similitudine, quam habebat, penitus spoliatam, prius hanc veluti iterum conflandam ac reformandam, et sic ad pristinum decus, imo vero ad majus reducendam duxit. Facit igitur hoc per sacrum baptisma; creandi enim virtutem, qua ille hominem primum ad divinam suam imaginem et similitudinem formavit, cum per eamdem iterum reformare constitueret (quasi per sapientiam atque doctrinam quamdam effectivamque virtutem) aquæ attribuit. Et primus ipse per sese ingressus est, et baptizatus in illa, cum ut (quemadmodum dixi) reformativam gratiam illi largiatur, (neque enim indigebat expurgatione, qui tollit peccatum mundi), tum vero, ut per baptismum renatos ad fraternitatem convocet, primogenitus ipse (propter eumdem quodammodo supernaturalis ejus secundum carnem generationis modum) in multis fratribus effectus. Sed et lavacrum sacri baptismatis velut imaginem quamdam describit, virginei et immaculati ventris, in quo secundum naturam nostram efformatus, et ex quo editus est. Sicut enim beatum illum, et qui Deum excepit uterum, nuda cum deitate ingressus, finxit denuo primitias nostræ massæ, eam sibi conjungens, Deique Filium in ipsa unitione fecit, per adventum sanctissimi Spiritus, absque virili commistione, efficiens nempe, beatissimum illum locum, nostræ cum Deo reconciliationis, ineffabilisque unitatis testem, uterum nempe Dei hospitem, fontem vere vitalem et vim habentem reformandi naturam nostram a corruptione ad incorruptionem divinamque pulchritudinem. Sic, inquam, aquam ingressus, non jam nuda cum deitate, sed cum regeneratis et deificatis in primo atque vivifico lavacro (35) nostræ massæ primitiis fecit illam, sua et Spiritus sancti præsentia, veluti alterum ventrem totius nostræ naturæ reformatorem. Per Isaiam [30] enim ostendit hunc salutis fontem sine carnali copula, et naturæ legibus mirabiliter regenerare valentem eos omnes qui ad Christum cum fide accedunt, et facientem quidem filios Dei, fratres vero Christi secundum gratiam, propter quamdam, ut dictum est, identitatem nativitatis. Interest tamen multum inter

[30] Isa. XII, 1 seqq.

nationc Verbi) *id est, secundum imaginem et similitudinem esse Dei, hoc in Christo Jesu reciperemus.* Gregorius Theologus, oratione de Paschate: *Divinam* (inquit) *imaginem accepi, nec custodivi.* Auctor Commentariorum in Psalmos, qui Hieronymi nomine circumfertur, in illud: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Quid gloriaris* (inquit) *in malitia, hoc est Adam et diabolus, quia quod Deus ædificarit, illi destruxerunt in semetipsis, imaginem Dei et angelorum.* Cum vero hic Theophanes ἀναχωνεῦσαι καὶ ἀναπλάσαι iterum imaginem in nobis Deum ait, perspicue imitatus est Nazianzenum, cujus hæc sunt verba in oratione de baptismate: Χωρὶς πυρὸς ἀναχωνεῦον, καὶ ἀνακτίζον δίχα συντρέφεως, id est *Absque igne nos rursus conflans, et absque confractione iterum effingens.*

(35) *Primo atque vivifico lavacro.* Πρωτότυπον lavacrum vocat mysterium incarnationis, quasi quod fons fuerit et origo reliquorum omnium mysteriorum. Origenes ἀρχηγὸν σωτηρίας *auctorem salutis* vocavit. Paulus I ad Timoth. III *magnum sacramentum* appellavit, quod merito dictum adversus Arianos divinitatis Christi hostes probat eleganter et copiose Hilarius, lib. XII *de Trinitate.* Nazianzenus in oratione in funere Cæsarii fratris, eadem, qua Theophanes mente, *novum mysterium* vocavit. Τί τὸ (ait) καινὸν τοῦτο περὶ ἐμὲ μυστήριον; *Quodnam hoc novum circa me mysterium?*

Digitized by Google

primum ac secundum ventrem ; tanto enim secundus, nempe fons in quo regeneramur, cum primo, qui scilicet et Deum excepit et peperit, diguitate incomparabilis est, quanto Dominus qui ex primo natus est, major est iis qui ex altero renascuntur, imo vero et magis. Nam qui ex secundo regenerantur, fratres illius, qui ex primo natus est, et Dei filii secundum gratiam efficiuntur, at secundus alveus cum primo nullam talem habet cognationem. Quin imo inter sese ita differunt, ut signum extrinsecum natura differt a veritate. Illa enim est vera Dei Mater, quoniam vere ex ipsa, qui supra omnem substantiam est, suscepit substantiam. Aqua vero sacri baptismatis accipitur, ut diximus, tanquam signum et figura vivifici illius ac Dei hospitis ventris. Per illam nos sine carnali conjunctione, ac cæteris naturæ operibus, in Dei filios mirifice regenerati, conformesque imagini naturalis Filii Dei, qui ex ipso virginali intactoque utero prodiit, efficimur, ex aqua vero nihil accipimus quod ad novi hominis et secundum Deum creati substantiationem pertineat. Nam id totum quod ab secunda hac creatione atque regeneratione præstatur, a præsentia sancti Spiritus fit.

A μετὰ πίστεως καὶ υἱοὺς μὲν Θεοῦ, ἀδελφοὺς δὲ Χριστοῦ κατὰ χάριν διὰ τὸ ταυτόν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως ἀπεργαζομένην. Εἰ καὶ τὸ διάφορον τῆς πρώτης νηδύος πρὸς τὴν δευτέραν, ἤτοι τῆς θεοδόχου καὶ θεοτόκου γαστρὸς πρὸς τὴν ἀναγεννῶσαν ἡμᾶς κολυμβήθραν, ἀσύγκριτόν ἐστι τῇ ἀξίᾳ, ὁπόσον ὁ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθεὶς Κύριος, πρὸς τοὺς ἀναγεννωμένους; ἐκ τῆς δευτέρας, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον. Οἱ γὰρ ἐκ τῆς δευτέρας ἀναγεννώμενοι, ἀδελφοὶ τοῦ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθέντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ χρηματίζουσιν κατὰ χάριν· ἡ δὲ δευτέρα νηδὺς πρὸς τὴν πρώτην οὐδεμίαν τοιαύτην συγγένειαν κέκτηται, ἀλλὰ τοσοῦτόν ἐστιν ἀλλήλων μεταξὺ τὸ διάφορον, ὅσον σύμβολον ἐξωτερικὸν διαφέρον τῇ φύσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ Μήτηρ, διὰ τὸ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον. B Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ θείου βαπτίσματος, ὡς σύμβολον καὶ τύπος παραλαμβάνεται τῆς ζωαρχικῆς καὶ θεοδόχου νηδύος ἐκείνης, ὡς εἴρηται. Διὰ τὸ καὶ ἡμᾶς ἐκ τούτου χωρὶς σαρκικῆς συναφείας καὶ τῶν ἄλλων τῆς φύσεως ἔργων ἀναγεννᾶσθαι ὑπερφυῶς εἰς υἱοὺς Θεοῦ, καὶ συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ φύσει Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννηθέντος ἐκ τῆς παρθενικῆς ἐκείνης καὶ ἀμωμήτου γαστρός· ἐκ γὰρ τοῦ ὕδατος ἡμεῖς, οὐδέν τι λαμβάνομεν εἰς οὐσίωσιν τοῦ καινοῦ καὶ κατὰ Θεὸν κτισθέντος ἀνθρώπου. Τὸ γὰρ πᾶν τῆς τοιαύτης θεοειδοῦς ἀναγεννήσεώς τε καὶ ἀναπλάσεως, ἡ παρουσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπεργάζεται.

4. Quapropter ille per suam incarnationem quæ mentem ac rationem omnem superat, nostri fermenti primitias, ad summum divinitatis extulit, efficiens nempe, id quod a se fuerat assumptum, suæ divinitatis consors, nobis deinde unitatem naturæ largitus, et carne, et sanguine nobiscum C participatis, consubstantialis nobis effectus est. Per secundam vero nostram creationem quæ per baptismum fit, recepit nos in fratres ex simili quodam generationis modo, uti diximus : solum enim in spiritu renatos fraternitate donat, deos jam per gratiam factos et tanquam indutos imaginem cœlestis Adami, ut quondam terreni. Hinc enim divinam formam accipiunt, et ad ipsius humanitatis exemplum, quæ ad altissimum divinitatis gradum erecta est, deificantur. Quapropter non omnes homines sunt fratres Domini, sed ii tantum qui renati sunt per sanctum baptismum, et servaverunt deiformem pulchritudinem ad finem usque immaculatam. Ut enim nos nunquam equos, aut canes D vocaremus fratres, eo quod nostra caro, sicut et illorum, ex terra constet, mortalisque sit et passibilis, sensibus et sanguineis venis compacta, attractoque per pulmonem aere quasi in se ipsa vitam includens, sed adjectione rationis ab illorum affinitate ac fraternitate differimus, accipientes tantum in horum communionem eos, qui ratione præditi sunt ; sic et Salvator noster nostram ex nobis, cum assumpsisset naturam, non hanc nudam, aut divinæ gloriæ expertem esse voluit, sed eam ex ipsa unitione ditavit divinæ naturæ proprietatibus. Ideoque cum hanc Deo dignam gratiam hominibus

δ'. Ὅθεν διὰ μὲν τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ, τὴν μὲν ἀπαρχὴν εἰς ἄκρον ἐθέωσε τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἤτοι τὸ ἴδιον πρόσλημμα, ὁμόθεον ἀπεργασάμενον τοῦτο· ἡμῖν δὲ τὸ ὁμοφυὲς ἐδωρήσατο, κοινωνήσας ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος. Κἀντεῦθεν ὁμοούσιος ἡμῖν γεγονὼς διὰ δὲ τῆς ἀναπλάσεως ἡμῶν τῆς κατὰ τὸ βάπτισμα, εἰς ἀδελφότητα προσήκατο καὶ ἀνήγαγε διὰ τὸ ὁμοιότροπόν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως· τοὺς γὰρ ἀναγεννωμένους ἐν πνεύματι μόνους τῆς ἀδελφότητος ἀξιοῖ θεοὺς κατὰ χάριν ἐντεῦθεν γεγεννημένους, ὡς φορέσαντας τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου Ἀδὰμ ὥσπερ πρώην τοῦ χοϊκοῦ. Τὸ γὰρ θεῖον εἶδος ἐντεῦθεν λαμβάνουσι, καθὸ γίνονται τεθεωμένοι ὥσπερ εἰς ἄκρον ἐθεώθη καὶ τὸ ἀνθρώπινον τούτου. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐ πάντες ἄνθρωποί εἰσιν ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οἱ ἀναγεννηθέντες διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ τηρήσαντες τὸ θεοειδὲς κάλλος ἀκηλίδωτον μέχρι τέλους. Ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς, οὐ κἂν ποτε καλέσαιμεν ἀδελφοὺς τοὺς ἵππους καὶ κύνας διὰ τὸ τὴν ἡμῶν τε κἀκείνων σάρκα παραπλησίως ἐκ γῆς ὑφεστάναι, καὶ θνητὴν ὁσαύτως εἶναι καὶ παθητήν, αἰσθήσει συνδεδεμένην καὶ ὀχετοῖς αἱμάτων καὶ τῇ διὰ τοῦ πνεύμονος ὁλκῇ τοῦ ἀέρος, τὴν ζωὴν ὥσπερ ἐν ἑαυτῇ περικλείουσαν, ἀλλὰ τῇ προσθήκῃ τοῦ λογικοῦ διεστήκαμεν τῆς ὁμοφυΐας ἐκείνων καὶ ἀδελφότητος, τοὺς τὸ λογικὸν μόνον πεπλουτηκότας εἰς κοινωνίαν τούτων δεχόμενοι, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἡμῶν τὸ ἡμέτερον προσλαβόμενος, ὡ ψιλὴν ἐτήρει καὶ τῆς θείας δόξης ἀμέτοχον, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως τοῖς ἰδιώμασι τῆς θείας κατεπλούτησε φύσεως. Καὶ δ.

Digitized by Google

τοῦτο μεταδοὺς τοῖς ἀνθρώποις τῆς τοιαύτης θεοπρεποῦς χάριτος, ἀδελφοὺς καθίστησι τῷ θεοειδεῖς ἐκείνους ὥσπερ τὸ ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον ὁμοίους ἀπεργασάμενος.

A largitus esset, fratres illos fecit, eosdemque ut et suam humanitatem (36) deitate donavit.

ε'. Ἀναπλάττει μὲν οὖν καὶ ἀναγεννᾷ τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν ὁ Κύριος, τούτῳ τῷ τρόπῳ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κτίσαν ἐκ ζωαρχικῆς μήτρας τῆς παναγίας Παρθένου τὴν σάρκα Χριστῷ χωρὶς σαρκικῆς συναφείας, τοῦτ' αὐτὸ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοὺς ἀναγεννωμένους ἀναπλάττει δίχα σαρκικῶν θελημάτων, ὁμοίως ὡς περὶ ὧν φησιν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι *Οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν*. Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Οὐ μόνον ὁμοειδεῖς ἑαυτῷ καὶ ἀδελφοὺς ἰδίους εὐδοκεῖ γεγενῆσθαι, οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς εὐεργεσίας ἵσταται, ἀλλὰ καὶ σῶμα καὶ μέλη ἑαυτοῦ, ὡς κεφαλὴν μᾶλλον ἡμῶν μελῶν τε καὶ σώματος ὄντων ἢ ἀδελφὸν ὀνομάζεσθαι, τῷ συνδέσμῳ τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἀγάπης αὐτοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ἅπερ μέλλει συνάψειν ἑαυτῷ ὡς ἴδια μέλη, πρῶτον ὁμοειδῆ καθίστησι τῇ κεφαλῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἔπειτα διὰ τῆς μεταδόσεως καὶ κοινωνίας τοῦ ἰδίου σώματός τε καὶ αἵματος, προσκολλᾷ ἑαυτῷ καὶ ἀλλήλοις πάντα τὰ θεοειδῆ ταῦτα μέλη. Διὰ τοῦτο γὰρ προηγεῖται τὸ βάπτισμα τῆς ἱερᾶς μεταλήψεως· πρῶτον γὰρ δεῖ γενέσθαι τὰ μέλη τῇ κεφαλῇ ὅμοια, ὅπερ, ὡς εἴρηται, τὸ θεῖον ἐργάζεται βάπτι-

5. Creat igitur nos iterum Dominus regeneratque hoc pacto naturam nostram. Spiritus enim sanctus qui ex vivido sanctissimæ Virginis utero condidit Christo carnem, absque conjunctione carnali, similiter per sacrum baptismum in lavacro renatos sine carnali voluntate creat, ut ii sunt de quibus evangelista inquit, quod *Non ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [31]. Quid tum postea? Non solum uniformes sibi, fratresque proprios fieri nos vult, nec hic nos beneficiis afficere desinit: nam et corpus et membra B sua nos facit, ut cum membra nos et corpus illius simus, ille propter vinculum suæ charitatis, quæ mentem et rationem omnem exsuperat, caput potius quam frater appelletur. Atque ideo membra, quæ tanquam propria sibi est copulaturus, conformia prius capiti facit per baptismum, deinde per participationem ac communicationem suæ carnis et sanguinis sibi, et inter sese invicem divina hæc omnia membra agglutinat (37). Ideo enim baptismus sanctam præcedit communionem (38): prius enim membra fieri debent similia capiti, quod, ut diximus, sacer baptismus præstat, deinde capiti conjungi, quod per tremendam communionem efficitur, quæ et immortalitatis quidam est fomes (39). Eam vero

[31] Joan. I, 13.

(36) *Ut et suam humanitatem*. Non quidem ita accipienda sunt verba hæc, ut humanitatem Christi multo excellentius, quam naturam nostram deitate donatam non intelligamus; illi enim Dei essentia juncta est et in una persona copulata; nobis divinitas obvenit gratiæ divinæ beneficio, per quam filii Dei (ut inquit Apostolus) et nominamur et sumus. Itaque hæc est hujus loci sententia, quam sæpe alias explicat ipse Theophanes.

(37) *Agglutinat*, Sensus hujus loci est, per baptismum fieri nos membrum Christi, qui Ecclesiæ caput est, per Eucharistiam vero Christo capiti ac reliquis membris, id est Ecclesiæ conjungi. Hæc enim sacrati corporis sanguinisque Dominici dos est ut Christus ipse pollicetur: *Qui manducat* (inquit) *meam carnem, et bibit meum sanguinem in me manet. Joan.* VI, et rursum XVII, *Ut omnes unum sint sicut tu Pater in me, et ego in te ut et ipsi in nobis unum sint*. Paulus scribens Corinthiis: *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, et uno calice participamus*. Antiqui etiam Patres idem nos docent. Legendus Nazianzenus, oratione 3 in Julianum ad medium, et veteris interpretis in eo loco scholium, et Chrysost. homil. 45 in Joannem; et 60 et 61 ad populum Antiochenum, et 83 in Matthæum; Cyrillus, lib. IV in Joannem, cap. 17; lib. X, cap. 13, et lib. XI, cap. 26; Gregorius Nyssenus, in oratione catechetica, quæ dicitur magna, cap. 37; Hilarius lib. VIII *De Trinitate;* Leo, serm. 14, de passione Domini. Apud Augustinum hæc habemus, in sermone de infantibus, quæ refert Gratianus, *De Consecratione*, dist. 2, cap. *Quia passus: Ita* (inquit) *Dominus noster Jesus Christus nos significat, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis et unitatis nostræ in sua mensa consecravit. Qui accipit mysterium unitatis, et non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.* Idem, lib. XXI *Civitatis* cap. 25, *Symbolum unitatis* sacramentum hoc vocat, quod Tridentini Patres probant sessione 13, cap. 2 et 3; Florentini, in Legatione ad Armenos. Hinc factum ut *synaxeos* voce sacrosanctum istud sacramentum per catachresin nominetur, ut tradit Dionysius, c. 3 *ecclesiasticæ Hierarchiæ*. Latinis communionis idem vocabulum frequens in hoc sensu, ut antiquissimis conciliorum canonibus et praxibus docemur. Origenes et ante illum Dionysius in eamdem sententiam ἀρχισυναγωγὴν hujus sacramenti virtutem scite vocant, idest, *præcipuam ac potissimam vim habentem ad conciliandum et coadunandum Christianum populum*, et Clemens Alexandrinus τελείωσιν τῆς ἀγαπήσεως *perfectionem et consummationem charitatis* appellavit.

(38) *Baptismus sanctam præcedit communionem*. Moveor (ut dixi) loco hoc, ut existimem Theophanem vixisse multo ante Andronici senioris ætatem. Nam postquam baptismus adultorum desiit, cæremonia hæc suscipiendi corporis Dominici cessavit. D Porro prius, post baptismum administrari solitum, vel parvulis ipsis, multis antiquorum scriptorum testimoniis probatur. Tertullianus, libro *de Pudicitia: Anulum* (inquit) *accipit tum primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita eximie opimitate Dominici corporis vescitur*. Idem repetit libro IV *adversus Marcionem;* Dionysius *Ecclesiast. Hierarch.* cap. 2; Ambrosius, lib. III *De Sacramentis*, cap. 2; Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos; Augustinus, lib. V *Hypognosticon;* Gregorius, in Sacrament.; Ordo Romanus, et Alcuinus.

(39) *Immortalitatis est quidam fomes*. Resurrectionem carnis similiter probat Irenæus adversus Valentinum, lib. V, cap. 2, per veram participationem carnis et sanguinis Christi, quem locum ab Œcolampadii calumniis pie et docte vindicat Rofensis episcopus, ut et notavit Franciscus Fevardentius in notis ad eum locum.

Digitized by Google

communionem prius per seipsum perfecit Salvator, A in mystica cœna suum ipse corpus sanguinemque proprium litans, dansque hæc in cibum et potum apostolis, cum panem et vinum accepisset, commutassetque in propriam carnem spiritu perfectionis auctore : qui primo illam conflavit ex virginea carne et sanguine, denuo tamen ad illam eamdem efficiendam carnali natura, sicut antea in Virgine, minime indigens. Ita nos perficit (40), filios Dei faciens, regnique sui cohæredes ; adeo ut quem omnis spiritalis et sensibilis creatura adorat, tanquam Deum cum Patre et sancto Spiritu considentem, nos ut fratrem habeamus, atque membra capiti, nos illi adhæreamus, et inseparabiliter conjuncti simus in infinita sæcula.

σμα, ἔπειτα συναφθῆναι τῇ κεφαλῇ, ἥτις συνάφεια διὰ τῆς φρικτῆς κοινωνίας ἀποτελεῖται. Ἡ δέ ἐστι τῆς ἀφθαρσίας τὸ ζώπυρον, ἥντινα μετάδοσιν καὶ κοινωνίαν πρῶτον δι' ἑαυτοῦ ἐτέλεσεν ὁ Σωτὴρ, κατὰ τὸν μυστικὸν δεῖπνον αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἱερουργῶν καὶ τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ διδοὺς εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν καὶ τοῖς ἀποστόλοις, ἄρτον καὶ οἶνον λαβὼν, καὶ μεταβαλὼν ταῦτα εἰς σάρκα ἰδίαν τῷ τελεταρχικῷ πνεύματι· τῷ καὶ πρώτως ταύτην συστησαμένῳ ἐκ τῆς παρθενικῆς σαρκὸς καὶ τῶν ταύτης αἱμάτων, μὴ δεηθεὶς καὶ νῦν σαρκικῆς φύσεως εἰς ἀποτέλεσμα ταύτης. Ὥσπερ ἄρα καὶ τότε ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ οὕτως ἡμᾶς τελειοῖ υἱοὺς Θεοῦ ἀπεργασάμενος καὶ συγκληρονόμους τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ὥστε τὸν ὑπὸ πάσης κτίσεως νοερᾶς τε καὶ αἰσθητῆς προσκυνούμενον ὡς Θεὸν καὶ τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι συνεδρεύοντα, ὡς ἀδελφὸν ἔχειν καὶ ὡς μέλη τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ, οὕτως ἐκείνῳ προσηρμόσθαι τε καὶ ἀχωρίστως ἔχεσθαι εἰς αἰῶνας ἀπείρους.

6. Hæc sunt, o fratres, effecta quæ supra naturam sunt, hæc Deo digna quæque omnem rationem excedunt Filii Dei ad nos in carne venientis opera ; ad tale cacumen et incomparabilem gloriam evexit humilem naturam nostram amator hominum Dominus. Quoniam ergo opus erat tale deificationis nostræ inenarrabile mysterium perpetuo exerceri in iis qui in vitam successuri essent homines, usque ad consummationem mundi, hoc est regenerationem ipsorum per sacrum baptismum, et conjunctionem cum Christo, quæ per communicationem Dominici corporis et sanguinis fit, perpetuam esse atque firmissimam ; opus autem erat ut et Dominus post passionem et resurrectionem in cœlos ascenderet, atque ad dexteram throni majestatis assideret : ideo opificem illam Spiritus sancti gratiam, per quam et secunda creatio, et regeneratio eorum qui sunt, et qui erunt usque ad consummationem sæculi, fieri debebat, suis apostolis abunde largitus est ; et suum ipsius munus et

ς'. Ταῦτα, ἀδελφοὶ, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀποτελέσματα· ταῦτα, ἀδελφοὶ, τὰ θεοπρεπῆ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν ἔργα τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς τοιαύτην περιοπὴν καὶ δόξαν ἀνείκαστον, τὴν ταπεινὴν ἡμῶν ἀνύψωσε φύσιν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὸ τοιοῦτον τῆς θεώσεως ἡμῶν ἄφραστον ἐνεργεῖσθαι διὰ παντὸς μυστήριον ἐν τοῖς ἐρχομένοις εἰς τὸν βίον τοῦτον ἀνθρώποις, μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συντελείας, ἤγουν ἡ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος αὐτῷ ἀναγέννησις, καὶ ἡ διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος συνάφεια πρὸς Χριστὸν διηνεκής τε καὶ ἀδιάῤῥηκτος· ἔδει δὲ τὸν Κύριον μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης κεκαθιμένει, τὴν δημιουργικὴν ἐκείνην τοῦ θείου Πνεύματος χάριν, δι' ἧς ἥ τε ἀνάπλασις καὶ ἀναγέννησις τῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀνθρώπων τελεῖσθαι ἔμελλε, τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις δαψιλῶς χορηγεῖ, τὸ ἴδιον ἔργον ἐγχει-

(40) *Perficit.* Proprium verbum est divinorum mysteriorum, quæ merito nos sacramenta vocamus ; illa enim sunt quæ veram perfectionem animæ tribuunt. Itaque *perficere* idem est, quod initiare, consecrare, et divino charactere σφραγεῖν *obsignare.* Nam Gregorio Theologo, si quis illius scripta non oscitanter legat, synonyma hæc, ut multi apud eum loci probare possunt. Occurrit mihi nunc ille, εἰς Γοργονίαν, ubi de baptismo loquens, eum τελείωσιν καὶ σφραγῖδα vocat. Τελουμένη (inquit) τῷ βαπτίσματι, *baptismate* (*Gorgonia*) *perfecta, consummata,* et rursum σφραγὶς, ἀλλὰ οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον, *signaculum, non gratia erat* (*illi*) *hoc mysterium.* Sic et Dionysius, *Hierarch. ecclesiast.* cap. 1, et alibi, baptismum vitam beatam τελεῖν dixit ; et Paulo frequens hæc vox in istum sensum : Σκιὰν γὰρ (inquit ad Hebræos x) ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι· *Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.* Nec aliter accipiendum esse arbitror verbum hoc apud Matth. x : Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· quod vulgatus interpres optime vertit: *Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel donec veniat Filius hominis,* id est, ut recte Hilarius interpretatur, non erit Evangelium admissum a Judæis nisi cum secundo advenero in diem judicii, tunc enim illi post gentium plenitudinem, ut Apostolus dixit, consummabuntur, id est, perficientur Christianismi et fidei Evangelicæ charactere. Etenim eo tempore redituros Judæos ad agnitionem veritatis multorum Patrum sententia est. Vide (post Ambrosium, Chrysostomum, Basilium, Gregorium Magnum) Gaudent. tract. in Evang. Porro Latinum verbum *perficere* in eamdem significationem usurparunt sacri scriptores : Ambrosius, lib. III *de sacrament.* cap. 2 : *Sequitur spirituale signaculum quia post fontem superest, ut perfectio fiat.* Augustinus lib. I *contra Julianum: Valeant itaque* (inquit) *qui baptismum negant hominem perficere.* Quo loco Massilianorum hæresin perstringit, quæ errore hoc (Damasceno teste) ducebatur.

Digitized by Google

ρίσας αὐτοῖς ἐνεργεῖν, καὶ διὰ τοῦτο χειροτονήσας αὐτοὺς ὥσπερ ἄλλους θεοὺς καὶ δημιουργοὺς, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ παντουργοῦ Πνεύματος δυναμένους ποιεῖν τὰ μείζονα τῆς θείας δυνάμεως ἔργα. Καὶ ἐξ ὧν μάλιστα τό τε ποικίλον τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ γνωστὸν γίνεται, καὶ ὁ τῆς ἀγαθότητος ἀνεξιχνίαστος αὐτοῦ πλοῦτος ἀποκαλύπτεται, δι' ὃ καὶ ὁ θεῖος ἔλεγε Παῦλος· *Συνεργοὶ Θεοῦ ἐσμεν*. Καὶ γὰρ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ μεῖζόν ἐστιν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς, ἡ θεία ψυχή τε καὶ σὰρξ τοῦ Δεσπότου. Τί γὰρ μεῖζον τοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν, τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν γενέσθαι καθ' ἕνωσιν ὑποστατικήν; Ὅσον ἄρα διαφέρει τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Σωτῆρος τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ· διαφέρει δὲ ὅσον δούλου δεσπότης· τοσοῦτον καὶ τὸ ἔργον τῆς θείας σαρκώσεως διενήνοχε τῆς δημιουργίας τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἀνυπέρβλητον ἔργον καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὁμοίως ἐνεργεῖν δέδωκε, καὶ δι' ἐκείνων τοὺς διαδόχους ἐκείνων καὶ καθεξῆς τοὺς λοιποὺς μέχρι τῆς τελευτῆς τοῦ παρόντος βίου. Ἄρτον γὰρ καὶ οἶνον λαμβάνοντες τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ θείου Πνεύματος, εἰς σῶμα καὶ αἷμα Δεσποτικὸν, ὦ τοῦ θαύματος! μεταβάλλουσι· καὶ λύειν καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν εἰλήφασιν, ὃ μόνου Θεοῦ ἔργον ὑπάρχει. Καὶ ἀνθρώπους λαμβάνοντες, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναγεννῶσι καὶ ἀναπλάττουσιν εἰς υἱοὺς Θεοῦ καὶ θεοὺς κατὰ χάριν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον λαβὼν μετέπλασεν εἰς φύσιν ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ μείζω ταῦτα τῶν πολλῶν εἰρημένων. Μεῖζον γάρ ἐστι τὸ τὸν ἄρτον καὶ οἶνον εἰς σῶμα θεῖον μεταβαλεῖν καὶ ἄνθρωπον θεὸν κατὰ χάριν ποιῆσαι, ἢ οὐρανὸν καὶ ἀγγέλους ποιῆσαι.

officium ab illis efficiendum ipsis attribuit, ac propterea creavit eos veluti deos et creatores, potentes virtute omnipotentis Spiritus, maxima divinæ virtutis efficere opera. Et vero ex iis multiformis Dei sapientia et virtus præcipue apparet, et investigabiles bonitatis ipsius deteguntur divitiæ. Ideoque beatus dicebat Paulus: *Dei cooperatores sumus* [52]. Etenim omnium operum tam spiritualium quam corporeorum, quæ Deus fecit, maximum est incomparabili excellentia, sacra anima et caro Dominica. Quid enim majus est, quam nostram naturam secundum unionem hypostaticam fieri naturam Verbi Dei? Quantum ergo præstat (41) humanitas Salvatoris ipsis Cherubim et Seraphim (præstat autem quantum servo Dominus), tantum etiam divinæ carnis generatio superat creationem cœlestium potestatum. Hoc ergo eximium opus apostolis quoque exercendum dedit, et per illos eorum successoribus, et deinceps reliquis usque ad consummationem hujus vitæ. Panem enim et vinum accipientes, virtute Spiritus sancti in corpus et sanguinem Dominicum, o rem admirabilem! transmutant, solvendi etiam et ligandi peccata, quod quidem solius Dei est opus, ipsi potestatem acceperunt. Sed et homines per sacrum baptismum regenerant, atque in Dei filios deosque secundum gratiam reformant, non aliter quam si quis equum in naturam hominis transmutaret; imo vero multo majora hæc sunt omnibus iis quæ hactenus dicta sunt; majus enim est panem et vinum in corpus transmutare divinum, hominemque deum efficere secundum gratiam, quam cœlum et angelos creare.

ζ'. Ταύτην οὖν, ἀγαπητοὶ, τὴν δημιουργικὴν καὶ θεοποιὸν χάριν καὶ δύναμιν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἥτις ἐνεργεῖν τὰ μείζω πάντων κτισμάτων ἐν ἀκαρεῖ δύναται, ὁ ἱερεὺς, ὦ τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου φιλανθρωπίας καὶ δωρεᾶς! ἀναμφιβόλως κομίζεται. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὁμοίως ἄρτον καὶ οἶνον λαμβάνων, τῇ ἐνοικούσῃ τούτῳ διὰ τοῦ χρίσματος τῆς ἱερωσύνης θείᾳ δυνάμει, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλει Δεσποτικόν· μεῖζον ἐντεῦθεν ἐργαζόμενος ἔργον, ὡς δέδεικται, ἢ εἴπερ ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δυνατῶς εἶχε δημιουργεῖν. Καὶ πάλιν ἄνθρωπον λαμβάνων θνητὸν, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος υἱὸν Θεοῦ καὶ θεὸν κατὰ χάριν ἐργάζεται· μεῖζον ἐργαζόμενος ἔργον, ἢ εἴπερ ἀνεγείρειν νεκροὺς ἐδύνατο, καὶ τὰ λελωβημένα καὶ πεπτρωμένα τοῦ σώματος μέλη ὑγιᾶ καὶ ἄρτια καθιστᾷν λόγῳ. Εἰ οὖν ἔδει φανῆναί τινα ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπον, ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δημιουργεῖν λόγῳ δυνάμενον, καὶ νεκροὺς ἀνεγείρειν καὶ ἀνίατα πάθη ἰᾶσθαι, ὁποῖον ἐχρῆν τὸν τοιοῦτον εἶναι; Καθαρὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, ὥστε τοιαύτην τοῦ

7. Hanc igitur, o charissimi, opificem ac deificantem sancti Spiritus gratiam et virtutem, quæ in ictu oculi creare potest, maxima quæque creaturarum (o amorem et beneficentiam erga nos Verbi Dei!) sine dubio accipit sacerdos. Nam et Ille similiter panem et vinum accipiens per inhabitantem in se, mediante sacerdotii unctione, sacram virtutem in carnem et sanguinem commutat Dominicum; majus propterea exercens opus, quam si angelos et cœlos creare posset. Deinde mortalem accipiens hominem per sanctum baptismum, Dei Filium, Deumque secundum gratiam efficit, majus efficiens opus, quam si mortuos suscitaret, et luxata ac mutila corporis membra sanitati et integritati solo verbo restitueret. Si igitur inter nos homo esset, qui angelos cœlosque verbo creare posset, suscitare mortuos, et incurabilibus morbis mederi, qualem cum esse oporteret? quam purum et vitæ probitate ante omnes excellentem nempe ut hanc Dei virtutem atque potentiam susciperet fieretque post Deum alter creator? Si millies profecto illi quotidie pro Christo mori liceret, adhuc

[52] I Cor. 3, 9.

(41) *Præstat.* Vaticanus habet διάφορον. Messanensis διαφέρει.

Digitized by Google

tamen minime dignum opus faceret, quo tanti muneris gratiam compensaret. At sacerdotis opera majora iis multo; ac sine ulla comparatione præstantiora esse, ostensum est. Qualem igitur esse deceat eum qui sacerdotii gratiam accepit, quam divinum ac pene cœlestem, hinc perpendere licet. Christi certe esse debet perfectissimus imitator, illiusque in carne primi pontificis atque horum sacrorum sacerdotis et initiatoris sequi vestigia. Quocirca haud erraret aliquis, o dilecti, si diceret sacerdotium esse Dei effectricem virtutem, vel divinam scientiam pro fine habentem, ut hominem efficiat deum secundum gratiam, conformem vero imagini Filii Dei secundum naturam, idque per signa quædam tanquam per instrumenta, panem vero et vinum aqua commistum in corpus. et sanguinem Dominicum transmutet, renatosque homines per baptismum capiti Christo ut membra conglutinet. Quare cum nemo carnis vinculis detentus vere dignus administrator horum supernaturalium mysteriorum inveniri possit (etenim et angelis ipsis et desiderabilia hæc sunt et formidanda), puritatem saltem, quam acquirere hominibus datur, contemnere, aut rejicere, nec pro viribus conari Salvatoris in terris vitæ institutum imitandum sibi proponere, id certe ingrati erit animi divinarumque rerum contemptoris, ideoque intolerabili supplicio dignum. Cui namque datum est multum, multum etiam exigetur ab eo. Ac vetus nimirum illud Hebræorum sacerdotium figura erat et imago nostri hujus sublimis atque cœlestis; sanguinibus enim et animalium tantum occisionibus licebat illi, non animæ, sed corporis maculas et inquinamenta purgare. Ut enim uno verbo dicam, omnia quæ per illud fiebant, umbra erant, ut divinus ait Apostolus [83], futurorum bonorum, nostris rebus tanto inferior, quantum abest a cœlo terra. Ideo pro nostri eorumque sacerdotii diversitate, cum sacerdotes item nostri et illorum pro rata portione differant (quantum certe ab angelis homines absunt), tamen Nadab quidam et Abiud filii, Aaronis, sacerdotesque, cum nefarium quoddam opus perpetrassent, igne alieno adolere thus Deo aggressi, violatæ legis pœnas absque mora luerunt [84], ab eodem igne illico combusti; quibus nec pater Aaron potuit opitulari. Quid vero opus est pluribus [85], quando et ipse Aaron a Deo electus, et primus apud illos pontifex, apud Deum vero secundus post Moysem, cum leviter Deum offendisset, miserabiliter vita privatus est, nec fratre quidem Moyse illum e supplicio liberare valente [86]? Quid vero deinde Heli sacerdos? Licet ille bonus in se esset et irreprehensibilis, propter solam suorum filiorum iniquitatem diro mortis genere vitam finivit; atque certe illos verbis sæpe corripuerat, tametsi non severe et graviter, ut oportuerat, castigarat. Si igitur delinquentes illi qui sub legis umbra

A Θεοῦ δύναμιν δέξασθαι καὶ ἀξίαν, καὶ δημιουργὸν ἕτερον εἶναι μετὰ Θεὸν, πάντως εἰ μυριάκις ἐνῆν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθνήσκειν, οὐκ ἂν ἐπάξιον ἔργον εἰς ἀνταπόδοσιν τῆς δωρεᾶς ταύτης εἰργάσατο. Ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ ἱερέως τελούμενα μείζω τῶν τοιούτων ἔργων πολλῷ καὶ ἀσυγκρίτῳ τῷ μέτρῳ δεδείκται εἶναι. Ὁποῖον οὖν δεῖ τὸν τὴν χάριν τῆς ἱερωσύνης δεξάμενον θεῖόν τινα καὶ ὑπερφυῆ εἶναι, πάρεστιν ἐντεῦθεν λογίζεσθαι, πάντως τοῦ Χριστοῦ μιμητὴν ἀκριβέστατον, καὶ τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας ἐκείνου κατ' ἴχνος ἑπόμενον, τοῦ πρώτου ἀρχιερέως καὶ ἱερουργοῦ, τῶν τοιούτων καὶ τελετάρχου. Ὅθεν οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι τὴν ἱερωσύνην, ἀγαπητοὶ, δημιουργικὴν εἰπὼν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐπιστήμην θείαν, B τέλος ἔχουσαν τὸ διά τινων συμβόλων ὥσπερ ὀργάνων, θεὸν μὲν κατὰ χάριν τὸν ἄνθρωπον ἀπεργάζεσθαι καὶ σύμμορφον τῆς εἰκόνος τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸν δ' ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι κεκερασμένον, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλειν δεσποτικὸν, καὶ τοὺς ἀναγεννηθέντας ἀνθρώπους διὰ βαπτίσματος προσαρμόσαι ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ τῷ Χριστῷ. Ὅθεν ἐπείπερ οὐδεὶς τῶν τῆς σαρκὸς δεσμίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος οἰκονόμος τῶν τοιούτων ὑπερφυῶν μυστηρίων ἂν εὑρεθείη· καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῖς ἐπιθυμητὰ τὰ τοιαῦτα καὶ φρικτὰ καθεστήκει, τῆς γοῦν ἐνδεχομένης καθαρότητος τοῖς ἀνθρώποις καταφρονεῖν τε καὶ ἀναβάλλεσθαι, καὶ μὴ σπεύδειν ὅση δύναμις τὴν ἐπὶ γῆς C τοῦ Σωτῆρος πολιτείας μιμεῖσθαι, πολλῆς ἀγνωμοσύνης ἂν εἴη καὶ τῶν θείων καταφρονήσεως, καὶ διὰ τοῦτο κολάσεως ἄξιον ἀφορήτου. ὯΙ γὰρ ἐδόθη πολὺ, πολὺ καὶ ἀπαιτηθήσεται. Καίτοι ἡ τῶν Ἑβραίων πάλαι ἱερωσύνη τύπος ὑπῆρχε καὶ ἴνδαλμα τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ὑψηλῆς τε καὶ οὐρανίου· καὶ γὰρ αἵμασι καὶ σφαγαῖς μόνον ζώων ἀλόγων ἐξῆν ταύτῃ καθαίρειν οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ σώματος μολυσμοὺς καὶ κηλῖδας. Καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα τὰ τελούμενα δι' αὐτῆς σκιὰν εἶχε, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τοσοῦτον τῶν ἡμετέρων ἐνδέουσαν, ὁπόσον γῆ πρὸς τὸν οὐρανόν. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ διάφορον τῆς ἡμῶν τε κἀκείνων ἱερωσύνης τῶν ἱερέων ἡμῶν τε κἀκείνων ἀναλόγως διαφερόντων ἦγουν ὅσον ἀγγέλων ἄνθρωποι, ὅμως D Ναδάβ τις καὶ Ἀβιοὺδ υἱοὶ Ἀαρὼν ὄντες καὶ ἱερεῖς, ἄθεσμόν τί ποτε διαπεπραχότες (ἀλλοτρίῳ γὰρ πυρὶ θυμιᾷν ἐπεχείρουν παρανόμως Θεῷ) παραπόδας δίκας τῆς παρανομίας εἰσπράττονται, παρανάλωμα τοῦ πυρὸς ἐκείνου γεγονότες ἀθρόον, καὶ οὐδ' Ἀαρὼν ἦρκεσε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς ὁ πατήρ. Ἀλλὰ τί χρὴ περὶ τούτων λέγειν, ὅπου γε καὶ Ἀαρὼν αὐτὸς, ὁ θεόκριτος καὶ πρῶτος παρ' ἐκείνοις ἀρχιερεύς· ὁ γὰρ Μωϋσέως παρὰ Θεῷ δεύτερος· μικρόν τι προσκεκρουκὼς τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς ἐλεεινῶς ἀπορρήγνυται, μηδὲ Μωσέως τοῦ ἀδελφοῦ δυνηθέντος ἐξελέσθαι τοῦτον τῆς τιμωρίας; Τί δὲ Ἠλεὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἱερεύς; καίτοι καθ' ἑαυτὸν ἀγαθὸς ὑπάρχων

[83] Coloss. II, 17. [84] Levit. x, 1 seqq. [85] Num. xx, 24 seqq. [86] 1 Reg. xxxiv, 1 seqq.

Digitized by Google

καὶ ἄμεμπτος, διὰ τὴν τῶν παίδων μόνον παρανομίαν δεινῷ θανάτῳ καταστρέφει τὸν βίον· καίτοιγε πολλάκις λόγοις ἐπιτιμίας τῶν παίδων ἀπτόμενος εἰ καὶ μὴ σφοδρῶς καὶ ὡς ἐχρῆν ἐπιπλήττων. Εἰ οὖν ἐκείνοις τῇ σκιᾷ παρακαθημένοις τοῦ νόμου, καὶ νηπίων τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν διδασκάλοις ὑπάρχουσι καὶ μυσταγωγοῖς, τοιαῦτα φοβερὰ καὶ ἀναπόδραστα παρανομοῦσι τὰ ἐπιτίμια, ὁποῖα ἂν εἶεν, ἀγαπητοί, τοῖς τελεσιουργοῖς τῶν ὑπερφυῶν μυστηρίων, καὶ τοῖς ἀγγέλων συλλειτουργοῖς, καὶ Θεοῦ συνεργοῖς, καὶ τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι τελείους τὴν κατὰ Χριστὸν ἡλικίαν ἀναδείκνυσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν τελουμένους, μὴ τὸ θεουργὸν τῆς ἱερωσύνης χρίσμα τηροῦσι καθαρὸν καὶ ἀκίβδηλον ὡς ἐνῆν, Ὅσον γὰρ τὸ διάφορον κατ' ἀξίαν τῆς νομικῆς ἱερωσύνης πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν, τοσοῦτον ἡ καθαρότης τε καὶ ἀκρίβεια τοῦ βίου ἐν ἑκατέροις ἀναλόγως ἀπαιτηθήσεται. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἔλεγεν· *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.*

A erant, et hominum adhuc spiritali ætate infantium magistri et præceptores, tam horrendis inevitabilibusque pœnis multati sunt, quæ tandem, o dilecti, manent supplicia supernaturalium sacramentorum ministros, angelorum conservos, Dei cooperatores, quique eos quos mysteriis initiant, per adoptionis spiritum perfectos secundum Christi ætatem efficiunt, nisi deificam illam sacerdotii unctionem, quantum fieri potest puram et incorruptam servaverint? Quanta est enim legalis et Christiani sacerdotii differentia, tanta in utroque vitæ puritas et excellentia proportione respondens exigetur. Ideo et Salvator noster dicebat : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum* [57].

ηʹ. Διὰ τοῦτο προσεκτέον, ἀγαπητοὶ, καὶ τηρητέον ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος, ὡς ὁ θεῖος Παῦλός φησιν, ἐν ἁγιασμῷ, μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ σκεῦος. Μὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ τοῦ ἱερέως χεὶρ θεία λαβὶς ἁπτομένη τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος; Ἢ μὴ τὸ στόμα καὶ ὅλον τὸ σῶμα ποτήριον ἱερὸν δεχόμενον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα, πολλῷ τιμιώτερον τῶν ἀψύχων τούτων λαβίδων καὶ ποτηρίων; ὅσῳ τὸ αὐτὸ καὶ σκεῦος καὶ μέλος ἐκ μέρους τοῦ ὑποδεχομένου καὶ Δεσποτικοῦ σώματος γίνεται; Εἰπέ μοι οὖν πρὸς Θεοῦ· Εἴ τις τὰ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἅγια σκεύη, τὴν θείαν λέγω λαβίδα καὶ τὸ ποτήριον τολμηρᾷ γνώμῃ μολύναι καὶ ὁπσοῦν ἐπιχειρήσειεν ἀκάθαρτόν τι καὶ μιαρὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν, οὐκ ἂν ἀσεβείας καὶ τῆς ἐσχάτης παρανομίας αὐτὸν ἐγραψάμεθα, καὶ μυρίων θανάτων ἐκρίναμεν ἄξιον, τολμηρῶς καὶ ἀθέως τὰ ἱερώτατα καθυβρίσαντα; Ὃ τὸ θειότατον ἄρα τῆς ἱερωσύνης σκεῦος, τὸ τῷ θείῳ κεχρυσωμένον Πνεύματι, τὸ πολλῷ τῶν ἀψύχων ἱερῶν ὡς εἴρηται τιμιώτερον ὡς καὶ Χριστοῦ μέλος, καταμιαίνων μολυσμοῖς ἄλλοτε ἄλλοις, πόσης ἂν εἴη κολάσεως ἄξιος; Καί τοι γε ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος οὐ μόνον περὶ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ περὶ πάντων ἁπλῶς πιστῶν τοιαῦτα φοβερῶς ἀπειλεῖ· *Οὐκ οἴδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.*

B 8. Quapropter et incumbamus, o dilecti, et suum quisque vas, ut ait beatus Paulus, in sanctificatione studeat conservare, imo potius Dei vas [58]. An vero sacerdotis manus non est sacer quidam forceps Dominicum corpus pertingens? Nonne os et totum corpus est quidam sacer calix, continens Christi corpus et sanguinem, multo honorabilius ipsis inanimis forcipibus et poculis, cum idem et vas, et membrum aliqua ex parte suscepti Dominici corporis fiat? Die ergo mihi per Deum, si quis sacrosancta hæc vasa, divinum, inquam, forcipem (42) et calicem audaci animo coinquinasset, et impuram rem quampiam atque immundam ausus fuisset in illa infundere, nonne hunc impietatis extremique sceleris accusaremus, dignumque judicaremus, qui mille mortibus lueret pœnas quod insolenter et impie res sacratissimas violasset? Qui ergo sanctissimum sacerdotii vas, quod est sancto Spiritu deauratum, quodque multo est honorabilius, uti diximus, inanimis sacris, quippe quod est Christi membrum, variis maculis diversimode inquinat, quo supplicio dignus erit? Atqui certe beatus apostolus Paulus non solum sacerdotibus, sed in universum omnibus fidelibus, hæc eadem formidabiliter interminatur : *Nescitis enim*, ait, *quod Dei templum estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet hunc Deus* [59].

θ. Διὰ τοῦτο τὰς μὲν ἱερατικὰς χεῖρας, θείας λαβίδας οὔσας, ὡς εἴρηται, χρὴ καθαρεύειν πάσης μὲν κλοπῆς, πάσης δ' ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας· μηδὲ τῷ θυμῷ ἢ τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐξυπηρετουμένας, κακῶς ἅπτεσθαι

9. Ideo sacerdotales manus, quæ sacri forcipes sunt, ut dictum est, oportet puras esse ab omni furto, ab omni rapina improbaque cupiditate bonorum alienorum, neque inservientes iræ, aut de-

[57] Matth. v, 20. [58] I Thess. iv, 4. [59] I Cor. iii, 16.

42) *Forcipem.* Utuntur Græci instrumento quodam tum ad extrahendas e calice corporis particulas, tum ad subministrandam Eucharistiam populo, sub utraque specie communicanti; illius forma est ad ligulæ similitudinem, ita ut intinctum sanguine corpus capere et retinere possit, vocantque illi nunc λαβίδα, ut et noster. Quæ quidem vox nova videtur, non enim in antiquis Patribus eam reperiri crediderim. Chrysostomus λογχὴν *lanceolam* vocare videtur, si modo de hoc intelligit, et non de illa, qua ante sacrificium panis fermentatus in particulas postea consecrandas scinditur, quæ nunc formam habet cultri, fitque hoc in parvula quadam mensa, quam ipsi prothesin vocant. Verba Chrysostomi, in principio Liturgiæ sunt, *Et incidens lanceola signaculum panis in quatuor partes in figuram crucis.*

Digitized by Google

siderio male tangendi carnes, quas nefas est, id est manibus adversus fratres tanquam lictoribus utendi, imo potius, ut habentibus a Deo medicinalem gratiam in medelam animarum. Sed nec decet libidinosæ voluptatis causa extendere eas in exsecrandum factum ; eas, inquam, quæ mortem Domini per formidabile hoc et inenarrabile sacrificium annuntiant, atque ideo mortuæ immobilesque esse debent ad omnem obscenam voluptatem, contra vero ad omne opus bonum promptæ ac paratæ. Sacerdotem itaque qui pro peccatis suis et populi erroribus (mediator enim est Dei et hominum) deprecatur, tollere ubique eas ad Deum oportet innocentes, ab ira et disceptationibus vacuas, erga homines vero illas extendere, ad afflictos quidem juvandos, ad ægrotos visendos, ad sublevandos egentes. Hæc enim sacerdotales manus multo melius expurgare solent, quam hyssopi omnes. Et illotis certe immundisque manibus nullus unquam sacerdos sacra mysteria attingere audeat, nisi prius aqua bene illas terserit : nonne igitur illas prædictis bonis studiose emundare multo magis oportet? Hæc enim non carnis sordes aut superficiem ejus tantum emundant, sed intima animæ nive candidiora efficiunt. Hosce igitur animatos et sacerdotales forcipes, o dilecti, purgare opus est, atque ita demum sacris mysteriis admovere. Si enim Oza ille [60], cum tetigisset (quod non licebat) arcam, quæ umbra tantum et figura erat, periit, quanta (43) cum reverentia et timore atque demissione animi accedere oportet ad exemplaria ac cœlestia et illis appropinquare? Quid porro calix qui divinum corpus et sanguinem excipit Salvatoris; os, inquam, sacerdotis, qua tandem ratione expiandum est? Sed operæ pretium erit et ea quæ inficiunt, et rursus quæ purgare possunt, in medium proferre, eaque omnibus patefacere, ut ab illis omni studio abstinendum, hæc vero alacriter atque avide arripienda esse moneamus. Immunditia ergo oris est blasphemia, et ingrati animi verba in Deum impie prolata ex nimia perfidia et in tentationibus pusillanimitate; jusjurandum etiam, et multo magis perjurium, quod manifesta est Dei abnegatio. Similiter mendacium pessimus diaboli fetus, antiquæ causa perditionis, esca peccati et mortis primorum parentum, omniumque qui illo utuntur perditio : *Perdes enim*, inquit, *omnes qui loquuntur mendacium* [61]. Ad hæc autem obtrectatio, injuria, convicium, quæ radicis amaræ humanæ, scilicet inimicitiæ, amarissima sunt profecto germina, sed et obscenitas, stultiloquium, scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, clamor et malus sermo (44). Nam ut ab his aliisque hujusmodi rebus abstineamus sacer nos hortatur Apostolus [62]. Et jure quidem : si enim

A σαρκῶν ὧν οὐ θέμις, τουτέστι μήτε δημίων δίκην χρῆσθαι ταύταις κατὰ τῶν ἀδελφῶν, ἰατρικὴν μᾶλλον χάριν ἐχούσαις παρὰ Θεοῦ εἰς θεραπείαν ψυχῶν, μήτε δι' ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐκτείνειν ταύτας εἰς ἀφὴν ἀποτρόπαιον, τοῦ Κυρίου τὸν θάνατον ἀγγελλούσας διὰ τῆς φρικτῆς καὶ ἀνεκδιηγήτου ἱερουργίας· καὶ διὰ τοῦτο νεκρὰς καὶ ταύτας καὶ ἀκινήτους ὀφειλούσας ὑπάρχειν πρὸς πᾶσαν αἰσχρὰν ἡδονήν, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀγαθὴν ἐργασίαν, μᾶλλον πρόχειρον ὑπάρχειν καὶ πρόθυμον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς Θεὸν μὲν αἴρειν ταύτας ὁσίας ἐν παντὶ τόπῳ χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν εὐχόμενον ὑπέρ τε τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων· μεσίτης γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθέστηκε· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐκτείνειν εἰς βοήθειαν μὲν B καταπονουμένων, ἐπίσκεψιν δὲ ἀσθενούντων, μετάδοσιν δὲ καὶ χορηγίαν τῶν δεομένων. Ταῦτα γὰρ καθαίρειν τὰς ἱερατικὰς οἶδε χεῖρας ὑσσώπου παντὸς βέλτιον. Καί τοι ἀνίπτοις καὶ ῥερυπωμέναις χερσὶν οὐδεὶς ἂν ἀνάσχοιτο τῶν ἱερέων ποτε τῶν θείων ἅψασθαι μυστηρίων, ἕως ἂν ὕδατι ταύτας καλῶς ἀπονίψηται, οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον τοῖς εἰρημένοις ἀγαθοῖς καθαίρειν ταύτας διὰ σπουδῆς τίθεσθαι χρή ; οὐ ῥύπον σαρκὸς, οὐδὲ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτης δυναμένοις μόνον ἐκπλύνειν, ἀλλὰ τὰ βάθη τῆς ψυχῆς, χιόνος λαμπρότερον ἀποφαίνειν. Καὶ γὰρ τὰ, ἐμψύχους καὶ ἱερατικὰς θείας λαβίδας, οὕτω καθαρτέον, ἀγαπητοὶ, καὶ οὕτω τοῖς ἱεροῖς προσακτέον. Εἰ γὰρ Ὀζᾶν ἐκεῖνος τῆς σκιώδους καὶ τυπικῆς κιβωτοῦ μόνον ἁψάμενος, ὡς οὐ θέμις, ἀπώλετο C παραχρῆμα, μετὰ πόσης εὐλαβείας καὶ φόβου καὶ συστολῆς τοῖς ἀρχετύποις καὶ οὐρανίοις προσέρχεσθαι δέον καὶ προσεγγίζειν ; Τί δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ θείου σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Σωτῆρος ποτήριον, τὸ στόμα λέγω τοῦ ἱερέως, καθαίρειν χρή ; Καλὸν γὰρ, καὶ τὰ μολύνοντα, καὶ καθαίρειν πάλιν τοῦτο δυνάμενα προθέντας εἰς μέσον καὶ δῆλα ποιησάντας, τῶν μὲν ἀπέχεσθαι πάσῃ σπουδῇ παραινεῖν, τῶν δὲ μεταποιεῖσθαι προθύμως. Ἀκαθαρσία μὲν οὖν στόματος ἂν εἴη βλασφημία καὶ εἰς Θεὸν ἀχαριστίας ῥήματα, ἐξ ἀγνωμοσύνης πολλῆς καὶ μικροψυχίας διά τινα πειρασμὸν ἀδίκως ἀναπεμπόμενα· ἔτι ὅρκος καὶ πολλῷ πλέον ἐπιορκία, ἄρνησις ἀντικρυς οὖσα Θεοῦ. Ὡσαύτως ψεῦδος τὸ τοῦ πονηροῦ πονηρότατον γέννημα τὸ τῆς ἀρχαίας αἴτιον ἀπωλείας, τὸ D δέλεαρ τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσι τοῖς χρωμένοις ἀπώλεια. Ἀπολεῖς γὰρ, φησὶ, *πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος*. Πρὸς δὲ τούτοις καταλαλιὰ, καὶ ὕβρις, καὶ λοιδορία, τὰ τῆς πικρᾶς ῥίζης, τῆς μισανθρωπίας φημὶ, πικρότατα ὄντως βλαστήματα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπελία τὰ οὐκ ἀνήκοντα, καὶ κραυγὴ καὶ λόγος σαπρὸς, ἐπεὶ καὶ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀπέχεσθαι

[60] II Reg. vi, 1 seqq. [61] Psal. v, 7. [62] Ephes. iv, 14 seqq.

(43) *Quanta.* Vaticanus πάσης. Messanensis πόσης.

(44) *Malus sermo.* Λόγος σαπρὸς, *verbum putridum* sonat, sed nos retinuimus Latinam vulgatam, quæ verba illa Apostoli, ad quæ allusit Theophanes, ad Ephes. iv, Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, reddidit : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.*

Digitized by Google

παρατνεῖ, καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου λόγον δώσομεν, ἀδελφοί, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν εἰρημένων εὐθυνθησόμεθα. Καὶ τί λέγω ὑπὲρ λόγων; ὅπου γε καὶ ὑπὲρ τῶν λογισμῶν αὐτῶν λόγους ὑφέξομεν, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· *Καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.* Καὶ οὗτοι μὲν οἱ βορβορώδεις τοῦ στόματος μολυσμοὶ, καὶ τὰ δηλητήρια πόματα, τὰ τῆς ψυχῆς ἀληθῶς ἀναιρετικά. Τὰ δὲ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων λαμπρότερον τὸ στόμα πεφυκότα κατασκευάζειν, καὶ τῆς θείας χάριτος δοχεῖον ἐπάξιον, καὶ ἀντικείμενα τούτοις· τὰ γὰρ ἐναντία φασὶν ἰατρῶν παῖδες τῶν ἐναντίων ἰάματα· εἶεν δ' ἂν εὐχαριστία διηνεκὴς εἰς Θεὸν, μὴ μόνον ἐν εὐπραγίαις, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἐν πειρασμοῖς. Εἰδέναι γὰρ δέον ὅτι καὶ οἱ πειρασμοὶ φάρμακά εἰσι θεραπευτικὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τῆς εἰς βάθος ταύτης πολυχρονίου κακίας, τὸ μὲν αὐστηρόν τε καὶ δάκνον ἔχοντα, τὴν δὲ ὑγείαν ῥᾷον τῶν ἄλλων ἁπάντων παρέχειν δυνάμενα. Διὸ ὑπομονῆς ἐν τοῖς τοιούτοις μετ' εὐχαριστίας, ὡς εἴρηται, χρεία. Ἂν γὰρ μὴ τὸ στύφον αὐτῶν πρὸς καιρὸν ὑπομείνωμεν, οὐκ ἂν τῆς ἐξ αὐτῶν θεραπείας τευξώμεθα. Ὡσαύτως προσευχή τε ψαλμῳδία καὶ δοξολογία διηνεκὴς μετὰ προσοχῆς τε καὶ συντηρήσεως. Εἰ γὰρ μὴ τοῖς λεγομένοις προσέχομεν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἡ μὲν γλῶσσα φθέγγεται, ὁ δὲ νοῦς ἄκαρπος μένει, τοῖς βιωτικοῖς λογισμοῖς ἢ πάθεσί τισι ψυχοφθόροις ἐνασχολούμενος, εἰς ἀγανάκτησιν, ἀλλ' οὐκ εἰς οἶκτον, ἐπισπώμεθα τὸν Δεσπότην. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος εἰπὼν, ὅτι *Πληροῦσθε ἐν πνεύματι λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες*, προσέθηκεν, *ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ*, τουτέστι, Μὴ τοῖς χείλεσι μόνον τὴν δοξολογίαν προφέρετε, ἀλλὰ τῇ καρδίᾳ πολλῷ πλέον, ἤγουν μετὰ προσοχῆς τε καὶ πόθου καὶ κατανύξεως. Καὶ γὰρ, χωρὶς χειλέων καὶ γλώττης, δυνατόν ἐστιν εὐχόμενον καὶ δοξολογοῦντά τινα μόνῃ τῇ καρδίᾳ παρὰ Θεοῦ εἰσακούεσθαι· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς σιωπῶν ἦν τῷ στόματι, τῇ δὲ καρδίᾳ μόνῃ προσλαλῶν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ, Τί βοᾷς πρός με; παρὰ τοῦ ἐτάζοντος τὰς καρδίας ἀκήκοε· χωρὶς δὲ καρδίας ἀδύνατον. Ἰουδαίοις γὰρ ὁ Θεὸς μεμφόμενος τῷ στόματι μόνον, χωρὶς καρδίας, τιμᾷν αὐτὸν οἰομένοις, διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἔλεγεν, ὅτι *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*

A de otioso verbo rationem reddituri sumus, o fratres, multo magis de prædictis judicium subibimus. Et quid de verbis inquam? ubi et de cogitationibus ipsis reddenda est ratio, ut beatus Paulus ait: *Et invicem inter sese accusantibus, vel sese defendentibus cogitationibus in illa die, qua judicaturus est Deus occulta hominum* [45]. Et hæ quidem oris sunt cœnosæ sordes, noxiique potus, qui vere necant animam. Illa vero quæ os efficere solent gemmis et auro illustrius, divinæque gratiæ dignum receptaculum, et iis sunt opposita quæ prius diximus (nam, ut aiunt medici, contraria contrariis curantur), sunt hæc: Gratiæ, quas Deo quis assidue agit, non solum in prosperis rebus, sed multo magis in tentationibus. Scire enim oportet adversitates esse B animæ nostræ ejusque interni et inveterati morbi pharmaca curativa, austera illa quidem et mordentia (45), sed quæ sanitatem facilius quam cæteræ omnes medicinæ restituere valent. Ideo in iis opus est (uti diximus) patientia cum gratiarum actione. Nisi enim medicamentorum austeritatem ad tempus patiamur, nunquam medelam, quam conferunt, assequemur. Similiter oratio et psalmodia assiduaque Dei glorificatio cum observatione et attentione. Nisi enim sedulo ad ea quæ recitantur attendamus, sed lingua quidem loquatur, mens vero infructuosa in mundanis versetur cogitationibus, et quibusdam affectionibus quæ animam perdunt distrahatur, ad indignationem Dominum, C non ad misericordiam provocabimus. Ideo cum dixisset beatus Paulus Apostolus: *Implemini spiritu, loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes*, addidit, *in corde vestro Domino* [46], hoc est, non labiis tantum glorificationem offerte vestram, sed multo magis corde, scilicet cum attentione, affectu, et compunctione. Etenim sine labiis et lingua potest quis solo corde deprecans glorificansque a Deo exaudiri. Moyses enim ore quidem tacens, corde tamen Deum alloquebatur, audivitque ab eo, qui corda scrutatur: Quid clamas ad me? At fieri non potest ut lingua recte quis oret sine corde. Judæos enim arguit Deus quod ore tantum, non corde (46), honorari a se ipsum putabant, per Isaiam dicens: *Populus iste labiis* D *me honorat, cor autem eorum longe est a me* [47].

[45] Rom. II, 15. [46] Ephes. V, 18-19. [47] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8.

(45) *Austera ac mordentia.* Ea intelligere videtur, quæ fortia, sive acria medicamenta medici vocant, quorum scilicet facultas maxima est, ac proinde debilibus danda non esse præcipit Hippocrates in libro *De locis*. His annumerari possunt ex frigidis Narcotica et Hypnotica, ex calidis Escharotica, quæ caustica sive urentia, ex siccis Septica, et denique quæcunque anodynis contraria. Quibus et ea ex purgativis, quæ cathartica appellant, quod in eorum propinatione, propter vehementiam, modus adhibendus sit, conjungere poterimus: apud Avicennam exasperativa, ulcerativa, corrosiva, frangitiva, excorticativa, atque ejus generis sexcenta legimus. De eorum vero facultatibus habemus Galeni, Dioscoridis, Æginetæ, Mesues, et aliorum elegantes libros, qui de plantis, et aliorum simplicium et compositorum facultatibus locuti sunt.

(46) *Sine corde.* Quæ sint fructuosæ orationis partes, qualemque in oratione præstare se debeat, qui a Deo exaudiri vult, orationisque effectum consequi, docte et fuse explicat doctor Franciscus Toletus super Joannem, cap. XVI, ad cujus lectionem lectorem remittimus.

Digitized by Google

Et de oratione quidem, et psalmorum cantu sic sentio. Oportet autem et sacrarum Scripturarum cum prudentia et perscrutatione studium et lectionem frequentare, sicut præcepit Dominus noster : *Scrutamini*, inquit, *Scripturas* [66]. Decet non minus et alios docere, nec gravari eos instruere. Ante omnia vero et in omnibus veritati adhærere quæ est sancti Spiritus nativum bonum (47). Hoc enim nomen præ aliis Dominus sibi tanquam proprium vindicavit : *Ego*, inquit, *sum veritas, et Spiritus veritatis est, qui ex Patre procedit* [67]. Benedictiones et bene precandi favorem, non iis modo qui vos diligunt, verum etiam quibus odio estis rependere curate : *Benedicite* enim, inquit, *vos persequentibus, benedicite et non exsecremini* [68]. In primis vero, charissimi, iram et simultatem erga proximum, si quando tale quid instigatione discordiarum amatoris dæmonis contigerit, ante solis occasum deponere atque abjicere necessarium vobis ducite. *Ne occidat enim sol*, inquit, *super iracundiam vestram* [69]. Neque iram quis ferens in anima, sacra munera audacter tangat, antequam ad pacem redeat, reconcilieturque fratri secundum præceptum Dominicum [70] ; non enim convenire possunt amor et odium, ut nec lumen et tenebræ ; Christus autem est nostra pax, qui fecit utraque unum, ut ait beatus Apostolus [71]. Fieri ergo non potest, ut pacis auctorem Christum in cor suum ulla ratione accipiant qui inimicitias ullas ac simultatem in seipsis adversus aliquem nutriunt, nisi prius tanquam mortiferum venenum evomuerint illam, abjecerintque procul ab anima.

Hæc sunt animæ et corporis purgandorum curandorumque vim habentia pharmaca. Hæc sunt, quæ omni ex parte perficiunt sacerdotes, ut sint divina vasa, capacia sacerdotalis deificæque gratiæ sancti Spiritus. Hæc sunt, ut rem paucis complectar, conditiones et proprietates, quæ venerandum ac sacerdotalem vivendi modum constituunt. Omitto enim mortifera enarrare peccata, fornicationem nempe, omnemque aliam carnalem impuritatem ; homicidium (48) etiam, et præstigias, dæmo-

Καὶ περὶ μὲν τῆς προσευχῆς τε καὶ ψαλμῳδίας οὕτως. Δεῖ δὲ καὶ τῶν θείων Λογίων μετὰ συνέσεως καὶ ἐρεύνης τὴν μελέτην ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καθὼς ὁ Κύριος διετάξατο· *Ἐρευνᾶτε* γάρ, φησὶ, *τὰς Γραφάς* · οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν καὶ νουθετεῖν τοὺς ἄλλους μὴ παραιτεῖσθαι. Πρὸ δὲ πάντων καὶ σὺν πᾶσι τῆς ἀληθείας ἀντέχεσθαι, ἥ ἐστι τοῦ θείου Πνεύματος φυσικὸν ἀγαθόν. Ἧς γὰρ τὸ ὄνομα πρὸ παντὸς ὡς ἴδιον ὁ Κύριος ᾠκειώσατο· *Ἐγὼ γάρ εἰμι*, φησὶν, *ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐστὶν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται.* Εὐλογίαις καὶ εὐφημίαις μὴ μόνον τοῖς ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀμείβεσθαι διὰ σπουδῆς ὑμῖν ἔστω· *Εὐλογεῖτε* γὰρ, φησὶ, *τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε.* Πρὸ δὲ τούτων, ἀγαπητοὶ, τὴν πρὸς τὸν πλήσιον ὀργὴν καὶ ἀπέχθειαν, εἰποτέ τι τοιοῦτον ἐπήρειά τινι συμβαίη φιλοπολέμου δαίμονος, πρὸ δυσμῶν ἡλίου καταλύειν ἐπάναγκες· *Μὴ ἐπιδυέτω*, γὰρ φησὶν, *ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν*, μηδὲ τὴν μῆνιν ἐν τῇ ψυχῇ φέρων τις τῶν θείων δώρων τολμηρῶς ἐφαψάσθω, ἕως ἂν σπείσαιτο καὶ καταλλαγείη τῷ ἀδελφῷ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐντολήν · οὐ γὰρ δύναται συνελθεῖν ταυτῷ εἰρήνη καὶ μῖσος, ὥσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος · ὁ δὲ Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καθὼς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ἀδύνατον ἄρα τὸν εἰρηνάρχην Χριστὸν ἐν καρδίᾳ καὶ ὁπωσοῦν δέξασθαι τοὺς ἐχθραν τινὰ καὶ δυσμένειαν ἐν ἑαυτοῖς κατά τινος τρέφοντας, μὴ πρότερον ἰὸν θανατηφόρον ταύτην ἐμέσαντας, καὶ τῆς ψυχῆς πόρρω ποιησαμένους.

ια'. Ταῦτά ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καθαρτήρια, καὶ θεραπευτικὰ φάρμακα. Ταῦτά ἐστι τὰ τοὺς ἱερεῖς ἀπαρτίζοντα, θεῖα σκεύη χωρητικὰ τῆς τοῦ ἁγαθοῦ Πνεύματος ἱερατικῆς καὶ θεοποιοῦ χάριτος. Ταῦτά ἐστιν, ὡς ἐν ὀλίγῳ εἰπεῖν, τὰ τῆς σεμνῆς καὶ κατὰ Θεὸν ἱερατικῆς πολιτείας τὰ συστατικὰ ἰδιώματα. Ἰῶ γὰρ λέγειν περὶ τῶν εἰς θάνατον φερόντων ἁμαρτημάτων, πορνείας δηλαδὴ καὶ πάσης σαρκικῆς ἄλλης ἀκαθαρσίας, ἔτι δὲ φόνου καὶ γοητείας καὶ δαιμονικῶν ἐπῳδῶν τε

[66] Joan. v, 39. [67] Joan. xv,26. [68] Rom. xii, 14. [69] Ephes. iv,26. [70] Matth. v, 23. [71] Ephes. ii, 14.

(47) *Nativum bonum.* Sicut Deus falli non potest, ita nec fallere, idque bonus hic Dominus in cujus clientela summus peculiare habet, et quasi pro imperii sui παρασήμῳ. Dii quidem gentium mendaces ac vani sunt, homines perfidi et fallaces, quidquid sub cœlo visitur, incertum et instabile. Solus Deus veritas ipsa, Filius ejus quem nobis misit *veritatis plenus*, et in hoc natus *ut testimonium perhiberet veritati*. Eorum Amor et Caritas *veritati congaudet*, ac proinde *Spiritus veritatis* dicitur. Quin et Dei lex veritas appellatur. Ut nihil invenire possis in tota hac divina et beata essentia, quaqua illam consideres, quod veritatem non sapiat ac redoleat. Quapropter ii qui se veros sectatores illius profitentur, nihil studiosius curare debent, quam veritatem amare, cum mendaces diaboli esse filios testetur ipse Dominus. Et vero fixum hoc animis hominum esse oporteret veritatisque nobilitatem, mendacique vilitatem ob oculos semper habere. Præsertim cum ethnicis ipsis hoc fuerit cognitum. *Veritas* (inquit Græcus poeta) *cœli civis est, et sola fruitur deorum convivio.* Antiquissimi Pythagoreorum veritate dicebant similes homines fieri diis. Stoici post hos μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον, *nihil veritate esse pretiosius* clamabant. Academicorum vocem illam nunquam satis aut intellectam, aut laudatam legimus: *Felix esse non potest, qui mentitur.* Mollissimi tandem Peripatetici in hoc uno constantes Ὅσιόν ἐστι, inquiunt, *plum est amicos, res proprias, seipsos propter veritatem deserere.* Populos quosdam aiunt deum suum, quem Onomagden vocabant, describentes, corpore luci similem asseruisse, anima veritati.

(48) *Homicidium.* Vaticanus contextus φθόνου, ora vero cum nota correctionis φόνου. Sed cum in Messanensi habeatur prior lectio, eam retinere visum est.

Digitized by Google

καὶ μαντειῶν, οἷς οὐδὲ τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐπιβάλλειν προσήκει καὶ τὴν καρδίαν τῇ μνήμῃ καταρρυπαίνειν· *Ὁ βλέπων* γὰρ, φησὶν, *γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*. Πρὸς θάνατον δὲ ἁμαρτίαι εἴρηται τὰ τοιαῦτα, ὅτι τὸν ἁλόντα τοιούτῳ τινὶ πάθει καὶ πλημμελήματι ἱερέα ἀδύνατόν ἐστι τὴν ἱερωσύνην ἀξίως κεκτῆσθαι, κἂν νεκροὺς ἀναστήσειε. Καὶ ταῦτα μὲν τοῖς ἱερεῦσιν ἁπλῶς πᾶσι καὶ τοῖς λοιποῖς ἄλλοις τοῖς τοῦ θείου ἠξιωμένοις βήματος. Ἐπεὶ καὶ τούτοις σκοπὸς πρὸς τὸν τέλειον βαθμὸν τῆς ἱερωσύνης ἀναδραμεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο χρὴ τοῖς εἰρημένοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις παραπλησίως τοῖς πρεσβυτέροις ἐγκαρτερεῖν, καὶ τούτοις εὐτόνως συναγωνίζεσθαι· *Οἱ γὰρ καλῶς*, φησὶ, *διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Οἱ δὲ λογισμοὺς ἀνθρώπων καὶ ψυχῶν ἀῤῥωστήματα πρὸς τῷ τῆς ἱερωσύνης χαρίσματι θεραπεύειν λαχόντες λύειν τε καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν εἰληφότες παρὰ Χριστοῦ, ἔτι καὶ πλείονος δεηθήσονται τῆς σπουδῆς, καὶ τῶν κατ' ἀρετὴν ἱδρώτων καὶ πόνων, ὅσῳ καὶ μείζονος ἠξίωνται δωρεᾶς τε καὶ δόξης. Καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν μὲν ἐξέτασιν καὶ μελέτην ὀφείλουσι διηνεκῶς ποιεῖσθαι τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, ὥστε μηδέν τι τούτων ἐκτὸς τολμᾷν διαπεπραχέναι, ἀλλὰ καθὼς ἂν ἐκεῖνοι διαγορεύοιεν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς θεραπεύειν ἐπιμελεῖσθαι. Πρὸ δὲ τούτων ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον εἶναι, τύπον καλὸν ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις παρέχοντα, διδακτικὸν, φιλόξενον, λυπουμένοις παραμυθητικόν· ἀντεχόμενον ἀεὶ τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως, πενομένοις μεταδοτικὸν, εὐθηνουμένοις χαλιναγωγὸν, μὴ πάροινον, τουτέστιν ὑβριστὴν, κατὰ τὴν τοῦ θείου Παύλου παραίνεσιν, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Ταῦτα πάντα ποιοῦντες, ἀγαπητοὶ, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς σώσετε, καὶ τοὺς ἀκούοντας ὑμῶν. Προσεύχεσθε δὲ καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς προκοπὴν τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ προέρχηται καθ' ἑκάστην, καὶ ὅπως εὐσταλῶς δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἂν καὶ ποιμένες καὶ πολίτευμα τῆς ἐν παραδείσῳ μάνδρας ἀξιωθείημεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

niacasque incantationes ac divinationes, quas quidem nec cogitatione complecti decet, aut earum memoria cor coinquinare, dictum est enim: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [73]. Et hæc quidem peccata mortifera dicunt, eo quod sacerdotem ejusmodi aliquo morbo delictove corruptum, impossibile sit sacerdotium digne possidere, etiamsi mortuos suscitaret. Hæc vero omnibus sacerdotibus, communiter dicta sint, cæterisque aliis, qui sacri altaris gradum consecuti sunt. Nam et istis scopus est ad perfectum sacerdotii gradum pervenire. Et ideo illos oportet sudoribus atque laboribus æque ac presbyteros sese dare, et una cum ipsis strenue certare: *Qui enim bene ministraverint* (49), inquit, *gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu* [74]. Quibus vere cogitationes hominum animarumque morbos sacerdotii dono sanare datum est, et solvendi peccata, et ligandi potestatem a Christo acceperunt, majori etiam conatu ac studio indigebunt, majoribusque virtutis sudoribus ac laboribus, quanto majori dono et gloria digni habiti sunt. Atque ideo multam perscrutationem ac meditationem sacrorum divinorumque canonum adhibere assidue debent, ut nihil præter illos audeant facere, sed juxta eorum statuta animis hominum curandis incumbant. Ante omnia vero operarium esse oportet irreprehensibilem, sese aliis bonum exemplar exhibentem, ad docendum paratum, hospitalem, amicum, dolentium consolatorem, verba exhortationis semper sibi retinentem, pauperibus largitorem, opulentos frænantem, non vinolentum, id est injurium (50), juxta divi Pauli adhortationem [75], non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed mitem, sine contentione cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam (51) ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Hæc omnia facientes, o dilecti, et vos ipsos salvabitis, et eos qui vos audiunt. Orate autem et pro nobis etiam, ut in dies res nostræ ad incrementum Evangelii Christi bene procedant, utque expedite per patientiam propositum nobis percurramus certamen, inspicientes in fidei auctorem et consummatorem Jesum Christum, ut et pastores et ovile simul cœlesti mansione digni simus, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

[73] Matth. v, 28. [74] I Tim. III, 13. [75] I Tim. III, 3, 4; II Tim. II, 25.

(49) *Qui bene administraverint.* Alludit ad diaconos, quos bene ministrare nominis sui memores (διακονέω, *ministro*) oportet. Eadem ethymologiæ ratione canon. 37 concilii IV Carthaginensis, et IV Toletan. 39, jubet eis ministros se esse, agnoscere.

(50) *Injurium.* Non ita facile invenias in expositoribus Pauli vocem πάροινον. injuriosum, contumeliosum, sive convitiatorem reddi; at non quidem Theophanes, uti sentio ἀπὸ τοῦ σκόπου, nam vini is esse solet effectus, ut ad jurgia vel inermes protrudat.

(51) *Pœnitentiam.* Mutilus et depravatus habetur hic locus in utroque exemplari. Sed cum verba sint Apostoli, ex eo supplevimus et emendavimus.

Digitized by Google

ΕΥΧΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ

Ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.

—

ORATIO EUCHARISTICA

AD DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM

Pro liberatione pestis ac mortis.

—

Oratio qua Domino nostro Jesu Christo gratiæ aguntur pro liberatione pestis ac (52) *mortis.*

Domine Jesu Christe Deus noster, qui super omnem substantiam superque vitam es, imo ipsa vera vita, ipsiusque vitæ conditor atque largitor, quam omnis intellectualis rationisque particeps natura insatiabiliter desiderat, cujusque divinæ sempiternæque vitæ participatione fruitur. Qui solus habes immortalitatem, qui lucem habitas inaccessam, omnium, quibus vel minima vitæ ratio inest, vivifica virtus, mortuorum vero resurrectio; cujus ob metum portæ quidem mortis apertæ sunt, janitores autem inferni te viso coborruerunt. Qui primum parentem ducemque generis nostri propter inobedientiam, indeque secutam animarum mortem, separationem scilicet a te, quam ex suo judicio passus est, corporeæ mortis (53) vulnere ne immortale

(52) *Liberatione pestis.* Frequens fuit sanctis episcopis præteriti ævi, et grassante calamitate quapiam, quæ eorum plebes afflictasset, precatorias ad Deum pro liberatione impetranda orationes habere, et impetrata, eidem Deo malorum depulsori hymnicas et eucharisticas panegyres dicere. Habemus prioris argumenti Cypriani orationem *de mortalitate*, Gregorii Theologi *de plaga grandinis*, Chrysostomi illam, cui titulus, *de calamitate civitatis Antiochenæ*. Posterioris vero, apud eumdem illam, quæ incipit : *Cum præteritam tempestatem*, in qua aguntur Deo gratiæ, de absolutione malorum ex seditione exspectatorum, et illam, cujus initium : *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit.* Dionysius etiam Alexandrinus episcopus, vir sanctissimus et doctissimus, cujus apud Eusebium frequens et honorifica mentio, cum exsul sub Valeriano plebem suam pestis tempore verbis monere præsens non posset, per epistolam absens monuisse traditur.

(53) *Corporeæ mortis.* Humana argilla ejus fuit in Adamo conditionis, ut eam tandem dissolvi necessum foret, propter mutuo digladiantes inter sese elementorum particulas, ex quibus compacta erat : sive ut Nazianzenus orat. 42, quæ in Pascha est, loquitur, quod *ex visibili et anteproducta materia* constaret, ut contra materia ipsa ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, ut ait Moyses. Itaque interiturus quidem naturæ conditione homo. Verum cum cœlestis plastes figmento huic suo comitem dedisset intellectualem animam, vivificantem afflatum, divinum simulacrum, actum in se ipso viventem, simplicem, purum, ac proinde æternum et immortalem, eamdem etiam perennitatem corpori gratuito donavit. Donavit quidem gratuito, sed revocabiliter, id est si modo homo in officio et obedientia Opificis sui perstaret. Cum vero illico adversus eumdem debellasset, a benevolentia illius cecidit, et æternitatis privilegio exutus est, ipseque sibi funeris sui causa fuit, ut recte Paccianus Barchinonensis episcopus. Septimius etiam Florens in lib. *Contra Judæos, homicidium in se commississe* scite ait. Respexit huc Rex sapiens : *Justitia* (inquit) *perpetua est et immortalis, injustitia autem mortis est acquisitio, impii manibus et verbis accersierunt illam*, a quo loco vulgatus ille Apostoli ad Romanos VI. Quamvis autem ob peccatum, inque illius pœnam mors in mundum intraverit, habuit nihilominus hoc ipsum supplicium, utpote a benignissimo judice illatum, clementiæ et misericordiæ non parum. Etenim si immortales essemus, quid nobis miserabilius? Urgemur incommodis, obruimur malis, nulla vitæ ratio, nulla pars, non dies, non hora, non temporis ictus laboribus vacat, hique ab infelici seminio infelices fructus, quid igitur si illis æternum obnoxii? Quocirca pie et vere Theophanes divinæ misericordiæ tribuit generis nostri morta-

A *Εὐχὴ εὐχαριστήριος εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.*

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ ὑπερούσιος καὶ ὑπέρζωος ὄντως αὐτοζωὴ καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτης καὶ χορηγὸς, ἧς ἐφίεται ἀκορέστως καὶ τῇ μετουσίᾳ ζωῆς ἀπολαύει θεοπρεπῶς τε καὶ ἀϊδίου πᾶσα ἡ καθαρὰ τῶν νοερῶν τε καὶ λογικῶν φύσις· ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ἡ ζωοποιὸς πάντων τῶν καὶ ὁπωσοῦν ζωῆς μετεχόντων δύναμις, καὶ τῶν θανόντων ἀνάστασις· οὗ τῷ φόβῳ πύλαι μὲν ἀνοίγονταί σοι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν ἔφριξαν· ὁ τὸν προπάτορα καὶ ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἡμῶν διὰ τὴν παρακοὴν, καὶ τὸν ἐκ ταύτης ἀκολουθήσαντα ψυχικὸν θάνατον, ἤτοι τὸν ἀπὸ σοῦ χωρισμὸν, ὃν αὐτεξουσίῳ πέπονθε γνώμῃ, θανάτου σωματικοῦ φιλανθρώπως παιδεύσας πληγῇ, ἵνα μὴ

ἀθάνατον ἢ τὸ κακόν· ὕστερον δὲ πάλιν σπλάγχνοις ἀφάτοις σῶν οἰκτιρμῶν, παγγενὶ τοῦτον ἀνακαλεσάμενος ἐκ τῆς πικρᾶς τυραννίδος τοῦ ᾅδου καὶ τῶν δεσμῶν τρόποις οἰκονομίας ἀῤῥήτου, ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα γενόμενος, ἐκ παρθενικῆς καὶ ἀμολύντου γαστρὸς χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ θάνατον ἑκούσιον ὑπομείνας, καὶ διὰ τοῦ θανάτου καταργήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον· διότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαί σε τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο συνεξεμέσαι ποιήσας τοῦτον σὺν σοὶ καὶ οὓς πρώην κατέπιεν ἰσχύσας· οὗ τῇ δυναστείᾳ πύλαι μὲν ἐκείνου χαλκαῖ συνετρίβησαν, καὶ μοχλοὶ σιδηροῖ συνεθλάσθησαν, καὶ τὸ ζοφερὸν καὶ ἀμειδὲς αὐτοῦ δεσμωτήριον ἔρημον καὶ ἄβατον κατελείφθη· ὁ καὶ νῦν ἡμᾶ ὀλισθαίνοντας, καὶ μακρὰν ἀπὸ σοῦ γενομένους διὰ τὴν παράβασιν τῶν σῶν ζωοποιῶν ἐντολῶν, καὶ τὸ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς πορεύεσθαι, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν τῆς σαρκὸς, μάστιγι λοιμοῦ καὶ θανάτου πλήξας καὶ παιδεύσας ὡς κηδεμών, μάλιστα τὴν βρεφικὴν καὶ ἄωρον ἡλικίαν, ὡς ἂν φοβηθέντες ἡμεῖς, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἔνοχοι καὶ ὑπεύθυνοι γενόμενοι τῷ θανάτῳ, τὴν κραταιάν σου χεῖρα καὶ ἄφυκτον καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν ἀποστῶμεν πάσης κακίας, καὶ τῶν σαρκικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν· εὐχαριστοῦμεν καὶ μεγαλύνομεν φόβῳ καὶ πόθῳ διὰ τὸ μέγεθος τῶν σῶν δωρεῶν, τὴν ἀ-

esset malum, pro eo quo prosequeris homines amore castigasti. Iterum tandem inenarrabilibus tuarum miserationum visceribus eum ab amara inferni tyrannide vinculisque cum universo ipsius genere revocasti, et ineffabili usus dispensationis modo similis nobis secundum omnia, sine peccato tamen, ex virgineo et purissimo utero effectus es, mortemque spontaneam passus, per mortem dejecisti eum qui mortis potestatem habebat diabolum; neque enim fieri poterat ut te vitæ auctorem ipse retineret. Quapropter coegisti quidem eum simul tecum evomere illos, quos prius absorpserat; cujus potentia æneæ illius portæ contritæ sunt; vectesque ferrei confracti, carcer vero tenebrosus ac tristissimus vacuus et avius relictus est. Qui nunc et nos collabentes longeque a te aversos, quod vivificis tuis præceptis non pareremus, quodque pravas cogitationes nostras carnisque desideria sequeremur, pestis mortisque flagello verberasti, utque noster moderator, immaturam præcipue infantium ætatem (54) castigasti, ut perterriti nos, qui propter peccata rei, mortique obnoxii facti sumus, veritique validam ac inevitabilem manum tuam brachiumque excelsum, ab omni vitio et carnalibus studiis nostris recedamus. Gratias agimus tibi, et timore amoreque ducti (55) propter magnitudinem donorum tuorum magnificamus bonitatem tuam quæ injuriarum obli-

litatem. In quo quidem Latinorum Græcorumque antiquissimos imitatus est, qui ideo Adamo post peccatum esum vitalis ligni interdictum aiunt, ne misere perpetuus viveret. Irenæus lib. III, cap. 37: *Eum odivit Deus, qui seduxit hominem, ei vero qui seductus est, sensim paulatimque misertus est. Quapropter et ejecit eum de paradiso, et a ligno vitæ longe transtulit, non invidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam dicunt, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile.* Hilarius etiam in enarratione psalmi LXVIII: *Adam* (inquit) *Deus de paradiso post culpam, ne lignum vitæ attingens, in æternitatem pœnæ maneret ejecit.* Theologus panegyri in nativitatem Salvatoris quæ 38 est in Biliana editione: *Atque hic quoque* (Adamus post transgressionem) *mortem ac peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit. Hunc enim Dei morem esse in castigando, certo scio.* Legitur Chrysostomus in eamdem sententiam homilia 26 in cap. VIII Geneseos; et Hieronymus, in Isaiæ cap. LXV. Pertinet vero et ad hunc locum adnotare, recte dici a Theophane, mortem primi parentis ex ejus casu subsecutam, adversus Judæum Josephum, et hæreticum Pelagium, qui moriturum eum, etsi non peccasset, affirmarunt. Quem errorem damnaverunt Africani Patres in conc. Milevitano canone 1, et in synodo Africana adversus Pelagium et Celestium coacta, canone 75, et Tridentini in sessione *De peccato originali.* Hieronymus commentariorum in Job cap. 3; Augustinus, in lib. *De hæresibus*, ad *Quodvultdeum*, et lib. XIII *Civitatis* cap. 12 et 13, et lib. I *De peccatorum merit.* cap. 2, 4, et 6; Fulgentius, *De incarnat. et grat.* cap. 12; Prosper contra Collatorem, cap. 21; Bernardus, sermone ad milites Templi, cap. 11; ex Græcis vero Chrysostomus homilia 17 in Genesim; Basilius sermone de abdicatione seculi, atque alii.

(54) *Immaturam infantium ætatem.* Desunt verba hæc Messanensi.

(55) *Et timore amoreque ducti.* Nervi quidem sunt totius spiritualis incrementi amor timorque Dei, columnæ, quæ Christianam structuram fulciunt, poli qui periculosam præsentis vitæ navigationem dirigunt: *Quid Dominus Deus tuus petit a te* (clamabat Moyses), *nisi ut timens Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum?* Est vero de amore a multis dictum ex professo. Vellem nimirum et de timore. Illud sæpe mihi occurrere solet de præsentissimo hoc malorum internorum pharmaco; ita nempe cum nomine et ratione sua (si veterum sapientum, quibus divina lux non affulserat, de eo sententias perscruteris) convenire, ut nihil minus. *Timor est* (aiunt Peripatetici) λύπη τις καὶ ταραχή, *dolor quidam et conturbatio.* Quid contra per Siracidem Dominus? *Timor Domini gloria et glorificatio, et lætitia, et corona exsultationis.* Timoris comes mentis stupor, et ignorantia, at divinus timor *sapientiæ principium, sensus consummatio, disciplina scientiæ, illuminatio cordium*, et (ut scite Theologus scripsit) πρῶτον σοφίας σπάργανον *prima disciplinæ fascia.* Timorem fide et spe destitui Stoicorum fuit. Contra, *timentium Dominum filiis et spes et fiducia fortitudinis est, et non erunt incredibiles verbo Dei, fides enim agglutinatio timoris.* Timor odium gignit, ut antiquis apophthegmatibus instruimur, et exemplis docemur. Sed timor Domini *initium est dilectionis, et oblectatio misericordiæ.* Quid timori germanius, quam timere? Dominum tamen timentes, *nihil trepidabunt, non pavebunt, quoniam ipse est spes eorum.* Et Græcus ad hanc mentem scriptor: Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δειλίαν ἔχειν. *Fieri non potest, ut qui vere metuit Deum, in timore versetur.* Tandem quid est alienius ab iis qui timentur, quam illorum, qui eos timent, imperio subjectos esse? Cæterum benignissimus Dominus, quem timemus, *voluntatem timentium se facit.* Concludemus locum hunc ce-

Digitized by Google

visci solet, incomprehensibilesque tuas miserationes, superlaudabilis et supergloriose Domine, qui creaturam tuam corripiens, deinde sanas : *Quoniam non secundum peccata nostra fecisti nobis, Domine, neque secundum iniquitates nostras retribuisti nobis* [1], sed amorem erga homines justo judicio tuo temperans, iræ tuæ falce contracta, nos rursus velociter propitius atque benignus respexisti, et intolerabiliter nos depascentem impetum mortisque plagam cohibuisti, increpans eam ut mare quondam et ventos. Ideo precamur te, o misericors et benigne Domine, ut eos qui e præsenti vita rebusque temporaneis emigrarunt, in relucenti loco requiescere facias; loco inquam amœno, loco pascuæ, loco refectionis, a quo dolor omnis, tristitia gemitusque aufugiunt. Effice illos voluptate quam in te capiant, et beatitudine dignos; nos vero qui adhuc supersumus, qui stadium vitæ hujus doloribus scatentis percurrimus, conforta virtute tuæ fortitudinis, ut insidiis diaboli insurgentique contra nos passionum exteriorumque tentationum tyrannidi cum patientia et longanimitate generose resistamus, ut per invictam atque auxiliatricem dexteram tuam victores horum facti, efficiamur digni bonis sempiternis, quæ præparasti ante mundi constitutionem diligentibus te, precibus atque orationibus superbenedictæ tuæ Matris Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ, omniumque tuorum sanctorum, quia benedictus et gloriosus es cum Patre tuo principii experte, sanctissimoque bono ac vivifico tuo Spiritu, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

μνησίκακον ἀγαθότητά σου, καὶ τοὺς ἀπερινοήτους σου οἰκτιρμοὺς ὑπερύμνητε καὶ ὑπερένδοξε Κύριε ὁ παιδεύων τὸ πλάσμα σου καὶ πάλιν ἰώμενος, ὅτι *Οὐ κατὰ ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησας ἡμῖν, Δέσποτα, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκας ἡμῖν*, ἀλλὰ τῇ δικαιοκρισίᾳ σου τὴν φιλανθρωπίαν σου συγκερασάμενος, καὶ τὸ δρέπανον τῆς ὀργῆς ἀναστείλας, ἵλεως ἡμῖν πάλιν ταχέως ἐπεῖδες καὶ εὐμενὴς, καὶ τὴν ἀσχέτως νεμομένην ἡμᾶς ὁρμὴν καὶ θραῦσιν ἔστησας τοῦ θανάτου, ἐπιτιμήσας αὐτῇ καθὼς ποτε τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις. Διὸ δυσωποῦμέν σε, εὔσπλαγχνε καὶ φιλάνθρωπε Κύριε, τοὺς μὲν μεταστάντας τοῦ παρόντος βίου καὶ τῶν προσκαίρων ἀνάπαυσον ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα πᾶσα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός. Καὶ τῆς ἐν σοὶ τρυφῆς καὶ μακαριότητος καταξίωσον· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἔτι περιόντας τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ τὸ στάδιον τῆς πολυοδύνου ταύτης ζωῆς τρέχοντας, ἐνδυνάμωσον τῷ κράτει τῆς σῆς ἰσχύος, στῆναι γενναίως πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν ἐπεγειρομένην ἡμῖν τῶν παθῶν καὶ τῶν ἔξωθεν πειρασμῶν τυραννίδα, μεθ' ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας, ὅπως νικηταὶ τούτων γενόμενοι τῇ ἀμάχῳ καὶ προμάχῳ σου δεξιᾷ, καταξιωθῶμεν τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν, ὧν ἡτοίμασας πρὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀγαπῶσί σε, εὐχαῖς τε καὶ ἱκεσίαις τῆς ὑπερευλογημένης σου Μητρὸς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ὅτι εὐλογητὸς καὶ δεδοξασμένος ὑπάρχεις σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Psal. CII, 10.

lebri divini timoris elogio, quod ex Basilio desumpsit Maximus monachus : *Ut qui infixos habet corpori clavos, ad nullum opus est aptus, quod doloribus totus occupetur; sic qui metu Domini coercetur, non oculo utetur ad ea quæ non decent, non manus admovebit actionibus vetitis, nihil denique vel minimum vel maximum contra officium suscipiet.*

ANNO DOMINI MCCCL.

NICOLAUS CABASILA.

NOTITIA.

(FABRIC. HARL. *Bibliotheca Græca*, t. X, p. 459 [1].)

Nicolaus Cabasila, Nili Cabasilæ Thessalonicensis ex fratre nepos, ejusdemque defuncti vita, in munere successor fuit. Cum patruo sæpe confundi solet. Claruit circa a. 1350. Primum quidem fuit sacelli imperialis curator, quo munere perfungens, missus est a Joanne, patriarcha CPolitano, a. circ. 1346, ad Cantacuzenum imp. ut eum ad imperium deponendum adduceret; anno autem 1347 a

(1) Præterea Fabricius eodem tomo X, pp. 219, 244, 251, 278, 280 et 332 indicat homilias de festis Domini et sanctorum quæ in codicibus mss. hactenus latent et Nicolao Cabasilæ auctori ascribuntur.

Digitized by Google

Cantacuzeno CPolin recens expugnatam ingresso, ad Annam imperatricem in palatium legatus est, ut ei pacis conditiones a victore illi latas proponeret. Conf. ipsum Cantacuzen. *Hist. Byzantinæ* lib. XIV, cap. 39, etc., ac Lambec. Comment. V, p. 389 sqq. Vir fuit omnino doctus et multos edidit ingenii sui fetus; quorum tamen paucis lucem aspicere licuit per invidiam et quod Latinorum non erat patronus, contra eorum acerrimus osor : quanquam hac in re, et num contra S. Thomam Aquinatem scripserit, non omnes consentiunt VV. DD. V. Allatium, imprimis Oudin. *Commentar. de scriptor. eccl.* III, p. 983 sqq. ubi vitam scriptaque Nicolai Cabasilæ late persequitur. Adde de ejus præcipue scriptis Henr. Warton et Robert. Gerium ad Guil. Cave *Script. eccl.*, vol. II, p. 51, 53, et Du Pin. *Hist. eccles.*, vol. XII, p. 89, etc.

Scripta tam edita quam inedita ea quæ sequuntur, ab Allatio et Fabricio ad illum, ab Oudino reliquisque commemorantur. Excerpta sunt in Niceph. Gregoræ *Hist. Byzantina*.

Ἑρμηνεία κεφαλαιώδης, etc. *Compendiosa interpretatio in divinum officium s. Liturgiam.* Primum Latine, interprete Gentiano Hervetiano, edita Venet. 1548, 8; deinde in Liturgia SS. Patrum, curante Jo. S. Andrea, canonico Ecclesiæ Paris., theol. Paris. 1560, fol. rec. in edit. ad Parisiensem facta Antwerpiæ 1562, 8, et in *Bibl. Patrum* Lugdunensi, tom. XXVI, p. 173. Add. in Cat. Bibl. Leidensis, p. 33, citat. edd. Græcus textus primum ex codd. Paris. cura Frontonis Ducæi prodiit in *Auctario PP. Biblioth. veterum*, 1624, tom. II, p. 200, dein in tom. XII *Bibl. Morellianæ*. Fabric. in nota ad Allatium p. 72, Hoc opus, inquit, videtur etiam respicere Allatius, quando pag. 123, contra Hottingerum, inter Græcos, qui de azymis contra Latinos scripsere, Nicolaum Cabasilam laudat. Ex Cabasilæ expositione Missæ passim loca producit in eodem libro, p. 76, 89 sq., 109 sq., 134, 135, 153, 204, etc. Quando Allatius de Nilis negat, Cabasilam de processione Spiritus sancti contra S. Thomam et Romanam Ecclesiam scripsisse, Fabric. in nota *o*, p. 73, animadvertit, id tamen Allatium fateri in libro II *De consensu*, p. 858 sq. Atque, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth.* mss. I, p. 470 D, exstat in Bibl. Veneta Marci, *Cydonii contra Cabasilam pro S. Thoma et processione Spiritus sancti.* Ibid., p. 469 *A*, memoratur cod. ejusdem bibl. *Barlaam et Cabasila de processione Spiritus sancti in favorem Græcorum.* Add. Cat. codd. Venet. Marc. pag. 84 de cod. 152 et pag. 284 de cod. 526, coll. cel. Morellio in Bibl. ms. Gr. et Lat. I, pag. 92. — Insuper *Interpretatio in Liturgiam* exstat in pluribus codd. mss. — Secundum Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 186 *B*, et pag. 191 B, Romæ in cod. Ottobon. Gr., p. 502; in duobus codd. bibl. Ambros. Mediolan. p. 707 *D*, in bibl. Sforziana. — *Venetiis* in cod. Bibl. Marc. 506, Nic. Cabasilæ *Encomium S. Theodoræ*, ejusd. *Interpret. in Liturgiam, et in S. Demetrium.* V. Cat. codd. Gr. Marc. 271. — Ibid. in cod. Naniano 116, n. 4 et 5, et 117, n. 3. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 236 et 237.—In Cat. codd. Gr. Taurinens., p. 108, observatur, in cod. 30, fol. 219, esse *totius Liturgiæ Græcæ explanationem*, sed sine ullius auctoris nomine. Enimvero Christ. Matth. Pfaff, in Epistola de catalogo mss. codd. Bibl. Taurin. in novis actis eruditor. Lips. 1752, p. 447, illum libellum monet esse Nicolai Cabasilæ, Thessalon. — Paris. in octo codd. bibl. publ. — In cod. Coislin. 315, cum aliis multis scriptis Cabasil. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 427.

Monachii in codd. Bavar. 59, 107, 112, 113 et 128. V. Cat. codd. Gr. Bavar. p. 17, 41, 43, 44 et 53 (*b*). — Vindobonæ in cod. Cæsar. 261, in quo multa exstant Nic. Cabas. scripta, n. 18. — 268, 53, n. 36, *Explicatio duplex sacrarum vestium in divina Liturgia usitatarum et eorum, quæ in Liturgia aguntur.* V. Lambec. comment. V, p. 435, 445, et vol. VIII, p. 1021. — Oxon. in Bibl. Bodlei in cod. Barocc. 75, *Expositio missæ*, cap. 45, et in cod. 107, incipit : Διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς. — In cod. 91, cujus init. Μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν.

De vita in Christo libri sex, seu potius septem, in quibus præcipue agitur de baptismo, sacra unctione et Eucharistia. Sex libri Latine prodierunt, interprete Jac. Pontano (*c*) cum Philippi Solitarii *Dioptra*, s. Regula rei Christianæ ad Callicum monachum, Joannis Carpathii Documentis spiritualibus, et cum Cabasilæ Oratione contra fœneratores (de qua postea sermo erit), Ingolstad. 1604, 4; dein, in *Bibl. Patrum* Lugdunensi, tom. XXVI, p. 136; in *Bibl. Patrum* Colon. et Morellianæ Appendice (1). Ex quatuor prioribus libris fragmenta quædam profert L. Allatius, adversus Creighton, p. 422 sqq. 531; item contra Hottingerum, p. 49 sq. 97, 108; et Petr. Arcudius, *De concordia*, lib. II, c. 21 et passim. Codices, in quibus insunt libri mem. præcipui laudantur, Vindob. in Bibl. Cæs. cod. 266, n. 2, libri quinque, sed Lambec. comm. V, p. 414, adnotat librum illum, qui in hoc cod. est quintus, in Pontani edit. Lat. recte appellari et revera esse librum sextum; in eod. cod. n. X, liber quintus, *De vita in Christo*, quo agitur

(*a*) In cod. 156 et 157 catal. codd. Gr. Venet. Marc. p. 89, ubi confector Cat. addit, mss. haberi in cod. Barocc. 90 et in bibl. Cæsarea.

(*b*) Secundum novam classem, novumque codd. ordinem in bibl. Bavar. multo diligentius curatiusque codd. describere cœpit cel. Ign. Hardt in I, Chr. L. Bar. *De Aretin. Beyträgen zur Geschichte und Litteratur;* quorum sex priores fasc. prodierunt m. Jul. — Dec. ann. 1803, et III priores fasc. (tot enim in manibus habeo) 1804, 8. In fasc. I, 1804, p. 23, est cod. 54, qui olim numerabatur 107, differt hic cod. ab edit. p. 34, in cod. 58, olim 112.

(*c*) Ex cod. Bavar. 39. V. Catal. codd. Gr. Bavar., p. 11.

(1) Græce edidit Dr W. Gast, Greifswald 1819, 8°, ex duobus codd. Vindobon. et tertio Monacensi.

Digitized by Google

de consecratione altaris. (Lambec. V, p. 417.) — In cod. 267, n. 20, in quo septem sunt libri *De vita in Christo*; septimus autem nondum est nec Gr. nec Lat. editus, animadvertente Lambec. V, p. 435 sq. — In cod. 336 libri quinque. Lamb. V, p. 626 sq.— libri VI, in cod. Sfortiano. V. Montfauc. in Bibl. B. mss. I, p. 703 C. — Libri septem in cod. Coislin. 315, qui continet Nic. Cabas. Opuscula, quæ recenset Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 426 sqq. Conf. Casauboniana a Jo. Christph. Wolfio evulgata. Hamburg. 1710, 8, p. 39 sq.; et Casauboni Exercitatio XVI ad Baron. n. 30, ubi Lemmata septem libror. *De vita in Christo* Græce producit ille e cod. regio, et magna cum voluptate a se lectos testatur.

Nic. Cabas. *Expositio in visionem Ezechielis*, prophetæ, in qua super quatuor animalia similitudo throni et super similitudinem throni, similitudo veluti ipsius hominis, etc. incipit: Πᾶσα προφητεία καὶ θεωρία, etc.— Tum alia *Expositio* in visionem proph. Ezechielis, in qua ossa hominum arida priorem recipiunt speciem; inc.: Τὴν τοῦ θείου πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, etc., et tertia Expositio (Allatio incognita) in prophetæ Ezechiel. visionem: init.: Πᾶσα προφητεία καὶ ὅρασις εἰκόνες ἦσαν, etc. Tres hæ Expositiones exstant Vindobonæ in cod. Cæsar. 267, nr. 9, 10, 11. (Lambec. vol. V, p. 431 sq.) et in cod. Coisl. 315, fol. 135 sqq. (Montfauc., *Bibl. Coisl.*, p. 427) — nec non in cod. Paris. bibl. publ. 1215, nr. 9, 10, 11. — Una expositio ibid. in. cod. 1612, n. 10. — Duæ priores in cod. Cæsar. 266, n. 5 et 6. (Lambec. V, p. 415 sq.) — Secunda Venet. in cod. Marc. 506 sub fin. (V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 271.)

Orationes 1) *in passionem J. Chr.* inc.: Ἄκουε, οὐρανέ, etc.; locum inde producit Allatius contra Creygthonum, p. 425. 2) *In Ascensionem J. Chr.*, inc.: Αἱ Χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων, etc. 3) *In Nativitatem S. Mariæ.*, princ. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν. 4) *In Annuntiationem S. Mariæ.*, init.: Εἴ ποτε δεῖ χαίρειν ἄνθρωπον. 5) *In magnum martyrem Demetrium, miraculorum effectorem*, inc.: Πόλλων ὄντων καὶ μεγάλων. locum ex hac orat. affert Allatius contra Hottinger., p. 203. 6) *In S. Theodoram, miraculorum effectricem;* inc.: Ἐμοὶ γὰρ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων, edidit eam Gr. et Lat. Godfrid. Henschenius in Actis SS. die 5 April. tom. I. Locum inde produxerat Allatius contra Hottinger., p. 204. — 7) Oratio *in tres Theologos, Basilium, Gregorium et Jo. Chrysostomum;* quam orat. non esse hujus Cabasilæ fetum, sed Philothei orationem in tres illos Patres legi in cod. Vaticano 809, p. 100, contendit Labbeus in Diss. histor. de scriptoribus eccles. tom. II, p. 114. Enimvero Fabric. p. 76 ad Allat. not. *y*, docet Philothei Orat. Gr. ac Lat. una cum Dioptra Philippi Solitarii etc. editam a Jac. Pontano, Ingolstadii 1604, 4, et hinc in Auctario Ducæano, Paris. 1624, tom. II, pag. 313, et Lat. tom. XXVI *Bibl. Patrum*, Lugd. p. 217, diversam esse ab Oratione Cabasilæ in eosdem sacros triumviros, quæ ms. est in bibl. Cæsarea (cod. 267. nr. 14, et Lambec. vol. V, p. 433). Labbeum jam refutavit, vel ex initiis Orat. Philothei atque Or. Nicol. Cabas. demonstrando utriusque Orat. diversitatem Fabricius. Præterea et ab aliis, inquit, laudatam esse illam beatorum doctorum trigam a Joanne Euchaitarum metropolita, (V. Allat. pag. 112, de Simeonum scriptis) Theodoro Metochita et Matthæo Camariota aliisque, observarunt viri doctissimi. Confer Acta SS. tom. II, Jun., pag. 933 seq. ubi de festo, quod in honorem communem Basilii, Nazianzeni et Chrysostomi a Græcis, die 30 Januar. celebratur, auctore Joanne metropolita Euchaitarum temporibus Alexii Comneni, litem ambitiosam, quæ inter Basilitas, Gregoritas et Joannitas orta fuerat, ita componente, ut diceret, tres illos simul sibi visos adesse, testatos, se unum esse apud Deum, itaque nec sua causa contendendum de prærogativa, sed cultum ipsorum communem uno die conjungendum. Confer etiam Nicolai Rayæi tractatum præliminarem Actis SS. tom. II, Junii, præmissum. Hactenus Fabric. — Philothei et Jo. Euchaitarum metropol. Oratt. in tres illos Patres, atque Nicol. Cabasilæ quædam contra Latinos, sunt Romæ inter codd. Vatican. teste Montfauc. in *Bibl. bibliothh. MSS.* p. 12; D. B. Nicol. Cabas. Orationes quædam mss. Romæ in bibl. Barberina; sed quænam sint, non additur in Montfauc. bibl. cit. p. 175 *E*. Nec Montfauc. lib. cit. in Indice codd. Vatican. adduxit, nec Allatius eos codd. pervestigans, reperire potuit orationes 88, quas alii in codice quodam Vatic. exstare scripserunt, et, ut Allat. addit, Nilone, an Nicolao assignandæ sint, ipsi viderint. Romæ in bibl. Chiggia Nic. Cab. Orationes quædam. Sic minus curate citat cod. Montfaucon in *Diario Ital.* p. 238. — Add. vol. IX, p. 72, 90, 95, 112, 114, 147 vet.edit., sed aliæ plures Nicolai Cabasilæ Oratt. ab Allatio prætermissæ, latent in codd. bibl. Paris. atque Cæsareæ. Fabric. in not. *t*, p. 74, ad Allat. Græcis verbis, una cum initiis singularum multas refert. Add. Caveus atque Oudinus locis citatis. Ex Catal. igitur supplebo, easque quas ex Allatio numeravi, simul attingam. Paris. in Bibl. publ. cod. 1213, secundum Cat. codd. Gr. Paris. tom. II, p. 254, suo quæque ordine sunt supra memoratæ orat. n. 3, 4, 1, 2, 5, 6, 7. Præterea reperiuntur in eodem codice Nic. Cabas. Homiliæ 1) *In laudem S. Nicolai*; (etiam in cod. 1258) (2) *In Dormitionem Deiparæ;* 3) *In Andream. juniorem*, qui Hierosolymis martyr obiit; 4) *Ad Jesum Christum.* 5) Orat. *ad Augustam De usuris;* 6) *Ad Athenienses, De ara misericordiæ*; 7) *Adversus Gre-*

(d) Notante Fabricio pag. 73 seq. *Oratio in fœneratores* Gr. lucem vidit, quamvis haud integra, Augustæ Vindel. 1595, edente Davide Hœschelio, ex cod. ms. Maximi Margunii. Integram cum Orat. S. Epiphanii in sepulturam Christi, Gr. ac Lat. vulgavit Simon. Simonides, Samoscii 1604, 4. Sed in Janozki, *Nachricht. von denen in der Zaluskischen Buchern*, part. V, 217 seqq. recensetur quidem illa Epiphanii oratio, at nulla ut mentio Nic. Cabas. orationis illi adjunctæ.

(2) Secundum Nesselii Catalogum, parte I, pag. 365, cod. 262, n. 14. Incipit: Οἶμαί γε τῶν ἐννομωτάτων καὶ δικαιοτάτων εἶναι. Fabric. Harl. t. VIII. *in recensione Vitarum S. Joannis Chrysostomi.*

Digitized by Google

gorœ delirantis somnia; 8) Orat. *qua Pyrrhonis de veritatis criterio sententia impugnatur*; 9) *in laudem Matthæi* Cantacuzeni filii; 10) *In laudem Annæ Palæologinæ*, imperatricis. — In cod. Cæsareo 266 sunt ex Allatio jam designatæ Oratt. n. 3, 4, 6. In illo cod. et cod. 267, n. 23, exstat quoque Nic. Cabasilæ oratio (uti dicitur, pariter in cat. codd. Gr. *Paris.* in cod. 970 *Homilia*; in cod. autem 1213 mem. *Opusculum*) *De usura contra feneratores* (Lambec. V, p. 416 seqq.) Latine versam edidit illam Jac. Pontanus cum Cabasilæ libris VI. *De vita in Christo*, Lat. etiam. Ingolst. 1604, 4° (*d*)— Contra in cod. Cæsareo 267 exstant Oratt. ex Allatio a me citatæ, hoc ordine, n. 2, 3, 4, 1, 5, 6, 7. Insuper leguntur in eodem cod. Oratt. ex cod. Parisin. laudatæ n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Tum in cod. cod. Cæsareo, n. 15, *Adlocutio ad S. martyrem Demetrium*. *V.* Lambec. V, p. 428 seqq. qui etiam reliqua Nic Cabasilæ quæ in illo codice supersunt, Opuscula ibid. recenset; ego vero jam supra memorata omittam:

Liber de magistratuum civilium iniquis ausis circa res sacras. Est quoque in codd. Paris. 970 et 1213.

Solutiones argumentationum quinque contra rhetoricam s. artem dicendi. Legitur quoque in cod. Paris. 1213.

Tredecim epigrammata versibus heroicis, quæ singula recensent Lambec. V, p. 439, et Fabric. ad Allat. p. 77, not. *b*. Huc refer cod Paris. laudatum 1213, ubi, n. 25, est Nic. Cabassilæ *Epitaphium*, versibus heroicis, Nili Thessalon. cum aliquot ejusdem Nicolai epigrammatibus. In cod. Coislin. 315(in quo sunt memorata aliaque Nicol. Cabasilæ Opuscula et Epistolæ) *Heroica Carmina* in sepulturam avunculi; in sepulcrum patriarchæ Isodori et alia carmina in translationem reliquiarum S. Theodoræ, in canonem S. Demetrii, et alia, teste Montfauc. in *bibl. Coisl.* p. 428.

Oratio encomiastica in imperatorem (Andronic. Palæologum).

Epistolæ sexdecim; in cod. autem Cæsar. 266, n. 9, sunt tres epistolæ. (*V.* Lamb. V p. 416.) In cod. Coisl. laudato sunt quatuordecim, et Cydones, Epistola ad Cabasilam. — Florentiæ, in cod. Laurent. 13, n. 24 sqq. plut. 75, sunt Epistolæ quatuor et Nili Cabasilæ Thessalon. Epistola ad Nicol. Cabasilam. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 3, p. 107. — In cod. Paris. 1213, n. 8, Epistola ad Nilum Thessalon. et n. 27, variæ Epistolæ. (Quot vero sint et ad quosnam scriptæ, non indicatur in Cat. codd. Paris. II, p. 255).

Libell. de syllogismo. In cod. Cæsar. 266, n. 21, incipit: Ἄτομόν ἐστι, τὸ ἓν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος· in cod. autem Ambros. Mediol. notante Allatio, pag. 79, initium est: Σκοπός ἐστι τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τῶν συλλογισμῶν, quem vero alii tribuunt Nilo Thessalon. *V.* supra §14 de codicibus in catal. codd. Angliæ, etc. II, p. 60 n. 2238, unde citantur inter codd. Vossian. *Syllogismi Cabasilæ.*

Ab Allatio adhuc memorantur:

Nic. Cabasilæ Κανὼν ἰαμβικὸς μετὰ σχολίων τῇ ἑορτῇ τῶν Θεοφανείων.

Ejusd. alius canon iambicus cum scholiis in festos dies.

Ejusd. ἐξήγησις *in librum tertium magnæ constructionis Ptolemæi.* Inc. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ συντάγματι σκοπός ἐστιν· Edit. una cum magna Syntaxi Ptolemæi ac Theonis Alex. Græcis in Ptolemæum commentar. Basil. 1538 fol. p. 151 sq. *V.* supra ad vol. V, p. 284, vol. IV, p. 213; et vol. IX, p. 176 sq. adnotata. Oxon. in Bibl. Bodlei inter codd. Henr. Savilii, n. 6572 sqq. exstat II Savilii *versio Latina* partis Almagesti, et Commentariorum Theonis et Cabasilæ, *fol.* III.

In cod. Paris. Bibl. publ. 1373, n. 6, inedit. Opusc. *De anima.* Incip. Διττὸς λέγεται ἡ ψυχή, et fragmentum illius in cod. 1389, n. 3. — In cod. 1391, n. 15, *De sacra stola*, de qua jam supra ad opus: *Interpret. Liturgiæ*, fin. quædam adnotavi: et Caveo videtur esse Appendix quædam ad opus liturgicum. Ab eodem Caveo citantur e codd. *Responsio* ad interrogationem, *Quis sit finis incarnationis Dominicæ?* — *Expositio* verborum Gregorii Nazianzeni: Ὦ τῆς καινῆς μίξεως, ὦ τῆς παραδόξου κράσεως, (quæ habentur in oratione 38, tom. I, opp. Gr. Lat. edit. Paris. p. 620.) *Interpretationes* in acta conciliorum et SS. Patrum canones, etc. Sed hæc sufficiant! — Allatius in fine adjecit tertium Demetrium Cabasilam itidem Thessalonicensem.

Digitized by Google

NICOLAI CABASILÆ
DE DIVINO ALTARIS SACRIFICIO.

(Gentiano Herveto Aurelio interprete.)

—

AD LECTOREM ADMONITIO.

—

Ex plurimis de religione nostra controversiis, quæ a cacodæmone capitali humani generis hoste nostris temporibus excitatæ sunt, nulla major, nulla Christianæ reipublicæ perniciosior esse videtur ea quæ in iis quæ ad sanctissimi Domini nostri corporis et sanguinis mysterium pertinent, a receptissima omnium fidelium persuasione aliena invehit. Cum enim præcipua atque adeo tota salutis nostræ spes, quæ ut est certissima, ita neminem confundit, ex hoc pendeat, si et Christi corpori, tanquam membra capiti, uniamur et uberrimum qui ex ejus passione percipitur, fructum decerpamus; qui alterutri aliquid detrahit, aut de eo male sentit, ut summo crimini est affinis, ita etiam exitio sit proximus, nisi resipiscat, necesse est. Atque eorum quidem qui hodiernis temporibus a perpetuo et unico Ecclesiæ consensu se sejunxerunt, de hac re sententiæ in duas se partes diviserunt. Œcolampadiani enim, seu Zuingliani, aut, ut vulgo per antiphrasin dicuntur, Sacramentarii, quod sacramentorum dignitati quantum possunt detrahunt, idque sibi laudi esse ducunt, ii, inquam, Œcolampadiani veterem Berengarii errorem revocantes, in Eucharistiæ sacramento esse tantum corporis et sanguinis signum, non autem verum corpus et sanguinem asserunt : quod autem fiat ullum in altari sacrificium, nullo modo admittunt. Lutherani autem, cum in hoc cum orthodoxis sentiant, quod in hoc sacramento sit verum corpus et sanguis Christi, et quod in altari peragatur sacrificium, in eo rursus toto, ut aiunt, cœlo aberrant, quod panem et vinum simul cum Christi corpore remanere existimant; cum constet, post consecrationem, quæ panem et vinum in corpus et sanguinem convertit, symbolorum seu signorum solas remanere species, conversa jam et mutata eorum substantia. Deinde quod solum laudis et gratiarum actionis sacrificium esse putant, cum præter laudem et gratiarum actionem, sit etiam verum et expiatorium pro peccatis sacrificium. Accedit iis, quod nec sanctorum in eo memoriam fieri, nec pro defunctis orari, nec pro ullo homine privatim preces in eo fundi velint : et ideo sanctissimum Missæ canonem, tanquam rem impiam et exsecrandam detestantur, quod offerendi vocabulo utatur, sanctorum in eo memoria agatur, pro defunctis et separatim pro vivis aliquibus, et iis maxime pro quibus orari jubet Paulus, oretur. Ad eorum autem confutandos errores alii alia, ut unicuique eorum magis expedire visum est, via ingressi sunt : alii enim productis sacræ Scripturæ testimoniis, alii efficacibus argumentis solidisque rationibus, alii antiquissimorum quoque et probatissimorum doctorum auctoritatibus adversus eos decertarunt. Maxima certe laude omnes digni sunt, qui nostris adversariis (quidni enim adversarios vocem, qui cujusmodicunque sint eorum protestationes, sua certe relicta statione nobiscum amplius non stant?) qui nostris, inquam, adversariis ostenderunt, se non modo eis ulla ex parte cedere, sed veritate et ratione esse eis etiam longe superiores. Mihi ad eorum reprimendam et frangendam audaciam, summamque pervicaciam penitus infirmandam, et ad populum in fide et officio continendum, nihil melius et validius esse videtur, quam si unicum et perpetuum omnium gentium, quæ Christo nomen dederunt, hac in re consensum nobiscum facere ostendatur. Quamvis enim ad probandum quid in iis quæ de fide et religione exoriuntur controversiis, sequendum sit, jure debeat sufficere sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritas, quæ quod a divo Petro apostolorum principe Christique vicario est traditum, perpetua tot pontificum serie uno et eodem tenore semper servavit, et a qua, tanquam a sanctissimo totius orbis oraculo, de rebus ad fidem pertinentibus si ulla exorta esset dubitatio, responsa in hodiernum usque diem data sunt; tamen quoniam harum sectarum auctores, sua tum demum decreta firma et stabilia fore existimantes, si petram suo loco movissent, eam frustra quidem, sed magno tamen conatu labefactare conati sunt, externa etiam evocare auxilia non fuerit alienum, non quod non satis per se possit petra super petram, hoc est, supra Christum fundata, omnium hæreticorum quantiscunque copiis, duce Christo, qui eam fundavit, resistere; sed ut cum universo mundo planum factum fuerit, omnes qui Christi fidem ubique terrarum susceperunt, recte nobiscum sentire; et hæretici suæ vecordiæ morbum agnoscentes, donec adhuc est medicinæ locus, ad optimum medicum, nempe Christum, revertantur; et qui primo quidem aspectu probabilibus, sed non minus venenatis quam futilibus, si recte ponderentur, eorum argumentis adducti,

Digitized by Google

aliquam eis fidem habuerunt, eos deinceps ut deploratos et immedicabili peste affectos fugiant et aversentur ; reliqui vero, hoc accepto veluti antidoto, si eos omnino vitare non possint, quod esset consultissimum, de sua certe salute et cautiores et securiores evadant. Hoc itaque primum statuendum est, quod id quod ab omnibus gentibus et nationibus quæ Christum colunt, ubique citra ullum discrimen servatur, id non possit non esse a Christo et apostolis traditum ; quod autem a Christo et apostolis traditum est, id non esse cum omni veneratione amplectendum, suscipiendum et retinendum, est plane impium et nefarium dicere. Cum itaque apud omnes Christianas nationes, sacerdotes divinum sacrum facientes, post consecrationem, per quam verum effici Christi corpus et sanguinem, exterioribus tantum signis remanentibus, ut apud omnes in confesso est, statim dicant : Tui mandati memores (nempe ejus quod dixit Christus, *Hoc facite in mei recordationem*) tibi offerimus, omnino necesse est hoc esse sacrificium a Christo institutum, et per manus ab apostolis ad nostra usque tempora traditum. Porro autem cum et id in remissionem peccatorum ubique offeratur, et in eo de sanctis memoria agatur, et pro vivis ac defunctis tam generaliter quam pro aliquibus nominatim oretur, non est dubium altaris sacrificium, quod Hebræo vocabulo ab apostolis relicto Missam dicimus, et peccata expiare, et tam vivis quam defunctis, et tam generaliter quam privatim aliquibus applicari ac prodesse, idque, velint nolint Lutherani, a tempore apostolorum ad nos usque pervenisse. Quo fit ut canon Missæ, quem ii tantopere exsecrantur, apud alios omnes fideles jure sacrosanctus, ut est, dicatur et habeatur. Rogentur omnes omnium nationum sacerdotes, et omnes uno ore respondebunt, hæc quæ dixi omnia ita habere. Rogentur Æthiopes, qui Chaldæa lingua utuntur, et ii hæc ita esse non inficiabuntur. Rogentur Armenii, qui licet fortasse in nonnullis aliis aliquando a nobis dissenserint, in his quidem certe nobiscum semper optime convenere. Rogentur Græci, et ii ea ita esse affirmabunt ut interim mirentur ullos esse omnino Christianos qui audeant aliter sentire. Quanquam quid eos rogare opus est, cum Venetiis haud ita pridem sit editum eorum εὐχολόγιον seu sacerdotale Græcum, ex quo poterit eorum sacrificandi ritum quilibet studiosus cognoscere. Sed quoniam pulcherrimam eorum linguam non cuivis scire datum est, hanc reip. Christianæ navavi operam, ut divi Chrysostomi et divi Basilii λειτουργίαν, hoc est, sacrificii seu Missæ rituum ordinationem, ex eorum sacerdotali, in linguam Latinam verterem. Quæ ut facilius intelligeretur, Nicolai quoque Cabasilæ, viri in primis pii et docti, compendiosam in eam interpretationem illi adjunxi : et, ut qui sublimium rerum contemplatione delectantur, per hoc sanctum et mysticum sacrificium, ad ea quæ sunt ab omni materia remota, mente versandæ deducantur, et Deo, quoad ejus fieri poterit, uniantur, Maximi monachi, optimi Dionysii interpretis, *De mystagogia ecclesiastica*, hoc est, de introductione ad sacra Ecclesiæ mysteria, opusculum adjeci.

Ex quibus omnibus non dubito, studiose lector, quin si ea diligenter perlegeris, non levem sis ex eis utilitatem accepturus : nempe, ut non omni vento doctrinæ circumactus, a Cynosura, hoc est a Christi Ecclesia, optima fidelium duce, oculos minime dimoveas. Hoc autem onus eo libentius suscepi, quod cum Lutherani, ut suam causam vulgo probabiliorem et plausibiliorem efficiant, et Græcos pro se facere jactitent satis, et eo nomine pulcherrimam linguam apud bonos quidem, sed plus simplices, in invidiam vocent : ii his quidem certe perlectis facile intelligent, quam longe lateque Græci ab eis dissentiant, et pro parte orthodoxorum una cum cæteris Christianis nationibus faciant.

Es tamen admonendus, studiose lector, ut 29 et 30 caput libri Cabasilæ caute legas, ex quo imprudens fortasse quispiam posset facile colligere aliud sentire Græcos de verbis consecrationis, quam Latina Ecclesia sentiat, cum res tamen aliter habeat. Ut autem ad ea legenda tutius accedas, operæ pretium fortasse fuerit te paucis præmunire. Primum itaque oportet intelligas, Græcos Latinorum sententiam sæpenumero non satis intellexisse, ubi autem fuisset exposita, facile consensisse. Quod usu venit in concilio Florentino, cum de Spiritus sancti processione ageretur.

Cum enim existimarent Latinos duo principia statuere, et ideo ab eis dissentirent, ubi rem aliter habere intellexerunt, facile acquievere. Similiter hic noster Cabasila videtur existimasse Latinos credere se per solam verborum Christi narrationem Christi corpus et sanguinem conficere, cum tamen nemo Latinorum dubitet non sufficere formam consecrationis, nisi adsit consecrantis sacerdotis institutum ac propositum. Quo accedente, forma verborum in persona Christi prolata dicitur esse efficax et habere convertendi potestatem, virtute ipsius Christi summi sacerdotis. Item etiam falso arbitratur Latinos contemnere orationes quæ fiunt a sacerdote super dona, post verba Christi recitata, et ex ritu consecrandi pronuntiata. Id enim falsum esse liquet ex canone Ecclesiæ Latinæ, in quo ponuntur tres ad minus orationes post consecrationem super divina munera. Prima est : *Super quæ propitio*, etc. Secunda : *Unde et memores*. Tertia : *Hæc omnia semper bona creas, sanctificas et benedicis*. Quanquam secundam quoque orationem aliter interpretantur, quam Latini intelligant, ut statim dicetur.

Quod autem videtur esse in hac opinione, ut existimet post verba consecrationis adhuc remanere panis et vini substantiam, nec nisi post sacerdotis orationes et benedictiones fieri conversionem, id esse falsum vel ex ipsius Basilii et Chrysostomi sacrificandi ritu facile potest perspici.

Nam post verba consecrationis super panem et vinum prolata sacerdos et diaconus ea utique ostendunt ut adorentur. Quin imo ipsi etiam ad mensam ter adorant : quod non fieret, nisi reipsa facta esset conversio. Deinde si per benedictiones et orationes, quæ consequuntur et dicuntur a sacerdote,

Digitized by Google

fieret conversio, non fieret conversio panis ante conversionem vini. Nam post utriusque benedictionem et orationem, tandem dicit sacerdos : *Mutans Spiritu tuo sancto ;* et tamen si vera sunt quæ dicit, per orationem sacerdotis fieret mutatio tam panis quam vini in suo ordine. Ejus itaque expositio nec secum satis constaret, neque Christi ritui et ordini consecratio Græcorum, si ea esset ejusmodi, responderet, qui prius suum corpus vere confecit, deinde sanguinem, non utraque simul. Dicendum est ergo Latinorum et Græcorum esse mentem, ut eodem veritatem consecrationis referant, alioqui sermo Christi non esset opifex, ut ait Chrysostomus, quem quidem adducit Cabasila tanquam suæ opinioni contrarium, nec ejus tamen auctoritati in diluendo satis facit. Nam quod attinet ad vim verborum : *Crescite et multiplicamini*, quibus ut alia addantur requiritur, nempe matrimonium, alimentum et cætera ; id in causa est, quod ea ad futurum referantur, et quæ requirebantur, includerent. Hic autem, Christus veram et reipsa subsistentem sui corporis præsentiam significavit, et ita ut ipse fecit, fieri jussit, ut sermo ejus esset efficax et operans eo ipso momento quo dicitur, non quando jam transiit, ut videtur sentire Cabasila. Nec obstat quod in missa Chrysostomi et Basilii, post prolationem verborum Christi, dicit sacerdos : *Fiat corpus, fiat sanguis*, etc. Non est enim intelligendum tunc primum fieri conversionem, quæ jam paulo ante facta est, sed ut ostendatur quod licet sermo Christi in voce transierit, tamen remanet effectus potentiæ ejus sub symbolis seu speciebus panis et vini. Similis modus loquendi invenitur Marci quinto, de muliere profluvio sanguinis laborante, quæ posteaquam a Christo sanata est fide, et ejus fimbriæ vestimenti contactu, a Christo nihilominus audiit : *Esto sana a plaga tua ;* quæ tamen jam sanata fuerat. Sed hoc dicere voluit Christus, ut licet tactus fimbriæ transiisset, effectus tamen inde consecutus perseveraret. Cum itaque Cabasila interpretatur locum illum canonis Ecclesiæ Latinæ, ita ut suo sensui congruat, id dissidet ab intelligentia Latinorum qui id aliter accipiunt. Nam *perferri*, sive *sursum ferri*, interpretatur, *mutari*. Latini autem intelligunt offerri per manus sancti Angeli, Christi scilicet, qui est magni consilii Angelus ; vel etiam angeli, seu angelorum, qui orationes et vota nostra Deo offerunt, ut legitur in libro Tobiæ, et Act. x. Postremo, quod dicit post sermonem Christi, dona altaris, panem et vinum adhuc vocari, id quidem verum est, de vino autem non itidem invenio : calix enim vocatur in missa Chrysostomi et Basilii. Quamvis autem id verum esset, nihil tamen obstaret, cum res in quas aliæ convertuntur, soleant retinere nomina earum quæ conversæ sunt ; ut patet in virga Mosis, et aqua in vinum conversa, Joan. II. Imo vero etiam Latini interdum vocant vinum sanguinem Christi. Ait enim sanctus Cyprianus, lib. II, Ephes. III : « Quomodo autem creaturæ de creatura, vitis novum vinum cum Christo in regno Patris bibemus, si in sacrificio Dei Patris vinum non offerimus ? » Et Hieronymus, q. 2, ad Hedibiam : « Panis qui de cœlo descendit corpus est Domini, et vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est novi Testamenti. » Hæc autem quæ a nobis dicta sunt, confirmat concilium Florentinum, quod Armeniis dedit formam et ritum consecrandi Ecclesiæ Latinæ : quem quidem receperunt, ipsis Græcis nequaquam reclamantibus. Hæc visum est admonere, ne quis existimaret Græcorum sensum, quod ad corporis et sanguinis Domini confectionem attinet, a Latinorum sententia, hoc est ab Ecclesiæ veritate, dissidere : quod posset fortasse quispiam ex his duobus capitibus colligere. Cætera autem quæ sunt in hoc libello, sunt ejusmodi, ut nihil magis pium nec magis christianum dici aut fingi possit. Ea itaque, studiose lector, fac legas, et æqui bonique consulas ; et si quid spiritalis commodi ex eis percipias, Deo omnis boni auctori et datori age gratias. Vale et fruere.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ
ΕΡΜΗΝΕΙΑ
ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ.

NICOLAI CABASILÆ
SACRÆ LITURGIÆ
INTERPRETATIO.

CAP. I.

Quid sibi vult in summa universum sacrificium.

Sanctæ sacrorum mysteriorum celebrationis opus et effectus quidem est donorum in divinum

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τί βούλεται καθόλου ὁλόκαυστον.

Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἡ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μετα-

Digitized by Google

δολή· τέλος δὲ, τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι, δι' αὐτῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα λαβόντας. Παρασκευὴ δὲ καὶ συντέλεια, πρὸς ἐκεῖνο τὸ ἔργον, καὶ τοῦτο τὸ τέλος, εὐχαὶ, ψαλμῳδίαι, καὶ ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ πάντα, ἁπλῶς, τὰ πρὸ τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν δώρων, καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν ἱερῶς γινόμενα, καὶ λεγόμενα. Εἰ γὰρ προῖκα δίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἅγια, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προεισφέρομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς εἴτε χάριτες· ἀλλὰ τό γε ἐπιτηδείους γενέσθαι πρὸς τὸ δέξασθαι αὐτὰ καὶ φυλάξαι ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν· καὶ οὐκ ἂν μεταδοίη τοῦ ἁγιασμοῦ, μὴ οὕτω διατεθεῖσιν. Οὕτω βαπτίζει, οὕτω χρίει, οὕτως ἐστιᾷ, καὶ τῆς φρικτῆς μεταδίδωσι τραπέζης. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἐν τῇ τοῦ σπόρου παραβολῇ. Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ὁ σπείρων, οὐχ ἵνα ἀρόσῃ τὴν χώραν, ἀλλ' ἵνα σπείρῃ, ὡς δὴ τῆς ἀρόσεως καὶ πάσης παρασκευῆς ὀφειλομένης εἰσενεχθῆναι. Ἐπεὶ τοίνυν οὕτως ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν τεῦξιν τῶν μυστηρίων τὸ εὖ ἔχοντας ἁπαντῆσαι καὶ παρασκευασμένους, ἔδει καὶ τοῦτο ἐνεῖναι τῇ συντάξει τῆς ἱερᾶς τελετῆς, καὶ ἔνεστι. Τοῦτο γὰρ δύνανται ἡμῖν εὐχαὶ, ψαλμοὶ, καὶ εἴ τι ἱερῶς ἐν αὐτῇ γίνεται καὶ λέγεται. Ἁγιάζουσι γὰρ ἡμᾶς, καὶ διατιθέασι, τοῦτο μὲν πρὸς τὸ δέξασθαι καλῶς, τοῦτο δὲ πρὸς τὸ συντηρῆσαι τὸν ἁγιασμὸν, καὶ μεῖναι κατέχοντας. Ἁγιάζουσι δὲ διχῶς, ἕνα μὲν τρόπον, καθ' ὃν ἀπ' αὐτῶν τῶν εὐχῶν ὠφελούμεθα, καὶ τῶν ψαλμῶν καὶ τῶν ἀναγνώσεων. Αἱ μὲν γὰρ εὐχαὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέφουσι, καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν προξενοῦσιν, αἵ τε ψαλμῳδίαι ὁμοίως αὐτὸν ἡμῖν ἐξιλεοῦσι, καὶ τὴν ἐνεῦθεν ἐπισπῶνται ῥοπήν. Θύσω γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Αἱ δὲ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις τὴν τοῦ Θεοῦ καταγγέλλουσαι χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ αὖθις τὸ δίκαιον καὶ τὴν κρίσιν, τόν τε αὐτοῦ φόβον εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐνιᾶσι, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην ἀνάπτουσι, καὶ οὕτω πρὸς τὸ τηρεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, πολλὴν ἐμβάλλουσι προθυμίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐν τῷ ἱερεῖ καὶ τῷ λαῷ καλλίω, καὶ θειοτέραν ἐργαζόμενα τὴν ψυχήν, καὶ ἀμφοτέρους μὲν πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν τιμίων δώρων καὶ συντήρησιν, ἐπιτηδείους ποιοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἱερουργίας τὸ τέλος· ἰδίως δὲ τὸν ἱερέα πρὸς τὸ τελέσαι τὴν θυσίαν ἀξίως ἔχειν παρασκευάζουσιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς μυσταγωγίας τὸ ἔργον, ὡς εἴρηται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ πολλαχοῦ τῶν εὐχῶν κεῖται· καὶ εὔχεται ὁ ἱερεὺς μὴ ἀνάξιος ὀφθῆναι τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ καθαραῖς χερσὶ, καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ τῷ μυστηρίῳ διακονῆσαι, καὶ οὕτω μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς δυνάμεως τῶν ῥημάτων, τῶν λεγομένων καὶ ᾀδομένων πρὸς τὴν τελετὴν ὠφελούμεθα· ἕτερον δὲ τρόπον ἀπὸ τούτων, καὶ ἔτι πάντων τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τελουμένων ἁγιαζόμεθα, καθ' ὃν ἐν αὐτοῖς ὁρῶμεν τὸν Χριστὸν τυπούμενον καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ ἔργα, καὶ πάθη· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερέων, διὰ πάσης τῆς τελετῆς πραττομένοις ἡ οἰκονομία τοῦ Σωτῆρος σημαίνεται, τὰ μὲν πρῶτα αὐτῆς, τῶν πρώτων τῆς ἱερουργίας

corpus et sanguinem mutatio. Finis autem, ut fideles per ipsa sanctificentur, peccatorum remissione, et regni cœlorum hæreditate simul accepta. Præparatio autem et quæ ad opus et hunc finem conferunt, preces, psalmodiæ et sacrarum Litterarum lectiones, et, ut semel dicam, omnia quæ ante donorum sanctificationem, et post sanctificationem sacrosancte dicuntur et fiunt. Etsi enim gratis dat nobis Deus sancta omnia, et ad ipsum nihil afferimus, sed sunt revera gratiæ, ut tamen ad ea recipienda et conservanda apti simus, a nobis necessario postulat: nec sanctificationem impertierit, nisi iis qui ita affecti et dispositi fuerint. Ita baptizat, ita ungit, ita convivio excipit, et sacra mensa impertit. Hoc autem significavit in parabola seminis. Exiit enim, inquit, qui seminat, non ut terram aret, sed ut seminet, nempe quod aratio et omnis præparatio a nobis afferri debet. Quoniam ergo ad assequenda sacramenta ita erat necessarium, ut qui recte haberent et parati essent, accederent: oportebat hoc inesse in sancti sacrificii constitutione, et inest. Hanc enim in nobis habent potestatem preces, psalmi, et si quid sacrosancte in ea fit et dicitur. Nos enim sanctificant et disponunt, partim quidem ut recte suspiciamus, partim autem ut sanctificationem conservemus et retinere pergamus. Dupliciter autem sanctificant: uno quidem modo, quo ab ipsis precibus juvamur, et psalmis, et lectionibus. Preces enim ad Deum convertunt, et peccatorum remissionem conciliant, et psalmodiæ similiter eum nobis efficiunt propitium, et quod illinc dependet momentum attrahunt. Sacrificia enim, inquit, Deo sacrificium laudis, et liberabo te, et glorificabis me. Sacrarum autem Scripturarum lectiones, Dei benignitatem et humanitatem annuntiantes, et rursus justitiam et judicium et ejus metum in animas nostras immittunt, et dilectionem in eum accendunt, et ita ad ejus servanda mandata multam promptitudinem et animi alacritatem afferunt. Hæc autem omnia, et sacerdoti et populo pulchriorem et diviniorem animam efficientia, utrosque ad susceptionem et conservationem aptos reddunt, qui est finis sacrificii; privatim autem ac seorsum sacerdotem, ut non indigne ad sacrificium peragendum accedat, præparant: quod quidem est mysterii celebrandi opus, ut dictum est. Hoc ipsum autem et am in multis precum locis situm est, et precatur sacerdos ne videatur indignus proposito, sed puris manibus, et anima, et lingua, et mysterio serviat, et sic ab ipsa verborum, quæ dicuntur et canuntur, potestate, ad sacrum celebrandum adjuvamur. Alio autem modo ab his, et præterea omnibus quæ in sacrificio peraguntur, sanctificamur, quatenus in eis videmus Christum figuratum, et ea quæ pro nobis fecit et passus est. Etenim in psalmis et lectionibus, et omnibus quæ a sacerdote per totam sacri celebrationem fiunt, Servatoris nostri humanæ naturæ susceptionis œconomia significatur: quæ ejus quidem prima sunt, iis quæ

Digitized by Google

in sacrificio sunt primo, significantibus : quæ vero secundo loco, secunda ; quæ autem postremo loco, ea quæ consequuntur ; et licet iis qui hæc vident, omnia habere ante oculos. Donorum enim sanctificatio, ipsum sacrificium, ejus mortem annuntiat, et resurrectionem et assumptionem, quoniam pretiosa hæc dona in ipsum corpus Dominicum mutantur, quod hæc omnia suscepit, quod crucifixum est, resurrexit et in cœlos ascendit. Quæ autem ante sacrificium dicuntur et fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, adventum, ostensionem et perfectam manifestationem. Quæ autem post sacrificium, Patris promissionem, ut ipse dicit, sancti Spiritus ad apostolos descensum, gentium ad Deum per illos conversionem et communionem. Et est universa mysterii celebratio veluti una quædam imago unius corporis reipublicæ Servatoris, omnes ejus partes ab initio ad finem, per ordinem et inter se convenientiam sub aspectum deducens. Unde psalmi quidem, ut qui canuntur in proœmiis, et adhuc ante eos quæ in donorum propositione et fiunt et dicuntur, primum tempus Christi œconomiæ significant. Quæ autem post psalmos, sacrarum Litterarum lectiones et alia, id quod sequitur. Nam et si dicatur alius esse usus lectionum et psalmodiarum, ea enim assumpta esse, ut scilicet ad virtutem nos ungant, et ut Deum propitium reddant, nihil tamen prohibet quominus et hoc et illud possint, et eadem, et fideles ad virtutem inducant, et Christi œconomiam et dispensationem in carne significent. Quemadmodum enim vestes induventi quidem usum implent, et corpus tegunt : eo autem quod tales vel tales sunt, nonnunquam et artificium, et vitam et dignitatem eorum qui induti sunt, significant, ita etiam se habet in his. Quia enim divinæ Scripturæ et verba divinitus inspirata et hymnos Dei comprehendunt, et ad virtutem adhortantur, eos qui legunt et canunt, sanctificant. Quia autem talia electa sunt, et ita sunt ordinata, et aliam habent potestatem, et sufficiunt ad significandam Christi peregrinationem, et ejus institutionem. Neque enim ea solum quæ coluntur et leguntur, sed ea etiam quæ in celebrando peraguntur, eodem modo se habent ; fit enim unumquodque præsentis usus gratia ; significat autem etiam aliquid ex operibus vel actionibus, vel passionibus Christi. Quemadmodum oblatio Evangelii ad altare, oblatio pretiosorum donorum. Fit enim utrumque ut usus postulat, illa quidem, ut legatur Evangelium, hæc vero ut sacrificium peragatur : significant autem utraque, Servatoris ostensionem et manifestationem, illa quidem, incipientis manifestari, obscuram et adhuc imperfectam : hæc vero, perfectissimam et ultimam. Sunt autem etiam eorum quæ fiunt, nonnulla quæ nullum usum implent, sed alicujus tantum rei gratia significandæ fiunt : sicut panis punctio, et quæ in ipso fit crucis inscriptio, et quod ferriculum, quod ipsum pungit, est ad formam lanceæ factum : et postremum,

A δηλούντων, τῶν δὲ δευτέρων, τὰ δεύτερα, τῶν δὲ τελευταίων, τὰ μετ' ἐκεῖνα. Καὶ ἔξεστι τοῖς ταῦτα ὁρῶσι, πάντα ἐκεῖνα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχειν· ὁ μὲν γὰρ τῶν δώρων ἁγιασμός, αὐτὴ ἡ θυσία, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλει, καὶ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν, ὅτι τὰ τίμια ταῦτα δῶρα, εἰς αὐτὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὸ ταῦτα πάντα δεξάμενον, τὸ σταυρωθὲν, τὸ ἀναστὰν, τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεληλυθός· τὰ δὲ πρὸ τῆς θυσίας, τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, τὴν παρουσίαν, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν τελείαν φανέρωσιν· τὰ δὲ μετὰ τὴν θυσίαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους κάθοδον· τὴν τῶν ἐθνῶν δι' ἐκείνων εἰς τὸν Θεὸν ἐπιστροφήν τε καὶ
B κοινωνίαν. Καὶ ἔστιν ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ τις εἰκὼν μία, ἑνὸς σώματος τῆς τοῦ Σωτῆρος πολιτείας, πάντα αὐτῆς τὰ μέρη, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν καὶ ἁρμονίαν ὑπ' ὄψιν ἄγουσα. Ὅθεν οἱ μὲν ψαλμοὶ, ὡς ἂν ἐν προοιμίοις ᾀδόμενοι, καὶ ἔτι πρὸ τούτων, τὰ ἐν τῇ προθέσει τῶν δώρων γενόμενα, καὶ λεγόμενα, τὸν πρῶτον καιρὸν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν σημαίνουσιν. Τὰ δὲ μετὰ τοὺς ψαλμοὺς, ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα, τὸ ἐφεξῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλη τις εἴρηται εἶναι ἡ χρεία τῶν ἀναγνώσεων, καὶ τῶν ψαλμῳδιῶν, παραλελῆφθαι γὰρ αὐτὰ, ἵνα δηλονότι πρὸς ἀρετὴν ἀλείψωσιν ἡμᾶς, ἵνα τὸν Θεὸν ἱλεώσωνται, ἀλλ' οὐδὲ κωλύει καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δύνασθαι, καὶ
C τὰ αὐτὰ τούς τε πιστοὺς εἰς ἀρετὴν ἐνάγειν, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν σημαίνειν. Καθάπερ γὰρ τὰ ἱμάτια πληροῦσι μὲν τὴν χρείαν τῆς ἐνδύσεως, καὶ καλύπτουσι τὸ σῶμα, τῷδε τοιάδε εἶναι ἢ τοιάδε, καὶ ἐπιτήδευμα ἐνίοτε σημαίνουσι, καὶ βίον, καὶ ἀξίωμα τῶν περικειμένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει. Ὅτι μὲν γὰρ θεῖαι Γραφαὶ, καὶ θεόπνευστα ῥήματα καὶ ὕμνους τοῦ Θεοῦ περιέχουσι, καὶ εἰς ἀρετὴν προτρέπονται, τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ ᾄδοντας ἁγιάζουσιν. Ὅτι δὲ τοιαῦτα ἐξελέγησαν, καὶ οὕτως ἐτάχθησαν, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ἀρκοῦσι πρὸς
D σημασίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας καὶ πολιτείας. Ἐπεὶ οὐ μόνον τὰ ᾀδόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τελούμενα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· καὶ γίνεται ἕκαστον, τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἐνισταμένης. Σημαίνει δὲ καί τι τῶν τοῦ Χριστοῦ ἔργων, ἢ πράξεων, ἢ παθῶν· οἷόν ἐστιν, ἡ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσαγωγὴ τοῦ Εὐαγγελίου, ἡ εἰσαγωγὴ τῶν τιμίων δώρων. Γίνεται μὲν γὰρ κατὰ χρείαν ἑκάτερον· ἡ μὲν ἵνα τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῇ· ἡ δὲ ἵνα ἡ θυσία τελεσθῇ. Σημαίνουσι δὲ ἀμφότερα τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, καὶ φανέρωσιν, ἡ μὲν ἀρχομένου φανεροῦσθαι τὴν ἀμυδρὰν ἔτι καὶ ἀτελῆ, ἡ δὲ τὴν τελεωτάτην καὶ τελευταίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐνταῦθα τελουμένων ἕνια χρείαν μὲν οὐδεμίαν πληροῦντα· σημασίας δέ τινος ἕνεκα μόνον τελούμενα, ὡς ἡ τοῦ ἄρτου κέντησις, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ γραφὴ τοῦ σταυροῦ· καὶ τὸν αὐτὸν τὸν κεντοῦντα σίδηρον, ἐν εἴδει λόγχης εἶναι πεποιημένον, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ εἰς τὰ ἅγια ἐκβολὴ τοῦ θερμοῦ ὕδατος. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ μυστηρίοις πολλὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις, ὥσπερ ἐν τῷ βαπτί-

Digitized by Google

σματι τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας, ὑπολύεσθαι δεῖ, καὶ ἀποδύεσθαι καὶ εἰς τὰς δυσμὰς βλέποντας, τὰς χεῖρας ἀποτείνειν, καὶ ἐκφυσᾶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖ τὸ τοῦ πονηροῦ δ:δάσκουσι μῖσος· ὅσον ἐν ἡμῖν εἶναι δεῖ, καὶ ὅπως ἀνάγκη αὐτὸν ἐκτρέπεσθαι, τὸν μέλλοντα Χριστιανὸν ἀληθινὸν εἶναι· καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐν τοῖς μυστηρίοις, ἄλλην ἂν ἔχει τὴν σημασίαν. Τὰ δὲ ἐν τῇ τελετῇ τῶν δώρων γινόμενα εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν ἀναφέρεται πάντα· ἵνα ἡμῖν ἡ αὐτῆς θεωρία πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν οὖσα, τὰς ψυχὰς ἁγιάζῃ, καὶ οὕτως ἐπιτήδειοι γινώμεθα πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν ἱερῶν δώρων. Καθάπερ γὰρ τότε τὴν οἰκουμένην ἀνέστησεν, οὕτως ἀεὶ θεωρουμένη καλλίω τοῖς θεωροῦσιν αὐτὴν, καὶ θειοτέραν ἐργάζεται τὴν ψυχήν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἂν ὠφέλησεν οὐδέν, μὴ θεωρηθεῖσα, μὴ πιστευθεῖσα· καὶ τούτου χάριν ἐκηρύχθη, καὶ πρὸς τὸ πιστευθῆναι μυρία ὁ Θεὸς ἐμηχανήσατο· ὡς οὐ δυναμένην τὰ ἑαυτῆς ποιεῖν, καὶ σώζειν ἀνθρώπους, εἰ γενομένη τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας ὑπ' αὐτῆς ἐλάνθανεν. Ἀλλὰ τότε μὲν κηρυττομένη, τὴν περὶ Χριστὸν αἰδῶ, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἐν ταῖς τῶν ἀγνωσσόντων ψυχαῖς, μὴ οὖσας ἐδημιούργει· νῦν δὲ ὑπὸ τῶν ἤδη πεπιστευκότων, φιλοπόνως θεωρουμένη, τὰ μακάρια ταῦτα πάθη οὐκ ἐντίθησι μὲν αὐτοῖς· ἐγκείμενα δὲ συντηρεῖ, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ αὔξει· καὶ βεβαιοτέρους μὲν περὶ τὴν πίστιν, θερμοτέρους δὲ περὶ τὴν εὐλάβειαν καὶ τὴν ἀγάπην αὐτοὺς ἐργάζεται. Ἃ γὰρ μὴ ὄντα γενέσθαι ἐποίησε, πολλῷ ῥᾷον φυλάξαι, καὶ συντηρῆσαι, καὶ ἀνανεῶσαι δύναιτ' ἄν· ἀλλὰ ταῦτά ἐστι, μεθ' ὧν ἀνάγκη προσιέναι τοῖς ἱεροῖς, καὶ ὧν χωρὶς καὶ τὸ βλέπειν ἐκεῖ παντελῶς ἀνόσιον, εὐλάβεια, πίστις, ἀγάπη πρὸς τὸν Θεὸν πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα. Διὰ τοῦτο ἐχρῆν τὴν ταῦτα ἡμῖν ἐνθεῖναι δυναμένην θεωρίαν ἐν τῇ· συντάξει τῆς ἱερουργίας σημαίνεσθαι, ἵνα μὴ τῷ νῷ λογιζώμεθα μόνον, ἀλλὰ βλέπωμεν τρόπον δή τινα τὴν πολλὴν τοῦ πλούσιου πενίαν, τὴν ἐπιδημίαν τοῦ πάντα τόπον κατέχοντος, τὰ ὀνείδη τοῦ εὐλογημένου, τὰ πάθη τοῦ ἀπαθοῦς, ὅσον μισηθείς, ὅσον ἠγάπησεν· ἡλίκος ὤν, ὅσον ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· καὶ τί παθὼν καὶ τί δράσας, ταύτην ἡτοίμασεν ἐνώπιον ἡμῶν τὴν τράπεζαν· καὶ οὕτω θαυμάσαντες τὴν καινότητα τῆς σωτηρίας, ἐκπλαγέντες τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν, αἰδεσθῶμεν τὸν οὕτως ἐλεήσαντα, τὸν οὕτω σώσαντα· καὶ πιστεύσωμεν αὐτῷ τὰς ψυχὰς, καὶ παραθώμεθα τὴν ζωὴν, καὶ φλέξωμεν τὰς καρδίας τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· καὶ τοιοῦτοι γενόμενοι, τῷ πυρὶ τῶν μυστηρίων ὁμιλήσωμεν ἀσφαλῶς καὶ οἰκείως. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρὸς τὸ τοιούτους γενέσθαι τότε, τὸ μαθεῖν ποτε τὰ Χριστοῦ, καὶ εἰδότας εἶναι· ἀλλ' ἀνάγκη καὶ τηνικαῦτα, τὸν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας ἔχειν ἐκεῖ, καὶ θεωρεῖν αὐτὰ, ἐνεργείᾳ πάντα λογισμὸν ἕτερον ἐκβαλόντας· εἴ γε μέλλοιμεν πρὸς τὸν ἁγιασμὸν ἐκεῖνον ἐπιτηδείαν ἥνπερ ἔφην ἐργάσασθαι τὴν ψυχήν. Εἰ γὰρ τὸν μὲν λόγον ἔχομεν τῆς εὐσεβείας, ὥστ' ἐρωτηθέντες αὐτὸν ὑγειῶς ἂν ἀποκριθῆναι, ἐπειδὰν δὲ μυεῖσθαι δέῃ, μὴ θεωρῶμεν ἅπαντα καλῶς, ἀλλὰ τὸν νοῦν ἄλλοις προσ-

A aquæ in sancta immissio. Porro autem in aliis etiam sacramentis multa talia inveneris, quemadmodum in baptismo eos qui sunt baptizandi, et calceos et vestes oportet exuere, et ad Occidentem respicientes, manus extendere et insufflare. Sed hæc quidem illic docent, quantum maligni odium in nobis esse oportet, et quomodo necesse est eum se gerere, qui est verus Christianus futurus : et si quid aliud hujusmodi in sacramentis, aliam habeat significationem. Quæ autem fiunt in mysterii donorum celebratione, ad Servatoris susceptæ carnis œconomiam omnia referuntur, ut ejus contemplatio nostris oculis subjecta, animas sanctificet, et sic apti efficiamur ad sacrorum donorum susceptionem. Sicut enim tunc cum fuit, orbem B terræ erexit, ita semper considerata, pulchriorem iis qui ipsam contemplantur et diviniorem animam efficit : imo quod magis est, ne tunc quidem quid quam juvisset, nisi considerata et credita fuisset, et ea de causa prædicata, et ut crederetur, Deus innumerabilia machinatus est : nempe quod non posset quod suum est facere, et homines servare, si eos qui ab ipsa servandi sunt, eam fuisse lateret. Sed nunc quidem prædicata, reverentiam in Christum, fidemque et dilectionem ingrati animi hominibus, cum antea non essent, fabricabatur ; nunc autem ab iis qui jam crediderunt diligenter considerata, beatas has effectiones eis quidem non inserit, sed insitas conservat, et renovat, et auget, et in fide quidem firmiores, in pietate autem et C charitate ipsos ferventiores efficit. Quæ enim cum non essent, ut fierent effecit, ea multo facilius servare, et custodire, et renovare poterit. Hæc autem sunt, cum quibus ad sacra accedere necesse est, et sine quibus vel eo aspicere est omnino nefarium, religio, fides, dilectio in Deum valde vehemens. Propterea oportebat contemplationem, quæ in nobis hæc posset inserere, in sacrificii constitutione significari, ut non mente solum, sed etiam quodammodo oculis videremus multam divitis paupertatem, ejus peregrinationem qui omnem locum obtinet, probra ejus qui est benedictus, passiones ejus qui est impatibilis, quantum odio habitus, quantum dilexit, quantus cum esset, quantum seipsum humiliavit, et quid passus, et quanam D re a se facta, hanc coram nobis mensam paravit : et ita salutis novitatem admirantes, et propter misericordiarum multitudinem stupore perculsi, revereamur eum qui sic misertus est, eum qui sic servavit ; eique credamus animas, et vitam commendemus, et corda accendamus igne suæ dilectionis : et cum tales fuerimus, poterimus et secure et familiariter in mysteriorum igne versari. Non enim sufficit ad hoc ut tunc tales simus, ea quæ Christi sunt aliquando didicisse, et ea scire : sed necesse est etiam tunc mentis oculum illic figere, et ea actu contemplari, omni alia ejecta cogitatione, siquidem ad sanctificationem illam, aptam et accommodatam, ut dixi, sumus animam

Digitized by Google

redditurі. Si enim tenemus quidem rationem pietatis, adeo ut de ea rogati recte respondeamus, quando autem oportet mysteriis imbui, non recte omnia consideramus, nec mentem adhibemus, nulla est nobis illius cognitionis utilitas; non enim potest nobis ullam earum quæ dictæ sunt affectionum immittere; ex iis enim quæ tunc nos detinent, cogitationibus afficimur, et tales habemus affectiones, quales illæ possunt efficere. Propterea talis excogitata est figura, partim quidem non verbis solum significans, sed omnia etiam sub aspectum deducens, partim autem quæ toto sacrificii tempore appareat: ut per illam quidem agat in animas facilius, et non sola contemplatio, sed etiam affectio et passio in animis insideat, utpote evidentius nobis per oculos impressa imaginatione: per illam autem non det locum oblivioni, neque sinat cogitationem ad aliquid aliud convertere, donec ad ipsam mensam deduxerit, et ita illis cogitationibus refertі, et vigentem memoriam habentes, simus sacrorum mysteriorum participes, sanctificationi sanctificationem inducentes, contemplationem sanctificationi, sanctificationem mysterio, et transformati a gloria in gloriam, in eam quæ est omnium maxima, ab ea quæ minor est. Et hoc quidem sibi vult totum, ut summatim dicam, sacrificium; deinceps autem unum quodque ab initio ejus, quoad fieri poterit, sigillatim considerandum est. Primum quidem preces quæ fiunt initiis, et sacræ benedictiones, et sacra cantica, et lectiones; postea ipsum sacrum opus, ipsum sacrificium; post hoc autem sanctificatio, qua per ipsum sanctificantur animæ Christianorum, et vivorum et mortuorum. Præterea autem et quæ ea consequuntur, populi et sacerdotis ad Deum cantica et preces, si quid eorum

A ἐχωμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος τῆς γνώσεώς ἐστιν ἐκείνης· οὐ γὰρ δύναταί τι τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐνθεῖναι παθῶν. Πρὸς γὰρ τοὺς τότε κατέχοντας λογισμοὺς διατιθέμεθα, καὶ τοιαῦτα πάθη πάσχομεν, οἷα δρᾶν ἐκεῖνοι δύνανται. Τούτου χάριν ὁ τοιοῦτος ἐπενοήθη τύπος, τοῦτο μὲν οὐ λόγοις μόνον σημαίνων, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ὄψιν ἄγων ἅπαντα· τοῦτο δὲ διὰ πάσης τῆς ἱερουργίας φαινόμενος· ἵν' ἐκείνῳ μὲν εἰς τὰς ψυχὰς εὐκολώτερον δράσῃ, καὶ οὐ θεωρία ψιλὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάθος ἡμῖν ἐντεθῇ, ὡς ἂν τῆς φαντασίας διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐναργέστερον ἡμῖν τυπουμένης· ἐκείνῳ δὲ μὴ δῷ τῇ λήθῃ χώραν, μηδ' ἐάσῃ πρὸς ἄλλο τρέψαι τὸν λογισμὸν, ἕως ἐπ' αὐτὴν ἀπάγοι τὴν τράπεζαν, καὶ οὕτω γέμοντες τῶν ἐννοιῶν τούτων, καὶ τὴν μνήμην ἀκμάζουσαν ἔχοντες, τῶν ἱερῶν μεταλάβωμεν μυστηρίων, ἁγιασμὸν ἐπεισάγοντες ἁγιασμῷ, τῷ τῶν θεωριῶν τὸν τῆς τελετῆς, καὶ μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν τὴν ἁπασῶν μείζονα ἀπὸ τῆς ἐλάττονος. Καὶ οὕτως μὲν ὁ νοῦς τῆς ὅλης ἱερουργίας ὡς ἐν κεφαλαίῳ· ἐξῆς δὲ ἄνωθεν αὐτὴν θεωρητέον, ὡς οἷόν τε, κατὰ μέρος. Πρῶτον μὲν τὰς προτελείους εὐχὰς, καὶ ἱερολογίας, καὶ ᾠδὰς ἱερὰς, καὶ ἀναγνώσεις· ἔπειτα τὸ ἔργον αὐτὸ τὸ ἱερὸν, αὐτὴν τὴν θυσίαν· μετὰ δὲ τοῦτο τὸν ἁγιασμὸν, ὃν δι' αὐτῆς ἁγιάζονται Χριστιανῶν ψυχαὶ, καὶ ζώντων, καὶ τεθνηκότων. Ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ἱερέως πρὸς Θεὸν ᾠδὰς καὶ εὐχὰς, εἴ τι τούτων ἐπισκέψεως καὶ θεωρίας δεῖταί τινος· περὶ δὲ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, τὴν διὰ πάσης τῆς τελετῆς φαινομένην τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν· τί τῶν ἐκείνης, διά τινος τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τελουμένων σημαίνεται.

B

C

sacerdotis ad Deum cantica et preces, si quid eorum consideratione et contemplatione indiget: ante omnia autem, et in omnibus, quæ per totam mysterii celebrationem apparet Servatoris susceptæ carnis œconomia, quid eorum quæ ad illam pertinent, per quodnam eorum quæ in sacri celebratione fiunt, significatur.

CAP. II.

Cur non a principio altari imponuntur sacra dona.

Initium autem ducamus ab eorum, quæ in propositione fiunt et dicuntur, contemplatione, et ipsa eorum allatione donorumque oblatione. Cur enim non statim ad altare ducuntur et sacrificantur, sed primum tanquam dona Deo dedicantur? Quia offerebantur quidem Deo sacrificia ab antiquis, ratione carentium animalium cædes et sanguis; offerebantur autem etiam dona, quemadmodum vasa aurea vel argentea. Corpus autem Christi etiam utraque habere videtur. Etenim sacrificium quidem posterius exstitit, quando pro gloria Patris est interfectus: dedicatus autem erat et oblatus Deo ab initio, et donum erat ipsi pretiosum, et tanquam assumptum ut nostri generis primitiæ, et propter legem, quod erat primogenitus. Ea de causa, quæ nunc offeruntur, per quæ corpus illud significatur, non statim ad altare ducuntur et sacrificantur, sed hoc quidem fit postea, prius autem Deo dedicantur, et dona pretiosa Deo et fiunt, et vocantur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τίθεται τὰ τίμια δῶρα.

Ἀρχὴ δὲ ἡμῖν ἔστω τῶν ἐν τῇ προθέσει τελουμένων καὶ λεγομένων ἡ θεωρία, καὶ τούτων αὐτῆς τῆς προσαγωγῆς καὶ τῆς δωροφορίας. Διατί γὰρ οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγεται καὶ θύεται, ἀλλὰ πρῶτον ὡς δῶρα ἀνατίθεται τῷ Θεῷ; Ὅτι προσήγοντο μὲν θυσίαι τῷ Θεῷ παρὰ τῶν παλαιῶν, ζώων ἀλόγων σφαγαὶ καὶ αἵματα· προσήγοντο δὲ καὶ δῶρα, ὥσπερ τὰ χρυσᾶ σκεύη ἢ ἀργυρᾶ· τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀμφότερα φαίνεται ἔχον. Καὶ γὰρ θυσία μὲν γέγονεν ὕστερον, ὅτε ἐσφάγη ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Πατρός· ἀνέκειτο δὲ ἐξ ἀρχῆς τῷ Θεῷ, καὶ δῶρον ἦν αὐτῷ τίμιον, καὶ ὡς προσληφθὲν ὡς ἀπαρχὴ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ διὰ τὸν νόμον, ὅτι πρωτότοκος ἦν. Τούτου χάριν τὰ νῦν προσαγόμενα δι' ὧν τὸ σῶμα ἐκεῖνο σημαίνεται, οὐκ εὐθὺς εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγεται καὶ θύεται· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον, πρότερον δὲ ἀνατίθεται, καὶ δῶρα τίμια τῷ Θεῷ καὶ γίνεται, καὶ καλεῖται. Οὕτως ὁ Χριστὸς ἐποίησεν. Ὅτε γὰρ ἄρτον καὶ οἶνον

Digitized by Google

ταῖς χερσὶ λαβὼν ἀνεδείκνυτο τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὡς δῶρα ταῦτα προσάγων αὐτῷ, καὶ ἀνατιθεὶς ἀνεδείκνυ. Καὶ πόθεν δῆλον; Ἐξ ὧν ἡ Ἐκκλησία ποιεῖ, καὶ δῶρα ταῦτα καλεῖ. Οὐ γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ Χριστὸν ἔγνω τοῦτο ποιήσαντα. Ἤκουσε γὰρ αὐτοῦ κελεύσαντος, Τοῦτο ποιεῖτε· καὶ οὐκ ἂν ἀνομοίως αὐτὸν ἐμιμήσατο.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι τὰ δῶρα ταῦτα τῷ Θεῷ ἀνατίθεται, ὡς ἀπαρχαὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης.

Ἀλλὰ τί τὸ σχῆμα τῶν δώρων; Καρπῶν ἀπαρχὰς οἱ παλαιοὶ προσῆγον, ἢ ποιμνίων, ἢ βουκολίων, ἢ ἄλλων κτίσεων. Ἡμεῖς δὲ ὡς ἀπαρχὰς τῆς ἡμετέρας ζωῆς τῷ Θεῷ ἀφιεροῦμεν ταῦτα τὰ δῶρα τροφὴν ἀνθρωπίνην ὄντα, δι' ἧς σωματικὴ ζωὴ συνέστηκε· καὶ οὐ συνέστηκε μόνον διὰ τῆς τροφῆς ἡ ζωὴ, ἀλλὰ καὶ σημαίνεται δι' αὐτῆς. Συνεφάγομεν γὰρ καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν περὶ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον, ἵνα δείξωσιν ὅτι ζῶντα αὐτὸν εἶδον· καὶ ὁ Κύριος ὃν ἀνέστησε νεκρὸν, τούτῳ δοῦναι φαγεῖν ἐκέλευσεν, ἵνα τῇ τροφῇ τὴν ζωὴν ἀποδείξῃ· ὥστε οὐδὲν ἀπεικὸς τὸν ἀπαρχόμενον τῆς τροφῆς, δοκεῖν αὐτῆς ἀπάρχεσθαι τῆς ζωῆς. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἂν ὅτι καὶ πάντα σχεδὸν τὰ παρὰ τῶν παλαιῶν τῷ Θεῷ προσαγόμενα τρέφειν δύνανται τὸν ἄνθρωπον· καρποὶ γὰρ ἦσαν ἐφ' οἷς οἱ γεωργοὶ πονοῦσι, καὶ ζῶα τῶν ἐδωδίμων. Τί οὖν; Πάντα ἐκεῖνα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἦσαν ἀπαρχαί; Οὐδαμῶς· οὐδὲν γὰρ ἐκείνων ἰδίως ἀνθρωπίνη τροφή· κοινὴ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ζώων· τὰ μὲν πτηνῶν καὶ ποφάγων, τὰ δὲ σαρκοφάγων. Ἀνθρώπινον γὰρ ἐκεῖνο λέγομεν, τὸ μόνῳ διαφέρον ἀνθρώπῳ· τὸ δὲ κατασκευῆς ἄρτου δεηθῆναι ὥστε φαγεῖν, καὶ μηχανήσασθαι οἶνον ὥστε πιεῖν, ἀνθρώπου μόνον ἴδιον. Καὶ τὸ μὲν εἶδος τῆς προσφορίας ταύτης τοιοῦτον.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Διὰ τί εἰκὸς ἦν ἀπαρχὰς ἀνθρωπίνης ζωῆς εἶναι ταῦτα τὰ δῶρα.

Τί δὲ τὸ αἴτιον, καὶ τίς ὁ λόγος καθ' ὃν ἐχρῆν ἡμᾶς ἀπαρχὰς ζωῆς τῷ Θεῷ τὰ δῶρα ταῦτα προσάγειν; Ὅτι ζωὴν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀντιδίδωσι τούτων τῶν δώρων· καὶ ἦν εἰκὸς τῇ ἀντιδώσει τὴν δόσιν μὴ παντελῶς ἀπᾴδειν, ἀλλ' ἔχειν τι συγγενές· καὶ ζωῆς οὔσης ἐκείνης, ζωὴν καὶ αὐτὴν εἶναι τρόπον τινὰ, καὶ μάλιστ' ὅτι ὁ αὐτός ἐστι, καὶ τῆς δόσεως νομοθέτης, καὶ τῆς ἀντιδόσεως χορηγὸς, ὁ δικαίως κρίνων, καὶ πάντα ζυγῷ τιθεὶς καὶ σταθμῷ. Αὐτὸς ἐκέλευσεν ἄρτον καὶ οἶνον προσάγειν, αὐτὸς ἀντιδίδωσι τούτων ἄρτον ζῶντα, καὶ ποτήριον ζωῆς αἰωνίου. Ὅθεν καθάπερ τοῖς ἀποστόλοις ἁλιείαν ἀντέδωκεν ἁλείας, τῆς τῶν ἰχθύων τὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ ἐπερωτήσαντι πλουσίῳ περὶ τῆς βασιλείας, ἀντὶ πλούτου γηΐνου τὸν οὐράνιον ἐπηγγείλατο πλοῦτον· οὕτως ἀνάπαλιν ἐνταῦθα, οἷς ζωὴν αἰώνιον ἔμελλε δώσειν (λέγω δὲ τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ σῶμα καὶ τὸ αἷμα), τούτους προεισφέρειν ἐκέ-

lia fecit Christus. Quando enim panem et vinum manibus acceptum ostendit Deo et Patri, tanquam dona ea Deo offerens et dedicans, ostendit. Et undenam hoc constabit? Ex eo quod Ecclesia hoc facit, et ea dona vocat. Non enim id faceret, nisi Christum hoc fecisse sciret. Audivit enim ipsum jubentem: Hoc facite; et non dissimiliter eum esset imitata.

CAP. III.

Quod hæc dona Deo offeruntur tanquam vitæ humanæ primitiæ.

Sed quænam est figura donorum? Fructuum primitias offerebant antiqui, vel pecorum, vel armentorum, vel aliarum possessionum. Nos autem, tanquam vitæ nostræ primitias, hæc dona Deo conseramus, ut quæ sunt humanum nutrimentum, per quod corporea vita constat: et non constat solum per nutrimentum vita, sed etiam per ipsum significatur. Una enim cum eo comedimus et bibimus, post resurrectionem dicebant de Christo apostoli, ut ostenderent, quod viventem ipsum viderent, et Christus, quem excitavit, mortuo jussit dari quod comederet, ut nutrimento vitam ostenderet. Quamobrem est satis probabile eum qui nutrimento vesci incipit, videri ipsam vitam inchoare. Sed dixerit fortasse quispiam, quod etiam omnia fere quæ ab antiquis Deo offerebantur, poterant hominem alere: erant enim fructus, pro quibus agricolæ terram colunt, et animalia esculenta. Quid ergo? illane omnia erant vitæ humanæ primitiæ? Nequaquam; nihil enim illorum est proprie nutrimentum humanum; commune est enim aliorum animalium; hæc quidem volucrum et eorum quæ herba vescuntur: illa vero ferarum, quæ carnem devorant. Humanum enim illud dicimus, quod ad solum hominem pertinet: confectione autem panis opus habere ut comedat, et vinum conficere, ut bibat, est solius hominis proprium. Et hæc quidem est forma donorum oblationis.

CAP. IV.

Cur consentaneum ut vitæ humanæ primitiæ essent hæc dona.

Quæ est autem causa, et quæ ratio, quamobrem oporteat nos primitias vitæ Deo hæc dona offerre? Quod Deus vitam nobis pro his muneribus remuneratur: et par erat munus a remuneratione non omnino discrepare, sed aliquid cognatum habere; et illius exsistentis vitæ ipsum quoque esse quodammodo vitam, et maxime, quoniam ipse est et doni largitor, et remunerationis suppeditator, qui juste judicat, et omnia lance et statere ponderat. Ipse jussit panem et vinum offerre. Ipse pro eis retribuit panem viventem, et calicem vitæ æternæ. Unde quemadmodum apostolis pro piscatione piscationem reddidit, pro piscatione piscium, piscationem hominum, et diviti, qui de regno interrogaverat, pro terrenis divitiis cœlestes divitias pollicitus est: at contra hic, quibus vitam æternam erat daturus (dico autem vivificum suum corpus et sanguinem) eis

Digitized by Google

offerre jussit ea quæ brevis et momentaneæ vitæ causæ sunt, ut pro vita, vitam reciperemus, pro temporali, æternam : et gratia, gloriæ sit retributio, et nostri misericordia, habeat etiam aliquid justitiæ, et impleatur illud eloquium : «Ponam misericordiam meam in statere.» Et hoc non solum in hoc sacramento, sed etiam in baptismo, et vitam vita commutamus, et illam quidem prodigimus, hanc vero pro illa accipimus. Sed vitæ quidem profusio, mors est in quadam imagine et pictura, resurrectio autem est vera vita. Quia enim Servator, qui et mortuus erat et resurrexerat, novam suam vitam nobis quoque voluit impertiri, jussit nos etiam ex hoc magno dono ipsi aliquid offerre. Et quid hoc est? Imitari ejus mortem. Et quomodo? Cum corpus in aqua, tanquam in sepulcro, absconderimus, et hoc ter ostenderimus, tanquam jam mortis et sepulcri nos socios acceperit, nova sua vita dignatur. Et hæc quidem ita habent.

A

B

CAP. V.

Cur non totus panis offertur, sed pars quæ scissa est?

Porro autem illud etiam notandum est, quamnam ob causam non panes simpliciter, sed quem ipse sacerdos ex eis abscindit, hoc et donum facit, et Deo offert, et ad altare allatum consecrat. Et hoc est proprium oblationis. Alia enim dona ii qui possidebant, ea ab iis quæ erant ejusdem generis separabant, et in templum afferebant, et in manibus sacerdotum ponebant : sacerdotes autem suscipiebant et offerebant, vel sacrificabant, vel quidquid aliud fieri oportebat, ex iis quæ oblata erant.

C

Corpus autem Domini ab eo ipso sacerdote, et ab iis quæ erant ejusdem generis, separatum, et ablatum, et assumptum, et Deo dedicatum, et postremo sacrificatum est. Ipse enim seipsum a nostra massa separans, separavit Dei Filius. Ipse autem donum Deo dedit, ponens id in sinu Patris, utpote ab illo sinu ipse nunquam separatus, sed illi etiam hoc acquirens et apponens, ut simul ac formatum esset, Deo quoque esset datum : postremo autem ipse quoque in crucem egit et sacrificavit; propterea panem mutandum in ipsum corpus, ipse sacerdos et ab iis quæ sunt ejusdem generis et naturæ abscindit et Deo offert, ponens in sacra tabula, et postea ad altare allatum sacrificat.

D

CAP. VI.

Cur in pane effingit sacerdos passionem Christi.

Abscissus ergo panis, donec in propositione situs est, panis purus et simplex, qui nihil aliud accepit, nisi quod Deo est dedicatus, et donum effectus, quando etiam significat Christum in illa ætate ex qua donum factus est. Factus est autem ab ipsa nativitate, quemadmodum prius dictum est, quod etiam propter nativitatem donum erat se-

λευσεν ἐπικήρου ζωῆς ἀφορμάς· ἵνα ζωῆς ἀντιλάβωμεν ζωήν, τῆς προσκαίρου τὴν αἰωνίαν, καὶ ἡ χάρις ἀμοιβὴ δόξῃ, καὶ ὁ ἀμέτρητος ἔλεος ἔχῃ τι καὶ δικαιοσύνης, καὶ τὸ λόγιον ἐκεῖνο πληρωθῇ, « Θήσω τὴν ἐλεημοσύνην μου εἰς σταθμούς. » Καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο γίνεται· καὶ ζωὴν ἀλλαττόμεθα ζωῆς, καὶ τὴν μὲν προδίδομεν, τὴν δὲ ἀντ' ἐκείνης λαμβάνομεν. Ἀλλ' ἡ μὲν προδοσία τῆς ζωῆς ὁ θάνατος ἐν εἰκόνι τινὶ καὶ γραφῇ, ἡ δ' ἀναβίωσις ζωή ἐστιν ἀληθής. Ἐπεὶ γὰρ ἀποθανὼν ὁ Σωτὴρ καὶ ἀναστὰς, τῆς νέας αὐτοῦ ζωῆς καὶ ἡμῖν ἠθέλησε μεταδοῦναι, ἐκέλευσέ τι τοῦ μεγάλου τούτου δώρου καὶ ἡμᾶς προεισφέρειν αὐτῷ. Καὶ τί τοῦτο; Τὸ μιμεῖσθαι τὸν αὐτοῦ θάνατον. Καὶ τίνα τρόπον; Ἐν ὕδατι τὸ σῶμα κρύψαντας καθάπερ ἐν τάφῳ, καὶ τοῦτο τρὶς ἐπιδειξαμένους· ὡς ἤδη τοῦ θανάτου καὶ τῆς ταφῆς λαβὼν κοινωνοὺς τῆς καινῆς αὐτοῦ ζωῆς ἀξιοῖ. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Διὰ τί δὲ μὴ ὁλόκληρος ἀνατίθεται ἄρτος, ἀλλὰ τμῆμα;

Κἀκεῖνο δὲ ἐπισημήνασθαι χρὴ, τί δή ποτε μὴ τοὺς προσενεχθέντας ἄρτους ἁπλῶς, ἀλλ' ὃν αὐτὸς ὁ ἱερεὺς αὐτῶν ἀποτέμνει, τοῦτον καὶ δῶρον ποιεῖται καὶ ἀνατίθησι τῷ Θεῷ, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσάγων ἱερουργεῖ. Καὶ τοῦτο τῆς Χριστοῦ προσαγωγῆς ἴδιον· τὰ γὰρ ἄλλα δῶρα, οἱ κεκτημένοι μὲν τῶν ὁμογενῶν ἀφώριζον, καὶ εἰς τὸν ναὸν ἦγον, καὶ ταῖς χερσὶν ἐνετίθεσαν τῶν ἱερέων· οἱ δὲ ἱερεῖς ἐδέχοντο καὶ ἀνετίθεσαν ἠ ἔθυον, ἢ ὅ τι ἔδει χρήσασθαι τῶν προσενεχθέντων ἑκάστῳ.

Τὸ δὲ Κυριακὸν σῶμα ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἱερέως καὶ ἀφωρίσθη τῶν ὁμογενῶν, καὶ προσηνέχθη, καὶ ἀνελήφθη, καὶ ἀνετέθη Θεῷ, καὶ τελευταῖον ἐτύθη. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀφελών· αὐτὸς δὲ τῷ Θεῷ δῶρον ἔδωκεν, ἐν τοῖς κόλποις αὐτὸ θεὶς τοῦ Πατρὸς, ὡς ἂν τῶν κόλπων ἐκείνων αὐτὸς μηδέ ποτε χωρισθείς, ἀλλ' ἐκεῖ καὶ τοῦτο κτίσας καὶ περιθέμενος, ὥστε ἅμα τε πλασθῆναι καὶ δεδομένον Θεῷ εἶναι. Τελευταῖον καὶ ἐπὶ τὸν σταυρὸν αὐτὸς ἤγαγε καὶ ἔθυσε. Διὰ τοῦτο τὸν μέλλοντα ἄρτον εἰς ἐκεῖνο μεταβάλλειν τὸ σῶμα, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἀποκόπτει τῶν ὁμοφυῶν, καὶ ἀνατίθησι τῷ Θεῷ θεὶς ἐν τῷ ἱερῷ πίνακι, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄγων θύει.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Διὰ τί ἐν τῷ ἄρτῳ τυποῖ ὁ ἱερεὺς τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος.

Ὁ μὲν οὖν ἀποτμηθεὶς ἄρτος, ἕως ἐν τῇ προθέσει κεῖται, ἄρτος ἐστὶ ψιλός· τοῦτο μόνον λαβὼν τὸ ἀνατεθῆναι Θεῷ, καὶ γένεσθαι δῶρον, ὅτε σημαίνει τὸν Χριστὸν κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐκείνην ἐξ ἧς ἐγένετο δῶρον. Ἐγένετο δὲ ἐξ αὐτῆς γεννήσεως καθάπερ εἴρηται, ὅτι καὶ κατὰ τὴν γέννησιν δῶρον ἦν, κατὰ τὸν νόμον, ἐπεὶ πρωτότοκος ἦν. Ὅτι δὲ

Digitized by Google

τὰ ὕστερον γενόμενα ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι πάθη διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ὁ σταυρὸς καὶ ὁ θάνατος, προετυπώθη πρότερον τοῖς ἀρχαίοις, τούτου χάριν καὶ ὁ ἱερεὺς ἐνταῦθα πρὶν ἀγαγεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον τοὺς ἄρτους καὶ θῦσαι, τοὺς τύπους ἐκείνους πρότερον πειρᾶται δεικνύναι ἐν αὐτῷ. Καὶ τίνα τρόπον; Ἐν ὅσῳ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὁλοκλήρων ἄρτων ἀφαιρούμενος ποιεῖται δῶρον τὸ τοῦ Κυρίου πάθος, καὶ τὸν θάνατον ἐν αὐτῷ γράφει, καθάπερ ἐν πίνακι· καὶ πάντα ὅσα ποιεῖ, τὰ μὲν κατὰ χρείαν, τὰ δὲ ἐξεπίτηδες, εἰς τὴν σημασίαν ταύτην βιάζεται· καὶ ἔστι τὰ γινόμενα τηνικαῦτα τῶν Χριστοῦ παθῶν καὶ τοῦ θανάτου πρακτικὴ διήγησις. Τοῦτο δὲ ἀρχαῖον ἔθος ἦν, καὶ πρακτικῶς ἐνίοτε, καὶ διηγοῦντο, καὶ παρῄνουν, καὶ προεφήτευον. Καὶ γὰρ ὁ προφήτης, δηλῶσαι βουλόμενος τὴν τῶν Ἑβραίων αἰχμαλωσίαν, Ἔδησεν ἑαυτόν. Καὶ Ἄγαβος ὕστερον τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐποίησε, σημαίνων τε τοῦ Παύλου δεσμά. Καὶ πατέρα τινὰ φασὶ θεοφόρων ἐρωτηθέντα τί ἐστι μοναχὸς, ἀποκριθῆναι μὲν μηδὲν, τὸ δὲ ἱμάτιον περιδυθέντα καταπατῆσαι. Καὶ αὐτὸν δὲ τοῦ Κυρίου θάνατον, καὶ τὴν ὅλην οἰκονομίαν οἱ παλαιοὶ οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοὶ ἐμήνυον, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐμάνθανον, οἷον ἦν ἡ τεμνομένη ῥάβδῳ θάλασσα, καὶ ἡ θάλλουσα ἐν φλογὶ βάτος, καὶ ὁ ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀγόμενος Ἰσαὰκ, καὶ τὰ ἄλλα δι' ὧν ἔσημαίνετο τὸ μυστήριον ἐξ ἀρχῆς. Ταῦτα καὶ ὁ ἱερεὺς φαίνεται ποιῶν, ἃ περὶ τῆς θυσίας οἶδεν ἐκείνης, καὶ λόγοις διηγούμενος, καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δεικνὺς, ὡς δύναται ἐν τοιαύτῃ ὕλῃ τοιαῦτα δεικνύναι· μονονουχὶ λέγων· Οὕτως ἐπὶ τὸ πάθος ἦλθεν ὁ Κύριος, οὕτως ἀπέθανε, οὕτως ἐκεντήθη τὴν πλευράν, οὕτως ἀπὸ τῆς κεντηθείσης πλευρᾶς τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐξεχύθη τότε ἐκεῖνο. Καὶ ταῦτα ποιεῖ, πρῶτον μὲν, ἵνα δείξῃ, καθάπερ εἶπον, ὡς τῆς ἀληθείας ταύτης καὶ τῶν πραγμάτων τύποι καὶ γραφαί τινες ἡγήσαντο πρότερον, καὶ προεστήμαινον τοῖς ἀνθρώποις· ὥσπερ αὐτὸς πρὶν εἰσαγαγεῖν τὸν ἄρτον εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ θῦσαι, τὰ τῆς θυσίας ἐν αὐτῷ γράφει. Ἔπειτα δηλῶν, ὡς ὁ ἄρτος οὗτος εἰς ἐκεῖνον ἐπείγεται μεταβληθῆναι τὸν ἀληθινὸν ἄρτον, τὸν ἐσταυρωμένον, τὸν τεθυμένον· παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ἐπεὶ τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου δεῖ καταγγέλλειν, ἵνα μηδένα τρόπον ἀγγελίας καὶ διηγήσεως παραλίπῃ, πρὸς ὃν μυρίων ἔδει στομάτων ἡμῖν, καὶ λογικῶς αὐτὸν διηγεῖται καὶ πρακτικῶς.

cundum legem, quia erat primogenitus. Quia autem quæ postea factæ sunt in illo corpore passiones propter salutem nostram, crux et mors, antiquis prius figuratæ sunt : ea de causa etiam sacerdos hic priusquam panem ad altare afferat et sacrificet, illos typos et figuras prius in ipso conatur ostendere. Et quomodo? Interea dum ipsum a panibus integris auferens facit donum, Domini passionem et mortem in eo scribit, veluti in tabula : et omnia quæcunque facit, partim quidem ad usum pertinentia, partim vero de industria facta, ad hanc significationem deducuntur; et sunt ea quæ tunc fiunt, salutarium passionum et mortis activa narratio. Hic erat autem mos antiquus, et active nonnunquam et narrabant, et suadebant et prædicabant. Etenim propheta cum vellet ostendere Hebræorum captivitatem, seipsum ligavit : et Agabus postea hoc ipsum fecit, significans Pauli vincula. Dicunt etiam quemdam ex divinis Patribus, rogatum quid est monachus, nihil quidem respondisse, sed qua indutus erat vestem exutam conculcasse. Porro autem ipsam Domini mortem, et a Christo susceptæ carnis œconomiam, veteres non solum verbis sed etiam factis et ipsi significabant, et a Deo discebant. Cujusmodi erat mare, quod virga scindebatur; et rubus, qui in flamma ardebat; et Isaac, qui a patre ad cædem ducebatur, et alia per quæ ab initio significabatur mysterium. Sacerdos etiam ea videtur facere, quæ de illo novit sacrificio et verbis narrans, et factis ostendens, quoad ejus fieri potest, ut in ea materia ostendatur, propemodum dicens : Ita venit ad passionem Dominus, ita mortuus est, ita in latere punctus est, ita a puncto latere sanguis et aqua tunc illa effusa est. Et hæc facit, primum quidem, ut ostendat, sicut dixi, quod hujus veritatis et rerum typi, et scripturæ quædam ante præcesserunt, et præsignificaverunt hominibus : quemadmodum ipse priusquam panem ad altare afferat et sacrificet, ea quæ ad sacrificium pertinent, in ipso describit. Deinde ostendens quod hic panis festinat mutari in illum verum panem crucifixum, sacrificatum : præter hæc autem omnia, quoniam mortem Domini oportet annuntiare : ut nullum modum annuntiationis et narrationis prætermittat, ad quam innumerabilia ora non sufficerent, eam et verbis et factis recenset.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Τί ἐστι τοῦ Κυρίου ἀνάμνησις.

Καὶ πρῶτον ἄρτου λαβόμενος, ἀφ' οὗ δεῖ τὸν ἱερὸν ἀποκόπτειν ἄρτον· Εἰς ἀνάμνησιν, φησὶ, τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἐκείνου παραγγελίαν. » Τοῦτο μὲν, φησὶ, « ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Καὶ οὐ περὶ τοῦ ἄρτου ἐκείνου τοῦτο λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης τελετῆς, ὡς ἂν ἐν τελευτήσει ἱερουργίαν ἀρχόμενος. Ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος μετὰ τὸ τελέσαι τὸ μυστήριον ἅπαν, τοῦτον ἐπήγαγε τὸν λό-

CAP. VII.

Quid est Domini recordatio.

Et primum pane accepto, a quo oportet sacrum panem abscindere, dicit, In recordationem Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, ex illius præcepto. Hoc enim, inquit, Facite in meam recordationem. Et non de pane illo hoc solum dicit, sed de universo quod celebratur mysterio, ut qui hinc sacrum operari incipiat. Nam etiam Dominus postquam universum mysterium peregit, hoc dictum subjunxit : « Hoc facite in meam recorda-

Digitized by Google

tionem. » Sed quænam est hæc recordatio, et quomodo in rei sacræ celebratione Domini meminimus, quid agentis, quomodo se habentis? Dico autem, quid de ipso reputantes, quid narrantes? An quod mortuos suscitavit, et cæcis visum dedit, et ventos increpavit, et ex paucis panibus ad satietatem millia aliquot nutrivit, quæ eum et Deum esse et omnia posse ostenderunt? Nequaquam; sed ea potius quæ videntur significare imbecillitatem, crucem, passionem, mortem, in his nos jussit facere ejus commemorationem. Et undenam hoc scire possumus? Ita intellexit Paulus, qui quæ ejus sunt, optime novit.

Ad Corinthios enim scribens de mysterio, cum narrasset Dominum dixisse : « Hoc facite in meam recordationem, » subjunxit : « Quoties enim panem hunc comederitis, et de calice biberitis, mortem Domini annuntiabitis. » Hoc ipse etiam Dominus ostendit in traditione sacramenti. Cum enim dixisset : « Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, » non adjecit eis miracula, dicens, quod mortuos suscitavit, quod leprosos mundavit. Sed quid? Passionem solum et mortem : « Quod pro vobis frangitur Qui pro vobis effunditur. » Et quænam est ratio, quod non miraculorum, sed passionum meminit? Quoniam hæ sunt illis tanto magis necessariæ, quod hæ quidem sunt nostræ salutis efficientes, et sine his minime possit homo resurgere; passiones, inquam; illa autem tantum demonstrant. Fiebant enim miracula, ut crederetur Dominus esse vere Servator.

CAP. VIII.

De iis quæ in pane fiunt.

Quoniam ergo oportet hoc modo facere Domini commemorationem, propterea cum dixit sacerdos : « In recordationem Domini, » subjungit ea quæ significant crucem et mortem. Panem enim abscindens, veterem de salutari passione refert prophetiam : « Sicut ovis ad cædem ductus est, » (et cætera), et verba, et facta, quantum ipse potest, narrans. Nam cum panem ad hunc usum secet, ut donum eximat, hoc ipsum etiam facit exemplum propositi : ad significandum recessum Domini a mundo in viam quæ est ad Patrem, per mortem, eam captivam abducentis, sicut ipse dixit : « Relinquo mundum, et vado ad Patrem; » et quia sæpe figens ferrum, deinde scindit panem, in tot partes dividit sermonem propheticum, unamquamque partem sermonis accommodans unicuique partisectionis, ut ostenderet sermonis munus esse narrationem : qui sicut hic panis, ad hoc ut Deo offeratur et consecretur, ab eo quod est ejusdem generis et naturæ, separatus est : ita etiam Christus ab hominibus secessit, quorum naturæ per suam humanitatem fuit particeps; et tanquam ovis ad cædem ductus est, et eo modo sublata est de terra vita ejus; et adjectis iis quæ sequuntur in prophetia, cum panem in sacra tabula statuit, ille facit et dicit, per quæ ipsum sacrificium, et mors Domini

γον· « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Ἀλλὰ τίς ἡ ἀνάμνησις αὕτη, καὶ πῶς ἐν τῇ τελετῇ μεμνησόμεθα τοῦ Κυρίου, τί ποιοῦντος καὶ πῶς ἔχοντος; Λέγω δὲ τίνα περὶ αὐτοῦ ἀναλογιζόμενοι, τί διηγούμενοι; Ἆρα ὅτι νεκροὺς ἀνέστησε, καὶ τυφλοῖς ἀνέδωκε βλέπειν, καὶ ἀνέμοις ἐπετίμησε, καὶ ἐξ ὀλίγων ἄρτων εἰς κόρον ἔθρεψε μυριάδας, ἃ Θεὸν αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ πάντα δυνάμενον; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα σημαίνειν ἀσθένειαν, τὸν σταυρὸν, τὸ πάθος, τὸν θάνατον, ἐν τούτοις ἡμᾶς τὴν ἀνάμνησιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἐκέλευσε. Καὶ πόθεν δῆλον; Οὕτως ἐνόησε Παῦλος, ὁ τὰ ἐκείνου καλῶς εἰδώς.

Γράφων γὰρ Κορινθίοις περὶ τοῦ μυστηρίου, καὶ διηγησάμενος ὅτι ὁ Κύριος εἶπε, « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, » ἐπήγαγεν· « Ὁσάκις γὰρ ἐσθίετε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνετε, τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλετε. » Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐνέφηνεν ἐν τῇ παραδόσει τοῦ μυστηρίου. Εἰπὼν γάρ· « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, Τοῦτο τὸ αἷμά μου, » οὐ θαύματα αὐτοῖς προσέθηκε, εἰπὼν τὸ, Νεκροὺς ἀνέστησα· τὸ, Λεπροὺς ἐκαθάρισα. Ἀλλὰ τί; Τὸ πάθος μόνον, καὶ τὸν θάνατον, « Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. » Καὶ τίς ὁ λόγος, ὅτι μὴ τῶν θαυμάτων, ἀλλὰ τῶν παθῶν, μέμνηται; Ὅτι ταῦτα ἐκείνων ἀναγκαιότερα· τοσούτου ὅσον τὰ μὲν ποιητικὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν εἰσι, καὶ χωρὶς τούτων, οὐκ ἦν ἀναστῆναι τὸν ἄνθρωπον· τὰ πάθη λέγω, ἐκεῖνα δὲ, ἀποδεικτικὰ μόνον. Ἐγένετο γὰρ τὰ θαύματα, ἵνα πιστωθῇ ὁ Κύριος, ὡς αὐτὸς ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ ἐστι.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῶν ἐν τῷ ἄρτῳ τελουμένων.

Ἐπεὶ τοίνυν τὸν τρόπον τοῦτον δεῖ ποιεῖσθαι τοῦ Κυρίου τὴν ἀνάμνησιν, διὰ τοῦτο εἰπὼν ὁ ἱερεὺς, « Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου, » ἐπάγει τὰ δηλοῦντα τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον. Τὸν γὰρ ἄρτον ἀποκόπτων, τὴν περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐπιλέγει τῶν παλαιῶν προφητείαν· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, » (καὶ τὰ ἑξῆς), καὶ ῥήματι, καὶ προστάγματι κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτὸς διηγούμενος. Τὴν γὰρ τοῦ ἄρτου τομὴν κατὰ χρείαν ποιῶν, ἵνα ἐξέλῃ τὸ δῶρον, τὴν αὐτὴν καὶ παράδειγμα ποιεῖται τοῦ προκειμένου, εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου ἀποχώρησιν τοῦ Κυρίου, εἰς τὴν ἐπὶ τὸν Πατέρα, διὰ τοῦ θανάτου, ὁδὸν, αὐτὴν αἰχμαλωτίζων, καθάπερ αὐτὸς εἴρηκεν, « Ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα. » Καὶ ἐπεὶ πολλάκις πηγνὺς τὸ σιδήριον, εἶτα ἀποκόπτει τὸν ἄρτον, εἰς τοσαῦτα διαιρεῖ τὸν προφητικὸν λόγον· ἕκαστον τοῦ λόγου μέρος ἐφαρμόζων ἑκάστῳ μέρει τομῆς, ἵνα δείξῃ τοῦ λόγου τὸ ἔργον ἐξήγησιν εἶναι· ὅτι καθάπερ οὗτος ὁ ἄρτος ἐπὶ τῷ ἀνατεθῆναι τῷ Θεῷ καὶ ἱερουργηθῆναι τοῦ ὁμοφυοῦς ἀποδιῃρέθη, οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἀπεχώρησε τῶν ἀνδρῶν, ὧν διὰ φιλανδρίαν ἐκοινώνησε φύσει, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἦρθη ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας προσθεὶς, καὶ τὸν ἄρτον θεὶς ἐν τῷ ἱερῷ πίνακι, ἐκεῖνα ποιεῖ,

Digitized by Google

καὶ λέγει, δι' ὧν αὐτὴ ἡ θυσία καὶ ὁ τοῦ Κυρίου θάνατος καταγγέλλεται. « Θύεται, φησὶν, ὁ ἄγιος τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Ταῦτα λέγει καὶ ποιεῖ τοῦ θανάτου τὰ δηλοῦντα τὸν τρόπον. Σταυρὸν γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ χαράττει, καὶ οὕτω μηνύει πῶς ἡ θυσία γέγονεν, ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦ· μετὰ δὲ τοῦτο, καὶ ὡς ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη κεντεῖ τὸν ἄρτον, τὴν πληγὴν τῆς πλευρᾶς ἐκείνης διηγούμενος τῇ τοῦ ἄρτου πληγῇ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ πλῆττον σιδήριον λόγχην καλεῖ, καὶ εἰς σχῆμα λόγχης αὐτὸ ἔχει πεποιημένον, ἵνα ἐκεῖνος ἀναμιμνήσκῃ τῆς λόγχης· καὶ οὕτως ἔργῳ ταῦτα διηγούμενος, καὶ τοῖς λόγοις τῆς ἱστορίας ἀναγιγνώσκει. « Καὶ εἷς τῶν στρατιωτῶν, φησὶ, λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξεν. » Ὁμοίως καὶ τὸ ῥεῦσαν ἐκεῖθεν αἷμα, καὶ ὕδωρ καὶ λόγῳ διηγεῖται, καὶ ἔργῳ δείκνυσιν, « Ἐγχέων μὲν εἰς τὸ ἱερὸν ποτήριον οἶνον καὶ ὕδωρ· » (καὶ ταῦτα μὲν, ἀνάμνησις τοῦ Κυρίου·) ἐπιλέγων τε καὶ ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα, « Καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. »

A annuntiatur. « Sacrificatur, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. » Hæc dicit et facit quæ declarant modum mortis. Crucem enim in pane imprimit, et ita indicat quomodo sacrificium facta est, nempe per crucem. Post hoc etiam ad dexteras partes panem pungit, illius lateris ictum narrans per percussionem panis. Propterea enim etiam ferriculum quod percutit, vocat lanceam, et ipse habet factum instar lanceæ, ut illam lanceam in memoriam revocet, et ita facto ea narrans, etiam historiæ verba legit. « Et unus militum, inquit, lancea latus ejus pupugit. » Similiter etiam sanguinem et aquam quæ illinc fluxit, et verbo narrat, et facto ostendit : « Infundens quidem in sacrum calicem vinum et aquam; » subjungens B autem illud : « Et statim exiit sanguis et aqua. » Et hæc quidem recordatio Domini, et mortis ejus narratio.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Διὰ τί ὁ Κύριος ἐκέλευσε ποιεῖν τοῦτο εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκα ταῦτα ἐκέλευσε, καὶ πρὸς τί βλέπων τὴν ἀνάμνησιν ταύτην ἀπῄτησε παρ' ἡμῶν; Ἵνα μὴ ἀγνωμονεύσωμεν. Ἀμοιβὴ γάρ τίς ἐστι παρὰ τῶν εὖ παθόντων τοῖς εὐεργέταις, τὸ μεμνῆσθαι αὐτῶν καὶ τῶν ἔργων ὧν εὖ πεπόνθασι. Καὶ ταύτης τῆς μνήμης πολλὰς ἀφορμὰς ἐπενόησαν οἱ ἄνθρωποι, τάφους, ἀνδριάντας, στήλας, ἑορτάς, C πανηγύρεις, ἀγῶνας· ὧν πάντων ἐστὶν ἔργον ἕν, τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν μὴ λήθης παραδοθῆναι βυθοῖς. Τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος, ἄλλοι μὲν ἄλλα, φησὶ, λήθης φάρμακα ζητοῦσιν, ὑπὲρ τοῦ μεμνῆσθαι τῶν εὖ πεποιηκότων αὐτούς· « Ὑμεῖς δὲ εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν τοῦτο ποιεῖτε· » καὶ ὥσπερ ταῖς στήλαις τῶν ἀριστέων ἂν πόλεις προσπαραγράφουσι τὰς νίκας δι' ὧν ἐσώθησαν, καὶ ἄμεινον ἔπραξαν· οὕτω τοῖς δώροις τούτοις ἡμεῖς παραγράφομεν τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου, ἐν ᾧ πᾶσα γέγονε ἡ κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκη. Καὶ διὰ μὲν τῶν εἰκόνων πόλεις τὸν τύπον μόνον τοῦ σώματος ἔχουσι τῶν εὐεργετῶν· ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τῆς προσαγωγῆς ταύτης οὐ τὸν τύπον τοῦ σώματος ἔχομεν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἀριστέα, αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἀριστέος. D Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐνομοθέτησαν, ἐπὶ τῶν τύπων ποιεῖν, ὃ νῦν ἐπὶ τῆς ἀληθείας τῶν πραγμάτων ἐκέλευσε. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ Πάσχα, καὶ ἡ σφαγὴ τοῦ ἀμνοῦ, ἀνάμνησις τῆς σφαγῆς τοῦ προβάτου, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ διασεσωκότος ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς Ἑβραίοις τὰ πρωτότοκα. Καὶ οὕτως μὲν ὁ τῆς ἀναμνήσεως τρόπος.

CAP. IX.

Cur Dominus hoc jussit facere in sui recordationem.

Sed quanam de causa hæc jussit, et ad quid respiciens, hanc recordationem a nobis exegit? Ne ingrati et immemores essemus. Est enim benefactoribus ab iis qui beneficio affecti sunt, quædam gratiæ relatio, eorum meminisse, et eorum per quæ beneficio affecti sunt. Hujus autem conservandæ memoriæ homines multas rationes excogitarunt, sepulcra, statuas, columnas, dies festos et celebres, certamina : quorum omnium unum est institutum, non sinere ut viri præclari et præstanti virtute oblivioni mandentur. Tale est etiam quod dicit Servator : Alii quidem alia oblivionis quæsierunt remedia, ut recordentur eorum qui ipsos beneficio affecerunt : « Vos autem in meam recordationem hoc facite; » et quemadmodum civitates fortium virorum per quos victoriam assecutæ sunt, vel qui eis salutem attulerunt, aut res earum recte gesserunt, columnis inscribunt : ita etiam his donis nos mortem Domini ascribimus, in qua universa sita fuit adversus malignum victoria. Et per statuas quidem, civitates solum habent figuram corporis benefactorum; nos autem ab hac oblatione non habemus figuram corporis, sed ipsum corpus ejus qui se gessit fortissime. Hoc ipsum etiam antiquis constituit, ut in figura facerent, id quod nunc est in rerum veritate. Id enim erat Pascha, agni occisio in memoriam revocat cædis illius ovis, et sanguinis qui servavit Hebræis in Ægypto primogenita. Et hæc quidem est ratio recordationis.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Τίνα μετὰ τὴν ἀνάμνησιν ἐπιλεγόμενα τῇ προσαγωγῇ, καὶ ὅτι ἡ προσαγωγὴ τῶν δώρων χαριστήριός ἐστι καὶ ἱκετήριος ἡ αὐτή.

Ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν προσαγωγὴν ἔτι ποιεῖται, καὶ τῶν προσενεχθέντων ἑκάστου μέρος ἀφαιρούμενος, ἱερὸν ποιεῖται δῶρον, οὐ τὰ αὐτὰ λέγων καὶ ποιῶν,

CAP. X.

Quænam post commemorationem in oblatione dicuntur; et quod donorum oblatio, eadem et gratias agit, et supplex petit.

Sacerdos autem adhuc facit oblationem, et unius, cujusque panis ex iis qui offeruntur, partem auferens facit sacrum donum, non eadem dicens et faciens quæ

Digitized by Google

initio, per quæ mors Domini significabatur, quia quæ semel dicta sunt, de universo mysterio dicta esse intelliguntur. Omnis enim donorum oblatio fit in recordationem Domini, et per id universum mors ejus annuntiatur. Quænam etiam sunt quæ recitantur? In gloriam sanctissimæ Dei Matris, ad honorem hujus vel illius sancti : in peccatorum remissionem, animarum vel vivorum vel mortuorum. Et quid hæc sibi volunt? Gratiarum apud Deum actionem, supplicationis materiam et occasionem, causam donorum oblationis. Ita enim habet: « Nullum donum frustra datur, sive Deum colere, sive hominibus gratificari oportet, sed alicujus boni gratia, quod vel factum est, vel speratur. » Vel enim pro iis quæ accepimus, benefactori donis gratiam referimus : vel si nulla adhuc fuerint, eum qui dare potest, ut assequamur, colimus et observamus. Hæc autem dona propter utrumque Deo offerri videntur, et quia accepimus et ut accipiamus, et Deo gratias agentes et ei supplicantes. Gratias agentes, pro beneficiis quæ accipimus; supplicantes, ut accipiamus. Dona itaque et in gratiarum actione, et in supplicatione versantur; sed quænam sunt quæ jam nobis data sunt? quæ vero quæruntur? Eadem omnino, remissio peccatorum, regni hæreditas ; hæc enim ipse jussit peti ante omnia. Ea sunt quæ jam accepit Ecclesia, ea sunt et pro quibus supplicat. Et quis est modus, quo hæc bona jam assecuta est, et quis, quo nondum assecuta est, et ut assequatur orat? Primum quidem assecuta est, et ad ea potestatem accepit. Etenim accepit potestatem ut filii Dei fierent, et hoc est solum commune donum, quod Christianis omnibus per mortem Servatoris datum est. Hoc est enim divinum baptisma, et alia sacramenta, per quæ a Deo adoptamur, et regni cœlorum hæredes efficimur. Deinde ipsius quoque regni actu fuit hæres, in innumerabilibus, qui sunt ex suo choro, quos in cœli misit coloniam, quos primogenitorum in cœlis descriptorum Ecclesiam vocavit beatus Paulus. Ita ergo Ecclesia hæc magna bona est consecuta. Propter suos autem filios, qui adhuc currunt ad bravium, et, ut semel dicam, eos qui in hac vita adhuc vivunt, quorum est finis incertus, et eos qui excesserunt non cum bona firmaque et stabili spe, regnum nondum est assecuta; ea de causa meminit quidem mortis Domini : meminit autem sanctorum, quibus plena sua obtigit perfectio, meminit et eorum qui nondum perfecti sunt ; pro illis quidem agens gratias, pro his vero supplicans. Quare primæ quidem oblationis partes, et etiam secundæ versantur in agendis gratiis : quæ autem consequuntur, in supplicatione, in recordatione Domini, in gloria beatæ suæ Matris, in intercessione sanctorum. « Gratias, inquit, agimus quod morte tua vitæ portas nobis aperuisti, quod Matrem ex nobis accepisti, quod tantam gloriam homo est assecutus, quod habemus intercessores qui sunt ejusdem gentis, et iis qui sunt ejusdem nobiscum generis tantam libertatem impertiisti. » Illud enim, « in gloriam et

A ἄπερ ἐξ ἀρχῆς, δι' ὧν ὁ θάνατος ἐσημαίνετο τοῦ Κυρίου, ὅτι ἅπαξ εἰρημένα περὶ πάσης τελετῆς εἰρῆσθαι νοοῦνται. Πᾶσα γὰρ ἡ προσαγωγὴ τῶν δώρων εἰς ἀνάμνησιν γίνεται τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ πάσης ὁ αὐτοῦ καταγίνεται θάνατος. Τίνα δὲ τὰ ἐπιλεγόμενα; Εἰς δόξαν τῆς παναγίου τοῦ Θεοῦ Μητρός· εἰς πρεσβείαν τοῦδε τοῦ ἁγίου, ἢ τοῦδε, εἰς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ψυχῶν ζώντων ἢ τεθνηκότων. Καὶ τί ταῦτα βούλεται; Εὐχαριστίαν πρὸς τὸν Θεὸν, ἱκεσίαν, τὰς ἀφορμὰς; τὰ αἴτια τῆς τῶν δώρων προσαγωγῆς. Ἔχει γὰρ οὕτως. Οὐδὲν δῶρον δίδοται μάτην εἴτε Θεὸν θεραπεύειν, εἴτε τοὺς ἀνθρώπους χαρίζεσθαι δεῖ· ἀλλ' ἀγαθοῦ τινὸς ἕνεκα, ἢ γενομένου, ἢ ἐλπιζομένου. » Ἢ γὰρ ὑπὲρ ὧν ἐλάβομεν, ἀμειβόμεθα τὸν εὐεργέτην

B δώροις, ἢ τῶν μήπω γενομένων ἡμῖν, ἵνα τύχωμεν, τὸν δοῦναι δυνάμενον θεραπεύομεν. Ταῦτα δὲ τὰ δῶρα καὶ ἀμφοτέρων ἕνεκα τῷ Θεῷ προσαγόμενα φαίνεται, καὶ ὅτι ἐλάβομεν, καὶ ἵνα λάβωμεν, καὶ εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ ἱκετεύοντες αὐτόν· εὐχαριστοῦντες ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν, ἱκετεύοντες ἵν' εὖ πάθωμεν, ὥστε τὰ αὐτὰ δῶρα εἶναι καὶ εὐχαριστήρια, καὶ ἱκέσια. Ἀλλὰ τίνα τὰ ἤδη δοθέντα ἡμῖν ἀγαθά; τίνα δὲ τὰ ζητούμενα; Τὰ αὐτὰ πάντως, ἄφεσις ἁμαρτιῶν, βασιλείας κληρονομία. Ταῦτα γὰρ αὐτὸς ἐκέλευσε πρὸ πάντων αἰτεῖσθαι, ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἔλαβεν ἡ Ἐκκλησία ἤδη, ταῦτα καὶ ὑπὲρ ὧν ἱκετεύει. Καὶ τίς ὁ τρόπος καθ' ὃν ἔτυχε τῶν ἀγαθῶν τούτων; τίς δὲ καθ' ὃν οὔπω τετύχηκε καὶ ἵνα τύχῃ, τοῦ Θεοῦ δεῖται; Τετύχηκε πρώτου,

C ὅτι δύναμιν ἐδέξατο πρὸς αὐτά. Καὶ γὰρ ἔλαβεν ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, καὶ τοῦτο κοινόν ἐστι δῶρον Χριστιανοῖς ἅπασι διὰ τοῦ θανάτου ἡμῖν γενόμενον τοῦ Σωτῆρος. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα τὸ θεῖον, καὶ τὰ ἄλλα μυστήρια δι' ὧν εἰσποιούμεθα τῷ Θεῷ, καὶ βασιλείας οὐρανῶν γινόμεθα κληρονόμοι· ἔπειτα καὶ αὐτῆς ἐκληρονόμησεν ἐνεργείᾳ τῆς βασιλείας ἐν μυρίοις τῶν ἑαυτῆς οἰκετῶν, οὓς ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὓς Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς ὁ μακάριος Παῦλος ἐκάλεσεν. Οὕτω μὲν τῶν μεγάλων τούτων ἡ Ἐκκλησία τετύχηκε ἀγαθῶν. Διὰ δὲ τοὺς ἐπιτρέχοντας τῶν τέκνων αὐτῆς, ἐπὶ τὸ βραβεῖον, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ζῶντας, ὧν τὸ πέρας ἄδηλον

D καὶ τοὺς ἀπελθόντας, οὐ μετὰ πάνυ χρηστῶν καὶ βεβαίων ἐλπίδων, τούτου χάριν, μέμνηται μὲν τοῦ Κυρίου· μέμνηται δὲ καὶ τῶν ἀπελθόντων ἁγίων· μέμνηται δὲ τῶν μήπω τελείων, ὑπὲρ μὲν ἐκείνων εὐχαριστουμένη, ὑπὲρ δὲ τούτων ἱκετευομένη. Ὥστε τὰ μὲν πρῶτα τῆς προσαγωγῆς, καὶ ἔτι τὰ δεύτερα χαριστήρια, τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα, ἱκέσια εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου, εἰς δόξαν τῆς μαρτυρίου αὐτοῦ Μητρὸς, εἰς πρεσβείαν τῶν ἁγίων. « Εὐχαριστοῦμέν σοι, φησὶν, ὅτι τῷ θανάτῳ σοῦ τὰς τῆς ζωῆς πύλας ἡμῖν ἀνέῳξας, ὅτι Μητέρα παρ' ἡμῶν ἔλαβες, ὅτι τοσαύτης δόξης ἔτυχεν ἄνθρωπος, ὅτι πρεσβευτὰς ἔχομεν ὁμοφύλους, καὶ τοῖς ὁμογενέσιν ἡμῶν τοσαύτης μετέδωκας παῤῥησίας. » Τὸ γὰρ, « Εἰς δόξαν, » καὶ, « Εἰς πρεσβείαν, » τοῦτό ἐστι, τὸ, « ἕνεκα

Digitized by Google

τῆς δόξης, καὶ τῆς πρεσβείας· » ὥσπερ καὶ τὸ, « Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » ταυτόν ἐστι τῷ, « Ἕνεκα τῆς ἀφέσεως, » διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν. Καὶ γὰρ ἕνεκα παρόντος, ἢ ἕνεκα ἐλπιζομένου. Τὴν δὲ τῆς μακαρίου Παρθένου δόξαν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων πρεσβείαν καὶ παῤῥησίαν, τίς οὐκ οἶδεν ὅτι παρόντος ἐστὶν ἀγαθοῦ; Τὸ δὲ παρόντων ἀγαθῶν χάριν δῶρα προσαγειν, οὐδὲν ἕτερον ἢ εὐχαριστία σαφής; Ἔτι δὲ καὶ τὸ « Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου » διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἐγένετο δῆλον· ἀμοιβήν τινα πρὸς αὐτὸν, τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ εὐχαριστίαν σημαίνον. Διὰ τοῦτο γὰρ πρὸ πάντων ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν δώρων, ταῦτα λέγεται τὰ ῥήματα, ὅτι ὁ θάνατος ἐκεῖνος αἴτιος ἐγένετο τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πάντων. Ἵστατα δὲ πάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ψυχῶν ἀνάπαυσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτούμενος. Τοῦτο γὰρ εὐγνωμοσύνης, τῷ θεῷ ἐντυγχάνοντας, μὴ τὴν χρείαν εὐθὺς λέγειν, μηδὲ τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ὧν ἤδη λαβόντες ἔχομεν πρῶτον μεμνημένους, εὐχαριστεῖν καὶ δοξολογεῖν, καὶ οὕτω πρὸ τῶν ἀναγκαίων ἡμῖν τὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖσθαι δοξολογίαν.

A intercessionem » idem est, quod « Pro gloria et pro intercessione, » quemadmodum et illud, « In remissionem peccatorum, » idem est quod « Pro remissione peccatorum. » Illud autem, « Pro aliquo, » habet duplicem significationem. Vel enim pro præsenti, vel pro eo quod speratur. Beatæ autem Virginis gloriam, et sanctorum intercessionem et libertatem, quis nescit esse bona præsentia? Pro præsentibus autem bonis dona offerre, nihil aliud est quam manifesta gratiarum actio. Præterea autem et illud, « In recordationem Domini, » per ea quæ prius dicta sunt, evasit manifestum significare quamdam erga ipsum pro morte sua retributionem et gratiarum actionem. Propterea enim ante omnia in donorum oblatione hæc verba dicuntur, quod B mors illa nobis causa fuit omnium bonorum. Ultimo autem loco facit supplicationem, petens remissionem peccatorum, et requiem animarum, et alia hujusmodi. Hoc est enim grati animi, non quid opus sit statim dicere, nec quod deest postulare, sed potius ea quæ jam accepimus primum memoria repetentes, pro eis illi gratias agere, et illum gloria afficere, et sic iis quæ sunt nobis necessaria, Dei gloriam præferre.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Διὰ τί συγκαλύπτεται τὰ δῶρα· καὶ περὶ τῶν ἐπιλεγομένων.

Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν τῷ ἄρτῳ εἰρημένα καὶ πεπραγμένα, δι' ὧν ὁ θάνατος ἐσημαίνετο τοῦ Κυρίου γραφὴν ἠδύνατο μόνον καὶ τύπον· ὁ δὲ ἄρτος ἔμεινεν ἄρτος ὤν, τοῦτο μόνον λαβὼν, τὸ γενέσθαι δῶρον τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο τύπον φέρει τοῦ Κυ- C ριακοῦ σώματος, κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, ὅτι κἀκεῖνο ἐξ ἀρχῆς δῶρον ἦν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· τούτου χάριν τὰ ἐν ἐκείνῳ γενόμενα θαύματα, ἀρτιτόκῳ ὄντι καὶ ἐν τῇ φάτνῃ ἔτι κειμένῳ, ὁ ἱερεὺς ἐπιλέγει τὸν ἄρτον καὶ ἐπιδείκνυσι. Τὸν γὰρ λεγόμενον ἀστερίσκον ἐπιθεὶς αὐτῷ, « Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ὁ ἀστὴρ ἐλθὼν ἕστη ἐπ' ἄνω οὗ ἦν τὸ παιδίον· » Ἔτι δὲ καὶ τὰ πόῤῥωθεν εἰρημένα τοῖς προφήταις περὶ αὐτοῦ Θεῷ πρέποντα· ἵνα μὴ διὰ τὴν σάρκα καὶ τὸ φαινόμενον, ἄνθρωποι μικρὰ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀνάξια περὶ αὐτοῦ θειότητος ὑπολάβωσι· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ· καὶ τῆς D συνέσεως αὐτοῦ πληρουμένη ἡ γῆ. » Καὶ ταῦτα λέγει, καὶ καλύπτει τὰ δῶρα, τὸν ἄρτον δηλονότι καὶ τὸ ποτήριον, πέπλοις τιμίοις, καὶ θυμιᾷ πανταχόθεν. Καὶ γὰρ συνεκαλύπτετο μὲν τέως ἡ τοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ δύναμις, ἕως τοῦ καιροῦ τῶν θαυμάτων, καὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ μαρτυρίας· ἀλλ' οἱ λέγειν εἰδότες περὶ αὐτοῦ, « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, » καὶ τὰ εἰρημένα πάντα θεοπρεπῆ· « Καὶ ἐπεγίνωσκον αὐτὸν, καὶ ὡς Θεὸν ἔσεβον, καὶ τὸ παρ' αὐτῷ σκέπασμα ἐζήτουν. » Καὶ ταῦτα αἰνιττόμενος ὁ ἱερεὺς, κεκαλυμμένοις ἐπιλέγει τοῖς δώροις· « Σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σοῦ, » καὶ θυμιᾷ πανταχόθεν. Ταῦτα οὕτως εἰπὼν καὶ τελέσας, καὶ εὐξά-

CAP. XI.

Cur dona cooperiuntur; et de iis quæ dicuntur.

Quia autem, quæ in pane dicta et facta sunt, per quæ mors Domini significabatur, nihil aliud sunt quam typus et figura: panis autem adhuc panis mansit, neque quidquam aliud accepit quam ut Deo donum esset, et ideo fert typum Dominici corporis in prima ætate, quoniam illud quoque ab initio donum fuit, ut ante dictum est: ea de causa miracula quæ in illo facta sunt, cum recenter esset natus, et adhuc in præsepi positus, sacerdos in pane recitat et ostendit. Super eum enim imponens asteriscum qui dicitur, seu stellulam, « Et ecce, inquit, stella veniens stetit supra, ubi erat puer. » Deinde et quæ multis ante sæculis de ipso a prophetis dicta, Deo convenientia, ne propter carnem, et id quod apparet, homines de ea parva et divinitate indigna existimarent: « Verbo Domini cœli firmati sunt; Dominus regnavit, decorem indutus est. Operuit cœlos virtus ejus, et sapientia ejus plena est terra. » Et hæc dicit, et tegit panem et calicem pretiosis peplis, et undique suffumigat. Etenim tunc tegebatur quidem Dei incarnati potentia usque ad tempus miraculorum, et testimonium de cœlo. Sed qui hæc de eo loqui sciebant, « Dominus regnavit, decorem indutus est, » et omnia quæ dicta sunt Deum decentia: « Et ipsum agnoscebant, et ut Deum colebant, et quod in eo erat, integumentum quærebant. » Et hæc tacite significans sacerdos, tectis donis, dicit: « Tege nos integumento alarum tuarum, » et suffumigat undique. Hæc cum sic dixit et fecit, et oravit ut omnia hujus quod peragitur sacri, sibi rite et ex instituto succedant, venit ad altare, et stans ante sacram mensam, incipit sacrificium.

Digitized by Google

μενος τὰ τῆς ἱερουργίας ἅπαντα κατὰ σκοπὸν ἀπαντήσειν αὐτῷ, εἰς τὸ θυσιαστήριον ἔρχεται, καὶ στὰς πρὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης τῆς ἱερουργίας ἄρχεται.

CAP. XII.

De glorificatione in principio.

Sacrificium autem incipit a glorificatione : « Benedictum est regnum Patris et Filii et Spiritus sancti. » Quæ ad Deum fit allocutio, est gratiarum actio, glorificatio, confessio, petitio. Prima autem omnium est glorificatio, maxime quidem, quod peccatorum grati animi est, ad Dominum accedentes non sua statim in medium adducere, sed quæ solius Domini pure sunt. Tale quid autem est glorificatio. Qui enim petit, sua volens pulchriora facere, seipsum prædicat : et qui gratias agit, clarum est quod propriis bonis gaudens ei, qui illa suppeditat, gratias agit. Qui autem glorificat, seipso dimisso et suis omnibus ipsum propter ipsum, et ipsius Domini potentiam et gloriam glorificat. Præterea, ipsa etiam natura et rei probabilitas, hic primam glorificationem exigit. Protinus enim ad Deum accedentes accessibilem ejus gloriam, et potentiam et magnitudinem mente cogitamus, quod quidem admiratio et obstupefactio, et quæ sunt ejusmodi consequuntur, hoc autem glorificatio necessario sequitur. Procedentes autem ejus benignitatem et humanitatem discimus : quod consequitur gratiarum actio. Post hoc insignem ejus benignitatem et humanitatis divitias consideramus, nostram improbitatem illius sufficiens esse signum ducentes : quod cum tales simus, nos beneficiis afficere nunquam cesset. Hoc enim signum, etiam ante alia, nos docet quam est benignus et humanus Deus, quod in nobis, quod ante ipsos oculos. Nostrorum autem malorum apud Deum meminisse, hoc est quod nominatur confessio. Quartum autem, petitio. Consentaneum enim est confidere, quod illa quorum egemus, petentes ea consequemur, post eas considerationes, in quibus Dei in nos benignitatem et humanitatem ediscimus. Qui enim iis qui mali adhuc erant, bonus fuit, quidnam erit mutatis, et quod primi peccata dixerint, justificatis, convenienter ei quod a propheta dictum est : « Dic primus peccata tua, ut justificeris ? » In compellando ergo Deo primum locum habet glorificatio. Quapropter ante omnes preces et omne sacrificium sacerdos glorificat Deum. Cur ergo ter Deum glorificans effatur, et non singulariter ? Non enim Benedictus Deus, vel Benedictum Dei regnum, sed divisim per personas : « Benedictum Dei regnum, Patris et Filii et Spiritus sancti. » Quia per primam Christi incarnationem didicerunt homines, quod tres personæ Deus est. Hujus autem Domini incarnationis mysterium sunt sacra quæ celebrantur. Unde in eorum exordiis oportebat Trinitatem resplendere et prædicari. Post glorificationem autem, introducit petitionem, dicens, « In pace Dominum oremus ; » illud enim, « Quid oremus ut oportet, nescimus ; » et ne multa et supervacanea loquamur, docens nos quæ oratione facienda sunt ; et primo docet modum, nempe quod

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ δοξολογίας.

Καὶ πρῶτον ἁπάσης τῆς ἱερολογίας ἐστὶν ἀρχὴ τῆς δοξολογίας· « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἡ πρὸς Θεὸν ἔντευξις, εὐχαριστία ἐστὶ, δοξολογία, ἐξομολόγησις, αἴτησις. Πρώτη δὲ πασῶν ἡ δοξολογία, μάλιστα μὲν ὅτι τοῦτο οἰκετῶν εὐγνωμόνων τῷ Δεσπότῃ προσιόντων, μὴ τὰ ἑαυτῶν πρῶτον ἄγειν εἰς μέσον· ἀλλ' ἅπερ μόνον ἐστὶ καθάπερ τοῦ δεσπότου. Τοιοῦτον δὲ ἡ δοξολογία· ὁ μὲν γὰρ αἰτῶν, τὰ ἑαυτοῦ καλλίω βουλόμενος ποιῆσαι, αἰτεῖ· καὶ ὁ ἐξομολογούμενος κακῶν ἀπαλλαγῆναι ζητῶν, ἑαυτὸν προσαγγέλλει, καὶ εὐχαριστῶν δῆλός ἐστιν, ὅτι τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς χαίρων εὐχαριστεῖ· ὁ δὲ δοξολογῶν, ἑαυτὸν ἀφεὶς, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πάντα, αὐτὸν δι' αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ δόξαν, τὸν Δεσπότην δοξολογεῖ· ἔπειτα καὶ αὐτὴ ἡ φύσις, καὶ τὸ εἰκὸς τοῦ πράγματος ἐνταῦθα πρώτην ἀπαιτεῖ τὴν δοξολογίαν. Εὐθὺς γὰρ τῷ Θεῷ προσερχόμενοι, τὸ ἀπρόσιτον τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ μεγαλεῖον κατανοοῦμεν· ᾧ θαῦμα, καὶ ἔκπληξις καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ, τοῦτο δὲ ἡ δοξολογία. Προϊόντες δὲ, τὴν αὐτοῦ χρηστότητα, καὶ δοξολογίαν, καὶ φιλανθρωπίαν, ᾧ ἀκολουθεῖ ἡ εὐχαριστία· μετὰ τοῦτο, τὴν ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῆς χρηστότητος, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς φιλανθρωπίας ἀνασκοποῦμεν, ταύτης ὑπερβολῆς καὶ τούτου τοῦ πλούτου σημεῖον ποιούμενοι πρῶτον καὶ ἱκανὸν, τὴν ἡμῶν αὐτῶν πονηρίαν, ὅτι τοιούτους ὄντας, εὐεργετῶν οὐ διαλείπει. Τοῦτο γὰρ τὸ σημεῖον, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἡμᾶς διδάσκει ὅσον ἐστὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγγύτερον, ὅτι ἐν ἡμῖν, ὅτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν. Τὸ δὲ μεμνῆσθαι τῶν ἡμετέρων κακῶν πρὸς τὸν Θεὸν, τοῦτό ἐστιν ὃ ἐξομολόγησις ὀνομάζεται. Τέταρτον δὲ, ἡ αἴτησις. Ἀκόλουθον γὰρ θαρρεῖν, ὡς ὧν δεόμεθα, αἰτούμενοι, τευξόμεθα, μετὰ τούτους τοὺς λογισμοὺς ἐν οἷς τὴν περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν καταμανθάνομεν. Ὁ γὰρ πονηροῖς οὖσιν ἔτι γενόμενος ἀγαθὸς, τίς ἂν γένοιτο μεταβαλλομένοις; καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν πρότερον τὰς ἁμαρτίας, δικαιωθεῖσι, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου· « Λέγε σὺ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς; » Οὕτω πρώτην ἔχει τάξιν τῶν πρὸς Θεὸν ἐντεύξεων ἡ δοξολογία. Διὰ τοῦτο πρὸ πάσης εὐχῆς καὶ ἱερολογίας, ὁ ἱερεὺς δοξολογεῖ τὸν Θεόν. Τί οὖν τὸ τρισσὸν ἐπιφημίζει τοῦ Θεοῦ καὶ οὐ τὸ ἑνιαῖον; Οὐ γὰρ εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ἢ εὐλογημένη ἡ βασιλεία, ἀλλὰ τοῖς προσώποις διῃρημένως· « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· » ὅτι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου πρῶτον ἐμάνθανον οἱ ἄνθρωποι ὡς εἴη τρία πρόσωπα ὁ Θεός. Ταύτης δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου μυσταγωγία ἐστὶ τὰ τελούμενα· ὅθεν ἐν τοῖς προοιμίοις αὐτῶν ἔδει προλάμπειν καὶ κηρύττεσθαι τὴν Τριάδα. Μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν εἰσάγει τὴν αἴτησιν, λέγων, « Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. » Τὸ γὰρ, « Τί προσ-

Digitized by Google

εὐξόμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· » καὶ ἵνα μὴ βατ- A
τολογῶμεν, διδάσκει ἡμᾶς ἃ δεῖ περὶ τῆς εὐχῆς· καὶ
πρῶτον τὸν τρόπον ὅτι ἐν εἰρήνῃ εὔχεσθαι. Τί οὖν
μετὰ τὴν δοξολογίαν εὐθὺς αἰτεῖσθαι ἐκέλευσεν, οὔτε
ἐξομολογησαμένους πρότερον, οὔτε εὐχαριστήσαντας
τῷ Θεῷ ; Ὅτι ἐν τῷ εἰπεῖν τὴν εἰρήνην, κἀκεῖνα
περιέλαβεν, εἴ τις ἀληθῶς ἐθέλει σκοπεῖν. Οὔτε
γὰρ ὁ ἀπαρεσκόμενος τοῖς συμβαίνουσιν αὐτῷ κατὰ
τὸν βίον, δύναται εἰρήνην ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, ἀλλ' ὁ
εὐγνώμων καὶ ἐν παντὶ εὐχαριστῶν κατὰ τὸν τοῦ
μακαρίου Παύλου νόμον· οὔτε ὁ μὴ συνειδὸς ἔχων
καθαρόν· συνειδὸς δὲ καθαρὸν χωρὶς ἐξομολογήσεως
ἀμήχανον εἶναι. Ὥστε μετὰ εἰρήνης εὐχόμενος, εὐ-
χαριστοῦσαν καὶ ἐξομολογουμένην πρότερον ἔσχε τὴν
ψυχήν. Ἔτι δὲ καὶ αἴτησις ἣν αἰτοῦνται, εὐχαρισ-
τοῦντας καὶ ἐξομολογουμένους αὐτοὺς παρίστησι. Τί B
γὰρ αἰτοῦνται; ἐλεηθῆναι. Τοῦτο δὲ καταδίκων
ἐστὶν αἴτημα, οἳ ὅταν πᾶσαν ἀπολογίαν περιῃρημέ-
νοι, μηδεμίαν ἔχωσιν εἰπεῖν δικαιολογίαν, ταύτην
ἔσχατον ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν πρὸς τὸν δικαστὴν, οὐκ
ἀπὸ τῶν δικαίων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκείνου φιλανθρω-
πίας, ὧν δέονται τυχεῖν προσδοκῶντες. Τοῦτο δέ
ἐστι μαρτυρούντων, τῷ μὲν δικαστῇ χρηστότητα
πολλήν· ἑαυτοῖς δὲ, πονηρίαν· ὧν, τὸ μὲν ἐξομολογή-
σεως, τὸ δὲ εὐχαριστίας ἐστί. Προτρέπεται δὲ ἐξ
ἀρχῆς ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν εἰς τὴν εὐχὴν τεταγμένος,
καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λαοῦ προβεβλημένος αὐτός· ἀλλ' ὁ
μὲν, ὡς πρεσβευτὴς αὐτῶν καὶ μεσίτης, ἵνα αὐτοῦ
δέησις ἐνεργουμένη πολὺ ἰσχύῃ, καθάπερ ὁ ἀπόστο-
λος Ἰάκωβος εἶπεν· ἐνεργεῖται γὰρ ἡ δέησις τοῦ C
δικαίου, ὅταν κἀκεῖνοι πάντες ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις, τὰ
παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωσιν ἅπαντα· χρηστότητα τρό-
πων, εὐχὰς, ἐπιείκειαν, καὶ ὅτῳ ἄλλῳ ἴσασι χαί-
ροντα τὸν Θεόν. Τί δὲ τὸ αἴτημα τὸ πρῶτον εὐθύ ;
Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν
ψυχῶν ἡμῶν· διδάξας πρότερον ὅπως ἔχοντας εὔχε-
σθαι δεῖ, νῦν διδάσκει, καὶ τί δεῖ πρῶτον αἰτεῖσθαι·
πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύ-
νην αὐτοῦ· τὴν μὲν γὰρ βασιλείαν ἡ τῶν ψυχῶν σω-
τηρία, ἡ δὲ ἄνωθεν εἰρήνη τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην
σημαίνει· περὶ ἧς εἶπε Παῦλος, « Εἰρήνη τοῦ Θεοῦ,
ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, » ἣν ὁ Κύριος ἀφῆκεν
τοῖς ἀποστόλοις, ἀναβαίνων πρὸς τὸν Πατέρα, « Εἰ-
ρήνην, εἰπὼν, ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι
ὑμῖν. » Ὥσπερ γὰρ τὸ ὄνομα τῆς δικαιοσύνης ἐκεῖ D
οὐ τὴν τοῦ ἴσου διανομὴν σημαίνει μόνον, ἀλλ' ἁπλῶς
παντὸς ἀρετῆς εἴδους δηλωτικόν ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ
τῆς εἰρήνης ἐνταῦθα, καθόλου τί ἐστι· καὶ γάρ
ἐστιν ἁπασῶν ἀγαθῶν ὁμοῦ καὶ πάσης φιλοσοφίας
καρπός· οὐ γὰρ ἔστιν εἰρήνην τελείαν κτήσασθαι
τὸν ἐνδεῶς ἔχοντα μιᾶς τινος ἀρετῆς· ἀλλ' ἀνάγκη
τὸν εἰρηνεύσειν μέλλοντα διὰ πασῶν ἀφικέσθαι. Δεῖ
τοίνυν ἀσκεῖν ἑαυτοὺς ποδὸς τὴν εἰρήνην πρῶτον τοῖς
ἀνθρώποις δυνατήν· εἶτα αἰτεῖσθαι παρὰ Θεοῦ τὴν
αὐτοῦ εἰρήνην, καθάπερ καὶ ἐφ' ἑκάστης ἀρετῆς
ἔχει. Ἔστι γὰρ σωφροσύνη διὰ ἀσκήσεως γινομένη,
καὶ ἔστι σωφροσύνη παρὰ Θεοῦ τῇ ψυχῇ διδομένη,
καὶ ἀγάπη, καὶ εὐχὴ, καὶ σοφία, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
τὸν αὐτὸν τρόπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς

in pace orare oportet. Quid ergo post glorificationem statim jussit petere eos qui neque prius confessi sunt, neque Deo gratias egerunt ? Quia dum pacem dixit, illa etiam comprehendit, si quis vel exacte considerare. Neque enim qui non est contentus iis quæ sibi in vita eveniunt, potest in se pacem habere, sed qui est gratus et in omnibus agit gratias, ut præscribit lex beati Pauli, nec qui non habet puram conscientiam ; fieri autem non potest ut sit pura conscientia sine confessione. Qui ergo orat cum pace, gratias agentem et confitentem prius habuit animam. Ad hæc autem etiam petitio quam faciunt, eos et gratias agentes et confitentes ostendit. Quid enim petunt ? misericordiam. Hæc autem est petitio eorum qui rei aguntur, qui quando omni sui defendendi ratione ablata, nihil possunt discere quo se justificent, et causam suam tueantur, hanc vocem postremo ad judicem emittunt, non jure, sed ex ejus clementia ea quibus indigent assequi exspectantes. Hoc autem est eorum qui multam quidem judicis esse benignitatem et clementiam, magnam autem esse suam improbitatem vitiumque testantur. Quorum hoc quidem est confessionis, illud vero gratiarum actionis. Hortatur autem sacerdos ab initio populum ad orationem, ut qui talis sit qui ad orandum est ordinatus, et ideo sit populi propositus intercessor et mediator, ut ejus operans oratio multum valeat, sicut dixit Jacobus apostolus: Operatur enim oratio justi, quando illi etiam omnino pro quibus preces fiunt, ex se omnia contulerint, morum bonitatem, preces, lenitatem et æquitatem, et quocunque alio sciunt Deum delectari. Quæ est autem eorum prima protinus petitio ? Pro superna pace, et salute animarum nostrarum. Cum prius docuisset quomodo se habentes orare oportet, nunc etiam docet quid sit primum petendum, superna scilicet pax, et animarum salus. Ita enim jussit Christus petere primum regnum Dei et justitiam. Regnum enim salus animarum ; superna autem pax Dei justitiam significat. De qua dixit Paulus : « Pax Dei, quæ supereminet omnem mentem, » quam Dominus reliquit discipulis, ascendens ad Patrem, « Pacem, dicens, relinquo vobis ; pacem meam do vobis. » Sicut enim illic nomen justitiæ, non significat solum ejus quod æquum est, distributionem, sed absolute omne genus virtutis, ita hic etiam nomen pacis est quid universale ; est enim omnium simul virtutum et universæ philosophiæ fructus. Neque enim fieri potest ut pacem perfecte habeat, cui vel una aliqua virtus deficit, sed necesse est, ut qui pacatus est futurus, per omnes veniat ; oportet ergo seipsos primum exercere ad pacem quæ potest haberi ab hominibus, deinde a Deo petere suam pacem, sicut se habet etiam in unaquaque virtute. Est enim temperantia, quæ paratur per exercitationem, et est temperantia quæ a Deo datur animæ, et charitas, et oratio, et sapientia, et in aliis eodem modo. Propterea etiam sacerdos

Digitized by Google

de pace illa primo loquitur quæ est in nostra potestate, et a nobis recte geri et administrari potest: et cum ea jubet ad Deum facere orationes, deinde de ea quæ a Deo datur, et pro ea hortatur, Deum orare, « Oremus, dicens, pro superna pace. » Pacem autem dicit, non eam solam quæ est inter invicem, quando nulli male volumus, nec ullius sumus injuriæ memores, sed eam etiam quæ est erga nos ipsos, quando cor nostrum non condemnat nos. Magna est autem pacis utilitas, vel potius ea est omnino necessaria. Ut perturbata enim mens cum Deo conveniat, minime fieri potest: primum quidem, propter ipsam perturbationis naturam. Quemadmodum enim pax multos unum reddit, ita etiam perturbatio unum multa efficit. Quomodo ergo adaptari et convenire poterit uni et simplici Deo? Propterea quod neque recte orare, neque aliquid boni ex oratione consequi potest, qui orat sine pace. Sive enim ira hominem perturbat, et acceptæ injuriæ memoria pacem ex anima ejecit, nec peccatorum quidem veniam inveniet ex oratione, tantum abest ut ullam aliam gratiam assequatur. Si quis peccatorum suorum causa a conscientia pungitur, et habet cor quod eum accusat, et ea perturbatione agitatur, omni apud Deum libertate privatus est, ut ait divinum eloquium: « Et quando orat, sine libertate loquitur, » hoc est, sine fide. Qui autem sine fide orat, frustra orat, nec ullam ex eo sentit utilitatem. Propterea jubemur etiam cum pace Deum orare, et ante omnia supernam pacem petere: postea autem etiam pro aliis liberaliter preces fundere, non solum Ecclesiæ, et imperio, et utriusque præfectis, vel iis qui sunt in periculis, et rebus adversis opprimuntur, sed pro omnibus omnino hominibus universæ terræ. « Pro pace enim, inquit, universi mundi; » maxime quidem, quia sciunt suum Dominum esse communem omnium Dominum, et quod omnia ei curæ sunt tanquam opera sua: et si quis eorum curam gerat, magis eum colit, quam si ei sacrificet. Præterea autem, ut sentit beatus Paulus, ut nos sub eorum tranquillitate quietam vitam agamus, in omni pietate, et honestate. Et non solum pro iis quæ ad animam conferunt, sed etiam pro bonis corporalibus necessariis oramus, bona aeris temperie et fructuum terræ fertilitate. Ut sciamus esse omnium auctorem et suppeditatorem Deum, et ad illum solum respiciamus, quoniam etiam panem ab ipso petere quotidianum cum aliis jussit ipse Christus.

A εἰρήνης ἐκείνης πρώτης ἡμῖν διαλέγεται τῆς ἐφ' ἡμῖν, τῆς ὑφ' ἡμῶν κατορθουμένης, καὶ μετὰ ταύτης κελεύει τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ποιεῖσθαι δεήσεις· εἶτα περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ διδομένης, καὶ ταύτης ἕνεκα δεῖσθαι τὸν Θεὸν παραινεῖ, « Δεηθῶμεν, λέγων, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν ἀρετῆς. » Εἰρήνην λέγει, οὐ τὴν πρὸς ἀλλήλους μόνον, ὅταν πρὸς ἀλλήλους μὴ μνησικακῶμεν· ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς· ὅταν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν. Πολὺ δὲ τὸ ὄφελος ταύτης τῆς εἰρήνης· μᾶλλον δὲ ἀνάγκη ταύτης τῆς ἀρετῆς ἡμῖν πονταχοῦ· τὸν γὰρ θορυβούμενον νοῦν Θεῷ συνελθεῖν παντελῶς ἀδύνατον, δι' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ θορύβου. Καθάπερ γὰρ ἡ εἰρήνη παντα-
B χοῦ τοὺς πολλοὺς ἕνα δείκνυσι, οὕτως ὁ θόρυβος τὸν ἕνα πολλοὺς ποιεῖ. Πῶς οὖν ἐφαρμόσαι δυνήσεται τῷ ἑνὶ καὶ ἁπλῷ Θεῷ; Ἔπειθ' ὅτι οὐδὲ εὔξασθαι δύναται καλῶς, οὐδὲ ἀπολαῦσαί τι τῆς εὐχῆς καλῶς ὁ χωρὶς εἰρήνης εὐχόμενος. Εἴτε γὰρ ὀργὴ ταράττει τὸν ἄνθρωπον, καὶ μνησικακία τὴν εἰρήνην τῆς ψυχῆς ἐξέβαλεν, οὐδὲ συγνώμην εὑρήσει τῶν πλημμελημάτων ὑπὸ τῆς εὐχῆς, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ ἄλλην τινὰ λήψεται χάριν. Εἴτε ἁμαρτημάτων ἑτέρων ἕνεκα, ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντεῖται, καὶ τὴν καρδίαν ἔχει κατηγορουμένην, καὶ τοῦτον θορυβεῖται τὸν θόρυβον, τῆς πρὸς τὸν Θεὸν πάσης ἀπεστέρηται παρ-
C ρησίας, κατὰ τὸ λόγιον, « Καὶ ὅταν εὔχηται, χωρὶς παρρησίας εὔχεται, » τοῦτ' ἔστι, χωρὶς πίστεως. Ὁ δὲ χωρὶς πίστεως εὐχόμενος, μάτην εὔχεται, καὶ εἰς οὐδὲν ὄφελος. Διὰ ταῦτα κελευόμεθα, καὶ μετὰ τῆς εἰρήνης τοῦ Θεοῦ δεῖσθαι, καὶ πρὸ πάντων τὴν ἄνωθεν εἰρήνην αἰτεῖσθαι· μετὰ δὲ τούτων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλαγάθως δεήσεις ποιεῖσθαι, οὐ τῆς Ἐκκλησίας μόνον, καὶ τῆς βασιλείας, καὶ τῶν προστατῶν ἑκατέρων, καὶ τῶν ἐν κινδύνοις καὶ περιστάσεσι, καὶ συμφοραῖς ὄντων, ἀλλ' ἁπλῶς ἁπάντων ἀνθρώ-
D πων τῆς οἰκουμένης ἅπασης. « Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης γὰρ, φησὶ, τοῦ σύμπαντος κόσμου· » μάλιστα μὲν, ὅτι τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην ἴσασι κοινὸν ἁπάντων ὄντα Δεσπότην, καὶ ὅτι μέλει πάντων αὐτῷ ὡς δημιουργῷ τῶν δημιουργημάτων· κἂν τις αὐτῶν κήδηται, θεραπεύει αὐτὸν μᾶλλον, ἢ θύων· ἔπειτα κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτῶν ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ἐν πάσῃ εὐλαβείᾳ καὶ σεμνότητι· καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν εἰς ψυχὴν φερόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν εὐχόμεθα τῶν ἀναγκαίων, εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς· ἵν' εἰδῶμεν πάντων αἴτιον ὄντα καὶ χορηγὸν τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον μόνον ὁρῶμεν· ἐπεὶ καὶ ἄρτον αἰτεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καθημερινὸν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἐκέλευσεν ὁ Χριστός.

CAP. XIII.

Quid sibi vult misericordiæ ubique petitio.

Illud quoque quærendum est, quam ob causam sacerdos quidem jubet orare pro multis et diversis, circumstantes autem fideles rogant solum misericordiam, et eam solam omnino vocem ad Deum emittunt. Primum quidem vox ejusmodi, ut dictum est, gratiarum actionem et confessionem continet. Deinde a Deo petere misericordiam, est ejus

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Τί βούλεται ἡ αἴτησις τοῦ ἐλέου πανταχοῦ.

Ζητητέον δὲ κἀκεῖνο, τίνος χάριν ὁ μὲν ἱερεὺς περὶ πολλῶν εὔχεσθαι κελεύει διαφόρων· οἱ δὲ περιεστῶτες πιστοὶ ἐλεηθῆναι μόνον εὔχονται, καὶ ταύτην μόνην ἐπὶ πᾶσι, καὶ μίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἀφιᾶσι φωνήν. Πρῶτον μὲν ὅτι τοιαύτη φωνὴ καθάπερ εἴρηται εὐχαριστίαν καὶ ἐξομολόγησιν περιέχει. Ἔπειτα τὸ ἔλεος παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν, τὴν

Digitized by Google

αὐτοῦ βασιλείαν ἐστὶν αἰτεῖν, ἣν τοῖς αἰτουμένοις ὁ Χριστὸς αὐτήν τε ἐπηγγείλατο δώσειν, καὶ τὰ ἄλλα ὧν χρείαν ἔχομεν πάντα, προσθήσειν, καὶ διὰ τοῦτο ταύτῃ ὁρκοῦνται τῇ δεήσει, ὡς πάντα ὁμοῦ δυναμένῃ. Καὶ πόθεν ἔστι τοῦτο μαθεῖν, φησὶν, ὡς ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν σημαίνει; Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ ἄθλον τῶν ἐλεημόνων διηγούμενος, καὶ ἣν λήψονται παρ' αὐτοῦ τῆς χρηστότητος ἀμοιβήν, νῦν μὲν ἐλεηθήσεσθαι αὐτοὺς λέγει, νῦν δὲ βασιλείας τεύξεσθαι· ὡς ταυτὸν ὄν, τό τε τοῦ παρ' αὐτοῦ ἐλέου τυχεῖν, καὶ βασιλείας κληρονομίαν λαβεῖν. « Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Εἶτα ἀλλαχοῦ, καθάπερ ἐξηγούμενος ἑαυτὸν, καὶ τί ἐστι τὸ ἐλεηθῆναι, σημαίνων· « Ἐρεῖ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· τοὺς ἐλεήμονας λέγων· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Καὶ ἄλλως δὲ εἴ τις ἐξ ὧν ἐλεήμονες ἄνθρωποι ποιοῦσι, τὸ ἔργον τοῦ θείου ἐλέου κατιδεῖν ἐθελήσει, οὐδὲν ἕτερον εὑρήσει δυνάμενον, ἢ τὴν βασιλείαν αὐτήν. Τί οὖν οἱ ἐλεήμονες; « Ἐπείνασα, φησὶ, καὶ ἐδώκατε ἐμοὶ φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ μου. » Οὐκοῦν καὶ ὁ Χριστὸς οὓς ἐλεεῖ, τούτους τῆς ἑαυτοῦ μεταδώσει τραπέζης. Τίς δέ ἐστιν ἐκείνη; « Ἵνα ἐσθίητε, φησὶ, καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. » Καὶ ἵνα γνῷς τὴν λαμπρότητα τῆς τραπέζης ἐκείνης, καὶ ὡς οὐκ ἔστι δούλων, ἀλλὰ βασιλέων, μανθάνετε τὸν διάκονον, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάντων Δεσπότης. « Περισώζεται γὰρ, φησὶ, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. » Ἀλλὰ καὶ περιβαλεῖ γυμνὸν ὄντα τὸν ἠλεημένον. Οὐκοῦν στολὴν δώσει βασιλικήν; Οἰκοθεν γὰρ αὐτὸν ἐνδύσει καὶ τῶν αὐτοῦ. Δουλικὸν δὲ οὐδὲν παρ' αὐτῷ βασιλεῖ γε ὄντι, ὥσπερ οὐδὲν παρ' ἡμῖν οἰκοθεν βασιλικὸν, οὗσί γε δοῦλοι. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου, ὅπερ τοὺς περικειμένους ἔνδον ἀνάγκη τῆς βασιλείας εἶναι· ὅτι οὐδὲν ἕξει ὁ βασιλεὺς, ὁ μεμφάμενος αὐτοὺς, ἐκβαλεῖ τοῦ νυμφῶνος. Τί ἔτι; Τὴν οἰκίαν αὐτοῖς ἀνοίξει τὴν ἑαυτοῦ· καὶ εἰσαγαγὼν ἀναπαύσει. « Ξένος γὰρ ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με. » Ἀλλ' οἱ ταύτης τῆς χάριτος ἀξιούμενοι, οὐκ ἔτι δοῦλοι, ἀλλὰ υἱοί. « Ὁ γὰρ δοῦλος, φησὶν, οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα. » Οἱ δὲ υἱοὶ, καὶ κληρονόμοι, οὐ τῆς βασιλείας ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ περικειμένου τὴν βασιλείαν. « Κληρονόμοι γὰρ, φησὶ, Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ. » Οὕτω τὸν ἔλεον παρὰ τοῦ Χριστοῦ αἰτεῖν, τὸ τυχεῖν παρ' αὐτοῦ βασιλείας, ἔστιν αἰτεῖν.

A regnum petere, quod se petentibus daturum Christus est pollicitus, et alia etiam quibus opus habemus se adjecturum: et propterea eis hæc sufficit precatio, utpote quæ omnia simul possit. Et undenam sciri potest, quod misericordia Dei ejus regnum significat? Ex eo quod Christus præmium misericordium narrans, et quam ab eo accipient benignitatis remunerationem, nunc quidem illos misericordiam assecuturos, nunc vero regnum dicit; perinde ac idem sit, et ab ipso misericordiam assequi, et regnum accipere. «Beati enim, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.» Deinde alibi veluti seipsum interpretans, et quid sit misericordiam consequi significans, « Dicet, inquit, Rex iis qui sunt a dextris, dicens ad misericordes: Venite, benedicti Patris mei, hæredes este parati vobis regni. »Et alioqui si quis ex iis quæ faciunt homines misericordes, voluerit divinæ misericordiæ opus perspicere, ea nihil aliud inveniet valere, quam ipsum regnum. Quid ergo misericordes? «Esurii, inquit, et dedi tis mihi comedere; sitivi, et potum dedistis mihi.» Ergo et Christus quorum miseretur, eis suam mensam impertit. Quænam est autem illa? «Ut comedatis, inquit, et bibatis in mensa mea, in regno meo.» Et ut scias illius mensæ splendorem, et quod non est servorum, sed regum scias ministrum, esse ipsum omnium Dominum. » Accingetur enim, inquit, et eos faciet accumbere, et accedens ministrabit ipsis.» Quin etiam vestiet eum cujus misertus fuerit, cum sit nudus. Dabit ergo vestem regalem; e domo enim et ex suis eum induet. Nihil est autem apud eum servile, cum sit rex, sicut nihil est apud nos e domo regale, cum servi simus. Hoc est autem indumentum nuptiale quo qui induti sunt, necesse est eos regni esse. Nihil enim habet rex, quod cum in eis reprehenderit, ex nuptialibus ædibus ejiciat. Quid præterea? domum eis suam aperiet, et introductos faciet quiescere. «Hospes enim eram, et me collegistis.» Sed qui hac gratia dignati sunt, non amplius servi Dei, sed filii. «Servus enim, inquit, non manet in domo in æternum.» Filii autem etiam hæredes, non regni solum, sed etiam ejus qui regnum complectitur, «Hæredes enim, inquit, Dei, cohæredes autem Christi.» Ita a Deo petere misericordiam est petere ut regnum sibi liceat assequi.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τῆς παραθέσεως.

Μετὰ δὲ τὸ εὔξασθαι περὶ πάντων, ἑαυτοὺς κελεύει τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι, λέγων· « Παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογίμου, ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν τῷ Θεῷ παραθώμεθα. » Οὐ πάντων ἐστὶ τὸ παρατίθεσθαι ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ εἰπεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸν Θεὸν συντιθέμενον ἔχειν. Τοῦτο δὲ παῤῥησίας δεῖται πάντως,

CAP. XIV.

De commendatione seu deposito.

Postquam autem oravit pro omnibus, jubet eos Deo seipsos commendare, dicens: « Sanctissimæ, intemeratæ, superbenedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam facientes, nos ipsos, et nos invicem, et omnem vitam nostram Christo commendemus, et custodiendos deponamus. » Non est omnium Deo seipsos commendare, et custodiendes tradere. Non sufficit enim dicere, sed

Digitized by Google

oportet etiam Dei consensum habere. Hoc autem omnino indiget libertate : libertatem autem facit pura conscientia, quando cor nostrum nos non condemnat, quando quæ sunt ejus, curamus : quando ut eorum quæ sunt ejus, curam geramus, nostra negligimus. Tunc enim et ipsi vere a cura nostri recedimus, et Deo eam secure committimus, quando firmam et stabilem fidem habemus quod depositum nostrum suscipiet et servabit. Quia autem res tanta consideratione et studio indiget, propterea nunc quidem sanctissimæ Dei Matris et omnium sanctorum cœtus invocato auxilio, ita commendationem seu depositionem facimus : hoc enim sibi vult illud, « commemorare, vocare, orare. » Nunc autem fidei unitate, et sancti Spiritus prius petita communione, deinde nos ipsos et omnem vitam nostram Deo commendamus, et custodiendam tradimus. Quid est autem unitas fidei? « Homo, inquit, duplici corde, est instabilis in viis suis : » duplici corde hominem vocans, eum qui est dubius et minime firmus et stabilis. Qui enim talis est, is in utramque partem declinans, in neutra parte firmiter ingreditur. Hujus autem contrarium per unitatem significatur : id quod scilicet est firmum, constans et stabile. Qui enim constanter credit, unum quidpiam de re credit, vel esse, vel non esse. Qui autem est dubius, eum ad utrumque declinare vel ex ipso vocabulo manifestum est. Hoc ergo, fidei scilicet unitas, est id quod est immobile, et ab omni dubitatione liberum. Sancti autem Spiritus communio illius gratiam significat. Dicitur autem communio, quia cum Dominus per crucem interjectam sepis maceriam, quæ inter nos et Deum erat, diruisset, quoniam eos qui tunc disjuncti erant, nullo modo posse convenire et communicare cognoverat : deinceps sancti Spiritus ad apostolos adventus hoc efficit. Hinc enim sanctum baptisma et omnis fons divinarum gratiarum hominibus apertus est. Et, ut dicit beatus Petrus, divinæ naturæ socii facti sumus participes.

Opus est ergo et fide firma et spiritus auxilio ei qui seipsum Deo est commendaturus, et se ei custodiendum daturus. Neque vero unusquisque seipsum solum, sed etiam nos invicem commendamus. Oportet enim non tantum quærere quod suum est, sed etiam aliorum, propter legem charitatis.

CAP. XV.

De antiphonis quæ dicuntur, et precibus quæ in ipsis fiunt.

Interea autem dum petitiones præit diaconus, et sacer orat populus, sacerdos intus orat per se submissa voce pro astantibus, et pro hac sancta domo, ut eis divites effundantur misericordiæ et miserationes a Deo, et adjicit causam propter quam et ipse hæc petit, et Deus quæ petivit, juste præbuerit, non quod digni sint qui sunt accepturi, non quod ea jure accipere mereamur, sed quia tibi con-

A παῤῥησίαν δὲ καθαρὸν ποιεῖ συνειδός· ὅταν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκει ἡμῶν· ὅταν τὰ αὐτοῦ μεριμνῶμεν, ὅταν ὑπὲρ τοῦ μεριμνᾷν τὰ ἐκείνου, τῶν ἡμετέρων καταφρονῶμεν. Τότε γὰρ αὐτοί τε ἀληθῶς ἀφιστάμεθα τῆς μερίμνης τῆς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῷ Θεῷ ταύτην παρατίθεμεν ἀσφαλῶς· πιστεύοντες βεβαίως ὅτι δέξεται τὴν παρακαταθήκην ἡμῶν καὶ φυλάξει. Ἐπεὶ τοίνυν τοσαύτης δεῖται τὸ πρᾶγμα φιλοσοφίας τε καὶ σπουδῆς, διὰ τοῦτο νῦν μὲν παναγίαν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ τὸν τῶν ἁγίων ἅπαντα κύκλον εἰς ἐπικουρίαν καλέσαντες, οὕτω ποιούμεθα τὴν παράθεσιν· τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, « μνημονεῦσαι, » τὸ, « καλέσαι, » τὸ, « δεηθῆναι. » Νῦν δὲ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἰτησάμενοι πρότερον, εἶτα B ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν παρατιθέμεθα τῷ Θεῷ. Τί δέ ἐστιν ἡ τῆς πίστεως ἑνότης; « Ἀνὴρ, φησὶ, δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· » δίψυχον λέγων τὸν ἀμφίβολον, τὸν οὐδαμοῦ βέβαιον. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐφ' ἑκατέρας κλίνων, οὐδετέρωθι βαίνει βεβαίως. Τούτου τὸ ἐναντίον δηλοῦται διὰ τῆς ἑνώσεως, τὸ πάγιον, τὸ βέβαιον, τὸ ἑστώς. Ὁ μὲν γὰρ πιστεύων βεβαίως, ἓν τι γιγνώσκει περὶ τοῦ πράγματος, ἢ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι. Ὁ δὲ ἀμφίβολος πρὸς ἄμφω ῥέπων, καὶ ἀπὸ τῆς προσηγορίας γίνεσθαι δῆλος. Τοῦτο μὲν ἡ τῆς πίστεως ἑνότης· τὸ ἀκίνητον, τὸ πάσης ἀμφιβολογίας ἀπηλλαγμένον. Ἡ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνία τὴν ἐκείνου σημαίνει C χάριν. Λέγεται δὲ κοινωνία, ὅτι τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ σταυροῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, τὸ μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἡμῶν καθελόντος, ἐπεὶ τοὺς τότε διισταμένους καὶ μηδὲν ἔχοντας κοινὸν, συνιέναι καὶ κοινωνεῖν ἔδει λοιπὸν, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐπιδημία τοῦτο ποιεῖ. Ἐντεῦθεν γὰρ τὸ ἅγιον βάπτισμα καὶ πᾶσα ἡ τῶν θείων χαρίτων πηγὴ τοῖς ἀνθρώποις ἀνέῳγε, καὶ, κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον, θείας γεγόναμεν κοινωνοὶ φύσεως.

Δεῖ τοίνυν καὶ πίστεως βεβαίας, καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βοηθείας, τῷ μέλλοντι καλῶς ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ ἑαυτόν. Καὶ οὐκ ἑαυτὸν ἕκαστος D μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλους παρατιθέμεθα. Δεῖ γὰρ οὐ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων. διὰ τὸν τῆς ἀγάπης νόμον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τῶν λεγομένων ἀντιφώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐχῶν.

Ἐν ὅσῳ δὲ τῶν αἰτήσεων ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, καὶ ὁ ἱερὸς λαὸς εὔχεται, ὁ ἱερεὺς ἔνδον εὐχὴν ποιεῖται ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὑπὲρ τῶν περιεστώτων, καὶ τοῦ ἁγίου οἴκου, πλούσια χεθῆναι αὐτοῖς τὰ ἐλέη παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς οἰκτιρμούς· καὶ προστίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτὸς ταῦτα αἰτεῖται, καὶ ὁ Θεὸς ἂν παράσχοι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, οὐ τῷ, ἀξίους εἶναι τοὺς αἰτουμένους, οὐχ ὅτι δίκαιοι λαβεῖν ἡμεῖς,

Digitized by Google

ἀλλ' ὅτι σοι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις. « Διὰ τὴν σὴν δόξαν ταῦτα δέομαί σου, » φησί. Τὸ γὰρ οὕτω φιλανθρωπεύσασθαι πρὸς τοὺς ἀναξίους ἡμᾶς, ὑπὲρ τῆς σῆς γίνεται δόξης. Τοῦτο δὲ τὸ δοξάζεσθαι πρέπει σοι κατ' ἐκεῖνο τὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, « Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. » Διὰ τοῦτο τὴν εὐχὴν τελέσας, τὴν αἰτιολογίαν ταύτην, ὅτι καὶ ἀκροτελεύτιος οὖσα καὶ δοξολογία ἐστὶν, εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγινώσκει, ἵνα τοῦ ὕμνου κοινωνοὺς ἅπαντας λάβῃ. καὶ ὑπὸ πάσης τῆς Ἐκκλησίας ὁ Θεὸς ὑμνηθῇ. Καὶ τοίνυν ἀκούοντες κοινωνοῦσιν αὐτῷ τοῦ ὕμνου. Εἰπόντος γὰρ τοῦ ἱερέως καὶ δοξολογήσαντος, οἱ πιστοὶ πάντες τὸ « Ἀμὴν » ἐπιλέγουσι, καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα βοήσαντες οἰκειοῦνται πάσας τὰς ἐκείνου φωνάς. Εἶτα τῶν ἱερῶν ψαλμῳδιῶν ἀπάρχεται μὲν ὁ ἱερεὺς πληροῦσι δὲ τὸ πᾶν οἱ περιεστῶτες, τὰ θεόπνευστα τῶν ἱερῶν προφητῶν ᾄδοντες ῥήματα· « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε· » ἀρχῇ πρέπον εὐθὺς τὸ ῥῆμα, ὅτι περὶ αὐτοῦ λέγει τοῦ ὕμνου, ὅτι ἀγαθὸν, ὃ δεῖ πάντως εἰδέναι πρὸ παντὸς ὕμνου· ἐξομολογεῖσθαι λέγων τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ ὑμνεῖν. Τούτων δὲ καὶ τῶν ἑξῆς ὑμνηθέντων, ὁ διάκονος εἰς εὐχὴν προτρέπεται τοὺς πιστοὺς, οἷα καὶ πρότερον αἰτεῖσθαι κελεύων. Ἐν ὅσῳ δὲ ἡ ψαλμῳδία ἐτελεῖτο, καὶ οἱ πιστοὶ ηὔχοντο, ὁ ἱερεὺς ἔνδον εὐχὴν ποιησάμενος εἰς τὸν Θεὸν, καθόλου τε περὶ τοῦ πληρώματος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἰδίως ὑπὲρ τῶν κοσμούντων τὸν ἅγιον αὐτοῦ οἶκον, καὶ λαμπρὸν πανταχόθεν ἀποδεικνύναι ἐπιθυμούντων, ἵνα καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτοῦ δοξασθῶσιν, αἰτίαν προστίθησιν ἐπικαιροτάτην, « Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἔστιν ἡ βασιλεία. » Παρὰ τοῖς βασιλεῦσι, φησὶν, ἡ δόξα, καὶ τὸ δύνασθαι λαμπροὺς ποιεῖν, οὓς ἂν βούλωνται. Σὺ δὲ, βασιλεὺς αἰώνιος, καὶ σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. Καὶ ταύτην τὴν αἰτιολογίαν, ὡς ὁμολογίαν οὖσαν βοήσας ἐν τοῖς ἁπάντων ὠσὶ τῶν πιστῶν, καὶ κοινωνίαν λαβὼν τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ὕμνου, καθάπερ καὶ πρότερον, αὖθις τῶν ψαλμῳδιῶν ἄρχεται, καὶ οἱ πιστοὶ συμπληροῦσιν, εἶτα αἰτοῦνται παρὰ Θεοῦ τὰς αἰτήσεις, ὧν ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, κατὰ τὰ πρότερον εἰρημένα. Ὁ δὲ ἱερεὺς πάλιν εὐχὴν ποιησάμενος ὑπὲρ τῶν συνευχομένων αὐτῷ πιστῶν, ἵνα ὧν ἕκαστος ἰδίᾳ αἰτεῖται, τύχοι κατὰ τὸ αὐτῷ συμφέρον παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔτι ζωὴν αἰώνιον ἐν τῷ μέλλοντι· προστίθησιν αἰτίαν, τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν· ἣν καὶ ἀκροτελεύτιον οὖσαν εἰς ἐπήκοον τῶν ἁπάντων εἰπὼν, τῆς ἀπάρχεται ψαλμῳδίας τρίτης, ἧς ᾀδομένης τὸ Εὐαγγέλιον εἰσάγεται δορυφορούμενον, ὑπὸ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι, πάντων πεμπόντων, ὅσοι τοῦ βήματος, τοῦ διακόνου αὐτὸ κομίζοντος, ἢ εἰ μὴ παρὼν τύχοι, τοῦ ἱερέως. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐν ᾧ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιέναι μέλλει, στὰς πρὸ τῶν θυρῶν ἐκ μικροῦ διαστήματος, ἕως ἡ ψαλμῳδία πληρωθῇ, εὔχεται τῷ Θεῷ ἁγίους ἀγγέλους συνεισελθεῖν, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιόντι, καὶ συνεφάψασθαι τῆς ἱερουργίας, καὶ κοινωνῆσαι τῆς πρὸς Θεὸν δοξολο-

A venit omnis gloria, honor et adoratio. « Propter tuam gloriam, inquit, hæc te rogo. » Benignum enim et munificum esse in nos qui sumus indigni, ad tuam gloriam pertinet; hoc autem, scilicet glorificari, tibi convenit, ut est illud beati David: « Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. » Propterea cum perfecit orationem, hanc causæ allationem, quæ et est in extrema parte, et est glorificatio, legit omnibus audientibus, ut omnes hymni participes accipiat, et Deus ab omni Ecclesia laudetur. Audientes ergo sunt hymni cum illo participes. Postquam enim ille dixit et glorificavit, fideles omnes « Amen » dicunt, et cum hoc verbum acclamarunt, omnes illius voces ut proprias sibi assumunt. Deinde sacras psalmodias incipit B quidem sacerdos, implent autem universum ii qui circumstant, divinitus inspirata sacrorum prophetarum verba canentes: « Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime. » Principio conveniens statim verbum, quia de ipso dicit hymno, quod est bonum, quod oportet omnino scire ante omnem hymnum, appellans confiteri, gratias agere, hymnos canere. His autem et iis quæ sequuntur cantatis, diaconus fideles ad orationem adhortatur. Interea autem dum peragebantur psalmodiæ, et fideles orabant, sacerdos postquam intus ad Deum fecit orationem, et generaliter pro toto corpore Ecclesiæ, et seorsum pro iis qui sanctam domum ejus ornant, et eam undequaque splendidam reddere desiderant, ut et ipsi ab ipso glorificen- C tur, causam adjicit in primis opportunam et convenientem: « Quia tua est potentia, tuum est regnum. » Apud reges, inquit, est gloria, et posse splendidos efficere quos voluerint. Tu autem, rex æternus, et tua est potentia, et tuum est regnum. Et cum hanc causæ redditionem, utpote quæ sit glorificatio, omnium fidelium auribus inclamavit, et nos hymni ad Deum participes effecit, sicut et prius rursus incipit psalmodias, et fideles eas complent. Deinde petunt a Deo petitiones, quas præit diaconus, ut ante dictum est. Sacerdos autem rursus facta oratione pro iis qui una cum eo precantur fidelibus, ut quæ unusquisque privatim petit, a Deo consequatur, prout ei utile fuerit, et D præterea vitam æternam in futuro, adjicit causam ipsius bonitatem et clementiam. Quam utpote ultimam, postquam omnibus audientibus dixit, incipit tertiam psalmodiam. Quæ dum canitur, Evangelium introducitur stipatum lampadibus, omnibus iis deducentibus qui sunt ministri altaris, diacono ipsum afferente, vel, si non adsit, sacerdote. Sacerdos autem, quando est ad altare ingressurus, stans parvo interjecto spatio ante fores, donec completa fuerit psalmodia, orat Deum, ut sancti angeli una cum Deo ingrediantur, intrante ad altare, et sacrificium contrectent, et sint cum ipso glorificationis participes, et adjicit causam, quia et ab hominibus et ab angelis convenit ipsum glorificari et adorari. Hoc enim sibi vult illud: Omnis gloria,

Digitized by Google

honor et adoratio ab omnibus qui Deum glorificare, honorare et adorare sciunt. » Et hæc precatus, ingreditur ad altare, et ponit super sanctam mensam Evangelium.

Θεὸν εἰδότων, καὶ προσκυνεῖν. » Καὶ ταῦτα εὐξάμενος εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσέρχεται, καὶ τίθησιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τὸ Εὐαγγέλιον.

CAP. XVI.

Significatio sacrificii in summa.

Necesse est autem ab alto sigillatim persequi verba psalmodiarum, si prius illud dixerimus, quod mysterium incarnationis Christi significatur quidem per ipsum sacrificium; significatur autem etiam per ea quæ præcedunt sacrificium, et per ea quæ post sacrificium et fiunt et dicuntur. Sacrificium enim mortem ipsius annuntiat, et resurrectionem, et assumptionem, quoniam pretiosa dona in ipsum Dominicum corpus mutantur, quod resurrexit, quod in cœlos ascendit; quæ autem ante sacrificium fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, adventum, ostensionem, perfectam manifestationem; quæ vero post sacrificium, Patris promissionem, ut ipse dixit, Spiritus ad apostolos descensum, gentium per illos ad Deum conversionem et communionem. Et est universa mysterii celebratio, veluti unum quoddam corpus historiæ ab initio usque ad finem convenientiam et integritatem conservans, adeo ut unumquodque eorum quæ fiunt vel dicuntur, separatim aliquid ad universi confectionem conferat. Unde psalmi ut qui in divini mysterii celebrationis exordio canuntur, primum tempus Christi incarnationis significant. Quæ autem ea consecuuntur, nempe sacrarum Scripturarum lectiones, et reliqua, id quod deinceps sequitur. Atqui alia esse causa dicta est Scripturarum et psalmodiarum, quod sint scilicet purgationes et præparationes ad sacra mysteria. Sed nihil prohibet ea et hoc et illud posse, et eadem et fideles sanctificare, et incarnationis mysterii œconomiam significare. Quemadmodum enim vestes implent quidem usum amictus et corpus tegunt, eo autem quod tales sunt vel tales, et studium vitæque exercitium significant, et dignitatem eorum qui induti sunt: ita etiam se habet in his. Quod enim sunt omnino divinæ Scripturæ, et verba divinitus inspirata quæ canuntur et leguntur: eos qui legunt et canunt, sanctificant. Quod autem talia electa sunt et sic ordinata, etiam aliam habent potestatem, et sufficiunt ad significandum Christi adventum et ejus institutionem. Non solum enim ea quæ canuntur et dicuntur, sed etiam quæ sunt, eodem modo se habent, et fit unumquodque propter usum præsentem: significat autem etiam aliquid ex operibus, vel actionibus, vel passionibus Christi, sicut est Evangelii ad altare allatio, pretiosorum donorum importatio. Fit enim utrumque quidem ad usum: illa quidem ut Evangelium tegatur, hæc vero ut peragatur sacrificium. Significant autem utræque Domini ostensionem et manifestationem: illa quidem ejus incipientis manifestari, adhuc obscuram

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Σημασία τῆς ἱερουργίας ἐν κεφαλαίῳ.

Ἀναγκαῖον δὲ ἄνωθεν κατὰ μέρος ἐπελθεῖν τῶν ψαλμῳδιῶν τὰ ῥήματα· ἐκεῖνο πρότερον εἰπόντας ὅτι τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ, σημαίνεται μὲν διὰ τῆς θυσίας αὐτῆς· σημαίνεται δὲ, καὶ διὰ τῶν πρὸ τῆς θυσίας, καὶ τῶν μετὰ τὴν θυσίαν, τελουμένων καὶ λεγομένων. Ἡ μὲν γὰρ θυσία τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλει, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, ὅτε τὰ τίμια δῶρα εἰς αὐτὸ τὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὸ ἀναστὰν, τὸ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθὸν· Τὰ δὲ πρὸ τῆς θυσίας, τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, τὴν παρουσίαν, τὴν ἀνάδειξιν, τὴν τελείαν φανέρωσιν, τὰ δὲ μετὰ τὴν θυσίαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὴν τοῦ Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους κάθοδον, τὴν τῶν ἐθνῶν δι' ἐκείνων πρὸς Θεὸν ἐπιστροφήν τε καὶ κοινωνίαν. Καὶ ἔστιν ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ τι σῶμα ἓν ἱστορίας, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τὴν συμφωνίαν καὶ ὁλοκληρίαν φυλάττον· ὥστε ἕκαστον τῶν τελουμένων, ἢ λεγομένων ἰδίαν τινὰ συντέλειαν τῇ ὁλότητι παρέχειν. Ὅθεν οἱ ψαλμοὶ, ὡς ἂν ἐν προοιμίοις τῆς μυσταγωγίας ᾀδόμενοι, τὸν πρότερον καιρὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας σημαίνουσι· τὰ δὲ μετὰ τούτων, αἵτε τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα, τὸ ἐφεξῆς. Καὶ μὴν ἄλλη τις εἶναι εἴρηται ἡ αἰτία τῶν ψαλμῳδιῶν, καὶ τῶν Γραφῶν· προκαθαρσίαν τινὰ πρὸς τὰ μυστήρια, καὶ παρασκευάς· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δύνασθαι, καὶ τὰ αὐτὰ καὶ τοὺς πιστοὺς ἁγιάζειν, καὶ τὴν οἰκονομίαν σημαίνειν. Καθάπερ γὰρ τὰ ἱμάτια πληροῦσι μὲν τὴν χρείαν τῆς ἐνδύτεως, καὶ καλύπτουσι τὸ σῶμα, τῷ δὲ τοιάδε εἶναι ἢ τοιάδε, καὶ ἐπιτήδευμα σημαίνουσι, καὶ βίον, καὶ ἄξίαν τῶν περικειμένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει. Ὅτι μὲν γὰρ ὅλως θεῖαι Γραφαὶ, καὶ θεόπνευστα ῥήματα τὰ ᾀδόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα, τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ ᾄδοντας ἁγιάζει· ὅτι δὲ τοιαῦτα ἐξελέγη, καὶ οὕτως ἐτάχθησαν, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ἀρκοῦσι πρὸς σημασίαν τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ πολιτείας. Ἐπεὶ οὐ μόνον τὰ ᾀδόμενα καὶ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τελούμενα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ γίνεται μὲν ἕκαστον τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἐνισταμένης. Σημαίνει δὲ καί τι τῶν τοῦ Χριστοῦ ἔργων ἢ πράξεων, ἢ παθῶν· οἷόν ἐστιν, ἡ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσαγωγὴ τοῦ Εὐαγγελίου, ἡ εἰσαγωγὴ τῶν τιμίων δώρων. Γίνονται μὲν γὰρ κατὰ χρείαν ἕκαστα, ἡ μὲν ἵνα τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῇ, ἡ δὲ ἵνα ἡ θυσία τελεσθῇ. Σημαίνουσι δὲ ἀμφότεραι τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάδειξιν ἢ φανέρωσιν· ἡ μὲν ὀρχομένου φανεροῦσθαι τὴν ἀμυδρὰν ἔτι καὶ ἀτελῆ, ἡ δὲ τὴν τελειωτάτην καὶ τελευταίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τελουμένη ἔνια, χρείαν μὲν οἰκείαν

Digitized by Google

πληροῦντα, σημασίας δὲ ἕνεκα μόνον τελούμενα, ὡς ἡ λόγχη, καὶ ἡ τοῦ ἄρτου κέντησις, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ γραφὴ τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ εἰς τὰ ἅγια ἐκβολή. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ μυστηρίοις πολλὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις, ὥσπερ ἐν τῷ βαπτίσματι τὸ λούεσθαι μέλλοντας, ὑποδύεσθαι δεῖ καὶ ἀποδύεσθαι, καὶ εἰς τὰς δεσμὰς βλέποντας τὰς χεῖράς τε ἀποτείνειν, καὶ ἐκφυσᾷν. Ταῦτα γὰρ καὶ ἕτερα τοιαῦτα χρείαν μὲν οὐδεμίαν εἰς τὸ μυστήριον εἰσάγουσι· διδάσκουσι δὲ τὸν τελούμενον, τὸ μῖσος καὶ τὴν ἔχθραν, ἣν πρὸς τὸν πονηρὸν ἔχειν ἀνάγκη, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐκτρέπεσθαι χρὴ, τὸν μέλλοντα Χριστιανὸν ἀληθῆ εἶναι. Τούτων οὕτως ἐχόντων θεωρῶμεν τὴν ἱερουργίαν ἅπασαν κατὰ μέρος, καθ' ὅσον τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας εἰκόνα φέρει· καὶ πρῶτον τὰς ψαλμῳδίας.

exilemque et imperfectissimam, illa autem perfectissimam et ultimam. Sunt autem etiam eorum quæ in mystica celebratione fiunt, quæ nullum usum implent, significandi autem gratia tantum fiunt, ut lancea et panis punctio, et crucis inscriptio, et postremo aquæ calidæ in sancta injectio. Quin etiam in aliis sacramentis multa ejusmodi inveneris: quemadmodum in baptismo eos qui sint tingendi, se et calceis et vestibus exuere oportet, et ad Occidentem aspicientes, manus tendere et insufflare. Hæc enim et alia ejusmodi nullum quidem usum ad sacramentum inducunt, sed docent eum qui initiatur, odium et inimicitias, quas adversus malignum gerere necesse est, et quomodo oportet malignum aversari, eum qui verus Christianus futurus est. His ita se habentibus, contemplemur sigillatim universum sacrificium, quatenus Servatoris incarnationis fert imaginem. Et primum psalmodias.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ἐξήγησις τῶν πρώτων ἀντιφώνων.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη προτροπή ἐστιν εἰς δοξολογίαν ἀρχομένοις πρέπουσα· « Ἀγαθὸν, φησὶ, τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ· » ὁ ὕμνος πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ περὶ τοῦ Μονογενοῦς· « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε· » Ὕψιστον Πατέρα λέγων, Κύριον τὸν Μονογενῆ· ἀγαθὸν τὸν Υἱὸν ὑμνεῖν, καὶ σὲ τὸν Πατέρα. Καὶ τί βούλεται ταῦτα; Πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου προοιμιάζεται. Μέλλει γὰρ κοινὸν αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὸν ὕμνον. Τίνα τρόπον; Τὰ τοῦ Υἱοῦ βοήσει, δι' ὧν καὶ ὁ Πατὴρ ἐδοξάσθη. Τίς γὰρ ἀφορμὴ τῆς ὑμνήσεως; Ἡ τοῦ Υἱοῦ κένωσις καὶ πτωχεία, τὰ διὰ τῆς σαρκὸς ἔργα καὶ πάθη· ταῦτα γὰρ ἔλεος καὶ ἀλήθεια. Ἔλεος μὲν, ὅτι πάντων ἀθλιώτατα διακειμένους, καὶ ἐχθροὺς ὄντας, καὶ πολεμίους αὐτῷ, διὰ πολλὴν χρηστότητα, καὶ φιλανθρωπίαν, οὐ περιεῖδε, καὶ οὐ συνήλγησε μόνον τῆς συμφορᾶς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκοινώνησε τῶν κακῶν, φθορᾶς καὶ θανάτου, καὶ οὐδὲ ἀνέστησε μόνον ἐκείνου τοῦ χαλεποῦ πτώματος, ἀλλὰ καὶ βασιλείας, καὶ τῶν μεγίστων ἠξίωσεν ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος· « Ὅτε, φησὶν ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, » ὡς τηνικαῦτα πρῶτον φανερωθείσης ὅτῃ τίς ἐστι. Καὶ ὁ Κύριος· « Οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον· » τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγάπης ἐκφαίνων τῷ ῥήματι τούτῳ. Ἔλεος μὲν τούτων ἕνεκα, τὴν οἰκονομίαν καλεῖ· ἀλήθειαν δὲ ὅτι καθάπερ σκιαὶ καὶ τύποι πρὸς αὐτὴν τὰ παλαιὰ πάντα ἐώρων. Διὰ τοῦτο περὶ αὐτῆς ὁ προφήτης λέγων, « Ὤμοσε Κύριος, φησὶ, τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. » Τίνα δὲ τὰ ὠμοσμένα; Ἡ τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς ἐπιδημία, καὶ πολιτεία. « Ἐκ καρποῦ, φησὶ, τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, » αὐτὸν δηλῶν τὸν Σωτῆρα. Καὶ πόθεν δῆλον; Ὁ Γαβριὴλ ἐδίδαξεν ἐν οἷς τὸν ἀπόῤῥητον τόκον τῇ Παρθένῳ μηνύων, καὶ τὸν τεχθησόμενον ἡλίκος ἔσται διδάσκων. « Δώσει αὐτῷ, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ἀλλ' αὐτὴ ἡ ἀλήθεια καὶ

CAP. XVII.

Interpretatio primæ antiphonæ.

Sacerdos autem, peracto sacrificio, et pignus Dei benignitatis videns, Agnum ejus propositum, tanquam jam intercessore accepto, et secum habens advocatum, notas facit suas ad Deum petitiones; effundit preces cum bona jam et firma spe; et quorum, panes proponens, meminit, et pro quibus preces in celebrandi mysterii præparatione fecit, et dona obtulit, et ut ea susciperentur, supplicavit, ea his jam susceptis, ut in opus exeant, orat. Quænam autem sunt hæc? Communia, et vivis, et iis qui excesserunt : ut pro donis gratia demittatur a Deo qui illa suscepit; separatim autem defunctis quidem animarum requiem, et regni hæreditatem cum sanctis consummatis; vivis autem, ut sint sanctæ mensæ participes, et sanctificentur, et nemo sit ejus in judicium vel condemnationem particeps : remissionem peccatorum, pacem, fertilitatem, rerum necessariarum suppeditationem : et postremo ut regno digni apud Deum appareant. Quia autem oblatio sacrificii non solum versatur in supplicatione, sed etiam gratiarum actione, quemadmodum in proœmio celebrationis mysterii, quando sacerdos tanquam dona Deo dedicat quæ offeruntur, et gratiarum actionem ostendit et supplicationem : ita etiam nunc sacrificatis et perfectis donis, et per ea Deo gratias agit et offert supplicationem, et ponit quidem gratiarum agendarum causas, adjicit autem etiam supplicationis materiam. Et quænam sunt causæ agendi gratias? Sancti, sicut prius dictum est. In iis enim Ecclesia invenit quod petebat, et quod orabat, assecuta est, nempe regnum cœlorum. Quæ est autem materia supplicationis? Qui nondum sunt consummati, qui opus habent oratione. Et de sanctis quidem : « Præterea offerimus tibi, inquit, rationabilem hunc cultum, pro iis qui in fide prius requieverunt, avis, patribus, patriarchis, apostolis, prophetis, evangelistis, martyribus, confessoribus, continentibus, et quolibet spiritu in pace consummato, præcipue autem sanctissima, intemerata, domina nostra Deipara et semper virgine Maria; » et deinceps enumerat omnem sanctorum cœtum. Hi sunt Ecclesiæ agendarum Deo gratiarum causæ. Pro iis offert rationabilem hunc cultum, tanquam Deo gratiarum actionem, et præ cæteris omnibus pro beata Dei Matre, quæ omnem sanctitatem excedat. Propterea nihil pro eis orat sacerdos, sed potius eos orat, ut ab eis in orationibus adjuvetur. Quia non ad supplicatio-

Digitized by Google

nem, sed ad gratiarum actionem, ut dictum est, facit pro ipsis donorum oblationem. Post hæc affert etiam supplicationem, et enumerat ea pro quibus supplicat, et precatur omnibus salutem, et si quod bonum est unicuique congruens et conveniens. In quibus hæc etiam dicit : « Præterea offerimus tibi rationabilem hunc cultum, pro orbe terrarum, pro sancta catholica et apostolica Ecclesia, pro iis qui in veneranda reipublicæ administratione versantur, pro fidelissimis et Christi amantissimis imperatoribus nostris, » Et hæc orat. Et ita quidem beatus Joannes duplicem sacri hujus cultus habitum esse significans, gratiarum actionis et supplicationis, seorsum quidem ponit eos pro quibus agit gratias, seorsum autem pro quibus supplicat. Divinus autem Basilius admiscet supplicationi gratiarum actionem. Et ita facit ubique in sacri mysterii celebratione : et omnes fere ejus orationes inveneris, quæ utramque vim habent. Meminit autem etiam sanctorum, quorum et divus Joannes etiam in eodem loco sacrificii, sed non eodem modo. Postquam enim oravit ut omnes digni habeantur communione sacramentorum, « non in judicium, vel in condemnationem, » subjungit, « sed ut inveniamus gratiam cum omnibus sanctis, qui tibi a sæculo placuerunt, majoribus nostris, avis, patribus, patriarchis, » et quæ sequuntur ; deinde præcipue, sanctissima. Sed hæc quidem verba habent supplicationem ; ostendunt autem etiam gratiarum actionem, et Deum generis benefactorem prædicant, ubi meminit eorum hominum qui ab ipso sanctificati sunt et consummati; propemodum dicens : Ut des nobis gratiam, quam sanctis prius dedisti; ut nos sanctifices, sicut et alios prius sanctificasti, qui sunt ejusdem generis nobiscum. Et de his quidem hæc sufficiunt.

εὐχὰς δεῖται βοηθεῖσθαι. Ὅτι οὐχ ἱκέσιον, ἀλλὰ χαριστήριον ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς εἴρηται, ποιεῖται τὴν τῶν δώρων προσαγωγήν. Μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ τὴν ἱκεσίαν δείκνυσι, καὶ καταλέγει περὶ ὧν ἱκετεύει, καὶ εὔχεται πᾶσι τὴν σωτηρίαν· καὶ εἴ τι προσῆκόν ἐστιν ἑκάστῳ καὶ κατάλληλον ἀγαθόν· ἐν οἷς καὶ ταῦτά φησιν· « Ἔτι προσάγομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, ὑπὲρ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὑπὲρ τῶν ἐν σεμνῇ πολιτείᾳ διαγόντων, ὑπὲρ τῶν πιστοτάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν. » Καὶ τοιαῦτα εὔχεται. Καὶ οὕτω μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης, διπλοῦν τὸ σχῆμα τῆς ἱερᾶς ταύτης λατρείας εἶναι σημαίνων, χαριστήριον καὶ ἱκέσιον, χωρὶς μὲν τίθησιν ὑπὲρ ὧν εὐχαριστεῖ, χωρὶς δὲ, ὑπὲρ ὧν ἱκετεύει. Ὁ δὲ θεῖος Βασίλειος τῇ ἱκεσίᾳ παραμίγνυσι τὴν εὐχαριστίαν. Καὶ τοῦτο ποιεῖ πανταχοῦ τῆς ἱερουργίας· καὶ τὰς εὐχὰς ἂν εὕρῃς σχεδὸν ἁπάσας, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δυναμένας. Μέμνηται δὲ καὶ τῶν ἁγίων, ὧν ὁ ἅγιος Ἰωάννης, καὶ ταὐτὸν τῆς ἱερουργίας τὸν τόπον, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον. Εὐξάμενος γὰρ ἀξιωθῆναι πάντας τῆς τῶν μυστηρίων κοινωνίας, « μὴ εἰς κρίμα ἢ εἰς κατάκριμα, » ἐπάγει, « ἀλλ' ἵνα εὕρωμεν χάριν μετὰ πάντων ἁγίων, τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, προπατόρων, πατρῶν πατριαρχῶν· » καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα ἐξαιρέτως τῆς παναγίας. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα ἔχει μὲν ἱκεσίαν, ἐκφαίνει δὲ εὐχαριστίαν, καὶ εὐεργέτην τοῦ γένους κηρύττει τὸν Θεὸν, ἐν οἷς μέμνηται τῶν παρ' αὐτοῦ τελειωθέντων καὶ ἁγιασθέντων ἀνθρώπων, μονονοὺ λέγων· Ἵνα δῷς ἡμῖν χάριν, ἣν τοῖς ἁγίοις κατέθου πρότερον, ἵνα ἁγιάσῃς ὥσπερ καὶ ἄλλους φθάσας ἡγίασας τῶν ὁμογενῶν ἡμῖν. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἀρκείτω ταῦτα.

CAP. XXXIV.

De eis quæ sacerdos pro se orat, pro sacris donis, et de iis quæ jubet fideles orare.

Sacerdos autem postquam omnibus ea quæ par est oraverit, etiam pro se orat ut a donis sanctificetur. Quanam sanctificatione? Ut accipiat remissionem peccatorum. Hoc enim est donorum principale officium. Et undenam potest hoc sciri? Ex iis quæ Dominus dixit, apostolis panem ostendens : « Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. » Et in calice similiter : « Memento, inquit, Domine etiam meæ indignitatis, et condona mihi omne delictum voluntarium et involuntarium. Et ne propter mea peccata prohibueris gratiam sancti Spiritus a donis propositis. » Remissionem peccatorum dat sanctus Spiritus iis qui sunt donorum participes. « Hæc, inquit, gratia in me ne prohibeatur ex donis propter mea peccata. » Dupliciter enim dicitur gratia operari in pretiosis donis. Uno quidem modo, per quem ipsa sanctificantur, alio, per quem gratia nos per ipsa sanctificat. Primo ergo modo, in donis gratiam operari nullum potest humanum malum vetare. Sed, quemadmodum corum

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ ὧν ὁ ἱερεὺς ἕνεκα ἑαυτοῦ εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἱερῶν δώρων, καὶ ὑπὲρ ὧν τοῖς πιστοῖς εὔχεσθαι κελεύει.

Ὁ δὲ ἱερεὺς, μετὰ τὸ πᾶσιν εὔξασθαι τὰ δέοντα, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὔχεται, ὑπὸ τῶν δώρων ἁγιασθῆναι. Τίνα ἁγιασμόν; Ἄφεσιν λαβεῖν τῶν ἁμαρτιῶν. Τοῦτο γὰρ τὸ προηγούμενον τὸ ἔργον τούτων τῶν δώρων. Καὶ πόθεν δῆλον; Ἐξ ὧν ὁ Κύριος εἶπε τοῖς ἀποστόλοις, τὸν ἄρτον δεικνύς· « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » καὶ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως· « Μνήσθητι, Κύριε, φησὶ, καὶ τῆς ἐμῆς ἀνοσιότητος, καὶ συγχώρησόν μοι πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον, καὶ μὴ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας κωλύσῃς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπὸ τῶν προκειμένων δώρων. » Ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδωσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς τῶν δώρων κοινωνοῦσι. « Αὕτη ἡ χάρις, φησὶ, μὴ κωλυθήτω ἀπὸ τῶν δώρων, διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας. » Διττῶς γὰρ λέγεται ἐνεργεῖν ἐν τοῖς τιμίοις δώροις ἡ χάρις· ἕνα μὲν τρόπον καθ' ὃν αὐτὰ ἁγιάζεται· ἕτερον δὲ, καθ' ὃν ἡ χάρις δι' αὐτῶν ἡμῶν ἁγιάζει. Τὸν μὲν οὖν πρῶτον ἐν τοῖς δώροις τὴν χάριν ἐνεργεῖν, οὐδέν τι δύναται κωλύειν τῶν

Digitized by Google

ἀνθρωπίνων κακῶν. Ἀλλὰ καθάπερ ὁ ἁγιασμὸς αὐ- A
τῶν οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνης ἀρετῆς ἔργον, οὕτως οὐδὲν κωλύεσθαι δυνατὸν αὐτὸν ὑπὸ κακιῶν ἀνθρωπίνων. Ὁ δεύτερος δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας δεῖται σπουδῆς. Διὰ τοῦτο καὶ ὑπὸ τῆς ἡμῶν κωλύεται ῥᾳθυμίας. Ἁγιάζει γὰρ ἡ χάρις διὰ τῶν δώρων ἡμᾶς, ἐὰν πρὸς τὸν ἁγιασμὸν ἐπιτηδείως ἔχοντας λάβῃ· ἐὰν δὲ ἀπαρασκευάστους ἐμπέσῃ, οὔτε ὄφελος ἤνεγκεν οὐδὲν, καὶ μυρίαν ἡμῖν ἐνέθηκε βλάβην. Ταύτην τὴν χάριν, εἴτε ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν ἐστι μόνον, εἴτε μετ' ἐκείνης καὶ ἄλλη δωρεὰ διδομένη τοῖς μετὰ καθαροῦ συνειδότος τὸ ἱερὸν τοῦτο δειπνούντων δεῖπνον, εὔχεται ὁ ἱερεὺς μὴ κωλυθῆναι ἀπὸ τῶν δώρων, ὡς δυναμένην κωλυθῆναι δι' ἀνθρωπίνην κακίαν. Ταύτην τὴν εὐχὴν εὔχεται καὶ μετ' ὀλίγα σὺν παντὶ τῷ πλήθει κοινῇ· εὐξάμενος γὰρ B
ἅπασιν ὁμόνοιαν, ὥστε ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ οὕτω διατεθεῖσιν ἐπαγγειλάμενος τὰ ἐλέη τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἶτα κελεύει δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν εἰρημένην εὐχὴν, ἣν αὐτὸς ηὔξατο, πάντας τοὺς ἁγίους εἰς ἐπικουρίαν καλέσας. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μνημονεῦσαι πάντων τῶν ἁγίων, τὸ καλέσαι, τὸ δεηθῆναι. Καὶ τί φησι; « Δεηθῶμεν τοῦ Κυρίου ὑπὲρ τῶν ἁγιασθέντων δώρων, » οὐχ ἵνα αὐτὰ δέξωνται τὸν ἁγιασμόν (διὰ τοῦτο γὰρ ἁγιασθέντα αὐτὰ εἶπον, ἵνα μὴ σὺ τοῦτο νομίσῃς)· ἀλλ' ἵνα ἡμῖν αὐτοῦ μεταδοῦεν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸν προσδεξάμενον αὐτὰ, τὴν χάριν ἡμῖν ἀντικαταπέμψαι. « Εὐξώμεθα, φησὶν, ὑπὲρ τῶν δώρων, » ἵνα εἰς ἡμᾶς ἐνεργὰ γένωνται, C
ἵνα μὴ ἀδυνατήσῃ πρὸς ταύτην τὴν χάριν, καθάπερ ὅτε μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφαίνετο τὸ πᾶν τὸ δυνάμενον αὐτοῦ σῶμα, ἔστιν ἐν αἷς τῶν πόλεων οὐκ ἠδύνατο σημεῖα ποιεῖν διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Οὕτω δὲ ταῦτα πρὸς τὸ πλῆθος βοήσας, εἶτα καὶ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἡσυχῇ εὔχεται, περὶ τῶν αὐτῶν τὸν Θεὸν ἱκετεύων, ὥστε μεταλαβεῖν μὲν τῶν φρικτῶν μυστηρίων, μετὰ καθαροῦ συνειδότος, ἀπολαῦσαι δὲ τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης· ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, Πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, βασιλείας κληρονομίαν, καὶ μὴ εἰς κρίμα ἢ εἰς κατάκριμα. Εἶτα εὐξάμενος ἅπασιν τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν καὶ φυλακὴν, κελεύει αὐτοὺς εὔξασθαι τὴν ἡμέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν, καὶ ἀναμάρτητον διενεγκεῖν, φρουρὸν ἔχοντας ἄγγελον εἰρήνης πιστὸν, διὰ τὸν ἄγγελον τοῦ ψεύδους, ᾧ τὰ αὐτῶν πιστεύειν οὐκ ἀσφαλές. Εὐχόμεθα δὲ περὶ τοῦ φύλακος ἀγγέλου, οὐχ ἵνα τότε ἡμῖν δοθῇ· δέδοται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελος· ἀλλ' ἵνα ἐνεργὸς ᾖ, καὶ τὰ αὐτοῦ ποιῇ, καὶ φρουρῇ, καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἡμᾶς ὁδηγῇ, καὶ μὴ ἀποστῇ μηνίσας διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· πρὸς τούτοις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ πάντα τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, καὶ ἔτι πρὸς τὸ μέλλον ἀσφάλειαν, ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ διενεγκόντας τὸν ὑπόλοιπον τῆς ζωῆς χρόνον, ὥστε εἶναι τὰ τέλη τοῦ βίου Χριστιανοῖς πρέποντα, εἶτα ἑαυτὰ παραθέσθαι τῷ Θεῷ καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν, τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἰτη-

sanctificatio non est humanæ virtutis opus : ita nec fieri potest ut eam hominum vitium prohibeat. Secundus autem nostro etiam studio et diligentia indiget. Nos enim gratia per dona sanctificat, si nos ad sanctificationem aptos et accommodatos ceperit : sin autem in nos imparatos inciderit, nec ullam utilitatem attulerit, et plurimum etiam detrimentum damnumque dederit. Hanc gratiam, sive est solum remissio peccatorum, sive cum illa etiam aliud donum quod datur iis qui cum pura conscientia sacram hanc cœnam sumunt, orat sacerdos, ne a donis prohibeatur, ut quæ possit prohiberi per humanum vitium. Hanc facit orationem etiam paulo post cum universa communiter multitudine ; postquam enim omnibus concordiam precatus est, ut uno ore et corde Deum glorificent, sic quoque dispositis annuntians misericordiam magni Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, deinde jubet eos rogare Deum, et ad eum facere illam orationem, quam dixit, omnium sanctorum implorato auxilio : hoc enim, scilicet memoriam facere omnium sanctorum, est invocare, orare. Et quid dicit? « Oremus Dominum pro donis sanctificatis ; » non ut ea sanctificationem suscipiant (propterea enim dixi ea sanctificata, ne tu hoc putares), sed ut ipsam nobis impertiant : hoc enim est, benignum et clementem Deum, qui ea suscepit, gratiam nobis vicissim remittere. « Oremus, inquit, pro donis, » ut in nos operentur, ne ad hanc gratiam non sit potens : sicut quando cum hominibus versabatur hoc omnipotens corpus, in nonnullis civitatibus non poterat signa facere, propter eorum incredulitatem. Cum autem hæc ad populum sic clamavit, deinde ipse quoque per se submisse orat de iisdem Deum precans, ut sint venerabilium mysteriorum participes cum bona conscientia, fruantur autem sacra mensa, peccatorum remissione, Spiritus sancti participatione, regni hæreditate, et non in judicium vel in condemnationem. Deinde, postquam precatus est omnibus Dei auxilium et custodiam, jubet etiam eos orare ut totum diem, perfectum, sanctum, pacificum, et sine ullo peccato transigant, habentes custodem angelum pacis, fidelem, propter angelum mendacii, cui non D
est tutum sua credere. Oramus autem pro bono angelo, non ut tunc nobis detur : datus est enim ab initio unicuique fidelium angelus : sed ut operetur, et suo officio fungatur et custodiat, et nos ad viam divinam deducat, et non abscedat, succensens propter nostra peccata : ad hæc remissionem peccatorum, et omnia quæ sunt bona et utilia nostris animabus, et mundo pacem, et præterea in futurum securitatem, in pace et pœnitentia transacto reliquo vitæ tempore, ut sit Christianis finis qui eis convenit, deinde ut seipsos et inter se invicem Deo commendent, et per totam eorum vitam unitatem fidei et sancti Spiritus communicationem petentes. Quid autem sibi vult fidei unitas, et sancti Spiritus communicatio, et quam ob causam iis indigemus, prolixe ante dictum est.

Digitized by Google

σαμένους. Τί δὲ βούλεται ἡ τῆς πίστεως ἑνότης, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνία, καὶ τίνος ἕνεκα τούτων ἐνταῦθα δεόμεθα, διὰ πολλῶν εἴρηται τρόπων.

CAP. XXXV.

De oratione a Deo tradita, et inclinatione capitum, et gratiarum postea actione ad Deum, et glorificatione.

Sed cum sic ipse ædificavit, et ad bonum omni ex parte instituit et comparavit, tanquam jam perfectos, et divina adoptione dignos, Deum rogat ut digni habeantur orationem illam cum ipso libere facere, in qua audemus ipsum Patrem vocare. Postquam autem omnes illam cum eo dixerint, ipse cum ultimam ejus partem ad Dei glorificationem exclamavit, orationem concludit. Post hoc pacem precatur omnibus. Cum autem eorum nobilitatem sic in mentem revocavit, et Patrem Deum vocavit, deinde etiam tanquam Dominum jubet agnoscere, et quæ sunt servorum in ipsum ostendere, et ei capita inclinare, et eo habitu servitutem confiteri: et inclinant non solum tanquam natura Domino, et Opifici et Deo, sed etiam ut servi empti, ei qui emit pretioso sanguine Unigeniti, pro quo etiam duplices servos nos acquisivit, et filios suos fecit; etenim et servitutem auxit, et majorem reddidit, et adoptionem effecit unus et idem sanguis. Omnibus autem capita inclinantibus, sacerdos apud se Deo gratias agens pro eorum quæ sunt creatione, precatur ea quæ sunt utilia omnibus, mentionem faciens apud eum, et nominis Unigeniti, et gratiæ ejus et benignitatis, tanquam sic petita accepturus, ut ipse Servator professus est. « Omnia enim, inquit, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. » Deinde adjecta glorificatione, audiente circumstante multitudine, laudat sanctissimam Trinitatem: et cum eos glorificationis participes accepit, deinde rursus ad seipsum convertitur, et submissa voce per se precatur. Orans autem vocat ipsum Christum, victimam, sacerdotem, panem, ut ipse per se servis seipsum communicet.

CAP. XXXVI.

De iis quæ sacerdos clamat ad populum, sancta elevans: et de iis quæ illi vicissim ad eum clamant.

Et ad mensam et ipse accessurus, et alios vocaturus, quoniam non absolute omnibus sacramentorum communio est licita, ipse quoque non omnes vocat, sed vivifico pane accepto et ostenso, eos qui digne sunt ipsius participes futuri, vocat. « Sancta, inquit, sanctis, » propemodum dicens: Ecce panis vitæ quem videtis. Accurrite ergo participes futuri, sed non omnes, sed si quis sanctus. Sancta enim sanctis solis permittuntur. Sanctos autem hic non dicit virtute perfectos, sed quicunque ad illam quidem tendunt perfectionem, sed nondum sunt assecuti: etenim eos nihil prohibet sanctorum effectos mysteriorum participes, sanctificari, et hanc partem esse sanctam, sicut et universa Ecclesia sancta esse dicitur; et beatus Apo-

ΚΕΦΑΛ. ΑΕ'.

Περὶ τῆς Θεοῦ παραδότου εὐχῆς, καὶ τῆς κλίσεως τῶν κεφαλῶν, καὶ τῆς μετὰ τοῦτο εὐχαριστίας καὶ δεήσεως πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ δοξολογίας.

Ἀλλ' οὕτως αὐτὸς οἰκοδομήσας, καὶ πανταχόθεν εἰς τὰ ἀγαθὰ συγκροτήσας, ὡς ἤδη τελείους καὶ τῆς θείας υἱοθεσίας ἀξίους γενομένους, ἱκετεύει τὸν Θεὸν ἀξιωθῆναι τὴν εὐχὴν ἐκείνην εὔχεσθαι μετὰ παῤῥησίας, ἐν ᾗ τολμῶμεν Πατέρα καλεῖν αὐτόν. Εὐξαμένων δὲ αὐτὴν μετ' αὐτοῦ πάντων, αὐτὸς τὸ ἀκροτελεύτιον ἐκβοήσας εἰς δοξολογίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν εὐχὴν κατακλείει. Μετὰ τοῦτο τὴν εἰρήνην εὔχεται πᾶσιν. Οὕτω δὲ τῆς εὐγενείας διὰ τῆς εὐχῆς ἀναμνήσας, καὶ Πατέρα καλέσας τὸν Θεὸν, εἶτα καὶ ὡς Δεσπότην ἐπιγινώσκειν κελεύει, καὶ τὰ δούλων πρὸς αὐτὸν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ κλίναι τὰς κεφαλὰς αὐτῷ, καὶ τούτῳ τῷ σχήματι τῆς δουλείας ὁμολογῆσαι. Καὶ κλίνουσιν οὐ μόνον ὡς φύσει Δεσπότῃ καὶ Δημιουργῷ καὶ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὠνητοὶ δοῦλοι, τῷ πριαμένῳ δι' αὐτοῦ αἵματος τοῦ Μονογενοῦς, ὑπὲρ οὗ καὶ διπλοῖς δούλοις ἡμᾶς ἐκτήσατο, καὶ υἱοὺς ἐποιήσατο τοὺς αὐτούς. Καὶ γὰρ καὶ τὴν δουλείαν ηὔξησεν ἡμῖν καὶ μείζονα ἔδειξε, καὶ τὴν υἱοθεσίαν εἰργάσατο τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ αἷμα. Πάντων δὲ κλινόντων τὰς κεφαλὰς, ὁ ἱερεὺς τῷ Θεῷ τὰς χάριτας ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας ὁμολογήσας, εὔχεται τὰ συμφέροντα πᾶσι, μνησθεὶς πρὸς αὐτὸν καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Μονογενοῦς καὶ τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας· ὡς οὕτω τὰ αἰτήματα ληψόμενος, κατὰ τὴν αὐτοῦ Σωτῆρος θείαν ἐπαγγελίαν· « Πάντα γὰρ, φησὶν, ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. » Εἶτα δοξολογίαν προσθεὶς εἰς ἐπήκοον τοῦ περιεστῶτος πλήθους, ὑμνεῖ τὴν παναγίαν Τριάδα, καὶ λαβὼν κοινωνοὺς τῆς δοξολογίας, εἶτα πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, καὶ ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτὸν εὔχεται. Εὐχόμενος δὲ αὐτὸν καλεῖ τὸν Χριστὸν, τὸ σφάγιον, τὸν ἱερέα, τὸν ἄρτον· ἵνα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς δούλοις ἑαυτὸν μεταδῷ.

ΚΕΦΑΛ. ΑϚ'.

Περὶ ὧν ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸ πλῆθος βοᾷ, τὰ ἅγια ὑψῶν· καὶ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς αὐτὸν ἀντιβοῶσιν.

Καὶ μέλλων ἐπὶ τὴν τράπεζαν καὶ αὐτὸς χωρεῖν, καὶ ἄλλους συγκαλεῖν, ἐπεὶ οὐ πᾶσιν ἁπλῶς ἔξεστιν ἡ κοινωνία τῶν μυστηρίων, καὶ αὐτὸς οὐ πάντας καλεῖ· ἀλλὰ τὸν ζωοποιὸν ἄρτον λαβὼν, καὶ ἀποδείξας, τοὺς ἀξίους αὐτοῦ μετέχοντας, εἰς τὴν μετουσίαν καλεῖ. « Τὰ ἅγια, φησὶ, τοῖς ἁγίοις· » μονονοὺ λέγων· Ἰδοὺ ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος ὃν ὁρᾶτε. Οὐκοῦν δράμετε μεταλῃψόμενοι, ἀλλ' οὐ πάντες, ἀλλ' εἴ τις ἅγιος. Τὰ γὰρ ἅγια τοῖς ἁγίοις ἐφεῖται μόνοις. Ἁγίους δὲ οὐ τοὺς τελείους τὴν ἀρετὴν μόνον ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι πρὸς τὴν τελειότητα ἐκείνην ἐπείγονται μὲν, λείπονται δὲ ἔτι. Καὶ τούτου; γὰρ οὐδὲν κωλύει τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐν μεθέξει γενομένων ἁγιάζεσθαι, καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἁγίους εἶναι· ὥσπερ καὶ ἡ Ἐκκλησία πᾶσα ἁγία λέγεται,

Digitized by Google

καὶ ὁ μακάριος Ἀπόστολος πρὸς δῆμον ὁλόκληρον γράφων· « Ἀδελφοὶ ἅγιοι, φησὶ, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι. » Ἅγιοι καλοῦνται διὰ τὸν ἅγιον οὗ μετέχουσι, καὶ ᾧ σώματος καὶ αἵματος κοινωνοῦνται. Μέλη γὰρ τοῦ σώματος ἐκείνου, σάρκες ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ, καὶ ὀστᾶ ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ· ἕως οὗν ἐσμεν αὐτῷ συνημμένοι καὶ τὴν ἁρμονίαν φυλάττομεν, ζῶμεν ἁγίαν ζωὴν, τὸν ἁγιασμὸν ἕλκοντες διὰ τῶν μυστηρίων, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐκείνης καὶ τῆς καρδίας. Ἐπειδὰν δὲ ἀποτμηθῶμεν, καὶ τῆς ὁλότητος ἐκπέσωμεν τοῦ παναγίου σώματος, μάτην γευόμεθα τῶν ἱερῶν μυστηρίων· οὐ γὰρ διαβήσεται ἡ ζωὴ πρὸς τὰ νεκρὰ καὶ ἀποκοπέντα μέλη. Τί δὲ τὸ ἀποκόπτον τοῦ ἁγίου σώματος ταῦτα τὰ μέλη; « Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν, φησὶ, διιστῶσι ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν. » Τί οὖν; πᾶσα ἁμαρτία νεκρὸν ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἡ πρὸς θάνατον μόνον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς θάνατον λέγεται· ἔστι γὰρ ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην. Διὰ τοῦτο τοὺς μεμυημένους, εἰ μὴ τοιαῦτα πλημμελεῖν, οἷα τοῦ Χριστοῦ διαστῆσαι, καὶ θάνατον ἐνεγκεῖν, οὐδὲν τὸ κωλύον κοινωνοῦντα τῶν μυστηρίων, τοῦ ἁγιασμοῦ μετέχειν, καὶ πράγματος ἕνεκα καὶ ὀνόματος, ὡς ἂν ἔτι ζῶντα μέλη, καὶ συνημμένους τῇ κεφαλῇ. Διὰ τοῦτο καὶ τοῦ ἱερέως βοήσαντος, « Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, » οἱ πιστοὶ ἀντιβοῶσι, « Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν τοῦ Πατρός. » Ὅτι οὐδεὶς οἰκοθεν ἔχει τὸν ἁγιασμόν· οὐδ' ἔργον ἀνθρωπίνης ἐστὶν ἀρετῆς· ἀλλ' ἐξ ἐκείνου πάντες καὶ δι' ἐκεῖνον. Καὶ καθάπερ εἰ πολλὰ κάτοπτρα τεθείη ὑπὸ τὸν ἥλιον, πάντα μὲν λάμπει, καὶ ἀκτῖνα, ἀφίησι, καὶ δόξεις πολλοὺς ἡλίους ὁρᾶν, εἷς δὲ ἀληθῶς ὁ ἐν πᾶσιν ἀστράπτων ἥλιος· οὕτω καὶ ὁ μόνος ὑπάρχων ἅγιος, εἰς τοὺς πιστοὺς χεόμενος, ἐν πολλαῖς μὲν ψυχαῖς φαίνεται, καὶ πολλοὺς δείκνυσιν ἁγίους· ἔστι δὲ εἷς καὶ μόνος ἅγιος· οὐδὲν ἧττον εἰς δόξαν τοῦ Πατρός. Τὸν γὰρ Θεὸν οὐδεὶς ἐδόξασε τὴν αὐτῷ προσήκουσαν δόξαν. Ὅθεν ὀνειδίζων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, « Εἰ Θεός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Ἀλλὰ μόνος ὁ Μονογενὴς ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν ὀφειλομένην δόξαν. Διὸ καὶ πρὸς τῷ πάθει γενόμενος, ἔλεγεν πρὸς τὸν Πατέρα, » Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς. » Πῶς γὰρ ἐδόξασεν; Οὐκ ἄλλως ἢ τὸν ἁγιασμὸν ἐπιδειξάμενος τὸν ἐκείνου τοῖς ἀνθρώποις· ἅγιος φανεὶς, ὥπερ αὐτός ἐστιν ἅγιος ὁ Πατήρ. Εἴτε γὰρ ὡς Πατέρα τοῦ ἁγίου τούτου νοήσωμεν τὸν Θεὸν, δόξα τοῦ Πατρὸς ἡ τοῦ Υἱοῦ λαμπρότης ἐστίν· εἴτε ὡς Θεὸν διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, δόξα τοῦ Δημιουργοῦ παντὸς, ἡ τοῦ δημιουργήματος ἀξία ἢ ἀρετή.

stolus scribens ad universum populum : « Fratres sanctι, inquit, vocationis supercœlestis participes. » Sancti enim vocantur propter sanctum cujus sunt participes, et quo corpori et sanguini communicant. Membra enim illius corporis exsistentes, carnes ex carnibus ejus, et ossa ex ossibus ejus, donec ei conjuncti sumus, aptamque compagem et connexionem servamus, vivimus, vitam et sanctificationem per sacramenta ab illo capite et corde trahentes. Postquam autem abscissi fuerimus, et a sanctissimi corporis integritate exciderimus, frustra sacra mysteria gustamus ; nec enim transmittetur vita ad membra mortua et abscissa. Quid autem quod membra abscindit ab illo sancto corpore? « Peccata vestra, inquit, dividunt inter me et vos » Quid igitur? Omne peccatum facit hominem mortuum? Nequaquam ; sed id solum quod est ad mortem ; et ideo ad mortem dicitur. Est enim peccatum non ad mortem, ut vult beatus Joannes : et ideo eos qui sunt mysteriis initiati, si non ejusmodi peccata peccant, quæ a Christo separant, et mortem afferunt, nihil prohibet mysteriis communicantes, sanctificationis esse participes, et propter rem et nomen, ut quæ sint adhuc viva membra, et capiti conjuncti sint. Et ideo cum clamavit sacerdos, « Sancta sanctis, » fideles contra exclamant » : Unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus, in gloria Dei Patris. » Nemo enim ex se habet sanctificationem, nec est humanæ virtutis opus, sed ex illo omnes, et per illum. Et quemadmodum si multa specula sub sole posueris, omnia quidem resplendent, et radios emittunt, et videberis multos soles videre, vere autem est unus sol, qui fulget in omnibus : ita etiam (*a*) unus sanctus nihilo secius in gloria Patris. Deum nemo glorificavit ea quæ ipsi convenit gloria. Unde Judæis exprobrans, dicebat : « Si Deus ego sum, ubi est gloria mea? » Sed solus Unigenitus dedit ei gloriam quæ debetur. Quamobrem etiam cum esset in passione, dixit Patri : « Ego te glorificavi in terra. » Quomodo enim glorificavit? Non alia ratione quam illius sanctificatione hominibus ostensa, sanctus apparens, sicut ipse est sanctus Pater. Sive enim tanquam hujus sancti Patrem Deum intellexerimus, Filii splendor est gloria Patris : sive tanquam Deum propter humanitatem, est omnino gloria Opificis, opificii dignitas vel virtus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Τί σημαίνει τὸ θερμὸν μὲν ὕδωρ ἐμβαλλόμενον εἰς τὰ μυστήρια.

Οὕτω δὲ συγκαλέσας τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τὸ ἱερὸν δεῖπνον, αὐτὸς πρῶτος αὐτοῦ μεταλαμβάνει, καὶ ὅσοι τῶν ὁμοταγῶν, καὶ ὅσοι τῶν περὶ τὸ βῆμα· θερμὸν ὕδωρ πρότερον εἰς τὸ ποτήριον ἐμβαλὼν, σημασίας

CAP. XXXVII.

Quid significat aqua calida in mysteria injecta.

Ita autem convocatis ad sacram cœnam fidelibus, ipse primum est ejus particeps, et quotquot sunt ejusdem ordinis, et quicunque sunt ministri altaris, aqua calida prius in calicem injecta (1), ad si-

(1) Ex usu Græcorum : quem etsi non usurpet Romana Ecclesia, tolerat nihilominus, nec damnat in Græcis.

(*a*) Quædam hic in interpretatione Gentiani Herveti per homœoteleuton omissa sic e Græco restitue : *Ita etiam, cum solus sanctus sit, in multos fideles diffunditur, et in multis animabus videtur, et multos sanctos illuminat ; est autem unus et solus sanctus et nihilo secius in gloria Patris.* Edit. Patr.

Digitized by Google

guificandum sancti Spiritus ad Ecclesiam descensum. Descendit enim tunc universa incarnatio Dominica peracta œconomia : nunc autem, oblato sacrificio, et consummatis donis, versatur cum iis qui digne fuerunt eorum participes. Universa enim humanæ a Christo susceptæ naturæ œconomia, in sacro Eucharistiæ mysterio, in pane, tanquam in tabula, inscripta (nam et infantem ipsum, tanquam in figura contemplamur : et ad mortem ductum et crucifixum, et in latere punctum ; deinde etiam ipsum panem, in illud sanctissimum corpus, quod hæc vere sustinuit, et resurrexit, et assumptum est, et sedet ad dexteram Patris, mutatum), oportebat etiam horum omnium finem post hæc significari, ut esset integra mysterii celebratio, universo negotio et incarnationis dispensationi fine affectuque adjecto. Quod est enim opus, et quis effectus Christi passionum et operum et dictorum? Si quis ea, quod ad nos attinet, considerat, nihil aliud sunt quam sancti Spiritus in Ecclesiam adventus. Oportebat ergo eum post illa significari. Atque is quidem significatur aqua calida in mysteria infusa. Hæc enim aqua, cum et aqua sit, et ignis sit particeps, significat sanctum Spiritum, qui etiam aqua dicitur, et tanquam ignis apparuit in Christi discipulos dilapsus. Hoc autem tempus illud tempus significat ; tunc enim descendit, postquam omnia quæ ad Christum spectabant, peracta erant. Nunc autem perfectis et consummatis donis hæc aqua immittitur. Per mysteria autem significatur Ecclesia, quæ et tunc accepit Spiritum sanctum : et postquam Christus in cœlos assumptus est, etiam nunc accipit donum Spiritus, susceptis donis in altari supercœlesti, id nobis contra remittente Deo, qui illa accepit, ut antea dictum est, quod idem est intercessor et tunc, et nunc, et idem Spiritus.

CAP. XXXVIII.

Quanam ratione mysteria significant Ecclesiam.

Significatur autem Ecclesia in mysteriis, non tanquam in signis, sed tanquam in corde membra, et in arboris radice ramus, et sicut dixit Dominus, tanquam in vite palmites. Non enim est hic solum nominis communio, vel analogiæ similitudo, sed res eadem. Etenim corpus Christi et sanguis mysteria, sed Ecclesiæ hæc sunt cibus et verus potus, et eorum particeps effecta, non ea mutat in corpus humanum veluti aliquem alium cibum, sed ipsa in illa mutatur vincentibus iis quæ sunt præstantiora. Nam etiam ferrum cum igne habens consuetudinem, fit ignis, non autem dat igni ut sit ferrum ; et quemadmodum ferrum inflammatum, non ferrum, sed ignem aperte videmus, ferri proprietatibus omnino ab igne deletis : ita etiam Christi Ecclesiam si quis videre potuerit, eo ipso quod ei unita est, et est ejus carnis particeps, nihil aliud videbit quam ipsum corpus Domini. Propter hanc

A ἕνεκα τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν καθόδου. Κατῆλθε γὰρ τότε τῆς οἰκονομίας τελεσθείσης τοῦ Σωτῆρος ἁπάσης· νῦν δὲ ἐπιδημεῖ, τῆς θυσίας ἀνενεχθείσης, καὶ τελειωθέντων τῶν δώρων, τοῖς γε ἀξίως κοινωνοῦσιν αὐτῶν. Τῆς γὰρ τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἁπάσης κατὰ τὴν ἱερὰν τῆς εὐχαριστίας τελετὴν, ἐν τῷ ἄρτῳ καθάπερ ἐν πίνακι γραφομένης (καὶ γὰρ καὶ βρέφος αὐτὸς ὡς ἐν τύπῳ θεωροῦμεν, καὶ εἰς θάνατον ἀγόμενον, καὶ σταυρούμενον, καὶ τὴν πλευρὰν κεντούμενον· εἶτα καὶ αὐτὸν τὸν ἄρτον εἰς ἐκεῖνο τὸ πανάγιον σῶμα, τὸ ταῦτα ἀληθῶς ὑπομεῖναν, καὶ ἀναστὰν, καὶ ἀναληφθὲν, καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, μεταβαλλόμενον), ἔδει καὶ τὸ τέλος τούτων ἁπάντων μετὰ ταῦτα πάντα σημαίνεσθαι, ἵνα ὁλόκληρος ἡ μύησις γένηται τοῦ B μυστηρίου· τῇ πραγματείᾳ πάσῃ καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ ἀποτελέσματος προστεθέντος. Τί γὰρ τὸ ἔργον καὶ ἀποτέλεσμα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν, καὶ λόγων καὶ ἔργων ; Εἴ τις πρὸς ἡμᾶς αὐτὰ θεωρεῖ, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιδημία. Οὐκοῦν ἔδει μετ' ἐκεῖνα σημανθῆναι καὶ αὐτήν. Καὶ δὴ σημαίνεται τοῦ ζέοντος ὕδατος ἐγχεομένου τοῖς μυστηρίοις. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ, αὐτό τε τοῦτο ὕδωρ ὄν, καὶ πυρὸς μετέχον, τὸ Πνεῦμα σημαίνει τὸ ἅγιον, ὃ καὶ ὕδωρ λέγεται, καὶ ὡς πῦρ ἐφάνη τότε τοῖς τοῦ Χριστοῦ μαθηταῖς ἐμπεσόν. Ὁ δὲ καιρὸς οὗτος τὸν καιρὸν ἐκεῖνον σημαίνει. Τότε μὲν γὰρ κατῆλθε μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν ἅπαντα, νῦν δὲ, τελειωθέντων τῶν δώρων, τὸ ὕδωρ ἐπεισάγεται τοῦτο. C Διὰ δὲ τῶν μυστηρίων καὶ ἡ Ἐκκλησία σημαίνεται, σῶμα οὖσα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· ἧτις τότε ἐδέξατο Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Χριστὸν εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ νῦν δέχεται τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, προσδεχθέντων τῶν δώρων, εἰς τὸ ὑπερουράνιον θυσιαστήριον, ἀντικαταπέμποντος αὐτὴν ἡμῖν τοῦ προσδεξαμένου ταῦτα Θεοῦ, κατὰ τὰ προειρημένα, ὅτι μεσίτης ὁ αὐτὸς, καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Τίνα λόγον τὰ μυστήρια σημαντικὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰσί.

Σημαίνεται δὲ ἡ Ἐκκλησία ἐν τοῖς μυστηρίοις, οὐχ ὡς ἐν συμβόλοις, ἀλλ' ὡς ἐν καρδίᾳ μέλη, καὶ ὡς ἐν ῥίζῃ τοῦ φυτοῦ κλάδοι, καὶ καθάπερ ἔφη ὁ Κύριος, ὡς ἐν ἀμπέλῳ κλήματα. Οὐ γὰρ ὀνόματος D ἐνταῦθα κοινωνία μόνον, ἢ ἀναλογία ὁμοιότητος, ἀλλὰ πράγματος ταυτότης. Καὶ γὰρ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τὰ μυστήρια· ἀλλὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ ταῦτα βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις ἀληθινή· καὶ τούτων μετέχουσα, οὐ πρὸς ἄνθρώπινον αὐτὰ μεταβάλλει σῶμα, καθάπερ ἄλλο τι σιτίον, ἀλλ' αὐτὴ μεταβάλλεται εἰς ἐκεῖνα, τῶν κρειττόνων ὑπερνικώντων. Ἐπεὶ καὶ σίδηρος ὁμιλήσας πυρὶ, αὐτὸς γίνεται πῦρ, οὐ τῷ πυρὶ δίδωσιν εἶναι σίδηρον· καὶ καθάπερ τὸν πυρακτωθέντα σίδηρον, οὐ σίδηρον, ἀλλὰ πῦρ ἀτεχνῶς ὁρῶμεν, τῶν τοῦ σιδήρου ἰδιωμάτων ὑπὸ τοῦ πυρὸς παντελῶς ἀφανιζομένων, οὕτω καὶ τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν εἴ τις ἰδεῖν δυνηθείη, κατ' αὐτὸ τοῦτο καθ' ὅσον αὐτῷ ἥνωται, καὶ τῶν αὐτοῦ μετέχει σαρκῶν,

Digitized by Google

οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτὸ μόνον τὸ Κυριακὸν ὄψεται σῶμα. Διὰ τοῦτον τὸν λόγον, « Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, » γράφει Παῦλος, « καὶ μέλη ἐκ μέρους. » Οὐ γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ περὶ ἡμᾶς πρόνοιαν, καὶ παιδαγωγίαν καὶ τὴν ἡμῶν ὑποταγὴν πρὸς αὐτὸν βουλόμενος δηλῶσαι, τὸν μὲν κεφαλὴν, ἡμᾶς δὲ σῶμα προσεῖπεν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς τοὺς τῶν συγγενῶν ἢ φίλων μέλη καλοῦμεν, ὑπερβολῇ χρώμενοι· ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐκεῖνο σημαίνων ὅπερ ἔλεγεν, ὅτι τοὺς πιστοὺς ἤδη διὰ τὸ αἷμα τοῦτο ζῶντας τὴν ἐν τῷ Χριστῷ ζωὴν, καὶ τῆς κεφαλῆς ὡς ἀληθῶς ἐκείνης ἐξηρτημένους, καὶ τοῦτο περικειμένους τὸ σῶμα, διὰ ταῦτα οὐδὲν ἀπεικὸς ἐνταῦθα διὰ τῶν μυστηρίων τὴν Ἐκκλησίαν σημαίνεσθαι. A

rationem : « Vos estis corpus Christi, » inquit Paulus, « et membra, ex parte. » Non enim Christi in nos curam et providentiam, institutionemque et admonitionem, et nostram in eum subjectionem significare volens, illum quidem caput, nos autem membra appellavit, sicut et nos cognatorum vel amicorum membra vocamus, hyperbole utentes : sed illud ipsum significans quod dicebat, fideles scilicet jam per hunc sanguinem viventes in Christo vitam, et vere ab illo capite dependentes, et hoc corpore indutos. Propterea non est a ratione alienum hic Ecclesiam per mysteria significari.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τῶν ἐπὶ τῆς κοινωνίας κλήσεων τῶν πιστῶν, καὶ ἃ προσφωνοῦνται τοῖς δώροις φανεῖσιν οἱ πιστοί.

Ὁ δὲ ἱερεὺς μετασχὼν τῶν ἁγιασμάτων, πρὸς τὸ πλῆθος ἐπιστρέφεται, καὶ δείξας τὰ ἅγια, καλεῖ τοὺς μετασχεῖν βουλομένους, καὶ προσιέναι κελεύει μετὰ φόβου Θεοῦ, καὶ πίστεως, μήτε καταφθονοῦντας διὰ τὸ φαινόμενον, μήτε ἐνδοιάζοντας διὰ τὸ ὑπὲρ λόγον εἶναι τὸ πιστευόμενον, ἀλλ' ἐπιγινώσκοντας τὴν αἰτίαν αὐτῶν, ὡς εἴη ζωῆς αἰωνίου αἰτία τοῖς μεταλαμβάνουσι, πιστεύοντας προσιέναι. Αὐτοὶ δὲ τὴν εὐλάβειαν ἐπιδεικνύμενοι καὶ τὴν πίστιν, καὶ προσκυνοῦσιν, καὶ εὐλογοῦσι, καὶ θεολογοῦσι τὸν ἐν αὐτοῖς νοούμενον Ἰησοῦν, καὶ ἵνα λαμπρὰ γένηται ἡ δοξολογία, ἀπὸ τῶν προφητικῶν αὐτὴν ποιοῦνται ῥημάτων· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » « Ἐγὼ ἦλθον, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Τοῦτο τοῦ γνησίου Δεσπότου, τοῦτο τοῦ Μονογενοῦς, τὸν Πατέρα ἐπιφημίζειν. Ἐκεῖνο τοῦ δραπέτου δούλου τὸ αὐθάδες, ἡ ἀποστασία. Ταῦτα εἰδὼς ὁ Προφήτης, καὶ τὸ ἀπροσδιαστέλλον τὸν καλὸν ποιμένα τοῦ λύκου μαθὼν, πόρρωθεν εὐλογεῖ τὸν ἐρχόμενον ἐν ὀνόματι Κυρίου, Κύριον τὸν Πατέρα λέγων, καὶ τὸν ἐπιφανέντα, τοῦτον αὐτὸν εἶναί φησι τὸν Θεόν. Τούτοις καὶ αὐτοὶ τοῖς λογίοις χρώμενοι, ὡς νῦν αὐτοῖς τὸν Χριστὸν ἐρχόμενον καὶ φαινόμενον εὐλογοῦσιν. B C

CAP. XXXIX.

De vocatione fidelium ad communionem, et quæ ostensis donis dicunt fideles.

Sacerdos autem, postquam particeps fuit sanctificatorum, ad populum convertitur : et ostensis sanctis, vocat eos qui participare voluerint, et jubet accedere cum timore Dei et fide, neque contemnentes, propter id quod apparet, neque dubitantes, quod sit supra rationem id quod creditur, sed eorum dignitatem agnoscentes, et quod sunt vitæ æternæ causæ iis qui illorum sunt participes, credentes accedere. Ipsi autem pietatem ostendentes et fidem, et adorant et benedicunt, et Jesum qui in eis intelligitur, ut Deum celebrant; et ut sit splendida glorificatio, ex verbis propheticis eam faciunt : « Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et apparuit nobis. » « Ego veni, inquit, in nomine Patris, et non accipitis me. Si quis venerit in nomine proprio, illum accipietis. » Hoc germani Domini, hoc Unigeniti, Patrem laudibus afficere. Illud autem est servi fugitivi arrogantia et defectio. Hæc cum scivisset Propheta, et intellexisset quidnam distinguit bonum pastorem a lupo, eminus benedicit venientem in nomine Domini, Dominum Patrem dicens, et eum qui apparuit, eumdem Deum esse dicit. Iisdem ipsi quoque verbis utentes, tanquam nunc ad eos venientem et apparentem Christum benedicunt.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν εὐχῆς τοῦ ἱερέως, ἣν ἐκφωνεῖ μετὰ τὴν μετάληψιν αὐτῶν.

Εἶτα μετασχοῦσι τῶν μυστηρίων εὔχεται ὁ ἱερεὺς τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίαν καὶ εὐλογίαν. Καὶ τίς εὐχή; « Σῶσον, ὁ Θεὸς, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. » Καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα προφητικόν· οἷον ὁ αὐτὸς Προφήτης καὶ ἀλλαχοῦ φησι· « Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, » ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν εἰρημένον. Ὅπερ γὰρ ὡς Θεὸς εἶχεν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἄνθρωπος ἐκληρονόμησεν ὕστερον. D

Τί οὖν, ἐπεὶ καὶ δημιουργὸς ἡμῶν ἐστιν ὁ αὐτὸς, οὐ, « Τὰ ἔργα σου, φησὶν, εὐλόγησον, » ὧν αὐτὸς εἶ ποιητὴς, ἀλλὰ, « τὴν κληρονομίαν σου; » Ἵνα δυσω-

CAP. XL.

De sacerdotis pro eis oratione, quam effatur ipsis post communionem.

Deinde iis qui fuerunt participes mysteriorum precatur sacerdos a Deo salutem et benedictionem. Et quæ est oratio? « Serva, Deus, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ. » Et hoc est verbum propheticum; quemadmodum ipse etiam Propheta alibi dicit : « Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam fines terræ; » tanquam a Patre dictum Filio. Quod enim tanquam Deus habuit ab initio, ejus postea tanquam homo hæres factus est.

Cur ergo, cum idem etiam nobis est opifex, non dicit, « Benedic opera tua, » quorum tu es effector, sed, « hæreditatem tuam? » Ut majorem eis reve-

Digitized by Google

rentiam exhiberet, paupertatem quam pro nobis sustinuit, ei in mentem revocans. Pro eo, inquit, te oro, quod ipse sustinuisti te esse cum servis, et mandatum accipere, et stare cum iis qui accipiunt, cum omnia habeas; et appellari hæres, cui nihil est acquisitum, maxime cum perfectioris meminisse nostræ cum Christo necessitudinis, magis ipsum movet ad misericordiam. Est autem hæreditas, multo creatione perfectior necessitudo. Multo enim amplius et melius nos possedit hæres effectus, quam prius habuit cum est fabricatus. Ex creatione enim humanæ solummodo naturæ dominium obtinuit. Ex hæreditate autem, rationis et voluntatis Dominus constitutus est, quod est vere hominibus imperare. Illud enim est commune et iis quæ carent ratione, et iis quæ sunt inanimata. Omnia enim natura Deo subjiciuntur, ut quæ sint ejus opera. Sed quomodo per hæreditatem rationis et voluntatis constitutus est Dominus? Quia cum in terram descendit, et crucifixus est, et resurrexit, ei nostram rationem subjecimus et voluntatem. Rationem quidem, quod eum Deum verum cognovimus et universæ creaturæ Dominum; voluntatem autem, quia eum dileximus et ejus dominium, et jugum ejus cum gaudio humeris sustulimus. Ita Deus homines perfecte accepit, ita vere possedit. Hanc possessionem Isaias propheta longe ante desiderans, dicebat, « Domine Deus noster, posside nos. » Hæc est possessio et hæreditas, quam dicitur Unigenitus a Patre accipere. Et talis quidem est oratio.

CAP. XLI.

De gratiarum actione et glorificatione quæ fit postea.

Hic autem universum completur sacrificium, et divinæ Eucharistiæ mysterium finem accipit. Nam et dona sunt sanctificata et sacerdotem sanctificarunt, et omnem qui eum circumsistit chorum; et per ipsos reliquum Ecclesiæ cœtum perfecit et sanctificavit. Propterea in Dei gratiarum actionem et glorificationem et ipse sacerdos desinit, et qui eum circumsistunt fideles. Et ille quidem, « Benedictus Deus, inquit, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. »

Populus autem canit proœmium cantici acceptum ex dictis propheticis: « Implcatur os nostrum laude, Domine, ut celebremus gloriam tuam. » Non sumus, inquit, sufficientes, Domine, ne hymnum quidem et laudem tibi offerre, pro bonis quibus nos dignatus es; sed tu hoc quoque nobis dona. Quonam modo? Implens os nostrum laude; et quemadmodum das orationem orantibus, ut sciamus quænam oportet et quomodo petere: ita etiam ad laudem tuam da ori facultatem. Deinde orant, ut quam acceperunt sanctificationem habentes permaneant, et gratiam non perdant, nec donum amittant, ab ejus manu adjuti. « Conserva nos in tua sanctificatione. » Quid agentes? (Etenim iis quoque quæ a nobis proficiscuntur, opus est.) « Toto die

πήσῃ μᾶλλον, τῆς πτωχείας ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπτώχευσεν, ἀναμνήσας αὐτόν. Ὑπὲρ τούτων ἱκετεύω, φησὶν, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἠνέσχου μετὰ τῶν δούλων γενέσθαι, καὶ λαβεῖν ἐντολὴν, καὶ στῆναι μετὰ τῶν λαμβανόντων, ὁ πάντα ἔχων· καὶ ἀκοῦσαι κληρονόμος ὢν μηδὲν ἐπίκτητον· ἄλλως τε, τὸ μνησθῆναι τῆς ἀκριβεστέρας οἰκειώσεως ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς ἔλεον αὐτὸν ἐφέλκεται μᾶλλον. Ἀκριβεστέρα δὲ οἰκείωσις, ἡ κληρονομία, τῆς δημιουργίας· πολλῷ τῷ μέσῳ καὶ πολὺ βέλτιον ἡμᾶς ἐκτήσατο κληρονομήσας, ἢ πρότερον εἶχε δημιουργήσας. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς δημιουργίας, τῆς φύσεως ἁπλῶς τῶν ἀνθρώπων ἐκράτει, ἀπὸ δὲ τῆς κληρονομίας, τοῦ λόγου καὶ τῆς προαιρέσεως κατέστη Δεσπότης, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπων ἄρχειν, ὡς ἀληθῶς. Ἐκεῖνο γὰρ κοινόν ἐστι καὶ τοῖς ἀλόγοις καὶ τοῖς ἀψύχοις. Φύσει γὰρ πάντα ὑποτάσσεται τῷ Θεῷ, ὡς δημιουργήματα τῷ δημιουργῷ. Ἀλλὰ πῶς κατὰ τὴν κληρονομίαν τοῦ λόγου καὶ τῆς προαιρέσεως κατέστη Δεσπότης; Ὅτι κατελθόντι εἰς τὴν γῆν καὶ σταυρωθέντι, καὶ ἀναστάντι, τὸν λόγον τὸν ἡμέτερον ὑπετάξαμεν αὐτῷ καὶ τὴν θέλησιν· τὸν μὲν λόγον, ὅτι ἐγνωμεν αὐτὸν Θεὸν ἀληθινὸν καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης Δεσπότην· τὴν δὲ θέλησιν, ὅτι ἠγαπήσαμεν αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν καὶ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν μετὰ χαρᾶς ἐπὶ τῶν αὐχένων ἠνέγκαμεν. Οὕτω τελείως τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς ἔλαβεν, οὕτως ἀληθῶς ἐκτήσατο. Ταύτης τῆς κτήσεως Ἡσαΐας ὁ προφήτης πόρρωθεν ἐπιθυμῶν ἔλεγε· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, κτῆσαι ἡμᾶς. » Τοῦτο ἡ κληρονομία ἣν λέγεται λαβεῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Μονογενής. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ εὐχή.

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τῆς μετὰ ταῦτα εὐχαριστίας καὶ δοξολογίας.

Ἐνταῦθα δὲ ἡ ἱερουργία συμπληροῦται ἅπασα, καὶ ἡ τῆς θείας εὐχαριστίας τελετὴ πέρας λαμβάνει. Τότε γὰρ δῶρα ἡγίασται, καὶ τὸν ἱερέα ἡγίασε, καὶ πάντα τὸν περὶ αὐτὸν χορὸν, καὶ δι' αὐτῶν τὸ λοιπὸν τῆς Ἐκκλησίας ἐτέλεσε καὶ ἡγίασε πλήρωμα. Διὰ τοῦτο εἰς εὐχαριστίαν τοῦ Θεοῦ καὶ δοξολογίαν αὐτός τε ὁ ἱερεὺς καταλήγει καὶ οἱ περιεστῶτες πιστοί. Καὶ ὁ μὲν, « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, φησὶ, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. »

Τὸ δὲ πλῆθος ᾄδουσι τὸ προοίμιον τῆς ᾠδῆς, ἀπὸ τῶν προφητικῶν τοῦτο λαβόντες ῥημάτων, « Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, Κύριε, ὅπως ἂν ὑμνήσωμεν τὴν δόξαν σου. » Οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ, φησὶ, Δέσποτα, οὐδὲ ὕμνον σοι προσενεγκεῖν, ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν ὧν ἡμᾶς ἠξίωσας, ἀλλὰ σὺ καὶ τοῦτο δός. Τίνα τρόπον; Πληρώσας τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, καὶ ὥσπερ εὐχὴν δίδως τοῖς εὐχομένοις, ἵν' εἰδῶμεν τίνα δεῖ καὶ ὅπως αἰτεῖσθαι· οὕτω καὶ πρὸς τὸν ὕμνον τὸν σὸν δίδου δύναμιν τῷ στόματι. Εἶτα εὔχονται τὸν ἁγιασμὸν, ὃν ἔλαβον ἔχοντες, μεῖναι, καὶ μὴ προδοῦναι τὴν χάριν, μηδὲ ἀπολέσαι τὴν δωρεὰν, ὑπὸ τῆς ἐκείνου βοηθούμενοι χειρός· « Τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ· » τί ποιοῦντας; (Δεῖ γὰρ καὶ τῶν παρ' ἡμῶν.) « Ὅλην τὴν ἡμέραν

Digitized by Google

μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σου· » δικαιοσύνην λέγοντες, τὴν ἐνθεωρουμένην τοῖς μυστηρίοις σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ φιλανθρωπίαν, ὥσπερ ὁ Παῦλος ἐξέλαβεν· « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, φησὶ, τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ· δικαιοσύνη γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ Θεοῦ ἀποκαλύπτεται, εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας· » ταύτης ἡ μελέτη τῆς δικαιοσύνης τὸν ἁγιασμὸν ἐν ἡμῖν δύναται συντηρεῖν. Καὶ γὰρ καὶ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν αὔξει, καὶ τὴν ἀγάπην ἀνάπτει, καὶ οὐδὲν ἐᾷ πονηρὸν ἐπεισελθεῖν τῇ ψυχῇ· οὐκ ἄρα μάτην ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ὅτι χωρὶς τῶν προπόντων τοῖς μυστηρίοις λογισμῶν, οὐκ ἔστι τὸν ἁγιασμὸν συνεστάναι καὶ παραμένειν ἡμῖν.

A meditantes justitiam tuam, » justitiam dicentes, quæ in mysteriis consideratur, Dei sapientiam et benignitatem; quemadmodum Paulus accepit: « Non enim erubesco, inquit, Evangelium Christi; justitia enim Dei in ipso revelatur in omnes et super omnes credentes. » Hujus justitiæ meditatio potest in nobis sanctificationem conservare. Nam et fidem in Deum auget et charitatem accendit, et nihil mali animam subire permittit. Non ergo frustra ante diximus, quod sine cogitationibus quæ conveniunt mysteriis, fieri non potest ut in nobis constet et permaneat sanctificatio.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'

Περὶ τῶν κεκοιμημένων, εἰ ἁγιάζονται ἀπὸ τῶν τῆς τραπέζης δώρων, ὁμοίως τοῖς ζῶσι.

Κἀκεῖνο δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐξετάσαι, τῶν ἀναγκαίων. Διττῶς γὰρ ἁγιάζουσα φαίνεται ἡ θεία καὶ ἱερὰ τελετή. Ἕνα μὲν τρόπον τῇ μεσιτείᾳ· προσφερόμενα γὰρ τὰ δῶρα, αὐτῷ τῷ προσφέρεσθαι, ἁγιάζει τοὺς προσφέροντας, καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρουσι, καὶ ἵλεων αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν Θεόν. Ἕτερον δὲ τῇ μεταλήψει, ὅτι βρῶσις ἡμῖν γίνεται καὶ πόσις, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἀληθινή. Τούτων τῶν τρόπων ὁ μὲν πρῶτος κοινὸς γίνεται καὶ ζῶσι καὶ τεθνηκόσι· καὶ γὰρ καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν γενῶν ἡ θυσία προσφέρεται· ὁ δὲ δεύτερος μόνοις ἔξεστι τοῖς ζῶσιν· οὐ γὰρ ἐσθίειν ἔτι καὶ πίνειν οἱ νεκροὶ δύνανται. Τί οὖν; Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἁγιάζονται τὸν ἁγιασμὸν τοῦτον ἀπὸ τῆς μεταλήψεως, καὶ ἧττον ἔχουσιν ἐνταῦθα τῶν ζώντων οἱ τεθνηκότες; Οὐδαμῶς. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ἑαυτοῦ μεταδίδωσι τρόπον ὃν οἶδεν αὐτός· καὶ ἵνα γένηται δῆλον, θεωρῶμεν τὰ αἴτια τοῦ ἁγιασμοῦ, εἰ μὴ καὶ αἱ ψυχαὶ ἔχουσι τῶν τεθνηκότων, ὥσπερ τῶν ζώντων. Τίνα δὲ τὰ αἴτια τοῦ ἁγιασμοῦ; ἆρα τὸ σῶμα ἔχειν; τὸ ποσὶ δραμεῖν ἐπὶ τὴν τράπεζαν; τὸ χερσὶ λαβεῖν τὰ ἅγια; τὸ δέξασθαι τῷ στόματι; τὸ φαγεῖν; τὸ πιεῖν; Οὐδαμῶς. Πολλοῖς γὰρ ταῦτα ἐπιδεξαμένοις, καὶ οὕτω προσεληλυθόσι τοῖς μυστηρίοις, οὔτε γέγονε πλέον οὐδὲν, καὶ ἀπῆλθον μειζόνων ὄντες ὑπεύθυνοι κακῶν. Ἀλλὰ τίνα τοῦ ἁγιασμοῦ τὰ αἴτια τοῖς ἁγιαζομένοις; καὶ τίνα ἃ παρ' ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἀπαιτεῖ; Ψυχῆς κάθαρσις, ἀγάπη πρὸς Θεὸν, πίστις, ἐπιθυμία τοῦ μυστηρίου, προθυμία πρὸς τὴν μετάληψιν, ὁρμὴ ζέουσα, τὸ διψῶντας δραμεῖν.

B

C

D

Ταῦτά ἐστιν ἃ τὸν ἁγιασμὸν ἐφέλκεται τοῦτον· καὶ μεθ' ὧν τοὺς προσερχομένους ἀνάγκη τοῦ Χριστοῦ μετασχεῖν, καὶ ὧν χωρὶς ἀδύνατον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα οὐ σωματικὰ, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἐξήρτηται μόνης. Οὐκοῦν οὐδὲν κωλύει καὶ τὰς ψυχὰς ταῦτα δύνασθαι τῶν τεθνηκότων, ὥσπερ τῶν ζώντων.

Εἰ τοίνυν αἱ μὲν ψυχαὶ πρὸς τὸ μυστήριον ἑτοίμως ἔχουσι καὶ παρεσκευασμένως· ὁ δὲ ἁγιάσας καὶ τελέσας Κύριος ἁγιάζειν ἀεὶ βούλεται, καὶ ἑαυτὸν ἑκάστοτε μεταδιδόναι ἐπιθυμεῖ, τί τὸ κωλύσον τὴν μετουσίαν; Πάντως οὐδέν. Οὐκοῦν εἴποι τις ἄν, Εἴ

CAP. XLII.

De iis qui dormierunt, an sanctificantur a mensæ donis, sicut et ii qui vivunt.

Hoc quoque præter ea quæ dicta sunt, necesse est examinare. Duobus enim modis sanctificare cernitur divinum hoc et sacrum mysterium. Uno quidem modo, intercessione; oblata enim dona eo ipso quod offeruntur, eos qui offerunt sanctificant, et eos pro quibus offerunt, et Deum eis propitium efficiunt. Alio autem modo, participatione, quia fit nobis verus cibus et potus, ut dicit Dominus. Horum modorum primus quidem est communis vivis et mortuis; etenim pro utrisque offertur sacrificium. Secundus autem modus solis viventibus permittitur; mortui enim non possunt amplius comedere nec bibere. Quid igitur? Propterea nec sanctificantur hac sanctificatione quæ provenit ex participatione, et deteriori sunt hac in parte conditione mortui quam viventes? Minime. Nam et Christus ipsis seipsum communicat, eo modo quo ipse novit. Et ut id fiat apertum, consideremus causas sanctificationis, an non etiam animæ mortuorum se habent sicut et viventium. Quænam sunt autem causæ sanctificationis? nunquid corpus habere, pedibus ad mensam currere, manibus sancta accipere, ore sumere, comedere, bibere? Nequaquam. Ad multos enim qui hæc fecerunt, et ita ad mysteria accesserunt, nulla rediit utilitas, et pluribus malis obnoxii recesserunt. Sed quænam sunt causæ sanctificationis iis qui sanctificantur, et quæ sunt quæ Christus a nobis exigit? Animæ purgatio, in Deum dilectio, fides, desiderium mysterii, alacritas ad participationem, fervens appetitio, sitientes currere.

Hæc sunt quæ hanc sanctificationem attrahunt, et cum quibus necesse est eos qui accedunt esse Christi participes, et sine quibus fieri non potest. Sed hæc omnia non sunt corporalia, sed dependent a sola anima. Nihil ergo prohibet etiam animas hoc posse mortuorum, sicut et vivorum.

Si ergo animæ quidem ad suscipiendum mysterium sunt paratæ et promptæ, is autem in cujus est potestate sanctificare et perficere, vult semper sanctificare, et seipsum semper impertiri desiderat, quid est prohibiturum hanc participationem?

Digitized by Google

Nihil omnino. Ergo dixerit quispiam : Si quis etiam vivorum bona quidem quæ dicta sunt in anima habeat, ad mysteria autem non accedat, habebit illinc nihilo secus sanctificationem ? Non quilibet ; sed si quis non potest corporaliter accedere, sicut defunctorum animæ, quales fuerunt ii qui in desertis errabant montibus seu speluncis et foraminibus terræ, qui altare aut sacerdotem nullo modo videre poterant. Eos enim Christus ipse hac sanctificatione invisibiliter sanctificabat. Undenam potes scire? Quod vitam intra se habebant, non habituri nisi hujus essent sacramenti participes. Ipse enim Christus dixit, « Nisi comederitis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. » Et ut hoc significaret, multis horum sanctorum misit angelos dona ferentes. Si quis autem cum posset, ad mensam non accesserit, fieri non potest ut quæ ex eis provenit sanctificationem assequatur ; non quod non accessit solummodo, sed quod cum posset, non accessit ; et propterea clarum est, quod bonis quæ debentur sacramentis, vacuam habet animam.

Quæ est enim ad mensam adeundam alacritas, et quod desiderium in eo qui cum facile potest ad eam accedere, non vult? Quænam est autem fides in Deum apud eum qui non timet minas quæ in Domini verbis sitæ sunt, adversus eos qui hanc cœnam contemnunt ? Quomodo autem amare credetur, cui cum liceat accipere, non accepit ? Propterea non est novum, si animis a corporibus liberatis, quæ nullius hujusmodi vitii insimulari possunt, hanc mensam Christus impertiit. Illud enim novum est et admirabile, quod homo qui in corruptione et interitu versatur, ab interitu alienum corpus comedat : quod autem anima, quæ est immortalis substantia, sit ejus quod est immortale particeps, modo sibi conveniente, quid mirum? Si autem hoc novum et admirabile, per ineffabilem humanitatem et arcanam sapientiam invenit quomodo perficeret, id quod est probabile et consentaneum quomodo non facere credetur ?

A τις καὶ τῶν ζώντων τὰ μὲν ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθὰ ἔχοι τὰ εἰρημένα, μὴ προσέλθοι δὲ τοῖς μυστηρίοις, ἕξει τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν οὐδὲν ἧττον; Οὐ πᾶς· ἀλλ' εἴ τις οὐ δύναται προσιέναι σωματικῶς, ὥσπερ αἱ τῶν τεθνηκότων ψυχαί· οἷοι γεγόνασιν, οἱ ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, οἷς θυσιαστήριον καὶ ἱερέα ἰδεῖν ἀμήχανον ἦν. Τούτους γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὸν ἁγιασμὸν ἀφανῶς ἡγίαζε τοῦτον. Πόθεν δῆλον; Ὅτι ζωὴν εἶχον ἐν ἑαυτοῖς· οὐ γὰρ ἔχοντες, εἰ μὴ τοῦ μυστηρίου τούτου μετεῖχον. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· « Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. » Καὶ ἵνα τοῦτο σημάνῃ, πολλοῖς τῶν ἁγίων τούτων ἀγγέλους ἔπεμψε τὰ δῶρα κομίζοντας. B Εἰ δέ τις δυνάμενος οὐ προσέλθοι τῇ τραπέζῃ, τοῦτον τοῦ παρ' αὐτοῖς ἁγιασμοῦ τυχεῖν παντελῶς ἀδύνατον· οὐχ ὅτι οὐ προσῆλθεν ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι δυνάμενος οὐ προσῆλθε· καὶ διὰ τοῦτο δῆλός ἐστιν, ὅτι τῶν ὀφειλομένων ἀγαθῶν τοῖς μυστηρίοις, ἔρημον ἔχει τὴν ψυχήν.

Τίς γὰρ ὁρμὴ καὶ προθυμία περὶ τὴν τράπεζαν παρὰ τῷ δυναμένῳ ῥᾳδίως δραμεῖν ἐπ' αὐτήν, καὶ μὴ βουλομένῳ; Τίς δὲ πίστις πρὸς Θεὸν παρὰ τῷ μὴ φοβουμένῳ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦ Κυρίου κειμένην ἀπειλήν, τοῖς τὸ δεῖπνον τοῦτο περιερῶσι; Πῶς δ' ἂν πιστευθείη φιλεῖν, ὃς λαβεῖν ἐξὸν, οὐ λαμβάνει; Διὰ τοῦτο οὐδὲν καινόν, εἰ σωμάτων ἀπολελυμένας C ψυχαῖς ὁ Χριστὸς, αἷς τοιαύτην πονηρίαν οὐδεμίαν ἐγκαλεῖν ἔχει, τῆς τραπέζης μεταδίδωσι ταύτης. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ καινὸν καὶ ὑπερφυὲς, εἰ φθορᾷ συζῶν ἄνθρωπος, ἀκηράτου σώματος φάγοι· τὸ δὲ οὐσίαν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἀθανάτου μεταλαβεῖν, τὸν κατάλληλον αὐτῇ τρόπον, τί θαυμαστόν; Εἰ δὲ τὸ καινὸν τοῦτο καὶ ὑπερφυὲς διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον, καὶ σοφίαν ἀπόῤῥητον ἐξεῦρεν ὅπως ἀνύσῃ, τὸ εἰκὸς καὶ τὸ ἀκόλουθον ποιεῖν, πῶς οὐ πιστευθήσεται;

CAP. XLIII.

Quod animæ ejus qui communicat, fit principaliter sanctificatio.

αὐτὰ, εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλων.
Τοῦτο γὰρ τὸ δέχεσθαι, τὸ οἰκειοῦσθαι, κατὰ τὰ
προειρημένα· οὗτος ὁ τρόπος καθ' ὃν ὁ Χριστὸς τὴν
ἱερουργίαν ταύτην ἱερουργεῖ· ταῦτά ἐστιν ἃ τὴν
ἱερωσύνην αὐτῷ ποιεῖ· εἰ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις,
καὶ τὰς ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ εὐχάς, ἢ πάσας ἢ τινὰς
τοῦ Χριστοῦ θείη τις εἶναι φωνὰς, οὐδὲν κατὰ τοῦτο
διοίσει τῶν ἀσεβῶν, οἳ τὴν δόξαν αὐτοῦ καθαιρεῖν
ἐτόλμησαν. Ἀνάγνωθι τὰς εὐχὰς ἁπάσας, καὶ εἴσῃ D
τὰ ῥήματα ἐκεῖνα πάντα δούλων εἶναι ῥήματα·
ἀνάγνωθι καὶ ταύτην ἣ μνημονεύει τῶν ἁγίων, ἣν
τῷ Χριστῷ ἀνατιθέναι τολμῶσι, καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ
οὐδὲν μὲν υἱῷ πρέπον ὁμοτίμῳ, πάντα δὲ δούλων.
Πρῶτον μὲν γὰρ, οὐκ ἀφ' ἑνὸς προσώπου, ἀλλὰ
κοινὴ τοῦ γένους ἐστὶν ἡ εὐχαριστία, καὶ ὡς ἁμαρ-
τήσαντες, καὶ μὴ περιοφθέντες ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ
φιλανθρωπίας, εὐχαριστοῦσι· καὶ ἡ εὐχαριστία οὐ
πρὸς τὸν Πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Υἱὸν αὐ-
τοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ
Μητρὸς, ὡς Δεσποίνης δοῦλοι, μέμνηνται· καὶ
ταῖς πρεσβείαις αὐτῆς καὶ τῶν ἁγίων τῆς παρὰ
τοῦ Θεοῦ ἐπισκέψεως καὶ προνοίας αἰτοῦνται τυ-
χεῖν. Ταῦτα δὲ τί κοινὸν ἔχει πρὸς τὸν ἕνα Κύ-

Digitized by Google

ecce, duo erunt filii, ut voluit insania Nestorii : adeo est impium et stultum existimare Christum pro sanctis intercedere, ejusmodique legationis et intercessionis munus ei tribuere. Ostensum est autem hæc ne esse quidem sacerdotum. Restat ergo hæc verba non esse supplicationem, sed gratiarum actionem. « Certe, » inquit ; sed non permittit dictio, quæ aperte supplicationem indicat. *Pro* enim præpositio hoc vult significari.

ριον, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἀναμάρτητον, τὸν πάντων Δεσπότην ; « Εὐχαριστοῦμέν σοι, φησὶ, καὶ τῷ Υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ. » Οὐκοῦν ὁ Χριστὸς εὐχαριστεῖ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τῷ μονογενεῖ ; καὶ ἰδοὺ δύο ἔσονται θεοί, κατὰ τὴν Νεστορίου μανίαν· οὕτως ἀσεβὲς καὶ ἀνόητον τὸν Χριστὸν νομίζειν ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρεσβεύειν, καὶ τοιαύτην πρεσβείαν καὶ μεσιτείαν αὐτῷ περιάπτειν. Ἐδείχθη δὲ ταῦτα μηδὲ τῶν ἱερῶν εἶναι. Λείπεται δὴ μὴ ἱκεσίαν ἀλλ' εὐχαριστίαν εἶναι ταῦτα τὰ ῥήματα. « Ναὶ, » φησὶν, ἀλλ' ἡ λέξις οὐκ ἐᾷ τὴν ἱκεσίαν σαφῶς δυναμένην. Ἡ γὰρ ὑπὲρ πρόθεσις τοῦτο βούλεται σημαίνειν.

Non omnino ; non semper enim eum qui rogat, ostendit. Non enim solum quando supplicamus, sed etiam quando gratias agimus, hac dictione utimur. Et hoc ex multis sciri potest, et ab ipsa etiam proposita oratione. « Pro his omnibus, inquit, tibi gratias agimus, et unigenito tuo Filio et Spiritui sancto, » pro omnibus quæ scimus et quæ nescimus, tibi gratias agimus. Agimus tibi gratias etiam pro hoc sacrificio, quod ex nostris manibus suscipere dignatus es. Videmus hanc dictionem proponi etiam in gratiarum actione. Ad hunc itaque errorem nulla relinquitur excusatio. Ita ergo fieri non potest ut sit supplicatoria sanctorum commemoratio. Eam autem versari in gratiarum actione, hoc ipsum ostendit, quod non est supplicatoria. Duorum enim alterum necesse est, ea vel supplicari, vel gratias agi. Et hic duobus modis apud Deum commemorationem facimus bonorum quæ nobis a Deo fiunt, vel ut ea accipiamus, vel quod ea jam acceperimus. Et est illud quidem supplicatio, hoc vero gratiarum actio. Ostendit autem hoc etiam, quod Dei in homines donorum sit longe maximum sanctorum consummatio, et ideo non ipsi Ecclesiam hoc nomine gratias agere, esset nefarium. Et quid dico esse donorum maximum, sanctorum consummationem ? Hæc certe est universum Dei donum. Omnium enim bonorum quæ in nostrum fecit genus, hic est finis, hic fructus, chori sanctorum, et hac de causa cœlum nobis est fabricatum, terra, et quidquid videtur ; propterea paradisus, propterea ipse Deus in carne, et Dei sermones et opera, et passiones, et mors, ut a terra in cœlum migrent homines, et regni quod illic est fiant hæredes. Si est ergo omnino gratiarum actio in sacro mysterio, et hæc dona tam in gratiarum actione quam in supplicatione versantur, omnino necesse est gratiarum agendarum et summam et causam esse ipsos sanctos consummatos

Οὐ πάντως· οὐ γὰρ πανταχοῦ τὸν δεόμενον δείκνυσι. Οὐ γὰρ ἐν οἷς ἱκετεύομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς εὐχαριστοῦμεν, ταύτῃ χρώμεθα τῇ λέξει. Καὶ τοῦτο δῆλον πολλαχόθεν, καὶ ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς προκειμένης εὐχῆς. « Ὑπὲρ τούτων, φησὶν, ἁπάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, καὶ τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, » ὑπὲρ πάντων ὧν ἴσμεν καὶ ὧν οὐκ ἴσμεν, εὐχαριστοῦμέν σοι· καὶ ὑπὲρ τῆς λειτουργίας ταύτης, ἣν ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν δέξασθαι κατηξίωσας. Ὁρᾷς τὴν (ὑπὲρ) καὶ ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας κειμένην ; Οὐκοῦν πρὸς τὴν πλάνην ταύτην οὐδεμία καταλείπεται πρόφασις. Οὕτω μὲν οὖν ἀδύνατον ἱκέσιον εἶναι τὴν περὶ τῶν ἁγίων μνήμην. Ὅτι δὲ χαριστήριός ἐστι, δείκνυσιν αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ εἶναι ἱκέσιον. Ἀνάγκη γὰρ δυοῖν θάτερον, ἢ ἱκέσιον εἶναι, ἢ χαριστήριον· ὅτι κατὰ τοὺς δύο μόνον τούτους τρόπους μεμνήμεθα πρὸς τὸν Θεὸν τῶν παρ' ἐκείνου γενομένων ἡμῖν ἀγαθῶν, ἢ ἵνα λάβωμεν αὐτὰ, ἢ ὅτι ἤδη ἐλάβομεν. Καὶ τὸ μὲν ἔστιν ἱκεσία, τὸ δὲ εὐχαριστία. Δείκνυσι δὲ καὶ τὸ πασῶν μεγίστην εἶναι τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τὴν τῶν ἁγίων τελείωσιν. Καὶ διὰ τοῦτο μὴ χάριτας ὁμολογεῖν αὐτῷ τὴν Ἐκκλησίαν περὶ αὐτῶν, μὴ θεμιτὸν εἶναι. Καὶ τί λέγω μεγίστην τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν τὴν τῶν ἁγίων τελείωσιν ; Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἅπασα ἡ τοῦ Θεοῦ δωρεά. Πάντων γὰρ ὧν εἰς τὸ γένος ἡμῶν ἐποίησεν ἀγαθῶν, τοῦτό ἐστι τὸ τέλος, τοῦτο καρπὸς, οἱ χοροὶ τῶν ἁγίων· καὶ τούτου ἕνεκα οὐρανὸς ἡμῖν ἐδημιουργήθη [γρ. ἐστερεώθη], καὶ ἡ γῆ, καὶ τὸ ὁρώμενον ἅπαν. Διὰ τοῦτο παράδεισος· διὰ τοῦτο προφῆται· διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ, καὶ Θεοῦ λόγος, καὶ ἔργα, καὶ πάθη, καὶ θάνατος· ἵνα ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν μετοικήσωσιν ἄνθρωποι, καὶ τῆς ἐκεῖ βασιλείας γένωνται κληρονόμοι. Εἰ τοίνυν ὅλως εὐχαριστία ἐστὶν ἐν τῇ τελετῇ, καὶ τὰ δῶρα ταῦτα χαριστήρια, καθάπερ ἱκέσια, πᾶσα ἀνάγκη τὸ κεφάλαιον τῆς εὐχαριστίας, καὶ τὴν ἀφορμὴν, αὐτοὺς εἶναι τοὺς τελειωθέντας ἁγίους.

Omnino autem quid in nobis causa est gratiarum actionis, an non quod acceperimus quod petimus ? Cuivis hoc clarum est. Ergo idem est propter quod gratias agimus, et quod petimus. Quid ergo petit a Deo Ecclesia ? Quod ab ipso petere jussa est, ejus regnum, videlicet ut fideles ejus sint hæredes : ut fiant sancti, sicut is qui eos vocavit, sanctus est. Si hæc autem a Deo rogat et postulat, clarum est quod pro iis ipsis quoque agit gratias. Orat ut

Ὅλως δὲ τί ἐστι τὸ ποιοῦν ἐν ἡμῖν τὴν εὐχαριστίαν· οὐ τὸ αἰτεῖν, καὶ λαβεῖν ὅπερ αἰτοῦμεν ; Τί οὖν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ Ἐκκλησία αἰτεῖται ; Ὅπερ αἰτεῖν παρὰ αὐτοῦ ἐκελεύσθη, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ δηλονότι, ἵνα οἱ πιστοὶ ταύτης κληρονομήσωσιν· ἵνα ἅγιοι γένωνται, κατὰ τὸν καλέσαντα ἅγιον. Εἰ δὲ ταῦτα τοῦ Θεοῦ δεῖται καὶ ἱκετεύει, πρόδηλον ὅτι καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων εὐχαριστεῖ· εὔχεται τοὺς πιστοὺς ἐν ἁγιωσύνῃ τελειωθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ἤδη

Digitized by Google

τελειωθέντων ἁγίων τῷ τελειώσαντι χάριτας ὁμολογεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν ἐξ ἀνάγκης. Διὰ ταύτην τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων εὐχαριστίαν, ἡ αὐτὴ τελετὴ εὐχαριστία καλεῖται· εἰ γὰρ καὶ ἄλλων ἐνταῦθα πολλῶν μέμνηται, ἀλλ' οἱ ἅγιοι τὸ τέλος ἁπάντων, καὶ ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνα ζητεῖται· ὅθεν ὅταν ὑπὲρ ἐκείνων εὐχαριστῇ, ὑπὲρ τῆς τελειώσεως τῶν ἁγίων εὐχαριστεῖ. Καθάπερ γὰρ ὁ Κύριος ὅσα ἐποίησεν, ἵνα συστήσῃ τὸν τῶν ἁγίων χορὸν, ἐποίησεν· οὕτω καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐν οἷς αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνων ἁπάντων ὑμνεῖ, πρὸς τὸν χορὸν βλέπουσα τῶν ἁγίων τοῦτο ποιεῖ. Τούτου χάριν ὅτε παρεδίδου τοῦτο τὸ μυστήριον ὁ Σωτὴρ, εὐχαριστῶν τῷ Πατρὶ παρεδίδου, ὅτι δι' αὐτοῦ ἔμελλεν ἡμῖν ἀνοίγειν τὸν οὐρανὸν, καὶ ταύτην τὴν πανήγυριν τῷ πρωτοτόκῳ συνάγειν ἐκεῖ. Τοῦτον ἡ Ἐκκλησία μιμουμένη, οὐχ ἱκέσιον μόνον, ἀλλὰ καὶ χαριστήριον τὴν προσαγωγὴν ποιεῖται τῶν δώρων. Καὶ τοῦτο δείκνυσι μὲν ἑτέρωθεν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τῆς εὐχῆς, ἐν ᾗ πως ὁ σκοπὸς περιέχεται τῆς ἱερουργίας. Διηγησαμένη γὰρ ἅπαντα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθέντα ὑμῖν, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστήσασα, καὶ τελευταῖον προσθεῖσα τὴν τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς παρουσίαν, καὶ τὴν τοῦ μυστηρίου παράδοσιν, καὶ ὡς ἐνετείλατο καὶ ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν, ἐπήγαγε, μεμνημένοι τοίνυν τῆς σωτηρίου ταύτης ἐντολῆς, καὶ πάντων τῶν ὑπὲρ ἡμῶν γενομένων, τοῦ σταυροῦ καὶ ἑξῆς· πάντα καταλέξασα μετὰ τὸν σταυρὸν, εἶτά φησι, «Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρομεν [γρ. προσφέροντες] κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντα σε ὑμνοῦμεν, σὲ εὐλογοῦμεν, σοὶ εὐχαριστοῦμεν, Κύριε, καὶ δεόμεθά σου, ὁ Θεὸς ἡμῶν.» Ὁρᾷς; «Τῶν εὐεργεσιῶν, φησὶ, μεμνημένοι, ταύτην ποιούμεθα τὴν δωροφορίαν.» Τοῦτο δέ ἐστι τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ ὑπὲρ τῶν ἤδη ἀγαθῶν δοθέντων ἡμῖν, δώροις τὸν εὐεργέτην τιμᾷν. Εἶτα καὶ σαφέστερον δεικνῦσα τὴν εὐχαριστίαν, φησί. «Προσφέροντες τὴν προσφορὰν ταύτην, σὲ ὑμνοῦμεν, σὲ εὐλογοῦμεν, σοὶ εὐχαριστοῦμεν, Κύριε, καὶ δεόμεθά σου, ὁ Θεὸς ἡμῶν.»

Οὗτος ὁ νοῦς, φησὶ, τῆς προσαγωγῆς τῶν δώρων, τὸ ὑμνεῖν, τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ ἱκετεύειν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, ὥστε εἶναι καὶ εὐχαριστήριον καὶ ἱκέσιον τὴν αὐτήν. Καὶ ταῦτα ποιοῦμεν, φησὶ, δύο τινῶν μεμνημένοι, τῆς ἐντολῆς, ἣν ἡμῖν ἐνετείλατο, λέγων· «Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν·» καὶ πάντων τῶν ὑπὲρ ἡμῶν γενομένων· ἡ μὲν γὰρ μνήμη τῶν εὐεργεσιῶν ἁπλῶς εἰς ἀμοιβὴν ἡμᾶς προτρέπεται, καὶ τὸ ὅλως τι προσενεγκεῖν τῷ οὕτω μυρίων ὑπάρξαντι αἰτίᾳ χαρίτων ἡμῖν· ἡ δὲ μνήμη τῆς ἐντολῆς, καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς ἀμοιβῆς διδάσκει ἡμᾶς, καὶ τίνα δεῖ δῶρα προσάγειν. Αὐτὴν ἐκείνην τὴν προσφορὰν προσίεμεν, ἣν αὐτὸς ὁ Μονογενὴς ἀνέδειξέ σοι, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ εὐχαριστοῦμεν προσάγοντες, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀναδεικνὺς αὐτὴν ηὐχαρίστει. Διὰ ταῦτα οὐδὲν οἴκοθεν εἰσάγομεν εἰς ταύτην τὴν δωροφορίαν· οὔτε γὰρ ἔργα ἡμῶν τὰ δῶρα ἀλλὰ, σοῦ τοῦ πάντων δημιουργοῦ. Οὔτε ἡμετέρα ἐπίνοια τῆς λατρείας ὁ τρόπος οὗτος, ἀλλ' οὐδὲ προσεθυμήθημεν, οὐδ' οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰς αὐτὴν ἐκινή-

A fideles in sanctitate perficiantur, et propterea pro sanctis jam perfectis et consummatis, ei qui perfecit, gratias agere est necessario consentaneum. Propter hanc pro sanctis gratiarum actionem hoc sacrum mysterium Eucharistia dicitur. Etsi enim aliorum quoque multorum hic mentionem faciat, sancti tamen sunt finis omnium, et pro quibus illa petuntur. Unde quando pro illis agit gratias, agit gratias pro sanctorum perfectione. Quemadmodum enim quæcunque fecit Dominus, ea fecit ut chorum sanctorum statueret, ita etiam Ecclesia, ubi illum laudat pro omnibus, ad sanctorum chorum respiciens hoc agit. Ea de causa quando tradidit Servator sacramentum, Patri gratias agens tradidit, quod per ipsum nobis cœlum esset aperturus, et
B hunc primogenitorum cœtum illic congregaturus. Eum imitans Ecclesia, non solum supplicantem, sed etiam gratias agentem facit donorum oblationem. Et hoc quidem aliunde ostendit, maxime autem ex oratione, in qua totius sacrificii scopus continetur. Cum enim recensuisset omnia quæ nobis a Deo data sunt, et gratias egisset pro omnibus, et postremo addidisset Domini in carne adventum, et hujus sacramenti traditionem, et quod nobis quoque hoc jussit facere, subjunxit: Recordantes ergo salutaris hujus præcepti, et omnium quæ pro nobis facta sunt, crucis, etc., et enumeratis deinceps omnibus quæ crucem consecuta sunt, deinde dicit: «Tua ex tuis tibi offeri-
C mus: de omnibus, et per omnia te laudamus, te benedicimus, tibi gratias agimus, Domine, et oramus te, Deus noster.» Vides? «Beneficiorum, inquit, recordantes, hanc tibi donorum oblationem facimus;» hoc autem est gratias agere, pro bonis jam nobis donatis, donis benefactorem honorare. Deinde etiam apertius ostendens gratiarum actionem ait: «Offerentes oblationem hanc, te laudamus, te benedicimus, tibi gratias agimus, Domine, et rogamus te, Deus noster.»

Hoc ergo est institutum donorum oblationis, laudare, gratias agere, supplicare, ut a principio diximus, ut eadem et in supplicatione et gratiarum actione versetur. Et hæc facimus, inquit, duorum
D recordantes, et præcepti quod nobis dedit, dicens: «Hoc facite in meam recordationem,» et omnium quæ pro nobis facta sunt. Beneficiorum enim, ut semel dicam, recordatio nos ad retributionem adhortatur, et ad aliquid omnino offerendum ei qui nos prior innumerabilibus beneficiis sic affecit. Præcepti autem memoria et ipsa forma retributionis nos docet, quænam ipsi dona offerre oporteat. Illam ipsam oblationem admittimus, quam ipse Unigenitus tibi ostendit Deo et Patri, et gratias agimus, quia ipse etiam eam ostendens egit gratias. Propterea ad hanc donorum oblationem nihil domo afferimus. Neque enim dona sunt nostra opera, sed tua omnium opificis. Nec nostrum est inventum hæc colendi forma, sed neque nostra sponte hoc voluimus, neque domo et ex nobis ipsis ad eam

Digitized by Google

impulsi sumus, sed ipse docuisti, ipse adhortatus es per Unigenitum. Et ideo quæ tibi offerimus, ex tuis quæ nobis dedisti, tua sunt in omnibus et per omnia. Ita etiam pro ipsa qua aguntur gratiæ oblatione, aliam rursus gratiarum actionem Deo debemus, quia nihil ejus nostrum est, sed tota est illius donum, et hoc ipsum quod id volumus et operamur, idem est qui in nobis operatur, ut ait divinus Apostolus. Propterea hoc quoque in orationibus dicitur : « Gratias agimus tibi pro sacrificio, quod e nostris manibus suscipere dignatus es. » Quæ ergo docent, sanctorum in sacrificio commemorationem non esse ad Deum pro ipsis supplicationem, sed gratiarum actionem, hæc sunt.

A

CAP. L.

Quot modis fit in sacrificio sanctorum commemoratio, et quæ differentia.

B

Videamus autem quoties et in quo sacrificii loco fit hæc commemoratio. Fit enim bis : primum quidem in ejus principio, quando dona offeruntur, secundo autem, quando sacrificantur.

Quia enim duplex est oblatio, hæc quidem tanquam solummodo donorum et munerum, ut antea dictum est, illa autem tanquam sacrificii ; necesse est etiam eos pro quibus offeruntur, et primæ et secundæ oblationis meminisse. Itaque quemadmodum in prima, « In recordationem, inquit, Domini et Dei Servatoris nostri Jesu Christi ; » ita etiam in secunda, « Recordantes ergo eorum quæ pro nobis facta sunt, crucis et aliorum quæ Christus pro nobis sustinuit. » Quæ enim hic sibi vult crucis memoria, et aliorum quæ crucem consecuta sunt, hoc illic est Domini commemoratio. Non enim, ut miracula facientis Servatoris, sed ut crucifixi et morientis, tunc sacerdos meminit, ut in illo loco per multa ostensum est. Et rursus sicut in prima, « Ad gloriam Sanctissimæ, ad intercessionem sanctorum, » dicit, ita etiam in secundo : « Pro sanctis omnibus, præcipue Sanctissima. » Sicut enim illic excellentiam ostendit, eam aliis omnibus præferens, ita hic quoniam post aliquos alios ejus meminit, illud *præcipue* adjicit : et quemadmodum in prima, post sanctos, eorum quæ agebant misericordiam, meminit, et pro quibus supplicat, vivorum et mortuorum, ita etiam in secunda. Est autem differentia ; in secunda enim narrat oblationem ; dicit enim : « Offerimus tibi hunc cultum rationalem ; » et simul etiam ponit causas oblationis, vel prius dicens, vel subjungens memoriæ passionum Servatoris, memoriam sanctorum.

C

D

In prima autem ponit solas causas oblationis : « In memoriam Domini, in gloriam Sanctissimæ, » et quæ sequuntur. In quibus meminit et eorum pro quibus agit gratias, et eorum pro quibus supplicat. Quæ est ergo ratio, quod in hoc quidem facto se offerre ostendit ? De pane enim detracto, id Deo offert ; et ideo non opus fuit verbis quæ hoc significarent ; in

ὑμεν· ἀλλ' αὐτὸς ἐδίδαξας, αὐτὸς προετρέψω διὰ τοῦ Μονογενοῦς. Τούτου χάριν ἃ προσφέρομέν σοι ἐκ τῶν σῶν ἡμῖν δέδωκας, σά ἐστι κατὰ πάντα καὶ διὰ πάντα. Οὕτω καὶ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς χαριστηρίου προσφορᾶς, ἄλλην πάλιν εὐχαριστίαν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ, ὅτι οὐδὲν αὐτῆς ἡμέτερον, ἀλλὰ πᾶσα ἐκείνου δῶρον, καὶ αὐτὸ τὸ θέλειν αὐτὴν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, αὐτός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἡμῖν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Διὰ τοῦτο ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ τοῦτο λέγεται· « Εὐχαριστοῦμέν σοι καὶ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς λειτουργίας, ἣν ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν δέξασθαι κατηξίωσας. » Ἃ μὲν οὖν ἡμᾶς διδάσκει τὴν ἐν τῇ λειτουργίᾳ μνήμην τῶν ἁγίων, μὴ ἱκεσίαν εἶναι πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' εὐχαριστίαν, ταῦτά ἐστιν.

ΚΕΦΑΛ. Ν'.

Ποσάκις τῆς λειτουργίας τῶν ἁγίων ἡ μνήμη γίνεται, καὶ τίς ἡ διαφορά.

Ἴδωμεν δὲ ποσάκις καὶ ποῦ τῆς λειτουργίας ἡ μνήμη αὕτη γίνεται. Γίνεται γὰρ δίς· πρῶτον μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐτῆς, ὅτε ἀνατίθεται τὰ δῶρα· δεύτερον δὲ, ὅτε θύεται.

Ἐπεὶ γὰρ διττὴ ἡ προσαγωγή, ἡ μὲν, ὡς δώρων καὶ ἀναθημάτων ἁπλῶς, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· ἡ δὲ, ὡς θυσίας· ἀνάγκη καὶ τούτους ὑπὲρ ὧν προσάγονται, καὶ ἐπὶ τῆς πρώτης, καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας προσαγωγῆς μνημονεύεσθαι· καὶ τοίνυν καθάπερ ἐπὶ τῆς πρώτης, « Εἰς ἀνάμνησιν, φησὶ, τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· » οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας, « Μεμνημένοι τοίνυν τῶν ὑπὲρ ἡμῶν γενομένων, τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν ἄλλων ὧν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινεν ὁ Χριστός. » Ὃ γὰρ ἐνταῦθα βούλεται ἡ τοῦ σταυροῦ μνήμη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετὰ τὸν σταυρὸν, τοῦτο ἐκεῖ ἡ τοῦ Κυρίου ἀνάμνησις. Οὐ γὰρ ὡς θαυματουργοῦντος τοῦ Σωτῆρος, ἀλλ' ὡς σταυρουμένου, καὶ ἀποθνήσκοντος, τηνικαῦτα ὁ ἱερεὺς μέμνηται, ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ διὰ πολλῶν ἀπεδείχθη. Καὶ πάλιν ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρώτης, « Εἰς δόξαν τῆς Παναγίας, εἰς προσβείαν τῶν ἁγίων, » φησὶν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας· « Ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἁπάντων, ἐξαιρέτως τῆς Παναγίας. » Ὥσπερ γὰρ τὴν ὑπεροχὴν αὐτῆς ἔδειξε τῶν ἄλλων προτιθεὶς ἁπάντων, οὕτως ἐνταῦθα, ἐπὶ μετά τινας ἄλλους αὐτῆς ἐμνημόνευσε, τὸ ἐξαιρέτως προσθεὶς, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρώτης, μετὰ τοὺς ἁγίους, τῶν ἐλέους δεομένων μέμνηται, καὶ ὑπὲρ ὧν ἱκετεύει, καὶ ζώντων, καὶ τεθνηκότων· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας. Ἔχει δὲ διαφοράν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς δευτέρας, καὶ διηγεῖται τὴν προσαγωγήν· φησὶ γὰρ, « Προσάγομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν· » μεθ' ὧν τίθησι τὰς ἀφορμὰς τῆς προσαγωγῆς, ἢ προλέγων, ἢ ἐπιλέγων τὴν μνήμην τῶν τοῦ Σωτῆρος παθῶν, τὴν μνήμην τῶν ἁγίων.

Ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης μόνας τίθησι τὰς ἀφορμὰς τῆς προσαγωγῆς, λέγων· « Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου, εἰς δόξαν τῆς Παναγίας· » καὶ τὰ ἑξῆς, Ἐν οἷς μέμνηται καὶ ὑπὲρ ὧν εὐχαριστεῖ, Καὶ ὑπὲρ ὧν ἱκετεύει. Τίς οὖν ὁ λόγος ὅτι ἐν ταύτῃ μὲν ἔργῳ δείκνυσιν ὅτι προσφέρει ; καὶ γὰρ ἀφαιρῶν τοῦ ἄρτου ἀνατίθησι τῷ Θεῷ. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδεήθη τῶν

Digitized by Google

δηλούντων ῥημάτων· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας προσαγωγῆς οὐδὲν φαίνεται ποιεῖν· ἀλλὰ γίνεται μὲν ἡ προσφορὰ, γίνεται δὲ ἀοράτως. Τὴν γὰρ θυσίαν ἀφανῶς ἡ χάρις ἐργάζεται διὰ τῶν τελεστικῶν εὐχῶν τοῦ ἱερέως. Οὐκοῦν ἔδει λόγων τῶν κηρυττόντων τὴν μὴ φαινομένην προσαγωγήν.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

Διὰ τί λογικὴν λατρείαν ὁ ἱερεὺς τὴν θυσίαν καλεῖ.

Τούτου χάριν καὶ λογικὴν λατρείαν αὐτὴν καλεῖ, ὅτι οὐδὲν ἔργον εἰσάγει, μόνοις δὲ τοῖς τελεστικοῖς ῥήμασι χρώμενος τὴν προσφορὰν ταύτην προσφέρει. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη προσαγωγὴ ἔργον ἐστὶν ἀνθρώπῳ δυνατόν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἱερέως πραττομένη, πρακτικὴ ἂν εἴη λατρεία· τὴν δὲ δευτέραν, τὴν εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμά μεταβολὴν τῶν δώρων, ἥτις ἐστὶν ἡ θυσία, ὑπὲρ ἀνθρώπου δύναμιν οὖσαν, ἐργάζεται μὲν ἡ χάρις· εὔχεται δὲ μόνον ὁ ἱερεύς. Ὅθεν εἰ καὶ ἔργον ἐστὶ καὶ πρᾶγμα ἀληθῶς ἡ θυσία, ἀλλ' αὐτὸς οὐδὲν εἰς αὐτὴν ἐργαζόμενος, ἀλλὰ λέγων μόνον, εἰκότως οὐ πραγματικῶς, ἀλλὰ λογικὴν λατρείαν προσάγειν φησί.

ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

Διὰ τί εὐχαριστία μόνον καλεῖται ἡ τελετή.

Κἀκεῖνο δὲ ζητήσεως ἄξιον. Ἐπεὶ γὰρ καὶ χαριστήριός ἐστιν ἡ τελετὴ, καὶ ἱκέσιος, διά τί μὴ καὶ ἀμφότερα, ἀλλ' Εὐχαριστία καλεῖται μόνον; Ἀπὸ τοῦ πλείονος. Πλείους γὰρ αἱ ἀφορμαὶ τῆς εὐχαριστίας, ἢ τῆς ἱκεσίας· πλείω γὰρ ἐλάβομεν, ἢ ὧν ἔτι δεόμεθα. Τὰ μὲν γὰρ μέρος, ἐκεῖνα δὲ ὅλον. Ἃ γὰρ ἱκετεύομεν λαβεῖν, μέρος εἰσὶν ὧν ἐλάβομεν. Ἐλάβομεν γὰρ ἅπαντα, τότε εἰς τὸν Θεὸν ἦκον, καὶ οὐδὲν παρῆκεν ὃ μὴ δέδωκεν· ἀλλὰ τῶν μὲν τυχεῖν εὖπω καιρὸν ἔχομεν, ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία τῶν σωμάτων, καὶ ἡ ἀθανασία, καὶ ἡ ἐν οὐρανοῖς βασιλεία· τὰ δὲ λαβόντες οὐ κατέσχομεν, ὥσπερ ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ διὰ τῶν μυστηρίων ἡμῖν χορηγούμενα δῶρα· τὰ δὲ ἀπεβάλομεν, ὅτι κακῶς ἐχρησάμεθα, ἵνα μὴ γενώμεθα χείρους, ὥσπερ ἄνεσιν, καὶ ὑγείαν, καὶ πλοῦτον, οἱ τρυφῇς ὕλην καὶ πονηρίας ποιησάμενοι ταῦτα· ἢ ἐπὶ κέρδει μείζονι, ὥσπερ ὁ Ἰὼβ, τῶν ἀγαθῶν ἀποστερούμεθα τῶν παρόντων. Ὅθεν δῆλον ὡς ἱκεσίας μὲν οὐδένα τόπον ἀφῆκεν ὁ Θεὸς, εὐχαριστίας δὲ πᾶσαν ἀφορμὴν ἔδωκεν· ἡμεῖς δὲ τὴν ἔνδειαν ἡμῖν αὐτοῖς ὑπὸ ῥᾳθυμίας κατασκευάζοντες τῆς ἱκεσίας δεόμεθα. Ἴδωμεν γὰρ περὶ τίνων ἱκετεύομεν. Περὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν; Ἀλλὰ ταύτην πλουσίαν ἐλάβομεν, καὶ μηδὲν ἀγωνισάμενοι διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Τί οὖν πάλιν αὐτὴν αἰτοῦμεν; ὅτι πάλιν ὑπεύθυνοι γεγόναμεν ἁμαρτίαις. Ἀλλὰ τί τὸ αἴτιον ἡμῖν τῆς εὐθύνης ταύτης; ἡμεῖς αὐτοί. Οὐκοῦν καὶ τῆς ἱκεσίας; ἡμεῖς· ἔτι περὶ τῆς βασιλείας, ἵνα κληρονομήσωμεν αὐτῆς, ἱκετεύομεν; καὶ μὴν δέδοται ἡμῖν αὕτη ἡ κληρονομία. Καὶ γὰρ τέκνα Θεοῦ γεγόναμεν αὐτοῦ τοῦ περικειμένου τὴν βασιλείαν. Τίς γὰρ κληρονόμος, εἰ μὴ τὸ τέκνον; Τί δὲ τῶν πατρῴων διαφεύγει τὸν κληρονόμον; Οὐδέν. Πῶς οὖν αἰτοῦμεν τὸ ἤδη δοθέν; Ἀλλότρια τῆς υἱοθεσίας ἐτολμήσαμεν, μετὰ τὸ ἐκ

A secunda autem oblatione nihil facere cernitur, sed fit quidem oblatio, fit autem invisibiliter. Gratia enim sacrificium latenter operatur per sacramentales orationes sacerdotis. Opus ergo fuit verbis, quæ prædicarent eam, quæ non apparebat, oblationem.

CAP. LI.

Cur sacerdos vocat sacrificium cultum rationalem.

Ea de causa eum etiam vocat cultum rationalem aut verbalem, quod nullum inducit factum, sed solis utens verbis sacramentalibus, hanc offert oblationem. Prima enim oblatio est factum quod fieri potest ab homine, et ideo cum fiat ab homine, activus cultus fuerit. Secunda autem, mutatio B donorum in divinum corpus et sanguinem, quæ est sacrificium, cum sit supra vires humanas; operatur enim gratia, orat autem solum sacerdos. Unde etsi revera opus est et factum sacrificium, sed tamen quia ipse nihil agit, sed tantum dicit, merito non activum, sed rationalem aut verbalem cultum se offerre dicit.

CAP. LII.

Quare Eucharistia solum vocatur mysterium.

Illud quoque est operæ pretium quærere. Quoniam enim sacrum mysterium in gratiarum actione et supplicatione versatur, cur non etiam utrumque, sed Eucharistia, hoc est gratiarum actio, tantum dicitur? Ab eo quod est amplius. Plures enim sunt causæ gratiarum actionis quam supplicationis; plura enim accepimus, quam ea sunt C quibus adhuc opus habemus. Hæc enim pars, illa vera totum. Quæ enim rogamus accipere, pars sunt eorum quæ accepimus. Omnia enim accepimus, quod ad Deum attinet, et nihil prætermisit quod non dederit, sed hæc quidem assequendi nondum tempus habemus, sicut est corporum incorruptibilitas et immortalitas et regnum in cœlis; illa vero accepta non retinemus, sicut est remissio peccatorum et alia dona, quæ per sacramenta nobis suppeditantur; alia autem perdidimus, quia male usi sumus, ne reddamur deteriores, sicut consolationem et sanitatem et divitias, quibus tanquam deliciarum et nequitiæ instrumentis usi, non ad lucrum majus, ut Job, præsentibus bonis privamur. Unde clarum est quod supplicationis nullum locum reliquit Deus, agendarum autem gratiarum occasionem omnem suppeditavit; sed nos nobis ipsis inopiam propter socordiam parantes, egemus supplicatione. Videamus enim de quibus supplicamus. De remissione peccatorum? Sed eam copiosam accepimus absque ullo nostro certamine et contentione, per sacrum baptismum; cur ergo eam rursus petimus? Quia rursus peccatis obnoxii facti sumus. Sed quænam causa est quod obnoxii sumus? Nos ipsi. Ergo nos etiam supplicationis causæ sumus. Præterea de regno, ut ejus hæredes simus, supplicamus? atqui data est nobis hæreditas. Etenim filii Dei facti sumus, qui regno indu-

Digitized by Google

tus est. Quis enim hæres, nisi filius? Quid autem rerum paternarum hæredem effugit? Nihil. Quomodo ergo petimus id quod jam datum est? Aliena a filiorum adoptione perpetravimus, postquam ex Deo nati sumus et ad eum honorem pervenimus; pro filiis mali servi facti sumus, et propterea tanquam de re aliena et quæ nihil ad nos pertinet, supplicamus. Ergo nos quoque hujus supplicationis nobis causæ sumus. De bonis autem corporalibus jussit Dominus : « Petite primum regnum Dei et justitiam, et hæc omnia adjicientur vobis; » et : « Ne sitis solliciti de nutrimento, et de indumentis, et Pater vester cœlestis quidquid opus fuerit, suppeditabit. » Nos autem quando eis egemus, vel propter socordiam et infelicitatem nostram hoc patimur, et quod de eis præceptum non servamus; et tunc egestas nostrum est opus, et quæ propter eam fit supplicatio : vel propter Dei providentiam et benignitatem, sicut Job, ut majora et præstantiora bona consequamur. Et tunc illa egestas Dei opus est, non præbet autem orationis aut supplicationis, sed glorificationis et gratiarum actionis materiam. Quemadmodum Job dicebat : « Sit nomen Domini benedictum in sæculum sæculi. » Vides quod omnia quæ a Deo in nos proficiscuntur, nos ad glorificationem et gratiarum actionem tantum deducunt, orationum autem et supplicationum nos causæ sumus. Propterea omnium bonorum et corporis et animæ, in nostris ad Deum interpellationibus memoriam facientes, a gratiarum actionem omnium commemorationem facimus, sive ea nobis adsint sive non adsint. Ille enim semel dedit omnia, et apud se nihil reliquit. Et hoc sciens beatus Paulus jussit pro omnibus gratias agere, scribens : « Semper gaudete, in omnibus gratias agite. » Hac de causa perfectissimam et exactissimam nostram cum Deo collocutionem, mysterii communionis celebrationem, in quo mentionem facimus, non hujus vel illius gratiæ, sed omnium, ut semel dicam, Dei bonorum, et quæ actu nobis sunt et futura sunt, Eucharistiam, hoc est, gratiarum actionem, nominare erat consentaneum, non ex iis quæ in miseria versantes et eam implorantes rogamus, sed ex iis quæ Deus in nos confert beneficiis; nec ex nostra paupertate, sed ex divitiis illius benignitatis. Quia enim in ea Deo supplicamus, et gratias agimus : sed gratiarum quidem actio Dei opus est, ut dictum est; supplicatio vero humanæ imbecillitatis : et gratiarum quidem actio, propter plura; supplicatio vero, pro paucioribus. Illa enim propter omnia, ut semel dicam, bona : hæc vero, in nonnullis; propterea oportebat ex melioribus et pluribus ei nomine imposito, appellare Eucharistiam (ita enim etiam homo dicitur animal ratione præditum, licet sit alicujus particeps quod caret ratione, ut qui a meliori et majori parte vocetur), et maxime quia primus qui id ostendit, Dominus noster Jesus Christus, non supplicans, sed solum Patri agens gratias, hoc mysterium peregit et tradidit : et ea de causa, quod illud esse accepit, hoc vocat, Eucharistiam nominans. Et hæc quidem hactenus.

A Θεοῦ γεννηθῆναι, καὶ εἰς ταύτην ἀναδῆναι τὴν τιμήν· ἀντὶ υἱῶν πονηροὶ δοῦλοι γεγόναμεν· καὶ διὰ τοῦτο ὡς περὶ ἀλλοτρίου πράγματος, καὶ οὐδὲν ἡμῖν διαφέροντος ἱκετεύομεν. Οὐκοῦν καὶ ταύτης ἡμεῖς ἐσμεν αἴτιοι τῆς ἱκεσίας ἡμῖν αὐτοῖς. Περὶ δὲ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν ὁ Κύριος ἐκελεύσεν· « Αἰτεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν, » καί· « Μὴ μεριμνᾶτε περὶ τῆς τροφῆς, καὶ ἐνδυμάτων· καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος πᾶσαν χορηγήσει τὴν χρείαν. » Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὰν αὐτῶν ἐνδεῶς ἔχομεν, ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν καὶ ἀπιστίαν τοῦτο πάσχομεν, καὶ τὸ μὴ τηρῆσαι τὴν περὶ αὐτῶν ἐντολήν· καὶ τότε ἡ ἔνδεια ἔργον ἡμέτερον, καὶ ἡ δι' αὐτὴν ἱκεσία· ἡ προνοία Θεοῦ, καὶ φιλανθρωπία, ὥσπερ B ὁ Ἰώβ, ἵνα μειζόνων τύχωμεν καὶ τιμιωτέρων. Καὶ τότε ἡ ἔνδεια ἐκείνη ἐστὶ μὲν τοῦ Θεοῦ ἔργον, ἔστι δὲ οὐ δεήσεώς τινος καὶ ἱκεσίας, ἀλλὰ δοξολογίας ἀφορμὴ καὶ εὐχαριστίας. Ὥσπερ ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν· « Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. « Ὁρᾷς ὅτι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἅπαντα πρὸς δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν φέρει μόνον· τῶν δὲ ἱκεσιῶν τούτων καὶ τῶν δεήσεων ἡμεῖς αἴτιοι. Διὰ τοῦτο πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν ὁμιλίαις μνημονεύοντες, ἐπ' εὐχαριστίᾳ πάντων μνημονεύομεν, εἴτε πάρεστιν ἡμῖν ἅπαντα, εἴτε μή. Ἐκεῖνος γὰρ ἅπαξ ἔδωκεν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἀφῆκε παρ' ἑαυτῷ. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ μακάριος Ἀπόστολος ἐκέλευσε πάντων ἕνεκα εὐχαριστεῖν, γράφων· « Πάντοτε χαίρετε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. » Τούτου χάριν τὴν τελειωτάτην καὶ ἀκριβεστάτην πρὸς Θεὸν τὴν ὁμιλίαν, τὴν τῆς κοινωνίας τελετὴν, ἐν ᾗ μνημονεύομεν, οὐ ταύτης, ἢ ἐκείνης τῆς χάριτος, ἀλλὰ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν, καὶ ὄντων ἡμῖν ἐνεργείᾳ καὶ ἐσομένων, Εὐχαριστίαν ὀνομάζειν εἰκὸς ἦν, οὐκ ἐξ ὧν ἡμεῖς δυστυχοῦντες δεόμεθα, καλοῦντες αὐτὴν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Θεὸς εὐεργετεῖ, οὐδ' ἀπὸ τῆς ἡμετέρας πενίας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πλούτου τῆς ἐκείνου χρηστότητος. Ἐπεὶ γὰρ καὶ ἱκετεύομεν ἐν αὐτῇ τὸν Θεὸν, καὶ εὐχαριστοῦμεν, ἀλλ' ἡ μὲν εὐχαριστία Θεοῦ ἔργον, ὡς εἴρηται· ἡ δὲ ἱκεσία τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας. Καὶ ἡ μὲν εὐχαριστία ἐπὶ πλείοσιν, ἡ δὲ ἱκεσία ὑπὲρ ἐλαττόνων· ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς ἀγαθοῖς, ἡ D δὲ ἐπ' ἐνίοις· διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν κρειττόνων καὶ πλειόνων ἔδει τοὔνομα αὐτῇ θεμένου; εὐχαριστίαν ὀνομάζειν (οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος λογικὸν ζῶον λέγεται, καί τοι καὶ ἀλόγου τινὸς μετέχων, ἀπὸ τοῦ κρείττονος καὶ μείζονος μέρους καλούμενος), ἄλλως θ' ὅτι ὁ πρῶτος αὐτὴν καταδείξας, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, οὐχ ἱκετεύων, ἀλλὰ μόνον εὐχαριστῶν τῷ Πατρὶ, ταύτην ἐτέλεσε καὶ παρέδωκε τὴν τελετήν· καὶ τούτου χάριν ἡ Ἐκκλησία, ὅπερ οὖσαν παρέλαβεν αὐτὴν, τοῦτο καλεῖ, εὐχαριστίαν ὀνομάζουσα. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

Περὶ τῆς ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν μυστηρίων κοινῆς εὐχαριστίας, καὶ τῶν πρὸς τῷ τέλει τῆς ἱερουργίας εὐχῶν.

Ὁ δὲ ἱερεὺς τοὺς μεταλαβόντας τῶν μυστηρίων, ὑπὲρ τῆς μεταλήψεως, εὐχαριστῆσαι κελεύει τῷ μεταδόντι Θεῷ· καὶ τοῦτο οὐ παρέργως, οὐδὲ ῥᾳθύμως, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, « Ὀρθοί, » οὐκ ἀνακειμένους οὐδὲ καθημένους, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα πρὸς αὐτὸν ἀτενίζοντας. Εἶτα δὴ καὶ τἆλλα τὰ εἰωθότα τοῦ Θεοῦ δεηθῆναι παραινέσας, ἔξεισι τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ στὰς πρὸ τῶν θυρῶν, ἀναγινώσκει τὴν ὑπὲρ ἁπάντων εὐχήν. Ἐνταῦθα δὲ ἐκεῖνο ἐπισημήνασθαι χρὴ, πῶς μετὰ τὴν ἱερουργίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ δοξολογίαν, ὡς δὴ τῶν εἰς τὸ Θεῖον ὀφειλομένων τελεσθέντων ἁπάντων, ὥσπερ ἀπολύων ἑαυτὸν τῆς μετὰ τοῦ Θεοῦ συνουσίας, καὶ τοῦ ὕψους ἐκείνου, εἰς τῶν ἀνθρώπων ὁμιλίαν φαίνεται κατὰ μικρὸν καταβαίνων· καὶ τοῦτο ἱερο-πρεπῶς. Καὶ γὰρ εὐχόμενος τοῦτο ποιεῖ· καὶ ὁ τρόπος τῆς εὐχῆς καὶ ὁ τόπος δείκνυσιν αὐτὸν καταβαίνοντα. Πρότερον μὲν γὰρ ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ, μηδενὸς ἀκούοντος, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀποτεινόμενος εὔχεται· νῦν δὲ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξελθὼν, καὶ τοῦ πλήθους μέσος γενόμενος, πάντων ἀκουόντων, τὴν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πάντων τῶν πιστῶν κοινὴν ποιεῖται δέησιν. Εἶτα καὶ τὸν προσενεχθέντα ἄρτον, ἐξ οὗ τὸν ἱερὸν ἀπέτεμεν ἄρτον, εἰς πολλὰ διελὼν, μεταδίδωσι τοῖς πιστοῖς, ὡς ἅγιον γενόμενον αὐτῷ τῷ ἀνατεθῆναι Θεῷ καὶ ἱερωθῆναι· οἱ δὲ σὺν εὐλαβείᾳ πάσῃ δέχονται, καὶ καταφιλοῦσι τὴν δεξιὰν, ὡς ἂν προσφάτως ἁψαμένην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ Σωτῆρος, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν, καὶ δεξάμενον, καὶ μεταδοῦναι τοῖς ψαύουσι πιστευομένην. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ τὸν αἴτιον καὶ χορηγὸν αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν τούτων δοξολογοῦσι· καὶ ἡ δοξολογία τῆς Γραφῆς, « Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τοῦτο πολλάκις βοήσαντες, ψαλμὸν ἔπειτα ἀναγινώσκουσι, δοξολογίας καὶ εὐχαριστίας μεστόν. Τίς δὲ ὁ ψαλμός; « Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ. » Τοῦ δὲ ἄρτου δοθέντος, καὶ τοῦ ψαλμοῦ τελεσθέντος, εὔχεται ὁ ἱερεὺς τῷ πλήθει τὴν τελευταίαν εὐχὴν, οὐ μόνον ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου καὶ πάντων ἀκουόντων, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ πλῆθος ἀποτεινόμενος τὰ ῥήματα τῆς εὐχῆς, μείζονα νῦν ἢ πρότερον ἐνδεικνύμενος τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς κοινωνίαν. Τίς δὲ ἡ εὐχή; Ἵνα ἐλεηθέντες σωθῶμεν, ὡς οὐδὲν ἔχοντες οἰκοθεν εἰσενεγκεῖν σωτηρίας ἄξιον, ἀλλὰ πρὸς μόνην ἀφορῶντες τὴν τοῦ σῶσαι δυναμένου φιλανθρωπίαν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πολλῶν ἐνταῦθα μέμνηται πρέσβεων, τῶν εἰς τοῦτο βοηθησόντων ἡμῖν· καὶ πρὸ πάντων, τῆς παναγίας τοῦ Θεοῦ Μητρὸς, δι' ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐλεήθημεν. Τὸ δὲ προοίμιον τῆς εὐχῆς, Χριστὸς ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῖν· οὐ τῶν νόθων εἷς καὶ τῶν ψευδωνύμων, οὓς πολλούς ποτε ἐσέβομεν, ἀλλ' ὃν ὕστερον μόλις εὑρόμεθα, « Ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. » Διὰ τοῦτο καὶ μόνῳ αὐτῷ πρέπει ὡς Θεῷ πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ,

A

CAP. LIII.

De communi propter sacramentorum communionem gratiarum actione, et ultima oratione.

Sacerdos autem eos qui sunt sacramentorum participes, pro participatione jubet agere gratias Deo qui impertit, idque non otiose, neque obiter et socorditer, sed attente et diligenter. Hoc enim sibi vult illud, «recti:» non jacentes, nec sedentes, sed animam et corpus ad ipsum intendentes. Deinde cum alia quoque quæ consueverunt, Deum orare suasit, egreditur ab altari, et stans ante fores, legit quæ fit pro omnibus orationem. Hic autem illud notandum est, quomodo post sacrificium, et quæ fit propter ipsum glorificationem, tanquam omnibus quæ Deo debebantur peractis, cum Deo conversationem, et illam altitudinem veluti relinquens, ad hominum allocutionem videtur paulatim descendere, idque sancte, et ut decet sacerdotem. Etenim orans hoc facit, et modus orationis et locus ostendit eum descendere. Prius enim ad altare, et apud se, et nullo audiente, et ad Deum intentus, orat; nunc autem, ab altari egressus, et in medio populi exsistens, omnibus audientibus, pro Ecclesia et omnibus fidelibus communem facit orationem. Deinde etiam oblatum panem, ex quo sacrum panem abscidit, in multa divisum tradit fidelibus, ut qui sanctus sit, eo quod Deo fuerit dedicatus et oblatus: illi autem cum omni reverentia suscipiunt, et dexteram deosculantur, ut quæ sanctissimum Servatoris corpus recenter tetigerit, et quæ ex eo procedit sanctificationem et susceperit, et iis qui attingunt, impertiri credatur. Interea autem cum quoque qui illis horum bonorum auctor est et suppeditator, glorificant; et glorificatio Scripturæ, « Sit nomen Domini benedictum, » et quæ sequuntur. Et cum hoc sæpe clamaverint, psalmum postea legunt, plenum glorificatione et gratiarum actione. Quis est autem psalmus? « Benedicam Dominum in omni tempore. » Pane autem distributo, et psalmo peracto, precatur sacerdos populo ultimam precationem, non solum ab altari disjunctus, et omnibus audientibus, sed etiam ad ipsam multitudinem dirigens verba orationis, majorem nunc quam ante ostendens cum multis consuetudinem. Quæ est autem oratio? Ut misericordiam assecuti servemur, ut qui nihil proprium afferre possimus quod sit dignum salute, sed ad solam respicientes ejus qui servare potest benignitatem et clementiam. Propterea enim hic etiam multorum meminit intercessorum, qui ad hoc nobis laturi sunt auxilium, et ante omnes, sanctissimæ Dei Matris, per quam et ab initio misericordiam sumus consecuti. Proœmium autem orationis, Christus verus Deus noster: non ex adulterinis et iis qui falso nomine appellantur, quos multos aliquando coluimus, sed quem postea vix invenimus, « Verus Deus noster; » propterea etiam illi convenit tanquam Deo, omnis gloria, soli ho-

Digitized by Google

nor et adoratio, qui est cum Patre ejus principio carente, et sanctissimo et bono et vivifico ejus Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ
ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ
ΛΟΓΟΙ ΕΠΤΑ.

—

NICOLAI CABASILÆ
DE VITA IN CHRISTO
LIBRI SEPTEM

—

Ex Jacobi Pontani Societatis Jesu Præfatione ad Lectorem, in Philippi Solitarii Dioptram (a).

Exstabat etiam in Bibliotheca Bavarica Nicolai Cabasilæ Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς, *De vita in Christo*, opusculum sane doctum ac pium, et ad animos Dei amore inflammandos mire appositum, quod *Dioptræ* adjungere propter rerum convenientiam placuit, speramusque pari fructu evolutum iri. Volebamus inscriptionem ita reddere, *De vita Christiana*. Sed cum ille non tam vitam Christianam præceptis formet, quam quemadmodum illa cum Christo in Deo abscondita sit, ostendat, idque trium sacramentorum vi et virtute potissimum, Baptismi, Unctionis sive Confirmationis, et Eucharistiæ, verius fuit simpliciter, *De vita in Christo*, inscribere, secundum verba Græca scilicet. Fuit Cabasilas vir illustris, cujus honorifica mentio in historia Joannis Cantacuzeni nostra, lib. III, cap. 73 et 99, ubi Sacelli curator sive Præfectus nominatur, qui a Curopalata libro *De officialibus palatii Constantinopolitani et officiis Magnæ Ecclesiæ* sic describitur: (ὁ σακελλίου, subaudi ἄρχων) κρατῶν τὰς καθολικὰς Ἐκκλησίας, καὶ τὸ σακέλλιον, *cujus est potestas in Ecclesias Catholicas, et res sacellorum*, id est, rerum ad sacras ædes et sacella pertinentes. Ejusdem oratio in fœneratores in eodem codice Bavarico sequebatur, multo emendatior profecto et longior, quam Augustæ superioribus annis est edita. Quam si legerint isti qui fœnerando homines occidunt (sic enim Cato Censorius, interrogatus quid esset fœnerari, Quod hominem, inquit, occidere), quid amplius nefariæ improbitati suæ prætexant, non habebunt. Occurrit enim, et confutat illorum rationes universas.

(a) Vide tom. CXXVII.

Digitized by Google

INDEX LIBRORUM.

Λόγος Α'. *Ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστηρίων τοῦ βαπτίσματος, τοῦ μύρου καὶ τῆς ἱερᾶς κοινωνίας.*
Λόγος Β'. *Τίνα συντέλειαν τὸ θεῖον αὐτῇ παρέχεται βάπτισμα.*
Λόγος Γ'. *Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται τὸ θεῖον μύρον.*
Λόγος Δ'. *Τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν ἡ ἱερὰ κοινωνία.*
Λόγος Ε'. *Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται ἡ καθίερωσις τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου.*
Λόγος Ϛ'. *Πῶς αὐτὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων λαβόντες φυλάξομεν.*
Λόγος Ζ'. *Ὁποῖος γίνεται ὁ μεμνημένος τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων χάριν φυλάξας τῇ παρ' ἑαυτοῦ σπουδῇ.*

A Liber I. *Vitam in Christo per divina Baptismi, sacræ Unctionis et Communionis mysteria constitui.*
Liber II. *Quem ei utilitatis fructum divinum Baptisma conciliet.*
Liber III. *Quam ei utilitatem sacrum unguentum, sive Chrisma conferat.*
Liber IV. *Quam ei commoditatem pariat sacrosancta Communio.*
Liber V. *Ad sacrorum divinorumque mysteriorum absolutionem altare etiam necessarium esse.*
Liber VI. *Quo pacto eam a mysteriis, Sacramentisve acceptam conservare oporteat.*
Liber VII. *Qualis fit initiatus qui mysteriorum gratiam studiose custodivit.*

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστηρίων τοῦ βαπτίσματος, τοῦ μύρου καὶ τῆς ἱερᾶς κοινωνίας.

—

NICOLAI CABASILÆ

DE VITA IN CHRISTO

LIBER PRIMUS.

Vitam in Christo per divina Baptismi, sacræ Unctionis et Communionis mysteria constitui.

—

Ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ φύεται ἐν τῷδε τῷ βίῳ καὶ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαμβάνει, τελειοῦται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, ἐπειδὰν εἰς ἐκείνην ἀφικώμεθα τὴν ἡμέραν· καὶ οὔτε ὁ βίος οὗτος τελείως δύναται ταύτην ἐνθεῖναι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, οὔτε ὁ μέλλων μὴ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαβών. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παρόντος τὸ σαρκίον ἐπισκοτεῖ, καὶ ἡ ἐκεῖθεν νεφέλη καὶ φθορά, μὴ δυναμένη τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖν· ὅθεν ὁ Παῦλος τὸ ἀναλῦσαι πρὸς τὸ συνεῖναι Χριστῷ καὶ μᾶλα ἐνόμισε φέρειν· « Ἀναλῦσαι γάρ, φησί, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· » ὃ τε μέλλων, οὗς ἂν μὴ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς αἰσθήσεις, ὧν ἂν δέοι πρὸς τὸν βίον ἐκεῖνον, ἔχοντας λάβοι, τούτοις οὐδὲν ἔσται πλέον εἰς εὐδαιμονίαν,

B Vita, quam in Christo traducimus, in hoc sæculo enascitur illa quidem, et hic inchoatur; verum in futuro perficitur absolviturque, cum nimirum ad illum extremum diem pervenerimus. Ac neque præsens hoc ævum, istuc de quo loquimur vitæ genus integre cumulateque in animos hominum introducere et inserere potest; nec futurum, nisi hinc principium duxerit. Nam nunc quidem caro tenebras offundit; et quæ inde nebula corruptioque exsistit, incorruptionem non possidebit. Unde Paulus hisce vinculis exsolvi, et esse cum Christo vehementer sibi conducere arbitrabatur : « Desiderium habens, inquit, dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius [1]. » Ventura autem vita quos a

[1] Philipp. I, 23.

Digitized by Google

facultatibus et sensibus ad ipsam necessariis desertos acceperit, iis beatitudinem nullam afferet : sed in felici illo immortalique mundo ipsi mortui et infelices habitabunt. Nam lumen quidem exoritur, et sol puros emittit radios, oculus autem tum non formatur. Et odoris fragrantia large copioseque effusa implet omnia ; at nares, sive olfactum qui non habuerit, non eum hinc accipiet. Ita mysteriis cum Filio Dei amicos illo die communicare licebit, et quæ audiverit a Patre suo, ea ab eodem cognoscere, sed ipsos amicos ejus etiam cum auribus eo advenire necesse est. Nec enim illic primum amicitiam dabitur conjungere, et aures tum demum aperire, vestemque nuptialem conficere, et alia demum comparare, quæ sponsus ille requirit : verum istorum omnium officina est quod hic ætatis degimus. Quibus porro isthæc non suppeditaverint, antequam decedant, iis nihil cum vita illa commune erit. Testes sunt quinque virgines fatuæ, et vocatus ad nuptias ; qui quoniam instructi non venerunt, nec illæ oleum amplius, nec iste vestem acquirere potuerunt [1].

Ομπino interiorem hominem, novum, et qui secundum Deum creatus est [2], mundus iste parturit, qui hic fictus formatusque et ita perfectus in illum perfectum et nullo senio fatiscentem mundum generatur. Quemadmodum enim fœtum, quandiu materno clausus utero, in tenebris et in nocte vivit, natura ad spiritum in hac luce ducendum adornat, atque ad vitam quæ illum exceptura est, tanquam ad canonem, seu regulam quamdam conformat : ita sanctis quoque usu venit. Et hoc est, quod ait Paulus Apostolus ad Galatas scribens : « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [3]. » Verumtamen infantes nondum nati vitam hanc non cognoscunt : at beati de futuro sæculo multa etiam in hoc sæculo prænoscunt. Hoc ideo fit, quod illis vita hac frui nondum contigit, tametsi certo continget. Nec enim adhuc in locis illis ubi delitent, radius lucis conspectus est : nec eorum aliud quidquam, quibus vita hæc nostra nititur ac sustentatur. At nobiscum aliter res se habet : quibus vita quam exspectamus, cum hac quasi colligata, et commista est, et illius sol etiam nobis benigne illuxit, cœlesteque unguentum in regionibus graveolentibus effusum, et panis angelorum hominibus quoque impertitus est [4].

Quapropter non solum instrui ac præparari ad vitam illam, sed jam secundum eamdem etiam vivere, et agere sanctis hominibus in hac mortalitate conceditur. « Apprehende vitam æternam, » inquit Paulus Epistola ad Timotheum [5]. Et alibi : « Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [6]. » Et divinus Ignatius : « Aqua viva saliens in me, intus mihi dicit, Veni ad patrem [7]. » Et alia complura, quibus refertæ sunt sacræ Litteræ. Super

A ἀλλὰ νεκροὶ καὶ ἄθλιοι τὸν μακάριον ἐκεῖνον καὶ ἀθάνατον οἰκήσουσι κόσμον. Ὁ δὲ λόγος, ὅτι τὸ μὲν φῶς ἀνατέλλει, καὶ ὁ ἥλιος καθαρὰν τὴν ἀκτῖνα παρέχει, ὀφθαλμὸν δὲ οὐκ ἔνι τηνικαῦτα πλασθῆναι · καὶ ἡ μὲν τοῦ πνεύματος εὐωδία δαψιλῶς ἐχεῖται καὶ τὰ πάντα κατέχει, ὄσφρησιν δὲ οὐκ ἂν τις λάβοι μὴ ἔχων. Καὶ τῶν μὲν μυστηρίων ἔξεστι κοινωνῆσαι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τοὺς φίλους κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ ἃ ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνος, παρ' ἐκείνου μαθεῖν αὐτούς · ἀνάγκη δὲ φίλους ὄντας αὐτοῦ καὶ ὦτα ἔχοντας ἀφικέσθαι. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐνταῦθα φιλίαν συστῆναι καὶ οὖς ἀνοιγῆναι καὶ ἱμάτιον νυμφικὸν κατασκευασθῆναι καὶ τἆλλα ἑτοιμασθῆναι, ὧν ἐκείνῳ δεῖ τῷ νυμφῶνι, ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἐργαστήριον οὗτος ὁ βίος · καὶ οἷς οὐκ ἐγένετο ταῦτα πρὶν ἀπελθεῖν, κοινὸν οὐδὲν εἰς ἐκείνην B ἐστὶ τὴν ζωήν. Καὶ μάρτυρες αἱ πέντε παρθένοι καὶ ὁ εἰς τὸν γάμον κληθείς, ἐπεὶ μὴ ἔχοντες ἦλθον, μὴ κτήσασθαι δυνηθέντες μήτε ἔλαιον μήτε ἱμάτιον.

Ὅλως δὲ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον τὸν καινὸν, τὸν κατὰ Θεὸν κτιζόμενον, ὁ κόσμος οὗτος ὠδίνει, καὶ πλασθεὶς ἐνταῦθα καὶ μορφωθεὶς οὕτω τέλειος εἰς τὸν τέλειον ἐκεῖνον καὶ ἀγήρω τίκτεται κόσμον. Καθάπερ γὰρ τὸ ἔμβρυον, ἕως ἐστὶν ἐν τῷ σκοτεινῷ καὶ νηκτῷ βίῳ, πρὸς τὴν ἐν φωτὶ ζωὴν ἡ φύσις παρασκευάζει, καὶ πλάττεται καθάπερ εἰς κανόνα C τὸν ὑποδεξάμενον βίον, τὸν ἴσον τρόπον καὶ τοῖς ἁγίοις συμβαίνει · καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ ἀπόστολος ἔφη Παῦλος, Γαλάταις γράφων· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ μὲν ἔμβρυα ταυτησὶ τῆς ζωῆς οὐκ ἂν εἰς αἴσθησιν ἔλθοι ποτὲ, τοῖς δὲ μακαρίοις πολλαὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐμφάσεις · τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι τοῖς μὲν οὐ πάρεστιν οὗτος ὁ βίος, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐστι μέλλων. Οὐ γὰρ ἐγένετο ἀκτὶς ἐν τοῖς χωρίοις ἐκείνοις, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν, ἃ τὴν ζωὴν ὑφίστησι ταύτην. Ἐφ ἡμῶν δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ὁ μέλλων ἐκεῖνος τῷ παρόντι τούτῳ καθάπερ ἐνεχέθη καὶ ἀνεμίγη, καὶ ὁ ἥλιος ἐκεῖνος καὶ ἡμῖν ἀνέτειλε φιλανθρώπως, καὶ τὸ ὑπερουράνιον μύρον ἐν τοῖς D δυσώδεσι χωρίοις ἐξεκενώθη, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ἄρτος καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐδόθη.

Διὰ ταῦτα τοίνυν οὐ διατεθῆναι μόνον καὶ παρασκευασθῆναι πρὸς τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἤδη καὶ ζῆν κατ' ἐκείνην καὶ ἐνεργεῖν ἔξεστι τοῖς ἁγίοις ἐν τῷ παρόντι. « Ἐπιλαβοῦ γὰρ, φησὶ, τῆς αἰωνίου ζωῆς, » Θιμοθέῳ γράφων ὁ Παῦλος, καί· « Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός · » καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, « Ἔστιν ὕδωρ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, » καὶ πολλῶν τοιούτων ἡ Γραφὴ γέμει. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ὅταν αὕτη ἡ ζωὴ συνεῖναι μέχρι παντὸς

[1] Matth. xxii, xxv. [2] Ephes. iv, 42. [3] Galat. iv, 19. [4] Psal. lxxvii, 25. [5] I Tim. vi, 12. [6] Galat. ii, 20. [7] Epist. ad Rom.

Digitized by Google

ἐπαγγέλληται τοῖς ἁγίοις· « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » τί προσῆκεν ἄλλο λογίζεσθαι; Οὐ γὰρ τὰ σπέρματα τῆς ζωῆς τῇ γῇ παρασχὼν καὶ τὸ πῦρ καὶ τὴν μάχαιραν βαλὼν ἀπῆλθεν εὐθὺς, τὸ φῦσαι καὶ θρέψαι καὶ ἀνάψαι καὶ χρήσασθαι καταλιπὼν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτὸς πάρεστιν ἀληθῶς « ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, » ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος, καὶ τὸ πῦρ αὐτὸς ἀνάπτει καὶ προσάγει, καὶ τὴν μάχαιραν αὐτός ἐστιν ὁ κατέχων. Καὶ ὅλως, « οὔτε ἀξίνη δοξασθήσεται ἄνευ τοῦ αἴροντος αὐτὴν, » καὶ οἷς οὐ πάρεστιν ὁ ἀγαθὸς, γένοιτ' ἂν οὐδὲν ἀγαθόν. Καίτοι οὐ παρεῖναι τοῖς ἁγίοις ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο μόνον, ἀλλὰ καὶ μένειν παρ' αὐτοῖς καὶ, ὃ τούτου μεῖζον, μονὴν ἐν αὐτοῖς ποιῆσαι. Καὶ τί λέγω; ὅπου γε καὶ ἑνοῦσθαι λέγεται αὐτοῖς, οὕτω φιλανθρώπως ὥστε ἓν πνεῦμα μετ' αὐτῶν εἶναι· « Ὁ γὰρ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, » καὶ, « Ἵνα ἦτε ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς ἐκλήθητε, » Παύλου φωνή.

A omnia vero, cum ipsa sanctis semper affutura promittitur: «Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [9]; » quid aliud, nisi hoc ipsum nos cogitare et colligere convenit? Haud enim cum semina vitæ per terras sparsisset, ignemque et gladium misisset, statim abscessit, hominibusque seminum ad frugem perducendorum et conservandorum, ignis accendendi, gladio utendi curam reliquit: sed ipsemet præsens adest, « operans in nobis velle et perficere, » ut Paulus ait [10]. Et ignem ipsemet accendit et admovet; et gladium ipse tenet. Ad summam, «nec securis gloriabitur absque eo qui secat in ea [11];» et quos deserit, qui solus est bonus, iis nihil boni evenire queat. Cæterum sanctis se non adfuturum tantummodo, sed etiam apud ipsos mansurum, et quod insignius est, mansionem apud eos facturum Dominus promisit [12]. Quid multa? etiam illis ita amanter copulari et uniri scribitur, ut unus cum ipsis spiritus efficiatur: «Qui enim adhæret Deo, unus spiritus est cum eo [13].» Similiter Pauli vox est: «Ut sitis unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis [14].»

B

Καθάπερ γὰρ ἡ φιλανθρωπία ἄῤῥητος καὶ ἡ περὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον τὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνει καὶ τῇ θείᾳ ἀγαθότητι μόνῃ προσῆκεν· αὕτη γάρ ἐστιν « ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν· » τὸν ἴσον τρόπον ἀκόλουθον καὶ τὴν πρὸς τοὺς φιλουμένους ἕνωσιν ὑπὲρ πᾶσαν ἕνωσιν εἶναι, ἣν ἄν τις δύναιτο λογίσασθαι, καὶ πρὸς οὐδὲν παράδειγμα φέρειν. Διὰ τοῦτο καὶ πολλῶν ἐδέησε τῇ Γραφῇ παραδειγμάτων, ὥστε δυνηθῆναι τὴν συνάφειαν ἐκείνην μηνῦσαι ὡς οὐκ ἀρχοῦντος ἑνὸς, καὶ νῦν μὲν ἔνοικον καὶ οἰκίαν εἰσάγει, νῦν δὲ ἄμπελον καὶ κλῆμα, καὶ νῦν μὲν γάμον, νῦν δὲ μέλη καὶ κεφαλὴν, ὧν οὐδέν ἐστιν ἴσον ἐκείνῃ· οὐ γὰρ ἔστιν ἀπὸ τούτων τῆς ἀληθείας ἀκριβῶς ἐφικέσθαι. Μάλιστα μὲν γὰρ ἀνάγκη, τῇ φιλίᾳ καὶ τὴν συνάφειαν ἀκόλουθον εἶναι, τί δ' ἂν γένοιτο τῆς θείας ἀγάπης ἴσον; ἔπειθ' ὅτι καὶ τὰ μάλιστα συνάφειαν καὶ ἑνότητα δεικνύναι δοκοῦντα ὁ γάμος ἐστὶ καὶ ἡ τῶν μελῶν πρὸς τὴν κεφαλὴν ἁρμονία, ταῦτα δὲ παμπληθὲς εἴσω πίπτει, καὶ πολλοῦ δεῖ τὰ ὄντα δηλῶσαι. Καὶ γὰρ ὁ μὲν γάμος οὐκ ἂν οὕτω συνάψαι, ὡς ἐν ἀλλήλοις εἶναι καὶ ζῆν τοὺς συναπτομένους, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας συμβαίνει· ὅθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰπὼν περὶ τοῦ γάμου, « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, » ἐπήγαγε, « Λέγω δὲ εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, » δεικνὺς οὐ τοῦτον, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν γάμον διὰ θαύματος ἄγων. Τὰ δὲ μέλη συνῆπται μὲν τῇ κεφαλῇ, καὶ ζῇ τῷ συνῆφθαι, καὶ διαιρεθέντα ἀποθνήσκει· φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα τῷ Χριστῷ συνημμένα μᾶλλον ἢ τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ, καὶ τούτῳ ζῶντα μᾶλλον ἢ τῇ πρὸς αὐτὴν ἁρμονίᾳ. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῶν μακαρίων μαρτύρων, οἳ τὸ μὲν ὑπέμειναν ἡδέως, τὸ δὲ οὐδὲ ἀκοῦσαι ἐνέσχοντο, καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν

C

Sicut autem benignitas Dei inexplicabilis est, et charitas ejus erga genus humanum omnem dicendi facultatem superat, soli divinæ bonitati congruens (ipsa siquidem est «pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum [15] »): ita consequitur, ut ejus unio cum iis quos diligit, quamlibet unionem quam quis cogitatione percipere potest, multis partibus vincat, nec aliqua comparatione pro dignitate declaretur. Quamobrem Scriptura pluribus exemplis opus habuit, quibus conjunctionem illam arctissimam exprimeret, quod unum minime satis esset. Et modo quidem habitatorem et domum inducit; modo vitem et palmitem: modo nuptias; modo membra et caput [16], quorum nullum plene respondet; nec enim per ullum horum veritatem exacte licet attingere. Amori et charitati parem esse et conjunctionem maxime oportet. Divinæ autem charitati quid tandem æquari potest? Deinde quæ copulationem et unionem inprimis significare videntur, nuptiæ sunt, et membrorum capitisque apta coagmentatio. Atque ista quam plurimum distant, multumque abest ut rem ante oculos ponant. Etenim conjugium nunquam adeo conjuges conjugabit, ut alter in altero sit et vivat, id quod in Christo et Ecclesia cernitur. Unde sanctus Apostolus, cum dixisset de matrimonio, «Sacramentum hoc magnum est,» adjecit continuo, «Ego autem dico in Christo, et in Ecclesia [17], » ostendens, non illas esse nuptias, verum hasce potius admirari. Membra autem connexa quidem sunt capiti, et per eam connexionem atque copulam vivunt, qua dirupta moriuntur. At vero ista membra Christo magis, quam suo capiti conjuncta videntur, magisque hac, quam illa cum capite commissura et compage vi-

D

[9] Matth. xxviii, 20. [10] Philipp. ii, 13. [11] Isa. x, 15. [12] Joan. xiv, 23. [13] I Cor. vi, 17. [14] Ephes. iv, 4. [15] Philipp, iv, 7. [16] Joan. xiv, 15; Matth. xxii; Coloss. i. [17] Ephes. v, 32.

Digitized by Google

vere; quod beati martyres demonstrant, qui illud jucunde pertulerunt, hoc ne audire quidem voluerunt. Nam caput quidem ipsosque artus cum voluptate posuerunt; a Christo autem ne voce quidem tenus sejungi divellique potuerunt.

A ἀπέθεντο καὶ τὰ μέλη σὺν ἡδονῇ, τοῦ Χριστοῦ δὲ οὐδὲ μέχρι φωνῆς ἐδυνήθησαν ἀποστῆναι.

Nondum dixi, quod imprimis inusitatum et singulare est. Quid enim alteri magis conjungatur, quam ipsum sibimetipsi? Et tamen hæc ipsa conjunctio sive unio conjunctione illa inferior et imperfectior est. Beatorum quippe spirituum unusquisque unus et idem sibi ipsi est: Salvatori nihilominus magis quam sibimet copulatur: plus enim illum quam sese amat. Quod dicimus, Paulus confirmat [18], optans anathema esse a Christo propter salutem Judæorum, quo illius gloria augeatur. Quod si humanus amor tantus est, divinus quantus sit æstimari B non potest. Si enim qui mali sunt tantam bonitatem exhibuerunt, quid de illa bonitate memorabimus? Cum porro amor tam sit excellens et eximius, ne cesse est etiam conglutinationem, ad quam amantes adigit, humanum ingenium sic deprimere, ut se nec ad similitudinem quidem seu collationem inveniendam queat extollere. Sed rem ad hunc modum consideremus.

Καὶ οὕτω λέγω τὸ καινότατον. Τί γὰρ ἂν ἄλλῳ συνάπτοιτο μᾶλλον ἢ αὐτὸ ἑαυτῷ; ἀλλὰ καὶ αὕτη ἡ ἑνότης τῆς συναφείας ἐκείνης ἔλαττον ἔχει. Τῶν γὰρ πνευμάτων τῶν μακαρίων ἕκαστόν ἐστι μὲν ἓν καὶ ταὐτὸ ἑαυτῷ, συνῆπται δὲ τῷ Σωτῆρι μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ· φιλεῖ γὰρ τὸν Σωτῆρα μᾶλλον ἢ ἑαυτό, καὶ μαρτυρήσει τῷ λόγῳ Παῦλος εὐχόμενος ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῆς σοφίας τῶν Ἰουδαίων, ἵν' ἐκείνῳ προσθήκη γένηται δόξης. Εἰ δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων φίλτρον τοσοῦτον, τὸ θεῖον οὐδ' ἔστι λογίσασθαι. Εἰ γὰρ οἱ πονηροὶ τοσαύτην ἐπεδείξαντο τὴν εὐγνωμοσύνην, τί χρὴ περὶ τῆς ἀγαθότητος ἐκείνης εἰπεῖν; Οὕτω δὲ ὑπερφυοῦς ὄντος τοῦ ἔρωτος, ἀνάγκη καὶ τὴν συνάφειαν, πρὸς ἣν συνήλασε τοὺς ἐρῶντας, τὴν διάνοιαν τὴν ἀνθρώπειαν κάτω τιθέναι, ὥστε μηδὲ πρὸς παράδειγμα ἀνενεχθῆναι δυνατὴν εἶναι. Σκοπῶμεν δὲ καὶ τόνδε τὸν τρόπον.

Cum multa sint, quibus per vitam egemus, aere inquam, lumine, alimento, vestibus, ipsis naturæ facultatibus, et membris, fit tamen, ut nullius usum ex omnibus semper et ad omnia desideremus, sed nunc istud, nunc aliud adhibeamus, alias alio ad præsentem necessitatem inserviente videlicet. Vestem quippe induimus, quæ alimoniam non præbet; sed cibum appetentibus aliud quærendum est. Lumen ad animam ducendam non facit. Aer vicissim lumine nobis non radiat. Sensuum et membrorum officio non usque et usque fungimur; sed cum oculus, tum manus interdum otiosa est, cum auscultare quippiam oportet. Contingere seu tractare aliquid cupientibus manus sufficit, vel odorari, vel audire, vel intueri volentibus nihil commodat; sed ea missa ad aliam facultatem respicimus. At Salvator in ipso viventibus sic semper et omnimodus adest, ut quibuscunque eorum necessitatibus consulat, et ipsis sit omnia, nec alio prorsus se vertere, nec aliunde quærere quidquam sinat. Non enim egent aliquo sancti, quod ipse non D sit. Generat nimirum ipsos, et educat, et alit, et lumen ipsis est, et habitus, et fingit ipsis oculum semetipso et illuminat semetipso, et se cernendum præbet. Et cum sit altor, simul est qui panem vitæ dat; ipse, inquam, est qui dat: et vita est viventibus, et unguentum spirantibus, et vestimentum operiri cupientibus. Nempe is est, per quem ambulare possumus, et ipsa via, et insuper terminus viæ, adeoque diversorium. Membra nos sumus, ipse caput. Certandum est? Una certat. Præclare certamus? Præses et arbiter certaminis est. Vincimus? Mox corona est. Sic undecunque mentem nostram ad seipsum advertit, nec ad aliud patitur

Πολλῶν ὄντων, οἷς συνεῖναι κατὰ τὸν βίον ἀνάγκη, ἀέρος, φωτός, τροφῆς, ἱματίων, αὐτῶν τῶν ἐν τῇ φύσει δυνάμεων καὶ μελῶν, οὐδενὶ τῶν πάντων ἑκάστοτε καὶ πρὸς ἅπαντα κεχρῆσθαι καὶ συνεῖναι συμβαίνει, ἀλλὰ νῦν μὲν τούτῳ, νῦνδ' ἐκείνῳ, πρὸς τὴν ἀεὶ παροῦσαν χρείαν ἄλλοτε ἄλλου βοηθοῦντος. C Τὸ γὰρ ἱμάτιον ἐνδυόμεθα μὲν, τροφὴ δὲ οὐκ ἂν εἴη, ἀλλὰ τραπέζης δεηθεῖσιν ἄλλο τι ζητεῖν ἀνάγκη. Καὶ τὸ μὲν φῶς οὐ δίδωσιν ἀναπνεῦσαι, ὁ δὲ ἀὴρ οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἀντὶ τῆς ἀκτῖνος, καὶ τῶν αἰσθήσεων δὲ ταῖς ἐνεργείαις καὶ τῶν μελῶν οὐκ ἀεὶ πάρεσμεν οὐδὲ χρώμεθα, ἀλλὰ καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐνίοτε καὶ χεὶρ ἀργός ἐστιν, ἀκοῦσαι δεῆσαν, καὶ ἅψασθαι μὲν βουλομένοις ἡ χεὶρ ἀρκέσει, ὁσφρανθῆναι δὲ ἢ ἀκοῦσαι ἢ ἰδεῖν οὐκ ἂν ἔτι, ἀλλὰ ταύτην ἀφέντες εἰς ἄλλην ὁρῶμεν δύναμιν. Ὁ δὲ Σωτὴρ τοῖς ἐν αὐτῷ ζῶσιν οὕτως ἀεὶ κατὰ πάντα σύνεστι τρόπον, ὥστε πᾶσαν χρείαν παρέχει καὶ πάντα αὐτοῖς ἐστι, καὶ οὐκ ἐᾷ πρὸς ἄλλο τι τῶν πάντων ἰδεῖν οὐδὲ ζητεῖν ἑτέρωθεν οὐδέν. Οὐ γὰρ ἔστιν οὗ δεηθεῖσιν, ὅπερ οὐκ αὐτός ἐστι τοῖς ἁγίοις· καὶ γεννᾷ γὰρ καὶ αὔξει καὶ τρέφει καὶ φῶς ἐστι καὶ πνοή, καὶ πλάττει μὲν αὐτοῖς ὀφθαλμὸν ἑαυτῷ, φωτίζει δὲ ἑαυτῷ πάλιν, παρέχει δὲ ὁρᾶν ἑαυτόν. Καὶ τροφεὺς ὢν καὶ τροφή ἐστι, καὶ αὐτὸς μέν ἐστιν ὁ παρέχων τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ παρέχει· καὶ ζωὴ μέν ἐστι ζῶσιν, ἀναπνέουσι δὲ μύρον, ἱμάτιον δὲ ἐνδύσασθαι βουλομένοις. Καὶ μὴν αὐτὸς μέν ἐστι, ᾧ δυνάμεθα βαδίζειν, αὐτὸς δέ ἐστιν ἡ ὁδὸς, καὶ πρός γε ἔτι τὸ κατάλυμα τῆς ὁδοῦ καὶ τὸ πέρας. Μέλη ἐσμὲν, ἐκεῖνος κεφαλή· ἀγωνίζεσθαι δὲ ὃν συναγωνίζεται, εὐδοκιμοῦσιν ἀγωνοθέτης ἐστί· νικῶμεν, στέφανος ἐκεῖνος εὐθύς. Οὕτω παντοχόθεν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, καὶ οὐκ ἐᾷ προσχεῖν

[18] Rom. IX, 3

Digitized by Google

τὸν νοῦν οὐδενὶ τῶν ἄλλων οὐδὲ λαβεῖν ἔρωτα τῶν ὄντων οὐδενός. Κἂν γὰρ ὧδε κινήσωμεν τὴν ἐπιθυμίαν, αὐτὸς ἵστησι καὶ ἀναπαύει, κἂν ἐκεῖσε, πάλιν αὐτὸς, κἂν ἑτέρωσε, καὶ ταύτην κατέχει τὴν ὁδὸν καὶ παριόντας χειροῦται. « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ, φησίν· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου· » ἀνάγκῃ τινὶ θαυμαστῇ καὶ φιλανθρώπῳ τυραννίδι πρὸς ἑαυτὸν μόνον ἕλκων καὶ ἑαυτῷ μόνῳ συνάπτων. Καὶ ταύτην εἶναι οἶμαι τὴν ἀνάγκην, ᾗ συνέλασε πρὸς τὴν οἰκίαν καὶ τὴν εὐωχίαν οὓς ἐκάλει, τῷ δούλῳ λέγων, « Ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ὅπως γεμισθῇ ὁ οἶκός μου. »

Εἶεν. Ὅτι μὲν οὖν ἡ ἐν τῷ Χριστῷ ζωὴ οὐχ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος πάρεστι τοῖς ἁγίοις καὶ ζῶσι κατ' ἐκείνην καὶ ἐνεργοῦσι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Ὅθεν δὲ ἔστιν οὕτω ζῆσαι καὶ, ὃ φησι Παῦλος, ἐν καινότητι ζωῆς περιπατῆσαι, λέγω δή τί ποιοῦσιν ὁ Χριστὸς οὕτω συνάπτεται καὶ προσφύεται, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ χρὴ καλεῖν, ἕξῃς ἂν εἴη ῥητέον.

Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν θεόθεν, τὸ δὲ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς, καὶ τὸ μὲν ἐκείνου καθαρῶς ἔργον, τὸ δὲ καὶ ἡμῖν ἔχει φιλοτιμίαν· μᾶλλον δὲ τοσοῦτον παρ' ἡμῶν εἰσφέρεται μόνον, ὅσον ὑπομεῖναι τὴν χάριν καὶ μὴ προδοῦναι τὸν θησαυρὸν, μηδὲ σβέσαι τὴν λαμπάδα ἡμμένην ἤδη. Λέγω δὴ μηδὲν ἐπεισαγαγόντας ἐναντίον τῇ ζωῇ καὶ ἃ τὸν θάνατον τίκτει· πρὸς τοῦτο γὰρ πᾶν ἀνθρώπειον ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἀρετὴ φέρει, μὴ καθ' ἑαυτοῦ τινα τὸ ξίφος ὠθῆσαι, μηδὲ φυγεῖν τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποσείσασθαι τοὺς στεφάνους, ὡς τήν γε οὐσίαν αὐτὴν τῆς ζωῆς αὐτὸς παρὼν ὁ Χριστὸς ἄῤῥητόν τινα τρόπον φυτεύει ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς. Πάρεστι γὰρ ἀληθῶς καὶ βοηθεῖ ταῖς ἀρχαῖς τῆς ζωῆς, αἷς αὐτὸς ἐπιδημήσας παρέσχε· πάρεστι δὲ οὐχ ὥσπερ τὸ πρῶτον διαίτης καὶ συλλόγων καὶ διατριβῶν ἡμῖν καὶ κοινωνῶν, ἀλλ' ἕτερον ἐκείνῳ καὶ τελεώτερον τρόπον, καθ' ὃν σύσσωμοι αὐτῷ γινόμεθα καὶ σύζωοι καὶ μέλη, καὶ εἴ τι πρὸς τοῦτο φέρει. Καθάπερ γὰρ ἡ φιλανθρωπία ἄῤῥατος, ὅθεν προῆλθε τοὺς αἰσχίστους οὕτω φιλήσας οὕτω μεγίστων ἀξιώσαι χαρίτων, καὶ ἡ συνάφεια, καθ' ἣν σύνεστι τοῖς φιλουμένοις, πᾶσαν εἰκόνα καὶ πᾶσαν ἐπωνυμίαν νικᾷ, οὕτω καὶ ὁ τρόπος, καθ' ὃν σύνεττι καὶ εὐποιεῖ, θαυμαστὸς, καὶ τῷ θαυμαστὰ ποιοῦντι μόνῳ προσήκων. Τὸν γὰρ θάνατον, ὃν ἀληθῶς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἀπέθανε, συμβόλοις τισὶ καθάπερ ἐν γραφῇ μιμουμένους πράγμασιν αὐτοῖς ἀνακαινίζει καὶ ἀναπλάττει ταῖς τῆς ἑαυτοῦ κοινωνοὺς ποιεῖται ζωῆς.

Ἐπὶ γὰρ τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν τὸν τάφον αὐτοῦ γράφοντες καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλοντες, δι' αὐτῶν γεννώμεθα καὶ πλαττόμεθα καὶ ὑπερφυῶς συναπτόμεθα τῷ Σωτῆρι· ταῦτα γάρ ἐστι, δι'

effundi nec ullius rei amore implicari. Etsi enim hic cupiditates debellaverimus, ipse eas coercet ac sedat. Et seu illuc eas, seu alio, etiam aliam viam occupat, transeuntesque manu comprehendit : « Si ascendero in cœlum, inquit, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diliculo, et habitavero in extremis maris; eteuim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua [19], » coactu quodam admirando et suavi tyrannide ad se solum nos trahens, sibique copulans et astringens. Atque hanc illam esse vim et necessitatem opinor, qua in domum suam ad convivium compulit, quos convocavit, cum servo diceret « Compelle intrare, ut impleatur domus mea [20]. »

Vitam igitur in Christo non in venturo tantum sæculo adfuturam, sed in præsenti etiam adesse sanctis, et secundum illam eos vivere atque operari, ex his quæ dicta sunt perspicuum fit. Unde autem ita vivere liceat, et quod Paulus ait [21], in novitate vitæ ambulare, quid, inquam, facientibus Christus ita conjungatur et adhærescat, aut quo nomine res appellanda est, deinceps disseremus.

Faciendorum itaque aliud a Deo, aliud a studio et diligentia nostra aptum est : et illud quidem opus ejus solius est, hoc nostram quoque contentionem desiderat, vel potius, a nobis tantum præstatur duntaxat, quantum gratiæ innititur, nec thesaurum prodit, nec lucernam jam accensam exstinguit; cum scilicet nihil superinducimus, quod vitæ adversetur, mortemque progignat. Huc enim bonum omne et omnis virtus humana collineat, ne quis gladium in semetipsum adigat, nec fugiat felicitatem, et coronam e capite excutiat; quoniam essentiam ipsam vitæ Christus ipsemet præsens, modo quodam, cui explanando verba non reperiuntur, animis nostris serit. Vere enim adest, et principiis vivendi opem fert, quæ ipsemet adventu suo attulit. Adest autem, non ut primum victu, congressu, consuetudine nobiscum communicans : sed alia quadam ratione meliore perfectioreque, secundum quam concorpores, et ejusdem vitæ participes, et membra illi evadimus, et si quid aliud eodem pertinet. Quemadmodum enim benignitatem, qua impulsus inimicos adeo dilexit, tantisque beneficiis cumulavit, nulla lingua consequatur : et ut proinde conjunctio ejus, qua amicis suis devincitur, omnem quæ animo informari aut nominari potest, conjunctionem post se relinquit; sic item modus quo adest et benefacit, admiratione dignus, et facienti mirabilia soli conveniens est. Mortem enim, quam ipse pro vita nostra vere obiit, signis et notis quibusdam, velut in pictura imitantes, rebus ipsis renovat et instaurat, ac vitæ suæ consortes præstat.

In sacris namque mysteriis sepulturam ejus adumbrantes, et mortem annuntiantes, per ea generamur, et fingimur, et excellentissime cum Salvatore coalescimus. Hæc enim sunt, per quæ in ipso, ut Pau-

[19] Psal. CXXXVIII, 8-10. [20] Luc. XIV, 23. [21] Rom. IX, 3.

Digitized by Google

lus ait [22], vivimus, movemur, et sumus; siquidem haptisma quidem esse et prorsus subsistere in Christo largitur. Id enim mortuos perditosque complexum, primum in vitam introducit. Sacra autem unctio natum perficit et consummat, actionem tali vitæ respondentem inserens. Divina deinde Eucharistia vitam hanc et sanitatem continet atque conservat. Parta enim servare, et vitam retinere, panis vitæ donum ac munus est. Idcirco hoc quidem pane vivimus, unguento autem movemur, postquam a baptismo accepimus ut essemus. Et hoc pacto vivimus vita mundo isto aspectabili ad inaspectabilem conversa, et non quidem loco, sed vita et vivendi rationibus commutatis. Nec enim ipsi ad Deum evecti sumus, nec ad illum ascendimus; quin ille potius ad nos venit, et descendit, nec nos quæsivimus, sed quæsiti sumus, quia non ovis pastorem, nec drachma patremfamilias quæsivit, ast ipse de cœlo in terram prospexit, et invenit imaginem suam, venitque in loca in quibus errabat ovis, quam in humeros sustulit, et ab errando cohibuit: non inde homines transferendo, sed in terris manentes et cœlestes reddidit, et vitam iis cœlestem impertivit. Non in cœlum nos subduxit, sed cœlum ad nos inclinavit et deduxit, sicut Propheta ait: «Inclinavit cœlos, et descendit [23].» Proinde per hæc sancta mysteria tanquam per fenestras in tenebrosum hunc mundum Sol justitiæ ingreditur, vitamque huic mundo conformem morte afficit, ac cœlestem excitat, et lux mundi mundum vincit; quod his verbis insinuat: «Ego vici mundum [24].» In mortali et fragili corpore stabilem æternamque vitam intulit.

κόσμου, ὅπερ αἰνίττεται λέγων, « Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, » ἐν θνητῷ καὶ ῥέοντι σώματι τὴν ἑστῶσαν καὶ ἀθάνατον εἰσάγων ζωήν.

Sicut enim in domo quapiam, illapso solis radio lucerna cernentium oculos ad se amplius non advertit, veram claritas radii eam longe vincens dominatur: consimiliter in hac vita per mysteria futuræ vitæ splendor immissus, et animas inhabitans, vitam quæ in carne degitur, vincit, pulchritudinemque et claritatem mundi hujus obscurat. Et hæc est vita illa in spiritu, qua omnis concupiscentia carnis, juxta Pauli vocem, triumphatur: «Spiritu ambulate, inquit, et desideria carnis non perficiatis [25].» Hanc viam secuit Dominus noster, cum ad nos veniret, et hanc portam in mundum ingressus aperuit, et ad Patrem reversus, claudere non sustinuit, sed ex eo per hanc ad sanctos accedit; quin potius omni tempore adest, et nobiscum est et erit semper, promissum ac receptum illud suum efficiens. Quocirca, « Non est hoc aliud, nisi domus Dei, et hæc est porta cœli, » dixit Jacob patriarcha [26], per quam non solum angeli in terras deseendunt (cuilibet enim initiato adsunt), sed etiam ipsemet angelorum Dominus. Hanc ob causam et Salvator quando baptismum suum ceu in tabula præmonstrans, baptismo Joannis ipse quoque ablui non refugit, cœlum ape

Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκίᾳ τῆς ἀκτῖνος εἰσελθούσης ὁ λύχνος οὐκέτι τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, ἀλλ' ἡ τῆς ἀκτῖνος λαμπρότης ὑπερνικῶσα κατέχει· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ διὰ τῶν μυστηρίων ἡ τῆς μελλούσης ζωῆς λαμπρότης εἰσερχομένη καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐνοικοῦσα νικᾷ τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν καὶ τὸ κάλλος τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὴν λαμπρότητα ἀποκρύπτει, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν πνεύματι ζωή, ἧς ἐπιθυμία πᾶσα σαρκὸς ἡττᾶται, κατὰ τὸν Παύλου λόγον, « Πνεύματι περιπατεῖτε καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. » Ταύτην τὴν ὁδὸν ὁ Κύριος ἔτεμεν εἰς ἡμᾶς ἐρχόμενος, καὶ ταύτην ἀνέῳξε τὴν πύλην, εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον, καὶ εἰς τὸν Πατέρα ἀνελθὼν οὐκ ἠνέσχετο κλεῖσαι, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου διὰ ταύτης ἐπιδημεῖ τοῖς ἀνθρώποις· μᾶλλον δὲ πάρεστιν ἀεὶ καὶ μεθ' ἡμῶν ἔστι καὶ ἔσται μέχρι παντὸς τὰς ἐπαγγελίας σώζων ἐκείνας. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι τοῦτο ἄλλο ἢ οἶκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ, ὁ πατριάρχης ἂν εἶπε, δι' ἧς οὐ μόνον ἄγγελοι καταβαίνουσιν εἰς τὴν γῆν (καὶ γὰρ πάρεισιν ἑκάστῳ τῶν τελουμένων), ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης. Διὰ τοῦτο καὶ ἡνίκα τὸ βάπτισμα τὸ ἑαυτοῦ καθάπερ ἐν γραφῇ προχαράτ-

[22] Act. xvii, 28. [23] Psal. xvii, 10 sec. LXX. [24] Joan. xvi, 33. [25] Galat. v, 16. [26] Gen. xxviii, 12.

Digitized by Google

των, τὸ βάπτισμα Ἰωάννου καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἠνέσχετο βαπτισθῆναι, τὸν οὐρανὸν ἀνέῳξε, δεικνὺς ὅτι τοῦτό ἐστι, δι' οὗ τὸν οὐράνιον ὀφόμεθα χῶρον· καὶ μὴν καὶ δι' ὧν ἀπεφήνατο μὴ δύνασθαι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν τὸν μὴ βαπτισθέντα, τοῦτο τὸ λουτρὸν εἰσοδόν τινα αὐτὸ αἰνίττεται καὶ πύλην. « Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, » φησὶν ὁ Δαβὶδ, ταύτας, οἶμαι, τὰς πύλας ἀνοιγῆναι ἐπιθυμῶν. Τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἀφικόμενον εἰς τὴν γῆν τὸν τεχνίτην τῶν θυρῶν τούτων· διὰ τοῦτο καὶ εἰ γένοιτο, φησὶν, αὐτῷ τυχεῖν τῆς εἰσόδου καὶ διὰ τούτων ἐλθεῖν τῶν πυλῶν, χάριτας ὁμολογήσειν τῷ Θεῷ τῷ διελόντι τὸ τεῖχος. « Εἰσελθὼν γὰρ, φησὶν, ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ, » ὡς ἀπὸ τούτων μάλιστα τῶν πυλῶν εἰς τελεωτάτην ἂν γνῶσιν δυνηθεὶς ἀφικέσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ γένος ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας.

Τί γὰρ ἂν γένοιτο μεῖζον χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας σημεῖον, ἢ λούοντα μὲν ὕδατι ῥύπου τὴν ψυχὴν ἀπαλλάττειν, χρίοντα δὲ μύρῳ βασιλεύειν τὴν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν, ἐστιᾷν δὲ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὸ αἷμα παρατιθέντα; Τό γε μὴν ἀνθρώπους θεοὺς καὶ υἱοὺς γενέσθαι Θεοῦ, καὶ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν Θεοῦ τιμῇ τιμηθῆναι, καὶ τὸν χοῦν εἰς τοῦτο δόξης ἀνενεχθῆναι, ὡς ὁμότιμον καὶ ὁμόθεον ἤδη τῇ θείᾳ φύσει γενέσθαι, τίνι γένοιτ' ἂν ἴσον; τίνα δ' ἂν καινότητος ὑπερβολὴν καταλίποι; Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἀρετὴ τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἐκάλυψεν οὐρανούς· οἶμαι, πᾶσαν (ὑπερέβη) κτίσιν καὶ πᾶν ἔργον ἀπέκρυψε τοῦ Θεοῦ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει νικῆσαν. Τῶν γὰρ θείων ἔργων ἁπάντων οὕτω μὲν πολλῶν ὄντων, οὕτω δὲ καλῶν καὶ μεγάλων, οὐκ ἔστιν οὐδὲν, ὃ μὴ τῆς σοφίας τοῦ δημιουργοῦ καὶ τῆς τέχνης ἔλαττον ἔχει, καὶ δύναιτ' ἂν τῶν ὑπηργμένων καὶ καλλίω καὶ μείζω παράγειν οὐμενοῦν οὐδ' ὅσον εἰπεῖν ἐξεῖναι. Εἰ δ' ἔνεστιν ἔργον Θεοῦ γενέσθαι καλὸν, οὕτως ἀγαθὸν, ὥστε πρὸς τὴν σοφίαν ἐκείνην καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν τέχνην ἀμιλληθῆναι, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πρὸς τὴν ἀπειρίαν ἐξισωθῆναι, καὶ καθάπερ ἴχνος τὸ μέγεθος ἅπαν τῆς (θείας) ἀγαθότητος ὑποδεῖξαι, τοῦτο οἶμαι εἶναι νικῆσαι. Εἰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀεὶ τῷ Θεῷ τὸ ἔργον, ἀγαθοῦ μεταδιδόναι, καὶ ὑπὲρ τούτου πάντα ποιεῖ, καὶ τοῦτο τὸ τέλος τῶν τε ἤδη γεγονότων καὶ ἃ γένοιτ' ἄν, τὸν ἔπειτα χρόνον (χεθῆναί φησι τὸ ἀγαθὸν καὶ ὀδεῦσαι)· ὃ ποιῶν τοῦ πάντων ὁ Θεὸς μεγίστου μετέδωκεν ἀγαθοῦ καὶ οὗ μεῖζον οὐκ ἔχει δοῦναι, τοῦτο ἂν εἴη τὸ μέγιστον καὶ κάλλιστον τῆς ἀγαθότητος ἔργον καὶ ὁ τελευταῖος τῆς χρηστότητος ὅρος. Τοιοῦτον δὲ τὸ τῆς οἰκονομίας ἔργον, ἣ περὶ τῶν ἀνθρώπων ᾠκονομήθη. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ μετέδωκεν ἁπλῶς ὁτουοῦν ἀγαθοῦ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεὸς παρ' ἑαυτῷ τὰ πλείω τηρήσας, ἀλλ' αὐτὸ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ὅλον αὐτὸν τὸν φυσικὸν ἐνέθηκε πλοῦτον. Διὰ τοῦτο καὶ δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διαφερόντως ἀποκαλύπτεσθαι

A ruit, docens, hoc esse per quod cœlestes illas regiones visuri simus. Quin etiam, quibus verbis affirmavit, non posse qui sacro fonte ablutus non sit, in vitam ingredi, iis ipsis lavacrum istuc introitum et portam quamdam illius esse indicavit. «Aperite mihi portas justitiæ [17],» exclamat David, has, ut arbitror, portas aperiri desiderans. Hoc enim est, quod multi reges et prophetæ videre cupierunt, delapsum scilicet in terras portarum istarum artificem. Propterea item si ingressu isto potiatur, perque portas hasce introeat, gratias se Deo acturum profitetur, qui murum divisit: «Ingressus enim in eas, inquit, confitebor Domino [18],» ut qui ab hisce portis maxime ad perfectissimam divinæ B bonitatis benignitatisque erga genus humanum cognitionem aspirare potuerit.

Quod enim clementiæ et benignitatis indicium excellentius, quam lavantem aqua, a sordibus animæ purgari? unctum unguento regnare in regno cœlesti? convivio excipi ab eo, qui suum ipse corpus et sanguinem apposuit? homines deos, et filios Dei fieri? naturamque nostram divinis honoribus coli, ac pulverem in tantum gloriæ fastigium extolli, ut jam divinæ naturæ, et honoris, et deitatis consors sit? Cuinam aliquid tale eveniat? quam, quæso, novitatis, et inusitatæ rei magnitudinem prætermisit? Hæc enim est virtus Dei, quæ operuit cœlos, C opinor, creaturam universam supergressa est, et omne opus Dei præcelluit, majestate scilicet et præstantia exsuperans. Omnium namque divinorum operum, tam multorum, bonorum, magnorumque nullum est, quod non infra sapientiam et artem fabricatoris omnium videatur, potestque, si vult, editis meliora et majora edere, quantum profecto dicere nequimus. Quod si adeo bonum et eximium Dei opus fieri potest, ut cum illius sapientia, potestate, et arte contendat, et, ut verbo dicam, ejus infinitati exæquetur, et veluti vestigium totam ejus majestatem amplitudinemque ostendat, hoc arbitror esse vicisse. Nam si hoc Dei opus semper est, bonum communicare, et ejus rei causa agit omnia, et hic est finis atque scopus tum eorum quæ hac- D tenus ab eo facta sunt, tum eorum quæ in posterum fieri ab eo possunt (bonum enim diffundi ac propagari ait Dionysius [19]), quod faciens Deus universorum, communicavit bonum omnium maximum, et quo nobilius dare nequit, id fuerit supremum illud, et pulcherrimum bonitatis opus, et extremum bonitatis ejus. Hujuscemodi porro œconomiæ opus est, quam pro salute humana suscepit et administravit. Hic enim non simpliciter qualecunque bonum naturæ humanæ communicavit, sibi potioribus reservatis; sed ipsam totam plenitudinem divinitatis, omnes divitias suas naturales in eam congessit. Idcirco et justitiam Dei in Evangelio præclare revelari Paulus

[17] Psal. cxvii, 19. [18] ibid. [19] De divin. nom. c. 4.

Digitized by Google

scribit: «Justitia enim Dei in eo revelatur [30], » inquit. Si qua enim est justitia et virtus Dei, ea erit, omnibus affluentes bona sua impertiri, ipsaque communio beatitudinis. Hanc ob causam mysteria sacratissima portæ justitiæ merito nominentur, quoniam Dei erga genus nostrum suprema benignitas et bonitas, quæ est divina virtus et justitia, hunc nobis introitum in cœlum patefecit.

Imo vero etiam alio modo, judicio quodam, et justitia hoc tropæum constituit Dominus, et hanc portam et hanc viam nobis est largitus. Non enim captivos rapuit, sed liberationis pretium persolvit, et fortem alligavit, quod esset potentior, et justa sententia eo condemnato, regnavit in domo Jacob, in animabus hominum tyrannidem evertens; non quia evertere potuit, sed quia eam everti justum erat. Atque hoc David indicans, ait: «Justitia et judicium, præparatio sedis tuæ [31].» Non solum autem justitia has portas aperuit, sed etiam justitia ipsa per eas ad genus nostrum venit. Prioribus enim temporibus, priusquam Deus ad homines delaberetur, justitia in orbe terrarum nusquam inveniebatur. Ipse enim Deus de cœlo aspiciens quæsivit, quem latere non potuisset, si ulla exstitisset, et tamen non invenit: «Omnes enim, inquit, declinaverunt, et inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum; non est usque ad unum [32].» At postquam veritas de terra in tenebris atque umbra mendacii sedentibus exorta est, tunc etiam justitia de cœlo prospexit, et tum primum vere perfecteque hominibus apparuit, et justificati sumus; primum quidem a vinculis, et a ratione reddenda liberati, eo qui nihil sceleris admiserat per mortem crucis pro nobis respondente; qua pœnas luit eorum, quæ nos nefarie ausi fueramus: deinde per mortem illam et amici Dei, et justi evasimus. Non enim tantummodo nos liberavit, et cum Patre in gratiam reduxit mortuus Salvator, sed insuper «dedit nobis potestatem filios Dei fieri [33].» Copulans quidem sibi naturam nostram, per carnem nobis comparatus est: nostrum autem unumquemque carni suæ copulans, virtute mysteriorum videlicet, hoc modo justitiam suam et vitam in animabus nostris exoriri facit. Ita veram justitiam per sacra mysteria et cognoscere hominibus licuit, et ea rite fungi.

Etsi enim multi justi, et amici Dei in Scriptura memorentur, antequam adveniret, qui justificaret et reconciliaret, tamen illud in primis cogitandum est, quod primum ad sæculum ipsorum, post ad futurum attinebat, eos potuisse, et paratos fuisse ad justitiam, veluti ad sublatum aliquod signum accurrere, persolutoque pretio, quibus tenebantur vinculis levari, oblatumque lumen aspectare, et demonstrata jam veritate, a figuris et umbris recedere. Et hoc justi ab improbis differebant, cum essent alioqui propemodum iisdem

A Παῦλος εἶπε· εἰ γάρ ἐστί τις ἀρετὴ Θεοῦ καὶ δικαιοσύνη, τοῦτο ἂν εἴη τὸ πᾶσιν ἀφθόνως τῶν ἀγαθῶν τῶν ἑαυτοῦ μεταδοῦναι καὶ ἡ τῆς μακαριότητος κοινωνία. Τούτου χάριν τὰ ἱερώτατα μυστήρια πύλαι ἂν εἰκότως καλοῖντο δικαιοσύνης, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ περὶ τὸ γένος ἐσχάτη φιλανθρωπία καὶ ἀγαθότης, ἥτις ἐστὶν ἡ θεία ἀρετὴ καὶ δικαιοσύνη, ταύτας ἡμῖν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐποίησε τὰς εἰσόδους.

B Καὶ μὴν καὶ ἕτερον τρόπον κρίσει τινὶ καὶ δικαιοσύνῃ τοῦτο τὸ τρόπαιον ἔστησεν ὁ Κύριος, καὶ ταύτην ἡμῖν ἔδωκεν τὴν πύλην καὶ τὴν ὁδόν. Οὐ γὰρ ἥρπασε τοὺς αἰχμαλώτους, ἀλλὰ λύτρον ἔδωκε καὶ ἔδησε τὸν ἰσχυρὸν, οὐ τῷ μείζω δύναμιν ἔχειν, ψήφῳ δὲ δικαίᾳ καταχριθέντα, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων τὴν τυραννίδα λύσας, οὐχ ὅτι ἐδύνατο λῦσαι, ἀλλ' ὅτι λυθῆναι δίκαιον ἦν. Καὶ τοῦτο ἐμήνυσεν ἐν οἷς εἶπε, « Δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου. » Οὐ δικαιοσύνη δὲ μόνον ταύτας διεῖλε τὰς πύλας, ἀλλὰ δικαιοσύνη δι' αὐτῶν εἰς τὸ ἡμέτερον ἀφίκετο γένος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν προτέρων χρόνων, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημῆσαι, οὐκ ἦν εὑρεῖν δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. Αὐτὸς γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε καὶ ἐζήτησεν ὁ Θεὸς, ὃν λαθεῖν οὐκ ἐνῆν, εἴπερ ὅλως ἦν, καὶ ὅμως οὐχ εὗρε· « Πάντες γὰρ, φησὶν, ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. » Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε τοῖς ἐν τῷ σκότει τοῦ ψεύδους καὶ τῇ σκιᾷ καθημένοις, τηνικαῦτα καὶ ἡ C δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἄρτι πρώτως ἀληθῶς καὶ τελείως τοῖς ἀνθρώποις φανεῖσα· καὶ ἐδικαιώθημεν, πρῶτον μὲν τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εὐθύνης ἀπαλλαγέντες, τοῦ μηδὲν ἀδικηκότος ὑπὲρ ἡμῶν ἀπολογησαμένου τῷ διὰ σταυροῦ θανάτῳ, καθ' ὃν ἔδωκε δίκην ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἐτολμήσαμεν, ἔπειτα καὶ φίλοι Θεοῦ καὶ δίκαιοι κατέστημεν διὰ τὸν θάνατον ἐκεῖνον. Οὐ γὰρ ἔλυσε μόνον καὶ τῷ Πατρὶ κατήλλαξεν ἀποθανὼν ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ « ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, » συνάψας μὲν ἑαυτῷ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν διὰ τῆς σαρκὸς, ἣν ἀνείλετο, συνάπτων δὲ ἡμῶν ἕκαστον τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τῇ δυνάμει τῶν μυστηρίων. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην καὶ τὴν ζωὴν ἐν ταῖς D ἡμετέραις ἀνατέλλει ψυχαῖς· οὕτω τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην διὰ τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν ἐξεγένετο καὶ γνῶναι τοῖς ἀνθρώποις καὶ κατορθῶσαι.

Εἰ γὰρ πολλοὶ δίκαιοι καὶ φίλοι Θεοῦ παρὰ τῇ Γραφῇ πρὶν ἀφῖχθαι τὸν δικαιοῦντα καὶ διαλλάττοντα, ἐκεῖνο λογίζεσθαι χρὴ, μάλιστα μὲν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτῶν, ἔπειτα καὶ διὰ τὸ μέλλον, ὅτι οἷοί τε ἐγένοντο καὶ παρασκευάσθησαν ἀνασχούσῃ προσδραμεῖν τῇ δικαιοσύνῃ καὶ λυθῆναι μὲν τοῦ λύτρου καταβληθέντος, ἰδεῖν δὲ τοῦ φωτὸς φανέντος, ἀναστῆναι δὲ τῶν τύπων τῆς ἀληθείας ἀναδειχθείσης. Καὶ τούτῳ διήνεγκαν οἱ δίκαιοι τῶν πονηρῶν, ἐν τοῖς αὐτοῖς σχεδὸν ἐκείνοις ὄντες δεσμοῖς· καὶ τὴν αὐτὴν ὑφιστάμενοι τυραννίδα, ὅτι οἱ μὲν πρὸς τὸν

[30] Rom. I, 17. [31] Psal. LXXXVIII, 15. [32] Psal. XIX, 3. [33] Joan. I, 12.

Digitized by Google

ἀνδραποδισμὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν δουλείαν δυσχερῶς A εἶχον, καὶ ἠύχοντο τὸ δεσμωτήριον καταστραφῆναι καὶ τὰ δεσμὰ ἐκεῖνα λυθῆναι, καὶ ἐπεθύμουν πατουμένην ἰδεῖν ὑπὸ τῶν δεδεμένων τὴν τοῦ τυράννου κεφαλήν, τοῖς δὲ οὔτε ἐδόκει δεινὸν οὐδὲν τὰ παρόντα, καὶ ἥδοντο δουλεύοντες. Οἷοι καὶ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἐγένοντο τῶν μακαρίων, οἳ τὸν ἥλιον ἐπ' αὐτῶν ἀνατείλαντα οὔτε ἐδέξαντο καὶ ἀποσβέσαι ἐπεχείρησαν οἷς ἐξῆν, δι' ὧν ᾠήθησαν δυνηθῆναι ἀφανίσαι τὴν ἀκτῖνα πάντα ποιοῦντες. Ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἐλύθησαν τῆς ἐν ᾅδου τυραννίδος τοῦ βασιλέως φανέντος, οἱ δὲ ἔμειναν ἐπὶ τῶν δεσμῶν.

Καθάπερ ἐπὶ τῶν νοσούντωνοἳ τὴν θεραπείαν ἐκ παντὸς τρόπου ζητοῦσι καὶ τὸν ἰατρὸν ἡδέως ὁρῶσι τῶν μηδὲ εἰδότων ὅτι νοσοῦσι καὶ πρὸς τὰ φάρμακα B ἀποπηδώντων ἀμείνους καὶ ἀνεκτοτέρους εἶναι συμβαίνει· τούτους γὰρ ὁ ἰατρός, οἶμαι, καὶ ὑγιαίνοντας ἤδη προσερεῖ καὶ μήπω ὑγιάσας, εἴ γε μὴ σύνοιδεν ἑαυτῷ τὴν τέχνην τῆς ἀῤῥωστίας ἐλάττω· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ δικαίους καὶ φίλους ἐνίους ἐπὶ τῶν χρόνων ἐκείνων ἐκάλεσεν ὁ Θεός. Τὰ γὰρ παρ' ἑαυτῶν εἰσέφερον πάντα καὶ τὴν δυνατὴν ἐπεδείξαντο δικαιοσύνην, ὅπερ λυθῆναι μὲν ἀξίους ἐποίησε τοῦ λῦσαι δυναμένου φανέντος, ἔλυσε δὲ οὐδαμῶς. Καίτοι εἰ τοῦτο ἦν ἀληθὴς δικαιοσύνη, καὶ αὐτοὶ ἂν ἦσαν « ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, » Σολομὼν εἶπε, τὸ σῶμα ἀνατιθέμενοι τοῦτο· νῦν δὲ ἀπερχομένους ἐνθένδε ᾅδης ἐξεδέχετο. Τὴν γὰρ ἀληθῆ δικαιοσύνην καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἑταιρίαν οὐχ ὑπερόριον οὖσαν κατήγαγεν ὁ Δεσπότης ἡμῶν, ἀλλ' αὐτὸς C εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν φέρουσαν εἰς τὸν οὐρανὸν οὐκ οὖσαν εὗρεν, ἀλλ' αὐτὸς ἔτεμεν. Εἰ γὰρ ἦν, καὶ ἄλλος ἂν ἔτεμε τῶν προτέρων· νῦν δὲ « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » Ὅπου γὰρ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ δίκης ἀπαλλαγὴν οὐκ ἦν εὑρεῖν πρὸ τοῦ σταυροῦ, τί χρὴ περὶ δικαιοσύνης νομίζειν; Οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον, οἶμαι, πρὶν καταλλαγῆναι μετὰ τοῦ χοροῦ τῶν φίλων ἑστάναι καὶ δεσμὰ περικειμένους ἔτι ἑστεφανωμένους ἀναχηρύττεσθαι· ὅλως δὲ εἰ τὸ πᾶν ἥνυσεν ὁ ἀμνὸς ἐκεῖνος, τί τῶν δευτέρων ἔδει τούτων; Τῶν γὰρ τύπων καὶ τῶν εἰκόνων τὴν ζητουμένην εὐδαιμονίαν εἰσενεγκόντων μάτην ἡ ἀλήθεια καὶ τὰ πράγματα. Τό γε μὴν διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ τὴν ἔχθραν καταλυθῆναι, καὶ τὸ μεσότοιχον ἐκ μέσου γενέσθαι καὶ εἰρήνην καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμερῶν ἀνατεῖλαι καὶ πάντα ταῦτα, τίνα ἂν ἔτι χώραν ἔχοι, εἰ φίλοι Θεοῦ καὶ δίκαιοι πρὸ τῆς θυσίας ἦσαν ἐκείνης; Τεκμήριον δὲ κἀκεῖνο. Τότε μὲν γὰρ νόμος ἡμᾶς τῷ Θεῷ συνῆπτε, νῦν δὲ πίστις καὶ χάρις καὶ εἴ τι τούτων ἔχεται. Δῆλον γὰρ ἐντεῦθεν τηνικαῦτα μὲν δουλείαν, νῦν δὲ υἱότητα καὶ φιλίαν τὴν τῶν ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν κοινωνίαν εἶναι· ὁ μὲν γὰρ νόμος τοῖς δούλοις, φίλων δὲ καὶ υἱῶν ἡ χάρις· καὶ ἡ πίστις καὶ τὸ θαῤῥεῖν. Ἐξ ὧν

compedibus irretiti, eamdemque tyrannidem paterentur. Nam illi mancipium et servitutem illam iniquo ferebant animo, optabantque carcerem destrui, et vincula illa disrumpi, et tyranni caput a vinctis conculcatum videre cupiebant. His autem præsens rerum status nihil habere horribile videbatur, et servitute ipsa lætabantur. Quales et beatis illis temporibus erant, qui solem super se exortum nec admittebant, et quibus possent modis exstinguere moliebantur, nihil prætermittentes, quo se radium obscuraturos arbitrabantur. Unde et illi, ubi rex apparuit, e tartareo dominatu erepti sunt: hi vero in vinculis permanserunt.

Sicut enim inter ægrotos, qui curationem omni diligentia exquirunt, et medicum minime aversantur, iis qui ne sentiunt quidem se ægrotare, et a medicina resiliunt, meliores et tolerabiliores esse solent: his medicus medetur, opinor, et convalescentes alloquitur, idque nihil dubitans, si noverit artem suam morbi sævitiæ non imparem esse; ad eumdem modum etiam justos et amicos quosdam illis sæculis vocavit Deus. Quod enim in se erat, id præstabant, et pro virili justitiam colebant, quod eos solutione dignos reddebat, cum is in medio esset, qui solvendi potestatem habebat. Ast neutiquam solvit. Atqui si hæc erat vera justitia, ipsi quoque corpore hoc deposito « in pace et in manu Dei » esse debuerunt. Nunc autem ex hac luce abeuntes, inferi excipiebant. Veram quippe justitiam et cum Deo amicitiam Dominus noster non e remotissimis et peregrinis locis tanquam ab exilio reduxit; sed ipsemet primus in mundum introduxit, et iter in cœlum ferens, non quod erat invenit, sed ipse illud munivit, et ambulavit. Nam si fuisset, utique alius pris orum illud capessisset: « Atqui nemo ascendit in cœlum, nisi Filius hominis, qui est in cœlo [34]. » Quando enim peccatorum veniam, pœnarumque immunitatem ante Dominum in cruce suffixum adipisci non licuit, quid de justitia existimabimus? Haud enim consentaneum erat, ut arbitror, ante reconciliationem in choro amicorum collocari, et adhuc vinculis circumdatos pro coronatis promulgari. Ut summatim dicam, si agnus paschalis ille omnia confecit, quid his posterioribus opus fuit [35]? Nam si typi et imagines quæsitam felicitatem attulerunt, veritas et res ipsa inania sunt. Per mortem vero Christi inimicitias convelli, et medium parietem e medio tolli [36], pacemque et justitiam temporibus Salvatoris exoriri, et omnia demum hujusmodi, quemnam adhuc locum habeant, si ante sacrificium illud justi et amici Dei erant? Est et aliud in promptu argumentum. Tunc quidem lex Deo nos consociavit: at nunc fides, et gratia, et si quid his affine est. Manifestum enim hinc, tum quidem communionem hominum cum Deo meram servitutem, nunc vero filiorum adop-

[34] Joan III, 13. [35] Exod. XII, seqq. [36] Ephes. II, 14, 16.

Digitized by Google

tionem et amicitiam esse. Lex etenim servis datur, amicorum autem filiorumque gratia, fides, fiducia est. Ex quibus omnibus patet, quemadmodum Salvator « primogenitus est mortuorum [37], » nec poterat quisquam defunctorum ante ad vitam immortalem reviviscere, quam ille redivivus exsisteret ; eodem modo etiam ad sanctitatem et justitiam hominibus ipsum solum præivisse ; et Paulus confirmat, Christum præcursorem pro nobis in sancta introiisse scribens. Introivit enim postquam seipsum obtulit Patri, et volentes introducit, sepulturæ ejus consortes ; non sane perinde ut ille morientes, sed mortem illam in lavacro baptismi cogitationi subjicientes, et unctos, et in sacra mensa annuntiantes, modoque ineffabili pro epulis sumentes ipsum qui mortuus est et resurrexit. Et ita per has portas introductos ad regnum et ad coronas ducit.

Portæ istæ illis paradisi portis multo majorem venerationem et utilitatem habent. Illæ siquidem nulli aperientur qui per hasce prius non intraverit : hæ vero, quamvis clausis illis, patent Et illæ quidem etiam educere potuerunt, intus versantes : hæ tantum introducunt, neminem educunt. Et illæ occludi poterant, occlusæque sunt ; super his quod velum fuit, omnino disjectum, et medius paries sublatus est : nec datur amplius maceriam excitare, et portas illi aptare, et pariete intercedente mundos invicem, superiorem, inquam, inferioremque dirimere. Non enim simpliciter duntaxat aperti, sed et diducti, et quasi diffissi sunt cœli, ut Marcus ait [38]. Qua re ostensum est, non jam portam et postes, neque velamentum ullum relictum esse. Qui enim supernum mundum his qui infra sunt reconciliavit et conjunxit, et pacem fecit, parietemque medium maceriæ destruxit [39], non potest negare semetipsum [40], ut B. Paulus inquit. Portas enim illas propter Adamum apertas, eo non persistente, in quibus persistere oportebat, etiam claudi utique consentaneum erat. Has autem Christus ipsemet reseravit, qui peccatum non fecit, et in quem peccare non cadit [41]. « Justitia enim ejus, inquit David, manet in æternum [42]. » Unde eas patere semper prorsus necesse est, et ad vitam quidem intromittere, a vita autem nulli exitum dare. « Veni, inquit Salvator, ut vitam habeant [43]. » Hæc est enim vita, quam Dominus secum attulit, mysteria ista usurpantes, ejus mortis et passionis participes et consortes fieri, sine quo mortem effugere non possumus. Neque enim non baptizatum in aqua et Spiritu sancto fas est in vitam ingredi [44] : neque qui non comederint carnem Filii hominis, et biberint ejus sanguinem, vitam in se ipsis habere queunt [45].

Altius porro istuc discutiamus. Vivere Deo non licet, si peccatis non simus mortui. Posse autem

ἁπάντων γίνεται δῆλον, ὥσπερ « πρωτότοκος τῶν νεκρῶν » ὁ Σωτὴρ, καὶ οὐκ ἦν ἀναβιῶναι τῶν τεθνηκότων οὐδένα τὴν ἀθάνατον ζωὴν μὴ ἀναστάντος ἐκείνου· τὸν ἴσον τρόπον καὶ πρὸς τὴν ἁγιωσύνην καὶ δικαιοσύνην τοῖς ἀνθρώποις αὐτὸς ἡγήσατο μόνος, καὶ τοῦτο Παῦλος ἔδειξε γράφων, πρόδρομον ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὰ ἅγια τὸν Χριστὸν εἰσεληλυθέναι. Εἰσῆλθε γὰρ εἰς τὰ ἅγια, ἑαυτὸν ἀνενεγκὼν τῷ Πατρὶ, καὶ τοὺς βουλομένους εἰσάγει τῆς ταφῆς αὐτῷ κοινωνοῦντας, οὐκ ἀποθνήσκοντας ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ λουτροῦ τὸν θάνατον ἐπιδεικνυμένους ἐκεῖνον, καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης καταγγέλλοντας τῆς ἱερᾶς καὶ χριομένους καὶ εὐωχουμένους ἄῤῥητόν τινα τρόπον αὐτὸν τὸν νεκρωθέντα καὶ ἀναστάντα. Καὶ οὕτω διὰ τῶν πυλῶν τούτων εἰσαγαγὼν εἰς τὴν βασιλείαν καὶ τοὺς στεφάνους ἡγεῖται.

Αὗται αἱ πύλαι τῶν τοῦ παραδείσου πυλῶν πολλῷ συμνότεραι καὶ λυσιτελέστεραι. Αἱ μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἀνοιγεῖεν οὐδενὶ μὴ διὰ τούτων εἰσελθόντι πρότερον τῶν πυλῶν, αἱ δὲ κεκλεισμένων ἐκείνων ἠνοίγησαν· καὶ αἱ μὲν καὶ ἐδύναντο ἐξάγειν τοὺς ἔνδον, αἱ δὲ εἰσάγουσι μόνον, ἐξάγουσι δὲ οὐδένα. Καὶ τὰς μὲν καὶ κλεισθῆναι δυνατὸν ἦν καί γε ἐκλείσθησαν, ἐπὶ δὲ τούτων παντάπασι τὸ παραπέτασμα καὶ τὸ μεσότοιχον ἐλύθη καὶ ἀνῃρέθη· καὶ οὐκ ἔνεστιν ἔτι φραγμὸν ἀναστῆναι καὶ πύλας ἁναρμοσθῆναι καὶ τοὺς κόσμους ἀλλήλων τειχίῳ διαιρεθῆναι. Οὐ γὰρ ἀνεῳγασιν ἁπλῶς μόνον, ἀλλ' ἐσχίσθησαν οἱ οὐρανοὶ, ὁ θαυμάσιος ἔφη Μάρκος, δεικνὺς ὡς οὐκέτι θύρα καὶ παραστάδες οὐδὲ παραπέτασμα οὐδὲν ὑπελείφθη. Ὁ γὰρ καταλλάξας καὶ συνάψας καὶ εἰρηνοποιήσας τὸν ἄνω κόσμον τοῖς κάτω καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας οὐ δύναται ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν, ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος. Τὰς μὲν γὰρ πύλας ἐκείνας διὰ τὸν Ἀδὰμ ἀνεῳγυίας, ἐκείνου μὴ μείναντος ἐφ' οἷς ἔδει μένειν, καὶ κλεισθῆναι δήπουθεν εἰκὸς ἦν. Ταύτας δὲ ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἀνέῳξεν, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δύνατσι ἁμαρτάνειν· ἡ γὰρ δικαιοσύνη αὐτοῦ, φησὶ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὅθεν ἀνάγκη πᾶσα, μένειν ἀνεῳγμένας καὶ πρὸς μὲν τὴν ζωὴν εἰσάγειν, ἀπὸ δὲ τῆς ζωῆς ἔξοδον οὐδενὶ παρέχειν. « Ἦλθον γὰρ, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἵνα ζωὴν ἔχωσι· » τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ, ἣν ὁ Κύριος ἤνεφέρων, τὸ διὰ τῶν μυστηρίων τούτων ἐλθόντας μετασχεῖν αὐτῷ τοῦ θανάτου καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πάθους, καὶ τούτου χωρὶς τὸν θάνατον οὐκ ἔνι διαφυγεῖν. Οὔτε γὰρ μὴ βαπτισθέντα ἐν ὕδατι καὶ Πνεύματι δυνατὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, οὔτε οἱ μὴ φαγόντες τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πιόντες αὐτοῦ τὸ αἷμα, δύνανται ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν.

Καὶ σκοπῶμεν ἄνωθεν. Ζῆσαι μὲν γὰρ οὐκ ἦν τῷ Θεῷ μὴ ταῖς ἁμαρτίαις ἀποθανόντας, ἀποκτεῖναι δὲ

[37] Coloss. I, 20. [38] Marc. I, 10. [39] Ephes. II, 14, 16. [40] II Tim. II, 13. [41] I Petr. II, 22; Isa. LIII, 9. [42] Psal. CX, 3. [43] Joan. X, 10. [44] Joan. III, 5. [45] Joan. VI, 54.

Digitized by Google

δυνηθῆναι τὴν ἁμαρτίαν μόνου Θεοῦ. Τοῖς γὰρ ἀνθρώποις ὠφείλετο μέν· δίκαιοι γὰρ ἦμεν ἑκόντες ἡττηθέντες ἀναπαλαῖσαι θαι τὴν ἥτταν, οὐκ ἐνῆν δὲ οὐδ' ἐγγὺς δούλοις ἤδη γενομένοις τῆς ἁμαρτίας. Πῶς γὰρ ἂν ἐγενόμεθα κρείττους ἢ δουλεύοντες ἦμεν; Ἢ γὰρ ἂν καὶ μείζους ἦμεν, « οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. » Ἐπεὶ τοίνυν ὁ μὲν τὸ χρέος τοῦτο καταλαβεῖν καὶ τὴν νίκην ἀρέσθαι ταύτην δίκαιος ὢν ἀνδράποδον ἦν, ὧν ἔδει τῷ πολέμῳ κρατεῖν, ὁ δὲ Θεὸς, ᾧ ταῦτα ἐξῆν, οὐδενὸς ὑπόχρεως ἦν, καὶ διὰ ταῦτα τὸν ἀγῶνα οὐδέτερος ἀνῃρεῖτο, καὶ ἡ ἁμαρτία ἔζη, καὶ ἦν ἀμήχανον ἤδη τὴν ἀληθινὴν ζωὴν ἡμῖν ἀνατεῖλαι, τὸ τρόπαιον ἄλλου μὲν ὀφείλοντος, ἄλλου δὲ δυναμένου· τούτων ἕνεκα συνελθεῖν ἐδέησε τοῦτο κἀκεῖνο, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρας εἶναι τὰς φύσεις, τοῦ τε προσήκοντος τῷ πολέμῳ, καὶ ὃς ἐδύνατο νικῆσαι. Γίνεται τοίνυν· καὶ Θεὸς μὲν οἰκειοῦται τὸν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἀγῶνα, ἄνθρωπος γάρ· ἄνθρωπος δὲ νικᾷ τὴν ἁμαρτίαν, καθαρὸς ἁμαρτίας ἁπάσης, Θεὸς γὰρ ἦν· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ φύσις τῶν ὀνειδῶν ἀπαλλάττεται καὶ ἀναδεῖται νίκης στεφάνῳ, τῆς ἁμαρτίας πεσούσης. Οὔπω δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος ἢ νενίκηκε τούτων ἕνεκα ἢ ἠγώνισται. Ἤγουν τῶν δεσμῶν ἐκείνων ἐλύθη, καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸς ἐποίησε δι' ὧν προσέθηκεν ὁ Σωτὴρ, ἐν οἷς ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων ἔδωκεν ἐξουσίαν ἀποκτεῖναι τὴν ἁμαρτίαν καὶ κοινωνοὺς αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀριστείας. Ἐπεὶ γὰρ μετὰ τὸ τρόπαιον ἐκεῖνο δέον στεφανοῦσθαι καὶ θριαμβεύειν, ὁ δὲ πληγῶν καὶ σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ τῶν τοιούτων εἰς πεῖραν ἦλθε, ὅ φησι Παῦλος, « Ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, » τί γίνεται; Ὁ μὲν οὐδὲν ἠδίκησεν, ὧν ἂν ταῦτα ἔδωκε δίκην, οὐδὲ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εἶχεν οὐδὲν, ὅθεν ἂν ἐγκαλεῖν εἶχεν ὁ συκοφάντης καὶ σφόδρα ἀναισχυντῶν, πληγὴ δὲ καὶ ὀδύνη καὶ θάνατος ἐξ ἀρχῆς κατὰ τῆς ἁμαρτίας ἐπενοήθη. Τί γὰρ καὶ συνεχώρει φιλάνθρωπος ὢν ὁ Δεσπότης; Οὐ γὰρ εἰκός ἐστι, φοβερῷ καὶ θανάτῳ τὴν ἀγαθότητα χαίρειν. Διὰ τοῦτο μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εὐθὺς τὸν θάνατον καὶ τὴν ὀδύνην συνεχώρησεν ὁ Θεὸς, οὐ δίκην ἡμαρτηκότι μᾶλλον ἐπάγων ἢ φάρμακον νενοσηκότι παρέχων. Ἐπεὶ τοίνυν τοῖς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πεπραγμένοις οὐκ ἦν ἐφαρμόσαι ταύτην τὴν δίκην, καὶ ἀῤῥωστίας ἴχνος εἶχεν οὐδὲν ὁ Σωτὴρ, ἦν ἀνεῖλεν ὅπερ ἔλαβε φάρμακον, εἰς ἡμᾶς ἡ τοῦ ποτηρίου δύναμις ἐκείνου διαβαίνει καὶ ἀποκτείνει τὴν ἐν ἡμῖν ἁμαρτίαν, καὶ ἡ τοῦ ἀνευθύνου πληγὴ γίνεται δίκη τοῖς πολλῶν ὑπόχρεως οὖσι. Καὶ ἐπεὶ μεγάλη τις ἦν ἡ δίκη καὶ θαυμαστὴ καὶ μείζων ἢ τῶν ἀνθρωπείων κακῶν ἀντίῤῥοπος εἶναι, οὐ μέχρι τούτου μόνον ἔστη λύσασα τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τοσαύτην προσέθηκεν ὑπερβολὴν ἀγαθῶν, ὥστε καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀναβῆναι καὶ τῆς ἐνταῦθα βασιλείας τῷ Θεῷ κοινωνῆσαι τοὺς ἀπὸ γῆς, τοὺς ἐχθίστους, τοὺς δεδεμένους, τοὺς ἠνδραποδισμένους, τοὺς ἠτιμωμένους.

peccatum interimere, solius Dei est. Debebatur id quidem hominibus. Nam cum volentes victi essemus, redintegrata saltem pugna, ut vinceremus æquitas postulabat. Non licebat autem et longe aberat, cum jam servi facti essemus peccati. Quo enim pacto eo cui serviebamus superiores discederemus? Certe etsi etiam majores eramus, tamen « Non est servus major domino suo[46]. » Quoniam igitur quem debitum hoc complecti, et victoriam hanc reportare dignum erat, iis serviebat, quos armis subigere oportuerat, Deus autem, in cujus potestate ista sunt, nulli quidquam debebat, atque ideo certamen neuter aggrediebatur, et peccatum vivebat, et jam ut ex vera vita tropæum nobis exoriretur, fieri non poterat, cum alius deberet, alius posset. Hanc ob causam, hoc et illud convenire conjungique necesse fuit, et unum eumdemque naturam veram gerere, tum ejus qui certamini esset idoneus, tum ejus qui vincere posset. Fit, et Deus quidem agonem pro hominibus assumit, natus homo; et homo debellat peccatum, purus omnis peccati, quia Deus erat. Et hoc quidem pacto opprobrium cessat, et peccato prostrato, victoriæ corona redimitur. Ast nondum etiam homo quilibet aut propterea vicit, aut certavit, aut vinculis illis solutus est. Et hoc sane Salvator ipse fecit per ea quæ assumpsit, in quibus unicuique hominum potestatem dedit interficiendi peccatum, et societatem fortitudinis ejus consequendi. Quoniam enim post victoriam illam coronari et triumphare oportebat, ipse autem plagas, crucem, mortem, et hujuscemodi mala expertus est, et ut Paulus ait : « Proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta[47]; » quid fit? Ille scelus nullum conscivit, ob quod pœnas tam diras exsolveret, nullo se delicto obstrinxit, nec patravit quidpiam, unde illum vel inter sycophantas impudentissimus accusare potuisset. Plagæ autem et dolor et mors ab initio adversus peccatum excogitata sunt. Quid enim concederet illi, quanquam benignus Dominus? Haud enim æquum est, perditione et morte lætari bonitatem. Quocirca post peccatum continuo mortem et dolores immisit Deus, non magis ut reum supplicio multaret, quam ut ægroto medicinam admoveret. Quia igitur actionibus Christi hujuscemodi animadversio non conveniebat, nec ullum morbi vestigium Salvator habebat, quod accepto medicamine tolleretur, ad nos illius potionis efficacitas transit, et peccatum in nobis hærens enecat, verberaque innocentis fiunt supplicium pro his qui multis criminibus sunt involuti. Et quoniam pœna ingens erat et singularis, majorque, quam ut eam hominum scelera adæquarent, non hic constitit, ut contracta crimina expiaret, sed tantum bonorum cumulum adjecit, ut et in cœlum ascenderent, et illic Deo consortes regni fierent, terreni, inimicissimi,

[46] Matth. x 24. [47] Hebr. xii, 2.

Digitized by Google

vincti, servitute oppressi atque despecti. Pretiosa enim erat mors illa, quantum mens humana comprehendere nequit, etsi ab homicidis illis parvo venditus est libens Salvator. Et hæc una pars illius summæ paupertatis et ignominiæ, ut quod omnino venditus esset, in eo servile quiddam sustinens, contumelias lucraretur; dedecus enim pro nobis et opprobrium in lucris numerabat; pretii autem exiguitate insinuaretur, eum ad mortem pro mundo perpetiendam gratis venisse, et hoc illi munus dare. Sponte et ultro est mortuus, cum nemini nec facultatum, nec vitæ civilis atque communis gratia ullam imposuisset injuriam, et beneficiis illos interfectores suos omni spe ac desiderio longe majoribus antevertisset.

A Τίμιος γὰρ ἦν ὁ θάνατος ἐκεῖνος· οὐμενοῦν οὐδ' ὅσον ἀνθρώποις λογίσασθαι δυνατὸν, καὶ εἰ ὀλίγου τινὸς ἐπράθη τοῖς φωνευταῖς συγχωροῦντος τοῦ Σωτῆρος· ἵνα καὶ τοῦτο πτωχείας αὐτῷ γέμῃ καὶ ἀτιμίας, ὡσὰν τῷ μὲν ὅλως πραθῆναι τὰ δούλων ὑπομείνας τὸ ὑβρισθῆναι κερδάνῃ. Κέρδος γὰρ ἡγεῖτο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀτιμίαν· τῷ δὲ ὀλίγου τινὸς αἰνίξηται προῖκα καὶ δῶρον εἰς τὸν ὑπὲρ τοῦ κόσμου θάνατον ἀφιγμένος. Ἐκὼν ἀπέθανε, μηδένα μηδὲν ἀδικήσας, οὔτε τοῦ βίου ἕνεκα οὔτε τῆς εἰς τὸ κοινὸν πολιτείας, χαρίτων ὑπάρξας τοῖς φονευταῖς τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῶν ἐλπίδων πολλῷ μειζόνων.

Sed quid ego ista commemoro? Deus mortuus est: Dei sanguis in cruce effusus est. Quid hac morte pretiosius? quid venerandum magis fieri queat? Quod tantum scelus hominum fuit, ut id eluere deberet ipsa justitia? Quale vulnus, quod tam nobile auxilium posceret? Oportebat enim supplicio aliquo peccatum aboleri, commissorumque adversus eum justa pœna expensa, accusatione liberari. Nam qui pœnas suscepit, super iis propter quæ suscepit in judicium amplius non vocatur. Hominum vero reperiebatur nemo, qui ipse integer et a labe purus pateretur; quando nec sibi quidem ullus sufficiebat, neque genus humanum universum, si millies mori licuisset, commeritum supplicium dare potuisset. Quid enim pro dignitate patiatur servus impurissimus, qui regiam imaginem contrivit, et in tantam celsitudinem contumeliosus fuit? Idcirco Dominus ipse, ab omni peccato alienus, multa nefanda perpessus moritur; et homo hominum causam patrociniumque suscipiens, cruciatus excipit, et genus suum piaculis absolvit; compeditis libertatem donat, qua ipse, ut Deus et Dominus, non egebat.

B Καὶ τί δὴ ταῦτα λέγω; Θεὸς ἀπέθανεν· αἷμα Θεοῦ τὸ χεθὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Τί τιμιώτερον τούτου γένοιτ' ἂν τοῦ θανάτου; τί φρικωδέστερον; Τί τοσοῦτον ἥμαρτεν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, ὅσον λύειν ἔχειν ἡ δίκη; Πηλίκον ἂν ἦν τὸ τραῦμα, ὥστε ἀντίῤῥοπον γενέσθαι τῇ τοῦ φαρμάκου τούτου δυνάμει; Ἔδει μὲν γὰρ τιμωρίᾳ τινὶ τὴν ἁμαρτίαν καταλυθῆναι, καὶ ὧν πρὸς Θεὸν ἐξημάρτομεν, τὴν ἀξίας δόντας δίκην ἀπηλλάχθαι τῶν ἐγκλημάτων. Ὁ γὰρ τιμωρησάμενος οἷς ἐπήνεγκε δίκην, ἐγκαλοίη περὶ τῶν αὐτῶν οὐκ ἂν ἔτι· ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς ἦν, ὃς εὐθύνης καθαρὸς ὢν αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἔπαθεν ἄν, ὅπου γε οὐδὲ ἑαυτῷ τις ἤρκεσεν, οὐδὲ τὸ γένος ἅπαν, εἰ μυριάκις ἐξῆν ἀποθανεῖν, τὴν γενομένην ἀπέτισε δίκην. Τί γὰρ ἂν ἄξιον καὶ πάθοι δοῦλος C αἴσχιστος, τὴν εἰκόνα συντρίψας τὴν βασιλικὴν καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος ὑβρίσας; Διὰ ταῦτα ὁ Δεσπότης ὁ ἀναμάρτητος, πολλῶν δεινῶν ἀνασχόμενος, ἀποθνήσκει καὶ φέρει μὲν τὴν πληγὴν, ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἀπολογούμενος ἄνθρωπος ὤν, λύει δὲ τὸ γένος τῶν ἐγκλημάτων καὶ δίδωσι τοῖς δεδεμένοις ἐλευθερίαν, ὅτι αὐτὸς οὐκ ἐδεῖτο ταύτης, Θεὸς ὢν καὶ Δεσπότης.

Quorum gratia igitur vera vita per necem Salvatoris ad nos dimanarit, hæc sunt. Modus, quo hanc vitam in animas nostras derivemus, est, ut mysteriis initiemur: nempe ut abluamur, ut inungamur, ut sacrosancto convivio nos expleamus. Hæc qui faciunt, ad eos Christus venit, in illis habitat, illis copulatur et adhæresci, et peccatum D elidit, vitamque suam et strenuitatem impertit, in partem victoriæ suæ admittit, (o bonitatem!) lotos coronat, et cœnantibus præconium tribuit. Quamobrem autem, et quanam ratione fit, ut a lavatione, et unctione, et mensa victoria coronaque obveniat, quæ laborum, sudorum, periculorumque præmia sunt? Quia tametsi non certamus, nec laboramus ista obeuntes, nihilominus illius agonem laudibus celebramus, victoriam suscipimus, tropæum adoramus, et erga bellatorem fortissimum, eximium, incredibilemque amorem ostendimus; vulneraque illa, et plagas, et mortem ad nos trahimus, et qua via possumus, nobis vindicamus, ipsamque carnem mortui et redivivi gustamus.

Ἀνθ' ὧν μὲν οὖν ἡ ἀληθινὴ ζωὴ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Σωτῆρος εἰς ἡμᾶς διαβαίνει, ταῦτά ἐστιν. Ὁ δὲ τρόπος, ὅπως ταύτην ἕλκομεν εἰς τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, τοῦτό ἐστι τὸ τελεσθῆναι τὰ μυστήρια, τὸ λούσασθαι, τὸ χριαθῆναι, τὸ τραπέζης ἀπολαῦσαι τῆς ἱερᾶς. Ταῦτα γὰρ ποιοῦσιν ὁ Χριστὸς ἐπιδημεῖ καὶ ἐνοικεῖ καὶ συνάπτεται καὶ προσφύεται, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐν ἡμῖν ἀποπνίγει καὶ τὴν ζωὴν ἐνίησι τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἀριστείαν, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς νίκης, (ὦ τῆς ἀγαθότητος!) λουομένους ἀναδεῖ καὶ δειπνοῦντας ἀνακηρύττει. Διὰ τί καὶ κατὰ τίνα τοῦ γινομένου λόγου ἀπὸ λουτροῦ καὶ μύρων καὶ τραπέζης νίκη καὶ στέφανος, ἃ πόνων καὶ ἱδρώτων ἐστὶ καρπός; Ὅτι εἰ καὶ μὴ ἀγωνιζόμεθα μηδὲ πονοῦμεν ταῦτα ποιοῦντες, ἀλλὰ τόν γε ἀγῶνα ὑμνοῦμεν ἐκεῖνον καὶ θαυμάζομεν τὴν νίκην καὶ προσκυνοῦμεν τὸ τρόπαιον καὶ περὶ τὸν ἀριστέα σφοδρόν τι καὶ ἄῤῥητον ἐπιδεικνύμεθα φίλτρον. Καὶ τὰ τραύματα ἐκεῖνα καὶ τὴν πληγὴν καὶ τὸν θάνατον οἰκειούμεθα, καὶ δι' ὧν ἔξεστιν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς ἕλκομεν, καὶ αὐτῶν γενόμεθα τῶν σαρκῶν

Digitized by Google

τοῦ νεκρωθέντος καὶ ἀναστάντος· ὅθεν εἰκότως τῶν ἀπὸ τοῦ θανάτου καὶ τῶν ἀγώνων ἐκείνων ἀπολαύομεν ἀγαθῶν. Εἰ γάρ τις τύραννον ἁλόντα καὶ (δίκην) ἀπαιτούμενον παρελθὼν ἐξαιρεῖται καὶ στεφάνων ἀξιοῖ καὶ σεμνύνει τὴν τυραννίδα, καὶ αὐτὸς ἡγεῖται ἀποθνήσκειν ἐκείνου πίπτοντος καὶ καταβοᾷ τῶν νόμων καὶ πρὸς τὰ δίκαια δυσχεραίνει, καὶ ταῦτα οὐ σὺν αἰσχύνῃ οὐδὲ συγκαλύπτων τὴν πονηρίαν, ἀλλὰ παῤῥησιαζόμενος καὶ μαρτυρόμενος καὶ ἐπιδεικνύμενος τοῦτον· τίνων ἀξιώσομεν ψήφων; οὐ τῶν αὐτῶν τιμησόμεθα τῷ τυράννῳ; Παντί που δῆλον. Οὐκοῦν τοὐναντίον ἅπαν, εἴ τις ἀριστέα θαυμάζει καὶ χαίρει νενικηκότι καὶ στεφάνους αὐτῷ πλέκει καὶ θορύβους ἐγείρει καὶ σείει τὸ θέατρον καὶ Ϙριαμβεύοντι προσπίπτει σὺν ἡδονῇ καὶ κεφαλὴν καταφιλεῖ καὶ περιπτύσσεται δεξιάν, καὶ οὕτω σφόδρα μαίνεται περὶ τὸν στρατιώτην καὶ ἣν ἀνῄρηται νίκην, ὥσπερ αὐτὸς ὢν ὁ τὴν κεφαλὴν τῷ στεφάνῳ κοσμήσων τὴν ἑαυτοῦ. Οὗτος γὰρ μερίτης ἂν εἴη τῶν ἐπάθλων τῷ νικητῇ παρά γε εὐγνώμοσι δικασταῖς, καθάπερ ἐκεῖνος, οἶμαι, κοινωνήσει τῷ τυράννῳ τῆς δίκης. Εἰ γὰρ περὶ τοὺς πονηροὺς ἃ προσῆκε, καὶ τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς γνώμης ἀπαιτητέον εὐθύνας, σχολῇ γε εἰκός ἐστι τοὺς ἀγαθοὺς τῶν γιγνομένων ἀποστερεῖν. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο προστεθείη, καὶ ὁ τὴν νίκην εἰργασμένος ἐκείνην αὐτὸς μὲν οὐ δεῖται τῶν ἀπὸ τῆς νίκης γερῶν, ἐκεῖνο δὲ ἀντὶ πάντων ἡγεῖται, λαμπρὸν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ θεάτρου τὸν σπουδαστὴν, καὶ τοῦτο τῆς ἀγωνίας ἆθλον ἑαυτῷ νομίζει στεφανωθῆναι τὸν ἑταῖρον· πῶς οὐ δικαίως ἐκεῖνος καὶ μάλα ἀκολούθως ἄνευ ἱδρώτων καὶ κινδύνων τὸν ἀπὸ τοῦ πολέμου κομιεῖται στέφανον; Ταῦτα δὴ καὶ ἡμῖν τὸ λουτρὸν τοῦτο δύναται καὶ τὸ δεῖπνον καὶ ἡ σώφρων τοῦ μύρου τρυφή. Μυούμενοι γὰρ τὸν μὲν τύραννον κακίζομεν καὶ καταπτύομεν καὶ ἀποστρεφόμεθα, τὸν ἀριστέα δὲ ἐπαινοῦμεν καὶ θαυμάζομεν καὶ προσκυνοῦμεν καὶ φιλοῦμεν ὅλῃ ψυχῇ, ὥστε τῷ περιόντι τοῦ φίλτρου ὡς ἄρτον σιτούμεθα καὶ ὡς μύρον χριόμεθα καὶ ὡς ὕδωρ περιβαλλόμεθα. Φανερὸν δὲ ὅτι τὸν πόλεμον ὑπὲρ ἡμῶν εἵλετο τοῦτον, καὶ ἵνα νικήσωμεν ἡμεῖς, αὐτὸς ἀνέσχετο ἀποθνήσκων, ὥστε οὐδὲν ἀνακόλουθον οὐδὲ ἀπᾷδον, ἀπὸ τῶν μυστηρίων τούτων ἐπὶ τοὺς στεφάνους ἔρχεσθαι. Ἡμεῖς μὲν τὴν δυνατὴν ἐπιδεικνύμεθα προθυμίαν καὶ τὸ ὕδωρ ἀκούοντες τοῦτο τὰ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ καὶ τάφου δύνασθαι, καὶ πιστεύομεν εὖ μάλα καὶ πρόσιμεν ἡδέως καὶ καταδυόμεθα· ὁ δὲ (οὐ γὰρ μικρὰ δίδωσιν, οὐδὲ μικρῶν ἀξιοῖ) τοὺς προστιθεμένους τοῖς μετὰ τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφὴν δεξιοῦται, οὐ στεφανόν τινα παρέχων, οὐ δόξης μεταδιδοὺς, ἀλλ' αὐτὸν τὸν νικητὴν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐστεφανωμένον. Καὶ τὸ ὕδωρ ἀναδῦντες αὐτὸν τὸν Σωτῆρα φέρομεν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς σπλάγχνοις, ἐπὶ τῶν μελῶν ἁπάντων, ἁμαρτίας καθαρὸν, φθορᾶς ἁπάσης ἀπηλλαγμένον, οἷος ἀνέστη καὶ τοῖς μαθηταῖς ὤφθη καὶ ἀνελήφθη, οἷος ἀφίξεται πάλιν τοῦτον ἀπαιτήσων τὸν θησαυρόν.

A Unde non injuria bonis e morte et agonibus illis profluentibus perfruimur. Si quis enim tyrannum captum et pœnis addictum conveniens eximat, corona condecoret, ob tyrannidem veneretur, et eo pereunte moriendum sibi existimet, adversus leges exclamet, et contra jura indignetur, neque id cum pudore, ac improbitate dissimulata, sed proterve, ac deos testans, et se in eo ostentans, quam sententiam in hunc feremus? Nonne iisdem cum tyranno suppliciis multandum censebimus? Planum hoc quidem cuivis. Nonne igitur prorsus contrarium facit, qui regem bellicosissimum admiratur; ejus victoria exsultat; coronam ei plectit; plausum excitat; et theatrum totum commovet; ante triumphantem cum voluptate in genua procumbit; caput ejus deosculatur; dextram complectitur, atque adeo vehementer, et prope ad insaniam imperatorem, reportatamque ab eo victoriam diligit, quasi ab eodem caput suum corona ornandum sit? Nam hic partem quamdam præmiorum a victore capiet, apud juste rem æstimantes, sicut ille alius, opinor, tyranno victoriæ socius erit. Si enim improbis quæ eos accipere decent concedemus, voluntatisque et animi habenda est ratio, neutiquam fas est bonos suis emolumentis privatum iri. Quod si hoc etiam accesserit, ut qui victoriam illam peperit, ipse victoriæ præmiis non indigeat, et illud instar omnium ducat, sui amantem ac studiosum in theatrali multitudine conspicuum cernere, et hoc certaminis sui honorarium reputet, coronari videlicet amicum; quomodo ille non jure, et convenienter admodum, sine sudoribus periculisque e bello coronam auferet? Hæc sane nobis conciliare possunt lavacrum istuc et cœna; sobria cœna, inquam, et modestæ unctionis deliciæ conciliare possunt; nam cum initiamur, tyrannum detestamur, conspuimus et aversamur. Fortissimum autem bellatorem collaudamus, admiramur, adoramus, et toto pectore diligimus, et abundantia amoris, tanquam pane pascimur, et veluti aqua circumfluimus. Liquet porro etiam prælium hoc ab illo nostri causa susceptum esse: et ut nos vinceremus, ipsum mori non recusasse. Quocirca non est parum consequens, nec absurdum, ab hisce mysteriis nos ad coronas pervenire. Nos enim quam potuimus alacritatem studiumque demonstravimus, et audientes fontem istum habere mortis et sepulturæ, Christi efficientiam, et credimus omnes, et libenter accedimus, et immergimur. Non enim exigua donat, nec mediocribus dignatur. At ille sese post mortem, et sepulturam suam ad ipsum applicantes amanter suscipit, non coronam aliquam porrigens, nec gloriam iis suam communicans: sed ipsum victorem, ipse semetipsum coronatum communicat, et e sacro fonte exeuntes, ipsum Salvatorem in animabus nostris portamus, in capite, in oculis, in ipsis visceribus, in membris omnibus, a peccato

B

C

D

purum, ab omni corruptione liberum, qualis resurrexit, et discipulis apparuit, et in cœlum profectus est, qualis redibit, thesaurum hunc exacturus.

Digitized by Google

Sic nati cum sumus, et veluti specie quadam atque forma Christo signati, ne aliam speciem admittamus, vitæ aditum ipse occupat : et per quæ ad vitam sustentandam aerem spiritu ducimus, et alimoniam capimus, per eadem ipse in animas nostras ingreditur, et portas ambas sibi attribuit : illi quidem ut unguentum et suavis odor, huic ut cibus aptus et conveniens. Etenim illum et spiramus, et pro nutrimento habemus. Et cum ita semetipsum per omnia nobis implicuerit commiscueritque, suum corpus facit, et nobis idem fit, quod membris caput. Propter hoc enim, quia caput, etiam bonorum ejus omnium participes ac socii sumus. Nam quæ capitis sunt in corpus transire necesse est; quod quis non immerito admiretur, quod cum nec cruciatus, nec mortem cum eo pertulerimus, sed solus decertaverit; tamen, postquam ad coronationem ventum est, tum nos sibi consortes esse voluerit. Est igitur hoc etiam ejusmodi humanitatis, ut verbis exprimi nequeat : nec procul autem a ratione rerumque consequentia. Post crucem enim Christo conglutinati sumus; quo nondum mortuo, nulla nobis cum eo communitas intercessit. Ille enim erat filius, et dilectus; nos scelesti, et servi, et animo hostes. At postquam necem pertulit, et pro libertate nostra pretium est impensum, et diaboli carcer destructus, tunc libertatem, et adoptionem filiorum recepimus, et beati illius capitis membra facti sumus. Ex eo igitur quæ capitis sunt, nostra quoque sunt. Et nunc quidem nullo peccato obligati ab æqua ista discedimus, et cum eo in eadem gratia consociamur, ac propter unguentum, et propter mensam eadem vita cum ipso vivimus; in futuro autem sæculo dii cum Deo, et eorumdem cum illo hæredes, et eodem regno cum ipso regnantes vivemus, nisi nos ipsos sponte volentesque in hac vita excæcaverimus, ac vestem regiam disruperimus. Hoc enim solum super vitam acceptam de nostro addimus, ut dona contineamus, et gratiam custodiamus, nec coronam abjiciamus, quam multis sudoribus et laboribus Deus nobis contexuit. Hæc est vita in Christo, quam conflant quidem mysteria, sed ad eamdem præterea humana diligentia nonnihil confert. De qua disserere volenti, ubi de unoquoque mysterio seorsum prius disputaverit, tum demum de actione cum virtute conjuncta ordinatim tractatio succedet.

Οὕτω δὲ γεννηθέντες καὶ καθάπερ εἶδει τινὶ καὶ μορφῇ τῷ Χριστῷ τυπωθέντες, ἵνα μηδὲν ἐπεισαγάγωμεν ἀλλότριον εἶδος, τῆς ζωῆς τὰς εἰσόδους αὐτὸς κατέχει. Καὶ δι' ὧν ἀέρα καὶ τροφὴν εἰσάγοντες τῇ ζωῇ τοῦ σώματος βοηθοῦμεν, διὰ τούτων αὐτὸς εἰς τὰς ἡμετέρας εἰσδύεται ψυχὰς καὶ τὰς θύρας ἀμφοτέρας οἰκειοῦται, τῇ μὲν ὡς μύρον καὶ εὐωδία, τῇ δὲ ὡς τροφὴ προσήκων. Καὶ γὰρ καὶ ἀναπνέομεν αὐτὸν, καὶ τροφὴ γίνεται ἡμῖν, καὶ οὕτως ἑαυτὸν διὰ πάντων ἡμῖν ἀνακεράσας καὶ ἀναμίξας ἑαυτοῦ ποιεῖται σῶμα, καὶ γίνεται ἡμῖν ὅπερ μέλεσι κεφαλή. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀγαθῶν ἁπάντων αὐτῷ κοινωνοῦμεν, ὅτι κεφαλή· τὰ γὰρ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ σῶμα διαβαίνειν ἀνάγκη. Ὑπὲρ οὗ καὶ θαυμάσαι τις ἂν, ὅτι μὴ καὶ τῶν πληγῶν αὐτῷ μετέχομεν οὐδὲ τοῦ θανάτου, ἀλλὰ μόνος μὲν ἠγώνισται, ἐπεὶ δὲ ἔδει στεφανωθῆναι, τηνικαῦτα κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιεῖται τῶν ἑαυτοῦ. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτο τῆς ἀῤῥήτου φιλανθρωπίας, οὐ πόῤῥω δὲ λόγου καὶ τῆς γιγνομένης ἀκολουθίας. Μετὰ γὰρ τὸν σταυρὸν τῷ Χριστῷ συνήφθημεν· μήπω δὲ ἀποθανόντα κοινὸν οὐδὲν ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνον. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς καὶ ἀγαπητὸς, ἡμεῖς δὲ μιαροὶ καὶ δοῦλοι καὶ ἐχθροὶ τῇ διανοίᾳ· ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε καὶ τὸ λύτρον ἐδόθη καὶ τὸ τοῦ διαβόλου δεσμωτήριον κατεστράφη, τηνικαῦτα τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν υἱοθεσίαν ἐκομισάμεθα καὶ μέλη τῆς μακαρίας ἐκείνης κατέστημεν κεφαλῆς. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν, ἃ τῆς κεφαλῆς ἐστι, καὶ ἡμῶν γίνεται. Καὶ νῦν μὲν ἀναμάρτητοι τοῦ ὕδατος ἀπαλλαττόμεθα τούτου, καὶ τῶν αὐτοῦ μετέχομεν χαρίτων διὰ τὸ μύρον, καὶ διὰ τὴν τράπεζαν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ζῶμεν ζωήν· ἐπὶ δὲ τοῦ μέλλοντος θεοὶ περὶ Θεὸν καὶ τῶν αὐτῶν αὐτῷ κληρονόμοι καὶ τὴν αὐτὴν αὐτῷ βασιλεύοντες βασιλείαν, ἐάν γε μὴ ἑκόντες ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποτυφλώσωμεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ καὶ τὸν χιτῶνα διαῤῥήξωμεν τὸν βασιλικόν. Τοῦτο γὰρ ὑπὲρ τῆς ζωῆς εἰσάγομεν μόνον, τὰς δωρεὰς ὑπομεῖναι καὶ τῶν χαρίτων ἀνασχέσθαι καὶ μὴ ῥίψαι τὸν στέφανον, ὃν πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις ἔπλεξεν ἡμῖν ὁ Θεός. Τοῦτό ἐστιν ἡ ἐν τῷ Χριστῷ ζωὴ, ἣν συνίστησι μὲν τὰ μυστήρια, δοκεῖ δέ τι δύνασθαι πρὸς ταύτην καὶ τὴν ἀνθρωπείαν σπουδήν· ὅθεν τῷ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν βουλομένῳ, περὶ τῶν μυστηρίων ἑκάστου πρῶτον διελαβόντι, εἶτα περὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐργασίας ἀκόλουθον ἂν εἴη σκοπεῖν.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Tίνα συντέλειαν τὸ θεῖον αὐτῇ παρέχεται βάπτισμα.

—

DE VITA IN CHRISTO

LIBER SECUNDUS.

Quem ei utilitatis fructum divinum baptisma conciliet.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις τὴν ἱερὰν ζωὴν συνεστάναι ἀπὸ τῶν πρότερον δέδεικται· ἕκαστον δὲ τῶν μυστηρίων ὅπως εἰς τοῦτονὶ φέρει τὸν βίον, νυνὶ σκοπῶμεν. Ἔστι μὲν γὰρ ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ αὐτὸ τὸ συναφθῆναι Χριστῷ· ὃν δ' ἄρα τρόπον ἑκάστη τελετὴ τοὺς τετελεσμένους τῷ Χριστῷ συνάπτει, λέγωμεν ἤδη.

Ἔστι δὴ Χριστῷ συναφθῆναι διὰ πάντων ἐλθοῦσι, δι' ὧν ὁ Σωτὴρ ἦλθε, καὶ πάντα καὶ παθοῦσι καὶ γενομένοις ὅσα ἐκεῖνος. Ἐκεῖνος τοίνυν ἡνώθη μὲν αἵματι καὶ σαρκὶ πάσης καθαροῖς ἁμαρτίας· φύσει δὲ ὢν Θεὸς αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς καὶ τοῦτο τεθέωκεν, ὃ γέγονεν ὕστερον, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, τελευτῶν δὲ καὶ ἀπέθανε τῆς σαρκὸς ἕνεκα καὶ ἀνέστη. Δεῖ τοίνυν καὶ τῆς σαρκὸς αὐτῷ μεταλαβεῖν καὶ τῆς θεώσεως μετασχεῖν καὶ τοῦ τάφου καὶ τῆς ἀναστάσεως κοινωνῆσαι τὸν συναφθῆναι ζητοῦντα· καὶ δὴ βαπτιζόμεθα μὲν, ἵνα τὸν θάνατον ἀποθάνωμεν ἐκεῖνον καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀναστῶμεν, χριόμεθα δὲ ἵνα τοῦ χρίσματος τοῦ βασιλικοῦ τῆς θεώσεως αὐτῷ γενώμεθα κοινωνοί. Σιτούμενοι δὲ τὸν ἱερώτατον ἄρτον καὶ τοῦ θειοτάτου πίνοντες ποτηρίου αὐτῆς μετέχομεν τῆς σαρκὸς, αὐτοῦ τοῦ αἵματος, τῶν τῷ Σωτῆρι προσειλημμένων· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον συναπτόμεθα τῷ ὑπὲρ ἡμῶν σαρκωθέντι καὶ θεωθέντι καὶ ἀποθανόντι καὶ ἀναστάντι. Τί οὖν μὴ καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ σώζομεν τάξιν, ἀλλ' ὅθεν ἔληξεν, ἀρχόμενοι, ἐν οἷς ἐκεῖνος ἤοξατο, τελευτῶμεν; Ὅτι κατῆλθεν ἵν' ἡμεῖς ἀνέλθωμεν, καὶ τῆς αὐτῆς ὑποκειμένης ὁδοῦ τὸ μὲν ἐκείνου πρᾶγμα κάθοδος ἦν, ἡμεῖς δὲ ἀνερχόμεθα· οὐκοῦν ὥσπερ ἐπὶ κλίμακος ὅπερ ἔσχατον ἦν ἐκείνῳ κατερχομένῳ, τοῦτο ἡμῖν ἀνιοῦσι γίνεται πρῶτον. Ἄλλως τε οὐδ' ἐξῆν ἑτέρως αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραγμάτων. Τὸ μὲν γὰρ βάπτισμα γέννησις, τὸ δὲ μύρον ἐνεργείας καὶ κινήσεως ἐν ἡμῖν ἔχει λόγον· ὁ δὲ τῆς ζωῆς ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον τῆς Εὐχαριστίας βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις ἀληθινή. Οὐκ ἔστι δὲ κινηθῆναι ἢ ταφῆναι πρὶν γεννηθῆναι. Ἔτι δὲ τὸ μὲν βάπτισμα θεῷ τὸν ἄνθρωπον καταλλάττει, τὸ δὲ μύρον τῶν ἐκεῖθεν ἀξιοῖ δώρων, ἡ δὲ τραπέζης δύναμις τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα κοινὰ ποιεῖ καὶ τῷ τελουμένῳ. Ἀμήχανον

Sacris itaque mysteriis vitam sacram contineri et cohærere, libro proxime superiore demonstratum est. Quomodo autem unumquodque per se ad eam pertineat, sequitur ut indagemus. Vita in Christo non aliud est, quam conglutinari in Christo. Quo autem modo unaquæque initiatio initiatos cum Christo conglutinet, nunc explicabimus.

Licet igitur cum Christo conjungi eos qui pertransierunt omnia, per quæ ille transivit, factique sunt et perpessi omnia quæ ille. Christus itaque carne et sanguine omnis peccati expertibus conjunctus et unitus est. Cumque Deus esset ab initio, etiam hoc, quod postea factus est, divinitate affecit, humanam naturam videlicet. Tandem carnis gratia mortem quoque subivit, et in vitam sese revocavit. Oportet ergo et in carne illius consortem, et in divinitate participem, et in sepultura ac resurrectione socium esse, qui cum eodem colligari desiderat. Ideo in undam salutarem immergimur, ut illius morte moriamur et resurrectione resurgamus. Ungimur autem, ut regiæ unctioni et deitati illi consociemur. Edentes vero panem sacratissimum, et divinissimum poculum haurientes, carnis ipsius et sanguinis, quæ assumpsit, participes reddimur. Et ista via copulamur ei qui pro nobis incarnatus, et deificatus, et mortuus est, et resurrexit. Quid igitur? num et eumdem cum illo ordinem tenemus? Nihil minus, sed ubi ille desiit, nos incipimus, et a quibus ille incepit, in ea nos desinimus. Descendit enim ut nos ascendamus, et cum eadem sit via proposita, illius negotium descensus fuit, nostrum ascensus est. Itaque ut in scalis, quod illi descendenti extremum erat, hoc nobis ascendentibus primum est. Deinde aliter etiam propter ipsarum rerum conditionem non licet. Baptismus enim est generatio, sive ortus. Unguentum, sive chrisma actionis et motionis rationem habet. Panis autem vitæ, et poculum Eucharistiæ, verus est cibus, et verus potus [48]. Atqui non datur motu cieri aut ali, priusquam natus sis. Adhæc baptismus hominem cum Deo in gratiam restituit; unguentum donis illic repositis dignum efficit:

[48] Joan. VI, 56.

Digitized by Google

virtus sacræ mensæ etiam carnem et sanguinem Christi cum initio communicat. Est autem impossibile, ante reconciliationem cum amicis habere consuetudinem, et ea promereri præmia quæ ipsorum sunt propria, malignosque et peccatis subditos de carne comedere, et de sanguine bibere eorum, qui nullo delicti genere implicantur. Quocirca primum lavamur, postea ungimur: ita jam mundos et suaveolentes mensa excipit.

Et hæc quidem hactenus. Jam de singulis mysteriis docere pergamus, quam utilitatem sacræ vitæ apportent. Ac primum de baptismo, quænam ad isthanc vitam commoda inde progigni queant.

Est igitur baptizari idipsum, quod secundum Christum nasci, ipsamque essentiam et substantiam accipere, cum antea nihil fueris: id quod multis e locis perspicere licet. Principio ex ordine ipso; hoc enim est primum mysteriorum, quo consecramur, et hoc ante alia Christianos in vitam novam introducit. Deinde et ipsis nominibus, quibus id appellitamus. Postremo ex ejus cæremoniis et precibus, quæ in eo conferendo usurpantur.

Ordo igitur ab initio hic est, ablui primum, post inungi, atque ita demum sacratis epulis accumbere; quod profecto evidens argumentum est, et principium vitæ ac fundamentum, et præstructiones hujusmodi penes lavacrum esse: siquidem et Christus cum iis omnibus quæ nostri causa toleravit, quoniam et baptismo lustrari oportebat, cum primo loco non detrectavit. Nomina autem quorsum tandem alio spectare possint? Generationem, et regenerationem et reformationem, et sigillum, sive signaculum nuncupamus; præterea baptisma, seu immersionem, indumentum, unctionem, donum, et illuminationem, et lavacrum: quæ omnia hoc unum valent et volunt, his qui secundum Deum sunt et vivunt, initiationem istam essentiæ primordium esse. « Generatio » quidem non aliud, quam istud ipsum haud absurde videtur significare. Similiter « regeneratio, » et « reformatio » tantum hoc significant, nunc demum natos formatosque, alios quoque natos fuisse, et forma perdita, nunc ista altera generatione ad pristinam speciem formamque revertisse: quemadmodum cum materiæ statuæ alicujus formam amissam statuarius reponit, imaginem regenerat et reformat: siquidem et hoc ipsum, quodcunque tandem in nobis est baptismatis opus, species quædam et forma est; imaginem enim quamdam in animabus nostris depingit et insculpit, formamque inserit, morti et resurrectioni Salvatoris conformes efficiens. Hinc « sigillum, » sive « signaculum » quoque dicitur, quando nos ad regiam effigiem et ad beatam illam speciem fingit. Species autem materiam complexa, informem de cætero esse non patitur. Insuper « indumenti, » et « baptismatis, » seu « immersionis » nomine afficimus hoc mysterium; dicitur-que qui initiatus est, et indutus, et baptizatus,

A δὲ πρὶν κατηλλάχθαι μετὰ τῶν φίλων ἑστάναι, καὶ ὧν ἐκείνοις πρόσηκεν ἀξιοῦσθαι χαρίτων, καὶ τῷ πονηρῷ καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ὑποκειμένους αἵματος πιεῖν καὶ σαρκὸς φαγεῖν τῶν ἀναμαρτήτων. Διὰ ταῦτα λούμεθα πρῶτον, εἶτα χριόμεθα, καὶ οὕτω καθαροὺς καὶ εὐώδεις ἡ τράπεζα δέχεται.

Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Περὶ δὲ τῶν μυστηρίων ἑκάστου σκοπῶμεν ἔτι, τίνα συντέλειαν τῷ ἱερῷ παρέχεται βίῳ, καὶ περὶ τοῦ βαπτίσματος πρώτου, ὅσα γ' εἰς τὴν ζωὴν ταύτην δύναται φέρειν.

B Ἔστι τοίνυν τὸ βαπτισθῆναι αὐτὸ τὸ κατὰ Χριστὸν γεννηθῆναι καὶ λαβεῖν αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ ὑποστῆναι μηδὲν ὄντας. Τοῦτο δὲ καταμαθεῖν ἔστι πολλαχόθεν. Πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς τάξεως αὐτῆς, ὅτι τοῦτο πρῶτον μυούμεθα μυστηρίων, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο Χριστιανοὺς εἰς τὴν καινὴν εἰσάγει ζωήν, δεύτερον τῶν ὀνομάτων, ὅθεν αὐτὸ καλοῦμεν, καὶ τρίτον τῶν ἐπ' αὐτῷ τελουμένων καὶ ᾀδομένων.

C Ἡ μὲν οὖν τάξις ἄνωθεν αὕτη, λούσασθαι πρῶτον, εἶτα μύρῳ χρισαμένους εἰς τὴν τράπεζαν ἀφικέσθαι τὴν ἱεράν· ὃ δὴ τεκμήριόν ἐστιν ἐναργὲς, τοῦ τε ἀρχὴν βίου καὶ ζωῆς βάθρον καὶ τοιαύτας ὑποθέσεις τὸ λουτρὸν εἶναι, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς αὐτὸς, μεθ' ὧν ὑπὲρ ἡμῶν ἠνέσχετο πάντων, καὶ βαπτισθῆναι διῆσαν τοῦτο δέχεται πρὸ τῶν ἄλλων. Τὰ δὲ ὀνόματα πρός τί ἂν ἄλλο δύναιτο φέρειν; Γέννησιν καὶ ἀναγέννησιν καὶ ἀνάπλασιν καὶ σφραγῖδα αὐτὸ καλοῦμεν, ἔτι δὲ βάπτισμα καὶ ἔνδυμα καὶ χρίσμα, καὶ χάρισμα καὶ φώτισμα καὶ λουτρόν· ἃ δὴ πάντα τὸν ἕνα τοῦτον δύναται λόγον, τοῖς κατὰ Θεὸν οὖσι καὶ ζῶσιν ἀρχὴν εἶναι τοῦ εἶναι τὴν τελετήν. Ἡ μὲν οὖν γέννησις ἐπιεικῶς οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο δοκεῖ σημαίνειν· καὶ ἡ ἀναγέννησις καὶ ἡ ἀνάπλασις ἐκεῖνο προσσημαίνουσι μόνον, τοὺς γεννωμένους καὶ πλατυνομένους καὶ ἄλλοτε γεννηθῆναι καὶ ἀπολέσαντας τὴν μορφὴν νῦν δευτέρᾳ γεννήσει πρὸς τὸ πρῶτον εἶδος αὖθις ἐπανιέναι, καθάπερ ἀνδριάντος ὕλην τὸ εἶδος ἀπολωλεκότος ἀποδιδοὺς ὁ τεχνίτης ἀναγεννᾷ τὴν εἰκόνα καὶ ἀναπλάττει, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ, ὅ τί ποτέ D ἐστιν ἐν ἡμῖν τὸ τοῦ βαπτίσματος ἔργον, εἶδός ἐστι καὶ μορφή. Καὶ γάρ τινα εἰκόνα ἐγγράφει καὶ μορφὴν ἐντίθησι ταῖς ψυχαῖς συμμόρφους ἀπόφασιν τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος, ὑπὲρ οὗ καὶ σφραγὶς καλεῖται πρὸς τὴν βασίλειον πλάττον εἰκόνα καὶ τὸ μακάριον εἶδος. Ὅτι δὲ τὸ εἶδος τὴν ὕλην περιβάλλει καὶ ἀφανίζει τὴν ἀμορφίαν, καὶ ἔνδυμα καλοῦμεν καὶ βάπτισμα τὸ μυστήριον. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος, τὸ ἔνδυμα καὶ τὴν σφραγῖδα πρὸς τοῦτο φέρειν, νῦν μὲν ἐγγραφῆναι καὶ μορφωθῆναί φησι τὸν Χριστὸν, νῦν δὲ περιτεθῆναι Χριστιανοῖς καθάπερ ἱμάτιον· ἐνδεδύσθαι λέγεται ὁ μεμυημένος καὶ βεβαπτίσθαι, τὸ μὲν Γαλάταις γράφων, « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, » καὶ, « Ἰησοῦς Χριστὸς

Digitized by Google

προσεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος · » τὸ δὲ Κορινθίοις, « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Καὶ γὰρ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ χαλκὸς, ἕως μὲν τῷ πυρὶ τακεὶς διαῤῥεῖ, γυμνὴν παρέχει τὴν ὕλην ὁρᾷν· ὅθεν καὶ χρυσὸς μόνον ἢ χαλκὸς αὐτὸ τοῦτο καλεῖται τὸ τῆς ὕλης ὄνομα. Ἐπειδὰν δὲ ὑπὸ τῶν τυπούντων σιδήρων εἰς τὸ εἶδος συνελαθῇ, οὐκέτι μὲν ἡ ὕλη, τὸ δὲ εἶδος φθάνον, καθάπερ τὰ ἱμάτια πρὸ τῶν σωμάτων ἅπασι τοῖς ὁρῶσιν, ὅθεν καὶ ὀνόματος ἰδίου τινὸς τυγχάνει· ἀνδριὰς γὰρ ἢ δακτύλιος, ἢ ὁτιοῦν τῶν τοιούτων, ἃ τὴν μὲν ὕλην οὐκέτι, τὸ εἶδος δὲ μόνον σημαίνει καὶ τὴν μορφήν. Ἴσως δὲ διὰ ταῦτα καὶ ὀνομαστήριός ἐστιν ἡ σωτήριος τοῦ βαπτίσματος ἡμέρα Χριστιανοῖς, ὅτι τηνικαῦτα πλαττόμεθα καὶ τυπούμεθα, καὶ εἶδος καὶ ὅρον ἡ ἀνείδεος καὶ ἀόριστος ἡμῶν λαμβάνει ζωή. Ἄλλως τε τῷ γινώσκοντι τὰ ἴδια τότε γινωσκόμενοι καὶ ᾗ φησι Παῦλος, « Γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, » τὴν σημαντικὴν φωνὴν τὴν ἐπωνυμίαν κατὰ ταύτην ἀκούομεν τὴν ἡμέραν, ὡς ἂν τότε γινωσκόμενοι καθαρῶς· τὸ γὰρ τῷ Θεῷ γνωσθῆναι τοῦτό ἐστι ὡς ἀληθῶς γνώριμον εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ τῶν μηδὲν κοινὸν πρὸς τὴν ζωὴν ταύτην ἐχόντων ὁ Δαβὶδ εἶπεν, « Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου· » ἄγνωστοι γὰρ καὶ ἀφανεῖς, οἱ τοῦ φωτὸς ἐκείνου πόῤῥω κατέστησαν ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ φωτὸς χωρὶς τῶν ὁρᾶσθαι δυναμένων γένοιτ' ἂν οὐδὲν φανερὸν οὔτε τῷ Θεῷ γνώριμον, ᾧ μὴ δέξασθαι συνέβη τὴν ἐκεῖθεν ἀκτῖνα. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μηδὲ ἔστιν ἔλως τῇ ἀληθείᾳ, ὃ μὴ δῆλον ἐκείνῳ γίνεται τῷ φωτί· καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον « Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, » καὶ αὖθις τῶν παρθένων τὰς μωρὰς οὐκ εἰδέναι λέγει.

sive immersus. Significans vero Paulus, « indumentum » et « sigillum » eodem spectare, nunc quidem Christianis inscriptum et formatum, nunc quasi vestimentum circumdatum esse affirmat. Nam Galatis ita scribit : « Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [49], » et : « Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis [50]. » Etenim aurum, argentum et æs, donec igne colliquefacta fluant, materiam intuentibus nudam exhibent : unde et aurum tantummodo, aut argentum, aut æs ea ipsa materia nominatur. Ubi vero instrumento ferreo ad formam recipiendam compulsum fuerit, non jam materia, sed forma prius apparet, sicut vestes prius, quam corpora videntibus occurrunt. Ex quo etiam nomen aliquod proprium adipiscitur ; statua enim, aut annulus, aut quodcunque tandem hujusmodi rerum, quæ jam non materiam, sed formam et speciem duntaxat significant, appellatur. Ac fortassis autem propterea salutaris baptismatis dies etiam Christianis est ὀνομαστήριος (id est, eo nomina baptizatis imponuntur), quoniam tunc fingimur et formamur, vitaque nostra informis et incircumscripta faciem, et terminum, ac limitem certum accipit. Insuper ab eo qui suos cognoscit tunc primum cogniti (et ut Paulus ait : « Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cum cogniti sitis a Deo [51] »), vocem illam significantem, cognomen nostrum illo die audimus, velut tunc plane cogniti. Deo enim cognitum esse, hoc est, vere notum esse. Quapropter et David de his quibus cum hac sancta vita nihil est rei, « Non ero, inquit, memor nominum illorum per labia mea [52]. » Ignoti enim et obscuri sunt, qui semet a lumine illo procul removerunt. Neque enim oculis aspicere valentibus citra lumen quidquam est aspectabile, neque Deo notum, quod inde radium lucis non accepit. Causa est, quod reipsa ne est quidem omnino, quod illo lumine non manifestatur. Et hac ratione « Novit Dominus qui sunt ejus [53]. » Et rursum fatuas virgines non se novisse ait [54].

Διὰ ταῦτα τὸ βάπτισμα φώτισμα, ὅτι τὸ ἀληθινὸν εἶναι παρέχον γνωρίμους καθίστησι τῷ Θεῷ, καὶ πρὸς τὸ φῶς ἄγον ἐκεῖνο τῆς ἀφανοῦς ἀφίστησι πονηρίας. Διὰ τοῦτο καὶ λουτρὸν διότι φώτισμα· οὕτω γὰρ παρέχει τῷ φωτὶ καθαρῶς ὁμιλῆσαι πάντα μολυσμὸν, ὃς τὴν θείαν ἀκτῖνα τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων διείργει, καθάπερ τι μεσότοιχον ἐξελόν. Χάρισμα δὲ ὅτι γέννησις· τῆς γὰρ γεννήσεως τῆς ἑαυτοῦ τί ἂν τις προεισενέγκοι, ἐπεὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς γεννήσεως τῆς φυσικῆς ἔχει, οὐδ' αὐτὸ τὸ βούλεσθαι προεισάγομεν τῶν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν, εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλοι σκοπεῖν; Βουλόμεθα γὰρ, ἃ καὶ ἔστιν ἐνθυμηθῆναι· ταῦτα δὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, οὐδὲ λογίσασθαι δύναιτ' ἂν πρὶν εἰς πεῖραν ἐληλυθέναι. Ἐλευθερίαν γὰρ ἀκούοντες προκειμένην καὶ βασιλείαν, εὐδαίμονά τινα λογιζόμεθα ζωὴν, ἣν ἔξεστιν ἀνθρωπίνους δέξασθαι λογισμούς· τὸ δέ ἐστι παντάπασιν ἄλλο, μεῖζον καὶ τῆς διανοίας

Idcirco baptisma « illuminatio » dicitur, quoniam verum esse præstans, notos Deo facit, et in lumen illam producens, a caliginosa improbitate sejungit. Ob id ipsum etiam « lavacrum, » quia illuminatio. Sic enim dat cum luce defæcatum ac purum habere commercium, cum omne inquinamentum, quo divinus radius ab animabus nostris excluditur, velut medium parietem diruit. « Charisma » autem, sive « donum. » Nam ad generationem spiritualem suam quid est, obsecro, quod prius quisquam confert ? Etenim haud secus quam in generatione naturali se res habet : nec ipsam quidem voluntatem bonorum e baptismo exsistentium afferimus, si quis penitius rem introspexerit. Libet enim ea quæ sunt cogitare ; ast hæc « in cor hominis non ascenderunt [55], » nec potest quispiam ea mente concipere, donec experiatur. Nam cum audimus libertatem et regnum esse proposita, vitam quamdam

[49] Galat. IV, 19. [50] Galat. III, 17. [51] Galat. IV, 9. [52] Psal. XV, 4. [53] Num. XVI, 5 ; II Tim. II, 19. [54] Matth. XXV, 12. [55] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

felicem cogitamus, quam animus humanus complecti queat. Atqui istud omnimodis aliud est, ingenioque ac desiderio nostro superius. « Unctio » autem sive « chrisma » appellatur, quia Christum propter nos unctum initiatis inscribit, et sigillum est, ipsum Salvatorem imprimens. Unctio enim ubique, per totam formam corporis suscipientis perfecte penetrans, et illud adaptans, ipsum unctum ex ipso expressum et signatum facit, et formam ostendit, et sigillum est revera. Docuimus porro sigillum idem quod generationem posse, sicut idem quod sigillum, indumentum et immersio. Sed quoniam donum, et illuminatio, et lavacrum eodem quo formatio generatioque pertinent, patuit, omnem baptismatis appellationem unum illud significare, nempe hoc lavacrum generationem et vitæ in Christo principium nobis esse. Utrum autem cæremoniæ, et quæ recitantur in hoc mysterio, hanc vim habeant, clarebit iis, qui initiationem istam particulatim expenderint.

Cernitur enim qui ad mysterium hoc percipiendum accedit, antequam initietur, nondum Deo reconciliatus, nondum a veteri dedecore ac turpitudine immunis. Precatur quippe initiator ante aliam cæremoniam, ut a quo occupatus est dæmone, liberetur. Nec solum alloquitur Deum pro eo, sed et ipsum catechumenum adoriens, tyrannum increpat, et flagello insectatur. Flagellum est « nomen illud super omne nomen [56]. » Tantumque abest ut vivat, et filius atque hæres sit, ut adhuc in tyranni mancipio versetur. Nam qui cum maligno rationes habet, is a Deo penitus recedit. Hoc vero est prorsus mortuum esse. Quare etiam veluti ad examinem adhuc accedens initiator, in faciem ejus sufflat: quæ insufflatio vitæ cœlitus inferendæ tecta significatio est. Quæ sequuntur, respondent. Omnia enim sunt quasi modo procreatorum, et præsentia quæque in manibus sunt despicientium, et ad moderamen aliud translatorum. Urgetur enim e duplici mundo hunc contemnere, illum honorare; et vitæ huic quidem valedicere, illam vivere; et vitæ ducem hunc velis remisque fugere, illum quam studiosissime sequi. Igitur quia præsentia deponit, satis indicat, quorum semet nondum adhuc reconciliatus condemnet. Quia autem visa pulchriora, et a se præsentibus anteposita, ab hoc mysterio accipit, ostendit, se quod baptizatus sit, vitam laudabilem exordiri. Templum quippe ingressus, vestem deponit, et calceamenta solvit, veste et calceis, quæ ad vitam sunt necessaria, priorem vivendi rationem insinuans. Præterea ad occidentem conversus, spiritum ore emittit, vitæ in tenebris actæ indicium; manus extendit, et tanquam præsentem sibique incumbentem malignum repellit, et ceu impurum scelestumque abominatur, fœderique inimicissimo et infideli et causæ omnis exitii renuntiat, amicitiamque longe acerbissimam dissuit;

καὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἡμετέρας. Χρίσμα δὲ ὅτι τὸν δι' ἡμᾶς χρισθέντα, τὸν Χριστὸν, ἐγγράφει τοῖς τελουμένοις, καὶ σφραγίς ἐστιν αὐτὸν ἐνσημαίνουσα τὸν Σωτῆρα. Τὸ γὰρ χρίσμα πανταχοῦ διὰ πάσης ἀκριβῶς τῆς μορφῆς ἀφιγμένον τοῦ σώματος τοῦ δεξαμένου καὶ προσαρμόσαν αὐτὸν ἐν αὐτῷ φέρει τὸν ἀληλιμμένον ἐνσημανθέντα, καὶ τὸ εἶδος δείκνυσι καὶ σφραγίς ἐστιν ἀτεχνῶς. Δέδεικται δὲ τοῖς εἰρημένοις, τῇ γεννήσει ταὐτὸ δύνασθαι τὴν σφραγῖδα, καθάπερ καὶ τῇ σφραγῖδι τὸ ἔνδυμα καὶ τὸ βάπτισμα. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ χάρισμα καὶ τὸ φώτισμα καὶ τὸ λοῦτρον τῇ πλάσει καὶ γεννήσει πρὸς ταὐτὸ φέρει, δῆλον ἐγένετο, πᾶσαν τοῦ βαπτίσματος ἐπωνυμίαν τὸ ἓν ἐκεῖνο σημαίνειν, ὡς ἄρα γέννησις καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς ἡμῖν ἐστιν ἀρχὴ τὸ λουτρόν. Εἰ δὲ καὶ τὰ τελούμενα καὶ λεγόμενα τοῦ μυστηρίου τοῦτον δύναται τὸν λόγον, φανερὸν ὃν εἴη κατὰ μέρος τὴν τελεστὴν ἐπιοῦσι.

Φαίνεται γὰρ ὁ προσιὼν τῷ μυστηρίῳ πρὶν τελεσθῆναι μήπω Θεῷ κατηλλαγμένος, μήπω τῆς ἀρχαίας αἰσχύνης ἀπηλλαγμένος· εὔχεται γὰρ αὐτῷ προσιόντι, πρὶν ἄλλο τι τελέσῃ, τὴν τοῦ κατέχοντος δαίμονος ἀπαλλαγὴν ὁ τελῶν, καὶ οὐ τῷ Θεῷ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ ἐπιπεσὼν ἐπιτιμᾷ τῷ τυράννῳ καὶ ἐλαύνει μαστίζων. Ἡ δὲ μάστιξ αὐτῷ « τὸ ὄνομά ἐστι τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. » Τοσοῦτον ἀπέχει ζῶν εἶναι καὶ υἱὸς καὶ κληρονόμος, ὃς γε ἔτι τῷ τυράννῳ δουλεύει· συμβαίνει γὰρ τῷ πονηρῷ συνόντα Θεοῦ παντελῶς ἀφεστάναι, τὸ δέ ἐστι παντάπασι νεκρὸν εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἂν οὔπω ζωῆς μετειληφότος προσελθὼν ὁ τελεστὴς ἐμφυσᾷ τῷ προσώπῳ· τὸ γὰρ ἐμφύσημα ἄνωθεν ζωῆς αἴνιγμα. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ἀκολούθως ἔχει· πάντα γὰρ τῶν ἄρτι καθισταμένων, καὶ τῶν μὲν παρόντων καὶ ἐν χερσὶν ὑπερορώντων, ἐπ' ἄλλα δὲ μετατιθεμένων. Ἐπείγεται γὰρ κόσμων τοῦ μὲν καταφρονῆσαι, τὸν δὲ τιμῆσαι, καὶ βίον τὸν μὲν ἀπογεγονέναι, τὸν δὲ βιῶναι, καὶ ζωῆς ἡγούμενον τὸν μὲν ἐκ παντὸς τρόπου φευγεῖν, τὸν δὲ πάσῃ σπουδῇ διώκειν. Οὐκοῦν δι' ὧν μὲν ἀποτίθεται τὰ παρόντα, δῆλός ἐστιν ὧν κατεγνώκει μήπω καὶ νῦν ἀπηλλαγμένος· δι' ὧν δὲ τὰ δόξαντα καλλίω καὶ ἃ προῄρητο τῶν παρόντων ἀπὸ τοῦ μυστηρίου τούτου λαμβάνει, δείκνυσι τῷ βαπτισθῆναι τῆς ἐπαινουμένης ἀρχόμενος ζωῆς. Τὸν γὰρ ἱερὸν εἰσελθὼν οἶκον τὸν χιτῶνα κατατίθεται καὶ τὰ ὑποδήματα ὑπολύει, τῷ ἱματίῳ καὶ τοῖς ὑποδήμασιν, ἃ πρὸς τὴν ζωὴν βοηθεῖ, τὸν πρότερον αἰνιττόμενος βίον. Ἔτι δὲ πρὸς δυσμὰς ἀποβλέπων πνεῦμα τοῦ στόματος ἀποπνεῖ, τῆς ἐν σκότει ζωῆς σημεῖον, χεῖράς τε ἐκτείνει καὶ ὡς παρόντα καὶ ἐπικείμενον τὸν πονηρὸν ἀπωθεῖται καὶ ὡς μιαρὸν καὶ βδελυρὸν κατα[illegible]πτύει, καὶ τὰς ἐχθίστας καὶ ἀπίστους καὶ ὀλέθρου παντὸς αἰτίας ἀρνεῖται σπονδάς καὶ τὴν φιλίαν τὴν πικρὰν παντάπασι διαλύει καὶ τὴν ἔχθραν ἐπαινεῖ. Καὶ ἐπεὶ φύγοι τὸ σκότος, ἐπὶ

[56] Philipp. II, 9.

Digitized by Google

τὴν ἡμέραν τρέχει καὶ πρὸς τὴν ἕω στραφεὶς ζητεῖ τὸν ἥλιον, καὶ λυθεὶς τῶν τοῦ τυράννου χειρῶν τὸν βασιλέα προσκυνεῖ, καὶ τοῦ νόθου καταγνοὺς τὸν γνήσιον ἐπιγινώσκει Δεσπότην, καὶ εὔχεται ὑποταγήσεσθαι αὐτῷ καὶ δουλεύσειν ὅλῃ ψυχῇ καὶ πρό γε τούτων ὡς Θεὸν εἰς αὐτὸν πιστεύειν καὶ ἃ περὶ αὐτοῦ προσῆκε γινώσκειν. Καὶ τοῦτο γὰρ ἀρχὴ τῆς μακαρίας ζωῆς, ἡ ἀληθὴς περὶ Θεοῦ γνῶσις· « Τὸ γὰρ ἐπίστασθαί σε, φησὶ Σολομών, ῥίζα ἀθανασίας, » ὥσπερ τὸ ἀγνοῆσαι τὸν Θεὸν τὸν θάνατον εἰσήνεγκεν ἐξ ἀρχῆς. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἀδὰμ τὴν θείαν ἀγνοήσας φιλανθρωπίαν βάσκανον εἶναι ᾠήθη τὸν ἀγαθὸν, καὶ τῆς σοφίας ἐπιλαθόμενος λαθεῖν ἐνόμισε τὸν σοφὸν, τῷ δραπέτῃ προσετέθη τὸν Δεσπότην περιϊδών, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ παραδείσου τε ἀπηλάθη καὶ τὴν ζωὴν ἀφῃρέθη καὶ ὠδυνήθη καὶ ἀπέθανεν· ὅθεν τῷ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπειγομένῳ καὶ τὸν Θεὸν ἡγεῖσθαι τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν πᾶσα ἀνάγκη.

A et odium amplectitur ; et e tenebris ad diem procurrit ; atque ad orientem respiciens, solem quærit ; expeditusque e tyranni manibus, regem adorat, et contempto spurio, legitimum Dominum agnoscit, illi subjici et tota anima servire optat : et ante hæc in eum, ut in Deum credere. Et ad eum pertinentia cognoscit. Nam et hoc beatæ vitæ initium est, vera de Deo cognitio. « Scire enim Justitiam tuam et virtutem tuam, ait Salomon, radix immortalitatis [57] ; » sicut ignorare Deum, mortem invexit a principio. Postquam enim Adamus divinam benignitatem ignorans, eum qui bonus est, invidum existimavit, et oblitus sapientiæ, se latere sapientem est arbitratus, Dominum despicatui ducens, fugitivo adhæsit. Atque ob id paradiso expulsus, B et vita spoliatus, et doloribus cumulatus, mortem denique perpessus est. Itaque ad vitam et ad Deum properanti cognitionem de Deo præire prorsus est necessarium.

Καὶ τὸ γυμνωθῆναι δὲ καθάπαξ καὶ τὸν τελευταῖον καταθέσθαι χιτῶνα δείκνυμεν ἅρτι τῆς εἰς τὸν παράδεισον φερούσης ἁπτόμενοι καὶ τὴν ἐνταῦθα ζωήν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ ἀπὸ τῆς εὐδαίμονος ἐκείνης περιβολῆς ἐπὶ τὴν γύμνωσιν ἐλθὼν, ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν ἀθλίαν ταύτην ἦκε σκευήν. Ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν δερματίνων χιτώνων ἐπὶ τὴν γύμνωσιν ἰόντες καὶ διὰ τοῦ αὐτοῦ βαδίζοντες μέσου δῆλοι καθέσταμεν τὴν αὐτὴν ἐπανιόντες ὁδὸν καὶ πρὸς τὸ ἱμάτιον ἐπειγόμενοι τὸ βασιλικὸν, καὶ ὅθεν καὶ δι' ὧν ἐκεῖνος κατῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἡμεῖς ἐνθένδεν ἐπανιόντες. Εἴη δ' ἂν κἀκείνου σημεῖον τὸ γυμνωθῆναι, τοῦ νῦν καθαρῶς τῷ ἀληθινῷ φωτὶ προσιέναι μηδὲν ἐπιφερομένους· ὅθεν ἡ σκιὰ τοῦ θανάτου, καὶ ἃ τὴν μακαρίαν ἀκτῖνα τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων ἀποτειχίζει, καθάπερ τὰ ἱμάτια τειχίον τί ἐστι μεταξὺ τοῦ φωτὸς τούτου καὶ τῶν σωμάτων.

Et dum denudamur, intimamque tunicam exuimus, nos modo viam in paradisum ducentem, et quæ illic degitur vitam ingressos ostendimus. Adam enim cum a beatis illis septis in nuditatem incidisset, ab ea ad hæc miseranda gestamina devenit. Nos contra a pelliceis tunicis ad nuditatem venientes, et per idem medium incedentes, nos eodem reverti itinere, et ad regiam vestem recuperandam festinare demonstramus : et unde, et per quæ ille in hunc mundum descendit, nos hinc C reverti. Sit autem et illud signum nuditatis, quod nunc pure ad verum lumen accedimus, nihil afferentes, unde umbra mortis et quæ beatum radium animarum humanarum intercipere queant ; sicut vestimenta ut murulus quidam inter lumen hoc et corpora intercedunt.

Καὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου χρίσις γένοιτο μὲν ἂν καὶ ἄλλου τινὸς σημεῖον, καὶ πρὸς τοῦτο δὲ δύναται φέρειν. Ἐννοῶμεν γὰρ τὴν Ἰακὼβ στήλην, ἣν τῷ ἐλαίῳ χρίσας προσήνεγκε τῷ Θεῷ, καὶ τοὺς βασιλέας καὶ τοὺς ἱερέας αὐτῷ τούτῳ τῷ κοινῷ καὶ τῷ Θεῷ καθιερουμένους, οἳ σφισὶ μὲν αὐτοῖς οὐδαμῶς, τῷ Θεῷ δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ ζῶσι, πρὸς ἣν ἐτάχθησαν. Καὶ ἡμεῖς γὰρ τῆς οἰκείας ζωῆς καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐξιστάμεθα τῷ Θεῷ· τόδε ἐστὶ τὸ παλαιὸν ἀποβαλόντας εἶδος ὁμοίους αὐτῷ γενέσθαι, καὶ τὸ σύμβολον οἰκεῖον καὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἐπωνυμίᾳ πάνυ προσῆκον. Χριόμεθα γὰρ, καὶ ᾧ ζητοῦμεν ἐοικέναι, Χριστός ἐστι τῇ θεότητι τὴν ἀνθρωπότητα χρίσας, ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τοῦ χρίσματος αὐτῷ κοινωνοῦμεν· καὶ γὰρ τοῦ χρίσματος ἐκείνου τοῦτο τὸ χρίσμα σημεῖον, καὶ δείκνυσιν ὁ τελῶν, δι' ὧν ἐπᾴδει χριομένῳ τῷ τελουμένῳ. Ταῦτα γάρ ἐστιν ἐκεῖνα, δι' ὧν ὁ Δαβὶδ τὴν χρίσιν ἐκείνην ἐμήνυσε καὶ τὴν βασιλείαν· ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς, « Χρίεται, φησὶν, οὗτος (τὸν τελούμενον λέγων) ἔλαιον ἀγαλλιάσεως· » ὁ δὲ Δαβὶδ, « Ἔχρισέ σε (φησὶν πρὸς τὸν Σωτῆρα), ὁ Θεὸς ὁ

Verumenimvero olei unctio et alius rei indicium esse, et aliorsum spectare potest. Recordor enim lapidis Jacob, quem oleo delibutum obtulit Deo : et reges et sacerdotes hoc ipso, oleo inquam, populo et Deo consecratos : qui sibi quidem neutiquam, sed Deo et reipublicæ vivunt, propter quam instituti sunt. Et nos quoque a vita propria, et a nobis ipsis, Deo desciscimus. Hoc autem est D pristina forma recepta, illi similes fieri, et symbolum proprium Christianorumque cognomini in primis conveniens. Ungimur enim, et cujus similitudinem concupiscimus, Christus est, qui divinitate humanam naturam unxit ; siquidem et in unctione cum ipso communicamus ; quandoquidem illius unctionis hæc unctio signum et nota est, idque initiator his quæ super initiato et uncto recitare consuevit, significat. Sunt quippe eadem illa, per quæ David unctionem Christi regnumque indicat. Sacerdos enim, « Ungitur hic, inquit, (initiatus puta) oleo exsultationis. » David autem, « Unxit te (alloquitur Salvatorem) Deus Deus

[57] Sap. xv, 3.

Digitized by Google

tuus oleo exsultationis præ participibus tuis [58], » participes vocans nos, quos propter benignitatem regni socios facit.

Hucusque igitur nondum vivimus. Signa enim sunt hæc initiando, et principia quædam, et præparationes vitæ. Postquam autem aquis coopertus ter emerserit, Trinitate super eo nominata, tunc totum quod desiderabatur accipit, et generatur, et formatur generatione et formatione diei, sicut inquit David [59], suscipitque præclarum signaculum, et omni quam quærebat felicitate potitur, fitque lux, qui nuper erat tenebræ, et subsistit, qui nihil erat, atque a Deo in familiarem et filium cooptatur, a carcere et extrema servitute ad regium thronum provectus. Hæc enim aqua aliam quidem vitam tollit, aliam efficit, et veterem hominem occidens, novum exsurgere facit. Hoc maxime intelligunt, qui reipsa experti sunt. Deinde et quæ in ipso mysterio cernuntur, hoc dant per omnia conjicere. Nam quod aquam subiens semet occultat, videtur fugere vitam, quæ hoc cœli spiritu alitur. Fugere autem vitam, hoc est emori. Rursum, quod emergit, et in aere ac luce conspicitur, vitam consectari et adipisci videtur. Propter hoc et Deum hic fabricatorem vocamus, quod isthæc vitæ primordia sunt, et fabricatio secunda, priore præstantior; imago enim exactius quam antea effingitur et statua in typum similitudinemque divinam expressius formatur. Idcirco et purius archetypum proponi nunc oportebat. Etenim qui baptizant, Deum ad sacrum fontem invocantes, non eum nomine Dei appellant, quod est Trinitati commune, nec eo satis theologice, hoc est, non perspicue et discrete divinitas indicatur: sed plenius et consummatius eum nominantes, proprietates uniuscujusque personæ celebrant.

Subest et alia causa. Etsi enim una benignitate generi nostro Trinitas salutem dedit, tamen quælibet sacrarum ὑποστάσεων proprium quiddam contulisse prædicatur. Pater enim reconciliatus est, Filius reconciliavit, Spiritus sanctus inter amicos jam ascriptis donum datus est. Et ille quidem liberavit; hic pretium factus est, quo liberati sumus; Spiritus ipsa libertas est: « Ubi enim Spiritus Domini, juxta Pauli vocem, ibi libertas [60]. » Et Pater quidem formavit, Filius reformavit; « Spiritus est qui vivificat [61]. » Nam et prima fabricatione Trinitas adumbratur. Pater nempe fingebat, Filius manus erat fingenti, Paracletus spiritus erat vitam inspiranti. Et quid ego istis immoror? In hoc divinorum operum solo Deus discretus est. Nam cum multa sint merita quibus omni ætate Deus creaturam est prosecutus, nullum invenias, quod ad Patrem solum, aut ad Filium solum, aut ad Spiritum sanctum solum referatur; sed omnia Trinitati communia sunt,

A Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου, » μετόχους λέγων ἡμᾶς, οὓς διὰ φιλανθρωπίαν κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς βασιλείας.

Μέχρι μὲν δὴ τούτων οὔπω ζῶμεν· σημεῖα γάρ ἐστι ταῦτα τῷ τελουμένῳ καὶ προτέλειαί τινες καὶ προπαρασκευαὶ τῆς ζωῆς. Ἐπειδὰν δὲ τῷ ὕδατι καλυφθεὶς τρισσῶς ἀναδύῃ τῆς Τριάδος ἐπῳδομένης, τηνικαῦτα τὸ ζητούμενον ἅπαν ὁ μεμυημένος λαμβάνει καὶ γεννᾶται καὶ πλάττεται τὴν ἡμερινὴν γέννησιν καὶ πλάσιν, ἣ Δαβὶδ εἶπε, καὶ δέχεται τὴν καλὴν σφραγῖδα καὶ πᾶσαν ἔχει τὴν ζητουμένην εὐδαιμονίαν, καὶ γίνεται φῶς σκότος ὢν πρότερον, καὶ ὑφίσταται μηδὲν ὤν, καὶ οἰκειοῦται καὶ υἱοθετεῖται θεῷ ἀπὸ δεσμωτηρίου καὶ δουλείας τῆς ἐσχάτης ἐπὶ τὸν βασίλειον ἀγόμενος θρόνον. Τὸ γὰρ ὕδωρ τοῦτο B ζωὴν τὴν μὲν ἀπόλλυσι, τὴν δὲ ἀναδείκνυσι, καὶ τὸν μὲν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποπνίγει, τὸν δὲ νέον ἀνίστησι. Τοῦτο δὲ μάλιστα μὲν τοῖς πεπειραμένοις ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων γίνεται δῆλον· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ φαινόμενα τοῦ μυστηρίου τοῦτο δίδωσι διὰ πάντων εἰκάζειν. Τῷ γὰρ ὑποδύντα τὸ ὕδωρ ἑαυτὸν ἀφανίσαι δοκεῖ φεύγειν τὴν ἐν τῷ ἀέρι ζωήν, τὸ δὲ φυγεῖν τὴν ζωήν, τοῦτό ἐστιν ἀποθνήσκειν· τῷ δ' αὖθις ἀναδύντα τῷ ἀέρι καὶ τῷ φωτὶ συγγενέσθαι ζωὴν ἔοικε διώκειν καὶ τυχόντα λαβεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν δημιουργὸν ἐνταῦθα καλοῦμεν, ὅτι ζωῆς ἀρχὴ τὰ παρόντα καὶ δημιουργία δευτέρα πολλῷ τῆς προτέρας ἀμείνων. Γράφεται γὰρ ἀκριβέστερον ἢ πρότερον ἡ εἰκὼν, καὶ ἀνδριὰς εἰς σαφέστερον τὸν θεῖον C πλάττεται τύπον· διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀρχέτυπον νῦν ἔδει καθαρώτερον προτεθῆναι. Τὸν γὰρ Θεὸν ἐπὶ τὸ λουτρὸν οἱ βαπτιστὰ καλοῦντες οὐ τὸ Θεός ὄνομα τὸ κοινὸν τῇ Τριάδι βοῶσιν, ὅπερ οὐκ ἔστι σαφῶς καὶ διακεκριμένως θεολογούντων, ἀλλ' ἀκριβέστερον καὶ τελεώτερον τὰς ἰδιότητας ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων ἀνυμνοῦσι.

Καὶ μὴν καὶ δι' ἐκεῖνον τὸν λόγον. Εἰ γὰρ μιᾷ φιλανθρωπίᾳ τὸ γένος ἔσωσεν ἡ Τριὰς, ἀλλ' ὅμως τῶν ὑποστάσεων ἑκάστη τῶν μακαρίων ἰδίαν τινὰ λέγεται συντέλειαν εἰσενέγκαι. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ διήλλακται, ὁ δὲ Υἱὸς διήλλαξε, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φίλοις ἤδη καταστᾶσι δῶρον ἐγένετο. Καὶ ὁ μὲν ἔλυσεν, ὁ δὲ τὸ λύτρον ἦν ᾧ λελύμεθα, τὸ δὲ D Πνεῦμα ἐλευθερία· « Οὗ γὰρ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία, » Παύλου φωνή. Καὶ ὁ μὲν ἀνέπλασε, τῷ δὲ ἀνεπλάσθημεν, τὸ δὲ Πνεῦμά ἐστι ζωοποιοῦν· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν πρώτην δημιουργίαν ἡ Τριὰς ὡς ἐν σκιαῖς ἐγράφετο. Ὁ μὲν γὰρ ἔπλασεν, ὁ δὲ χεὶρ ἦν τῷ πλάττοντι, ὁ δὲ Παράκλητος πνεῦμα τὴν ζωὴν ἐμφυσῶντι. Καὶ τί ταῦτα λέγω; Μόνῳ γὰρ ἐν τούτῳ τῶν θείων ἔργων ὁ Θεὸς διεκρίθη. Πολλῶν γὰρ ὄντων, οἷς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος τὴν κτίσιν εὖ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν εὕροις οὐδὲν, ὃ πρὸς τὸν Πατέρα ἀναφέρεται μόνον, ἢ πρὸς τὸν Υἱὸν, ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ πάντα κοινὰ τῆς Τριάδος, ὅτι μιᾷ δυνάμει καὶ προνοίᾳ καὶ δημιουργίᾳ πάντα ποιεῖ. Ἐπὶ δὲ τῆς

[58] Psal. XLIV, 8. [59] Psal. CXXXIII, 16. [60] II Cor. III, 17. [61] Joan. VI, 64.

Digitized by Google

οἰκονομίας καὶ τὸ ἡμέτερον ἀνώρθωσε γένος, καὶ τοῦτο καινὸν ἐγένετο, καὶ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν ἐβουλήθη μὲν ἡ Τριὰς κοινῇ, καὶ ὅπως ἂν γένοιτο προύνοήθη· ἐνεργεῖ δὲ οὐκέτι κοινῇ. Αὐτουργὸς γὰρ οὔτε ὁ Πατὴρ οὔτε τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μόνος ὁ Λόγος, καὶ μόνος ὁ Μονογενὴς αἵματος ἠνέσχετο καὶ σαρκὸς καὶ ἐπλήγη καὶ ὠδυνήθη καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, δι' ὧν ἡ φύσις ἀνεβίω καὶ τὸ βάπτισμα συνέστη, ἡ καινὴ γέννησις καὶ ἀνάπλασις. Οὐκοῦν ταῖς ὑποστάσεσι διαιροῦντας ἐπὶ τοῦ θείου λουτροῦ τὸν Θεὸν ἔδει καλεῖν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν ἱερὰν πλάσιν κομιζομένους, ἣ διακεκριμένον τὸν Θεὸν ἀπέδειξε μόνη.

A quia scilicet una potestate, providentia et fabricatione efficit omnia. In œconomia autem, qua genus humanum instauravit, etiam ista novitas contigit, et salutem meam voluit quidem Trinitas communiter, et ut restitueretur providit; non tamen etiam communiter eam operata est. Per se enim nec Pater, nec Spiritus, sed solum Verbum et solus Unigenitus operatus est, qui carnem sanguinemque assumere dignatus est, verbera, cruciatus, mortem excepit, et resurrexit, per quæ natura revixit, et quibus baptisma, nova generatio et reformatio constituta est. Itaque personis distinctum Deum in divino lavacro appellare oportebat (in nomine scilicet Patris, et Filii et Spiritus sancti) eos, qui sacram formationem, quæ sola Deum discretum ostendit, reportarent.

Τί οὖν μὴ καὶ τὴν οἰκονομίαν καὶ μάλιστα ταύτην ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ἀνυμνοῦμεν; Πάνυ μὲν οὖν οὐ δι' ὧν λέγομεν, ἀλλὰ δι' ὧν πράττομεν. Τὸ γὰρ καταδύντα τρισσῶς ἀναδῦναι, τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τὸν τριήμερον θάνατον τοῦ Σωτῆρος εἰσάγει καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἃ τέλος ἐστὶ τῆς ὅλης οἰκονομίας; Καὶ οὐ μάτην, οἶμαι, τὴν μὲν θεολογίαν βοῶμεν, τὴν δὲ οἰκονομίαν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύμεθα σιωπῇ. Τὸ μὲν γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ εἰς γνῶσιν ἀνθρώποις διὰ τῆς φωνῆς ἀφίκετο μόνης, τὸ δὲ ἐγένετο καὶ ὡράθη τοῖς τῶν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς, ἁφῆς ἠνέσχετο καὶ χειρῶν· ὅθεν ὁ μακάριος Ἰωάννης καὶ ἄμφω ταῦτα τοῦτο κἀκεῖνο περὶ τοῦ διπλοῦ Σωτῆρος γινώσκων εἶπε μέν· « Ὃ ἦν ἀπαρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, » ἐπήγαγε δέ· « Ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς. » Ἔτι δὲ τὴν μὲν θεολογίαν πιστεῦσαι δεῖ μόνον, καὶ ἡ ἐπίδειξις τῆς πίστεως ἐπὶ τῆς φωνῆς (ἃ γὰρ εἰς δικαιοσύνην, φησὶ, πιστεύομεν τῇ καρδίᾳ, ταῦτα τῷ στόματι ὁμολογοῦμεν εἰς σωτηρίαν), τὴν δὲ οἰκονομίαν καὶ μιμήσασθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δεῖξαι πᾶσα ἀνάγκη· δεῖ γάρ, φησὶν, ἐξακολουθῆσαι τοῖς ἴχνεσι τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἀναστάντος.

B Quid ergo? num etiam œconomiam et maxime in baptismate laudamus? Nos vero laudamus, non per ea quæ dicimus, sed quæ facimus. Trinam enim immersionem et emersionem; quis non videt triduanam Salvatoris mortem et resurrectionem, quæ totius œconomiæ finis est, exhibere, oculisque subjicere? Nec temere, opinor, quod theologicum est voce edimus; œconomiam autem rebus cum silentio exprimimus. Illud enim erat ab initio, et per vocem tantummodo in hominum notitiam intelligentiamque penetravit; hoc factum, et humanis oculis conspectum, et manibus contrectatum est. Unde et beatus Joannes ambo hæc, hoc et illud de Salvatore gemino cognoscens, dixit quidem: « Quod erat ab initio, quod audivimus, » subjunxit tamen: « Quod vidimus oculis nostris, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ [61]. » Præterea theologicum illud credere tantum oportet, et probatio fidei in voce consistit (« Quæ enim, inquit Paulus, corde ad justitiam credimus, ea ore ad salutem confitemur [62] »), œconomia autem et imitanda omnino et operibus demonstranda est. Ejus enim vestigia sequi oportet, qui pro nobis mortuus est et resurrexit [63].

C

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἡ μὲν Τριὰς ἐπὶ τῆς φωνῆς, τὸ δὲ πάθος καὶ τὸν θάνατον διὰ τοῦ ὕδατος ἐν τῷ σώματι γράφομεν, τυποῦντες ἡμᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ μακάριον εἶδος ἐκεῖνο καὶ τὴν μορφήν. Οὐκ ἄδηλον μὲν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι πανταχόθεν τῶν περὶ τὸ βάπτισμα θεωρουμένων ἀπό τε τῆς τάξεως αὐτῆς τῶν τε ὀνομάτων, ὅθεν αὐτὸ καλοῦμεν, ἀπό τε τῶν ἐπ' αὐτῷ τελουμένων καὶ ᾀδομένων ἐκεῖνο γινώσκομεν, τὴν ἐν τῷ Χριστῷ ζωὴν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνειν. Τί δέ ἐστιν αὐτὸ τὸ εἶναι τὴν ζωὴν, λοιπὸν ἂν εἴη σκοπεῖν. Ἐπεὶ γὰρ τὰ μὲν ἀπολλύμεθα, τὰ δὲ γινόμεθα, καὶ τὰ μὲν ῥίπτομεν, τὰ δὲ σώζομεν, εἴ τί ἐστιν ἑκάτερον τούτων γένοιτο δῆλον, δῆλον ἂν εἴη τί ἐστιν αὐτὸ τὸ « κατὰ Χριστὸν ὑποστῆναι. » Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν ἁμαρτία, τὸ δὲ δικαιοσύνη, καὶ τὸ μὲν ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, τὸ δὲ ὁ καινός. Μᾶλλον δὲ ἀκριβέστερον ἔτι περὶ τούτων σκοπῶμεν.

D Idcirco Trinitas quidem in voce est; passionem autem et mortem per aquam repræsentamus, nos ipsos ad beatam illam speciem atque formam informantes. Ex dictis itaque patet, nos undique ex his quæ circa baptismum considerantur, et ex ordine ipso, et ex vocabulis, quibus afficitur, et ex cæremoniis, et verbis quæ in eo administrando adhibentur, illud discere, vitam in Christo a lavacro essentiæ suæ principium capere. Quid autem sit ipsum hoc, esse vitam, deinceps exsequamur. Quoniam enim alia perdimus, alia fimus, et alia projicimus, alia servamus, si constabit quid utrumque horum sit, constabit etiam, quid sit ipsum hoc, « secundum Christum subsistere. » Est igitur illud quidem peccatum, hoc justitia; et illud vetus homo, hoc novus. Sed accuratius hæc dispiciamus.

[61] I Joan. I, 1. [62] Rom. X, 10. [63] I Petr. II, 21.

Digitized by Google

Cum peccatum duplex sit, et in utrumque cadat, hoc est, et aliud in actione, aliud in habitu vertatur et hæreat, actio ipsa aliquando non adest, neque manet, sed simul ac patrata est, esse desinit, sicut telum mox ut vibratum est, præteriit. Reliquit autem vulnus peccatum actionis his qui illud operati sunt, et vestigium improbitatis, confusionem et reatum pœnæ. Habitus autem a perversis actionibus, veluti morbus quidam, corrupta voluntate animabus inditus, stabilis est, et vinculis insolubilibus animam astringit, sensusque et cogitata in servitutem redigit, et captos tractat ut qui pessime in actiones sceleratissimas eos inducens, per quas ipse conflatus est, et quas semper parit, generatus et generans secundum idem, et in orbem quodammodo; unde nullus peccandi finis, dum habitus actiones producit, accessione autem actionum habitus augescit: et ita utrisque malis invicem perpetuo progredientibus, peccatum vivit, ego vero mortuus sum: siquidem non heri, nec nuper peccatum cepit initium, sed ex quo nati sumus. Mox enim ut Adamus maligno sua concredidit, bonumque Dominum contempsit, et voluntate distortus ac perversus est, et anima sanitatem illam ac bonum habitum perdidit, etiam corpus eadem via incessit, seque illi accommodans, sicut instrumentum in manu artificis, simul perversum est. Anima namque cum corpore propter arctissimam conjunctionem conspirat. Signum hujus rei: rubescit enim corpus cum illam pudet, et cum illa angoribus obsidetur, contabescit. Procedente autem natura, et genere nostro a primo illo corpore latius se diffundente ac propagante per corpora posterorum, etiam pravitas, velut quidpiam naturale, dilata est.

Quia vero corpus non solum ex animæ motibus simul afficitur, sed et suos cum ea communicat (gaudet enim simul anima, et simul dolet: et temperantes quidam sunt atque ingenui, quia corpus sic est affectum et natum), ideo sequebatur, etiam uniuscujusque animam primi Adami vitiositatem pro hæreditate adire, ab anima quidem illius ad corpus, a corpore autem illius ad posterorum corpora, et ab ipsis corporibus ad animas dimanantem. Et sic est vetus homo, quem cum, ut vitiositatis seminarium, a primis parentibus acceperimus, et cum eo in lucem simus editi, nullum diem peccato purum vidimus, nec a pravitate liberi unquam spiravimus, sed ut Propheta ait, « alienati sumus a vulva, erravimus ab utero »[a], nec infelici illo patrimonio, peccato videlicet, ab auctoribus generis nostri ad nos propagato, nec hæreditate malorum contenti fuimus, sed adeo vitiis nos insuper inservimus, et infandas divitias exaggeravimus, ut posterioribus priora obruerimus, imitatoresque ipsis exemplaribus multo deteriores evaserimus. Et quod maximum est omnium,

A Τῆς ἁμαρτίας διττῆς οὔσης καὶ εἰς ἄμφω χωρούσης, καὶ τῆς μὲν ἐν ταῖς ἐνεργείαις γενομένης, τῆς δὲ ἐν τῇ ἕξει συνισταμένης, ἡ ἐνέργεια αὐτὴ μὲν οὐ πάρεστιν ἐνίοτε, οὐδὲ μένει, ἀλλ' εὐθύς τε ἐγένετο καὶ οὐκ ἔστι, καθάπερ βέλος ἅμα τῷ πλῆξαι παρελθόν· καταλείπει δὲ τὸ τραῦμα τοῖς εἰργασμένοις, τοὺς τύπους τῆς κακίας καὶ τὴν αἰσχύνην καὶ τὸ ὑπόχρεως εἶναι δίκης. Ἡ δὲ ἕξις ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἐνεργειῶν, καθάπερ νόσος ἐκ διεφθαρμένης διαίτης ταῖς ψυχαῖς ἐντεθεῖσα, μόνιμός ἐστι καὶ δεσμοῖς ἀλύτοις τὴν ψυχὴν καταδεῖ, καὶ δουλοῦται τὸ φρόνημα, καὶ τὰ πάντων κάκιστα ἐργάζεται, τοὺς ἁλόντας εἰς τὰς πονηροτάτας ἐνεργείας ἐνάγουσα, δι' ὧν συνέστη καὶ ἃς ἑκάστοτε τίκτει, γεννωμένη καὶ
Τοῦτο τὸ μυστήριον ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων χρόνων χαρίσματα ἰαμάτων καὶ προφητείας καὶ γλωσσῶν καὶ τοιαῦτα τοῖς βαπτιζομένοις παρεῖχεν, ἃ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἀνθρώποις ἅπασιν ἀπόδειξιν εἶχε προφανῆ· τούτων γὰρ ἔδει τηνικαῦτα τοῦ Χριστιανισμοῦ πηγνυμένου καὶ τῆς εὐσεβείας ἔτι καθισταμένης. Νῦν δὲ καὶ τοιαῦτα μὲν ἐνίοις ἐκεῖθεν ὑπῆρξε, καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ὀλίγῳ προτέρων καὶ περὶ τῶν μελλόντων εἶπον, καὶ δαίμονας ἐξέβαλον καὶ νόσων ἀπήλλαξαν, εὐξάμενοι μόνον, καὶ οὐ περιόντες ἐν τῷ βίῳ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τάφοι τὸ ἴσον ἐδυνήθησαν τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας οὐδὲ νεκρῶν ἀφισταμένης τῶν μακαρίων. Ἃ δὲ Χριστιανοῖς ἑκάστοτε προμνᾶται τὸ μύρον, καὶ ὧν καιρὸς ἅπας ὁ χρόνος, χάρισμα εὐσεβείας καὶ εὐχῆς καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ καὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοῖς δεχομένοις αὐτοῖς ἐστιν ἐν καιρῷ· εἰ καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ταυτὶ διαφεύγει, καὶ ὅση τίς ἐστιν ἡ τοῦ μυστηρίου δύναμις λέληθε, καὶ κατὰ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν εἰρημένον, « Οὐδ' ὅτι Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἔγνωσαν, » παρ' αὐτὸ μὲν τὸ τελεῖσθαι τῷ πρὸ τῆς ἡλικίας τοῦ μυστηρίου τυγχάνειν τῶν δώρων ἀναισθήτως διατεθέντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας ἐφ' ἃ μὴ δεῖ τετραμμένοι καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ἀποτυφλώσαντες ὀφθαλμόν. Ὡς τό γε ὀληθὲς τὸ Πνεῦμα κοινωνεῖ τοῖς τελουμένοις τῶν ἑαυτοῦ, « διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται, » καὶ οὐκ ἐπέλιπεν ἡμᾶς ὁ Δεσπότης εὐεργετῶν, οἷς ἐπηγγείλατο συνεῖναι μέχρι παντός. Οὐ γὰρ ἡ τελετὴ μάτην. ἀλλὰ καθάπερ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου λουτροῦ καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ οὐκ ἂν παύσαιτο ταῦτα μέχρις ἂν αὐτὸς φανερῶς ἡ τούτων ὑπόθεσις ἐπιστῇ· τὸν ἴσον τρόπον καὶ τοῦ θειοτάτου μύρου Χριστιανοὺς ἀπολαύειν ἃ προσῆκε καὶ τῶν δωρεῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετέχειν πᾶσα ἀνάγκη. Ποῦ γὰρ ἀκόλουθον, τῶν ἱερῶν τελετῶν τὰς μὲν ἐνεργοὺς εἶναι, τῆς δὲ μηδὲν ὄφελος εἶναι, καὶ περὶ μὲν ἐκείνων κατὰ Παῦλον ἡγεῖσθαι τὸν ἐπαγγειλάμενον εἶναι πιστὸν, περὶ δὲ ταύτης ἀμφιγνοεῖν; Δέον ἢ μηδεμιᾶς ἢ καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἴσα καταψηφίζεσθαι, τῆς αὐτῆς δυνάμεως διὰ πασῶν ἐνεργούσης

Atque hoc sane mysterium superioribus ætatibus donis sanitatum, et prophetiæ, et linguarum, et hujusmodi, baptizatos exornabat, quæ immensam Christi potentiam universis hominibus luculenter testabantur; his enim tunc opus erat, quando Christianismus adhuc fundabatur, et religio adhuc construebatur. Etiam talia quibusdam inde collata sunt et nostro et paulo superiore sæculo: nempe futura prædicere, et dæmones expellere, et solis precibus morbos depellere. Nec superstites modo, sed jam tumulis mandati eadem æque poterant, spirituali efficientia beatos ac mortuos quidem deserente. Quæ autem Christianis semper unguentum istud conciliat, et quæ omni tempore opportuna sunt, ea sunt donum pietatis, precationis, charitatis, castitatis, et aliorum, quæ suscipientibus percommoda accidunt: etsi multos Christianos hæc fugiunt, et quanta sit hujus mysterii vis, latet, et juxta illud quod in Actis scribitur, « Neque si Spiritus sanctus sit, noverunt [7], » quosdam in ipsa initiatione, quod ante ætatem hoc mysterium adipiscuntur, ad dona intelligenda inepti: quosdam florentibus annis, quibus ad flagitia conversi, oculum animæ excæcant. Igitur revera Spiritus initiatis sua munera largitur, « dividens seorsum singulis prout vult [8]. » Nec Dominus benefaciens nos relinquit, quibuscum usque ad consummationem sæculi futurum se est pollicitus. Non enim est inanis et supervacanea hæc initiatio, sed sicuti remissionem peccatorum a divino lavacro, et a sacra mensa Christi corpus accepimus, nec ista ante desinent, quam ipse horum fundamentum palam advenerit: eodem modo et sacratissimo unguento Christianos frui convenit, et donorum sancti Spiritus participes evadere prorsus oportet. Qui enim consentaneum foret, sacrorum initiamentorum alia quidem efficientiam suam complecti, istius fructum nullum esse? et in iis quidem secundum Paulum arbitrari promissorem fidelem esse, de hoc ambigere? cum aut de nullo bene, aut de aliis etiam paria sentire necesse sit, quando quidem ea-

C

D

[5] Hebr. IX, 14, 28. [6] Hebr. IV, 14. [7] Act. XIX, 2. [8] I Cor. XII, 11.

Digitized by Google

dem virtus per omnia operatur, et una unius agni immolatio, ejus mors, et sanguis perfectionem omnibus confert. Datus est igitur vere Spiritus sanctus, illis, ut aliis queant benefacere, et ut Paulus loquitur[9], Ecclesiam ædificare, eventura prædicentes aut mysteria tradentes, aut morbos verbo profligantes: his, ut ipsi fiant meliores, pietate, aut castitate, aut charitate, aut præstanti humilitate illustres. Possumus enim animo et moribus pudicitiam colere, et nos ad justitiam exercere, et ad preces charitatemque incumbere. Aliæ item probitates consectandæ sunt. Præterea possumus a Deo excitati perturbationibus imperare, et humanitatem æquitatemque colere, et in reliqua philosophia Christiana versari. Quemadmodum enim vitia quædam feralia sunt in hominibus, qui a spiritibus malignis exagitantur: sic contra ipso Deo movente, divinæ virtutes et supra humanum captum reperiuntur. Qua ratione dilexit beatus Paulus, mansuetus fuit David, et alius aliud eximium ac laudabile, et ultra modulum humanum habuit ac demonstravit. Scribens enim Philippensibus, ait se illos diligere « in visceribus Jesu Christi [10]. » De Davide Deus, « Inveni virum secundum cor meum [11]. » Imo etiam fides donum est spirituale, quod apostoli Salvatorem poscunt, « Adauge, inquiunt, nobis fidem [12]. » Et ipsemet Salvator sanctificationem a Patre illis precatur: « Sanctifica eos, inquit, in veritate [13]; » deditque Deus illi quod precabatur: « Et ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [14], » virtutem precandi suppeditans, uti reor. Et prorsus juxta hanc rationem Spiritus sanctus est spiritus sapientiæ, et spiritus intellectus, et consilii et fortitudinis, et pietatis, et aliorum, a quibus nomina sortiuntur, quibuscum sua communicat [15].

Universis igitur initiatis, mysterium quod suum est facit; quanquam cognitio donorum, et studium divitiarum istarum utiliter collocandarum, non omnibus inest; aliis quidem propter immaturam ætatem nondum id intelligentia assequentibus; aliis quia præparati non sunt, nec debitam alacritatem præ se ferentibus. Quorum quibusdam postea delictorum pœnitentia et lacrymæ, et vita ad virtutis amussim directa infusam animabus gratiam monstravit. Unde et Paulus ad Timotheum, « Noli negligere gratiam, inquit, quæ in te est [15a]; » quod nihil proficiamus, quamvis donum acceperimus, si socordes et ignavi simus, et quod labore vigiliisque opus sit his, qui animam istorum actricem habere concupiscunt. Quocirca si quis bonus charitate, aut puritate castitatis, aut humilitate summa, aut pietate eximia, aut aliquo demum horum excellit, quæ hominis facultatem exsuperant, causa unguento sacratissimo tribuenda est, credendumque ipsi quidem data esse, quando unctionis mysterio donatus est: postea vero illum ad actionem se dedisse. Idem de iis sentiendum, qui exquisite

A καὶ μιᾶς σφαγῆς ἑνὸς ἀμνοῦ καὶ ταὐτοῦ θανάτου καὶ αἵματος τὴν τελείωσιν ἁπάσαις παρεχομένων. Δίδοται τοίνυν ἀληθῶς τὸ ἅγιον, τοῖς μὲν ἵνα τοὺς ἄλλους εὖ ποιῆσαι δυνηθῶσι καὶ, ἧ φησι Παῦλος, Ἐκκλησίαν οἰκοδομῆσαι, περὶ τοῦ μέλλοντος εἰπόντες, ἢ μυστήρια διδάξαντες, ἢ νόσων ἀπαλλάξαντες λόγῳ, τοῖς δὲ ὅπως αὐτοὶ γένωνται βελτίους, εὐσεβείᾳ λάμψαντες ἢ σωφροσύνῃ ἢ ἀγάπῃ ἢ ταπεινοφροσύνῃ ὑπερβολῇ. Καὶ γάρ ἐστι μὲν σωφρονῆσαι λογισμῷ καὶ ἕθει χρησάμενον, καὶ τὸ ἦθος εἰς δικαιοσύνην ἀσκῆσαι καὶ εὔξασθαι καὶ ἀγαπῆσαι καὶ τἆλλα δὴ γενέσθαι σπουδαῖον· ἔστι δὲ καὶ παρὰ Θεοῦ κινούμενον τὴν γνώμην παθῶν κρατῆσαι καὶ φιλανθρωπεύσασθαι καὶ δικαιοπραγῆσαι, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιδεδεῖχθαι φιλοσοφίαν. Καθάπερ γὰρ κακίαι θηριώδεις B εἰσὶν ἐν ἀνθρώποις ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἐνεργουμένοις πνευμάτων, οὕτω καὶ τοὐναντίον ἀρεταὶ θεῖαι καὶ ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπινον νόμον αὐτοῦ κινοῦντος τοῦ Θεοῦ· ὃν τρόπον ἠγάπησε μὲν ὁ μακάριος Παῦλος, πρᾶος δὲ ἦν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἄλλος ἄλλοτι τῶν ἐπαινομένων ὑπὲρ τὸν εἰκότα τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείξατο λόγον. Ὁ μὲν γὰρ φιλεῖν ἔγραψε Φιλιππησίους « ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, » περὶ δὲ τοῦ Δαβὶδ, « Εὗρον, φησὶν ὁ Θεός, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. » Καὶ μὴν καὶ πίστις δῶρόν ἐστι πνευματικόν, ὃ δέονται λαβεῖν οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος, « Πρόσθες ἡμῖν, » λέγοντες, « πίστιν, » καὶ αὐτὸς εὔχεται αὐτοῖς ἁγιασμὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς, « Ἁγίασον αὐτούς, » λέγων, « ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· » καὶ δίδωσιν ὁ Θεὸς εὐχὴν C τῷ εὐχομένῳ, καὶ αὐτὸ « τὸ Πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, » δύναμιν εὐχῆς οἶμαι παρέχον. Καὶ ὅλως τὸν λόγον τοῦτον πνεῦμα σοφίας ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ πνεῦμα συνέσεως καὶ βουλῆς καὶ ἰσχύος καὶ εὐσεβείας καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἐπωνύμους δείκνυσιν, οἷς μεταδίδωσι τῶν αὐτοῦ.

Πάντας μὲν οὖν τοὺς μεμυημένους τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖ τὸ μυστήριον· αἴσθησις δὲ τῶν δώρων καὶ σπουδὴ περὶ τὸν πλοῦτον, ὥστε χρήσασθαι τοῖς δεδομένοις, οὐ πᾶσι, τοῖς μὲν διὰ τὴν ἡλικίαν οὔπω λαβεῖν νοῦν δυνηθεῖσι, τοῖς δὲ τῷ μὴ παρεσκευάσθαι μηδὲ τὴν γιγνομένην ἐπιδείξασθαι προθυμίαν, ὧν ἐνίοις ὕστερον ὧν ἥμαρτον μετάνοια καὶ δάκρυα καὶ βίος κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὴν ἐντεθεῖσαν ταῖς ψυχαῖς ὑπέδειξε χάριν. Ὅθεν καὶ Παῦλος Τιμοθέῳ D γράφων, « Μὴ ἀμέλει, φησὶ, τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, » ὡς οὐδὲν ὂν πλέον ἡμῖν καὶ τὸ δῶρον δεξαμένοις ἂν ῥᾳθυμῶμεν, καὶ ὅτι δεῖ πόνου καὶ ἀγρυπνίας τοῖς βουλομένοις ἐνεργὸν τὰ τοιαῦτα τὴν ψυχὴν ἔχειν· ὥστε εἴ τις τῶν σπουδαίων ἀγάπῃ φαίνεται διενεγκὼν ἢ καθαρότητι σωφροσύνης ἢ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολῇ ἢ εὐσεβείας ἢ τῶν τοιούτων τινὸς ὑπὲρ τὸ εἰκὸς τῶν ἀνθρώπων τούτων, αἰτιᾶσθαι δεῖ τὸ θειότατον μύρον καὶ πιστεύειν αὐτῷ δεδόσθαι μὲν, ὅτε τοῦ μυστηρίου μετεῖχε, τὸ δῶρον, γενέσθαι δὲ ἐνεργὸν ὕστερον· τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ τῶν ἀκριβῶς μελλόντων λέγειν εἰδέναι, καὶ τοῖς τὴν γνώμην ἐλαυνομένοις καὶ ἄλλως ἀσθενοῦσι σωτῆρας εἶναι

[9] I Cor. xiv, 5. [10] Philipp. i, 8; Act. xiii, 22. [11] I Reg. xvi, 12, 13. [12] Luc. xvii, 5. [13] Joan. xvii, 17. [14] Rom. viii, 26. [15] Isa xi, 2. [15a] I Tim. iv, 14.

Digitized by Google

πέρα μηχανῆς ἁπάσης, καὶ τἄλλα τοὺς ἐπιδεξαμένους ἀπὸ τοῦ μυστηρίου λαβόντας ἔχειν. Εἰ γὰρ μήτε παρ' αὐτὸ τὸ τελεῖσθαι τὸ μυστήριον ἐνεργοὺς δείκνυσι τοὺς τελουμένους τὰς πνευματικὰς ἐνεργείας, μήτε ὧν χρόνῳ ὕστερον αὐτοὶ πνευματικῶς ἐνεργοῦσι, τὴν τελετὴν αἰτιᾶσθαι προσῆκε, τί δεῖ καὶ μυηθῆναι; πρὸς τί δ' ἂν ἡμῖν ἡ τοῦ μύρου τοῦ θείου μύησις ἔτι φέροι, χορηγεῖν ὑπὲρ οὗ ζητεῖται μὴ δυναμένη; Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκότως ἔστιν εἰπεῖν, ὡς εἰ μὴ ταῦτα ἀπολαύσομεν τοῦ χρίσματος, ἄλλο τι δύναιτ' ἂν ἡμῖν ἡ τελετὴ βοηθεῖν. Εἰ γὰρ ἅπερ ἐπαγγέλλεται, καὶ πρὸς ἃ πᾶσα φέρεται, καὶ περὶ ὧν ὁ τελεστὴς εὔχεται, καὶ ἃ πείθει τὸν τελούμενον ὡς αὐτίκα λήψεται, τούτων τυχεῖν οὐ δίδωσιν, ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν ἐκεῖθεν σχολῇ γε δεῖ προσδοκᾶν· εἰ δ' οὐ μάτην τὸ μυστήριον, ὅτι μηδὲ ἄλλο τῶν Χριστιανικῶν οὐδέν, « Οὐ γὰρ κενόν, φησί, τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, » εἴ τινα πνευματικὴν ἐνέργειαν εὑρεῖν ἔστιν ἐν ἀνθρώποις καὶ τοῦ κύκλου τῶν ἐκεῖθεν χαρίτων, εἰς τὰς εὐχὰς ἀναφέρειν ἀνάγκη ταύτας καὶ τὸ χρίσμα τὸ ἱερόν.

Ὅλως γὰρ οὔτε ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀγαθόν, ὃ τῷ Θεῷ διαλλαγεῖσιν ἐκεῖθεν ὑπῆρξεν ἀνθρώποις, ὃ μὴ διὰ τοῦ καταστάντος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων παρεσχέθη μεσίτου, οὔτε τὸν μεσίτην εὑρεῖν καὶ λαβεῖν καὶ τῶν ἐκείνου τυχεῖν ἄλλο τι δίδωσιν ἡμῖν τῶν ἁπάντων ἢ τὰ μυστήρια· ταῦτα γὰρ συγγενεῖς ἡμᾶς ποιεῖ τῶν αἱμάτων ἐκείνων, καὶ ὧν εἴληφε διὰ τὴν σάρκα χαρίτων καὶ ὧν παθεῖν ἠνέσχετο κοινωνούς. Ἐπεὶ γὰρ δυοῖν ὄντοιν, ἃ τῷ Θεῷ συνίστησι καὶ ἐν οἷς πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, τοῦ τε τὰ ἱερώτατα μυστήρια μυηθῆναι, καὶ τοῦ πρὸς ἀρετὴν ἀσκῆσαι τὴν γνώμην, τοῦ δευτέρου, λέγω δὴ τῆς ἀνθρωπείας σπουδῆς, οὐδὲν ἄλλο γένοιτ' ἂν ἔργον ἢ τὰ δοθέντα σῶσαι καὶ μὴ προδοῦναι τὸν θησαυρόν· λείπεται δὴ μόνην χορηγὸν ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων τὴν τῶν μυστηρίων δύναμιν εἶναι. Καὶ μὴν τῶν τελετῶν ἄλλης μὲν ἔργον ἄλλο τι, Πνεύματος δὲ καὶ τῶν ἐκείνου μετειληφέναι δώρων τοῦ παναγοῦς ἐξήρτηται μύρου· διὰ ταῦτα κἂν μὴ παρ' αὐτὸν τὸν τῆς τελετῆς χρόνον, ὕστερον δὲ πολλῷ πνευματικὴν δυνηθῇ τις ἐπιδείξασθαι δωρεάν, οὐ δεῖ τὴν αἰτίαν καὶ ὅθεν ἡ δύναμις ἀγνοεῖν. Ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦ βαπτίσματος φωτισμὸς ἐνίεται μὲν εὐθὺς λουσαμένων ταῖς τῶν τελουμένων ψυχαῖς, ἔστι δὲ τηνικαῦτα ὅῆλος οὐ πᾶσιν, ἐνίοις δὲ τῶν σπουδαίων διὰ χρόνου φαίνεται ἱδρῶσι πολλοῖς καὶ πόνοις καὶ τῇ περὶ τὸν Χριστὸν ἀγάπῃ τὸν τῆς ψυχῆς καθάρασιν ὀφθαλμὸν, διὰ τοῦτο τὸ μύρον προσευχῆς μὲν οἶκοι πρὸς τὰς εὐχὰς ἡμῖν βοηθοῦσι. Χριόμενοι γὰρ τῷ μύρῳ τοῦτ' αὐτὸ γίνονται ἡμῖν ὃ καλοῦνται, διότι τὸ κενωθὲν μύρον παράκλητος ἡμῖν ἐστι πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κεκένωται καὶ χρίσμα γέγονε, καὶ μέχρι τῆς φύσεως ἐχέθη τῆς ἡμετέρας. Τὰ θυσιαστήρια δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος μιμεῖται χεῖρα,

A dicturi, et animos impulsuri, et alioqui ægros sine ullo molimine sanaturi sunt, et qui alia dona acceperunt, eos videlicet illa a mysterio accepta habere. Si enim nec ipsa mysterii collatio initiatos spiritualium operum exsecutores reddit, nec quæ tempore procedente ipsi spiritualiter operantur, initiationi in acceptis referenda sunt, quid necesse est initiari? Quorsum porro nobis divina hæc inunctio conducet, cum, propter quod expetitur, suppeditare non possit? Nec illud merito responderi queat, quanquam unctio hunc nobis fructum non pariat, posse tamen nos adjuvare. Si enim quæ promittit, et ad quæ tota tendit, quæ initiator orat, et quæ initiando persuadet mox accepturum, si hæc consequi non dat, aliud inde bonum

B haudquaquam exspectandum est. Quod si non est inane mysterium, quia nec aliud Christianum ullum, « Non enim inanis est, inquit, prædicatio nostra, neque inanis fides vestra[16]; » si quam operationem spiritualem invenire est inter homines, et ex orbe illo spiritualium gratiarum, eam ad hasce preces et unctionem sacram referre necessario debemus.

Plane enim non est, non est, inquam, ullum bonum, inde hominibus Deo reconciliatis præstitum, quod non per mediatorem inter Deum et homines constitutum nobis sit collatum; neque ut mediatorem inveniamus, et apprehendamus, et illius bona assequamur, ab alio ex omnibus, quam

C a sacramentis ad piscimur. Nam hæc nos illi quasi consanguineos, et cruciatuum quos sustinuit, et gratiarum, quas propter carnem accepit, participes efficiunt. Cum enim duo sint, quæ homines Deo commendent, et quibus tota salus humana fulcitur, alterum ut mysteriis sacratissimis initiemur, alterum, ut animum ad virtutem appellamus, humana, inquam, diligentia, nihil aliud opus fuerit, quam data servare, et thesaurum non prodere. Relinquitur ergo, solam mysteriorum virtutem omnium bonorum nobis largitricem esse. Atqui horum alius effectus et opus est, Spiritus illiusque donorum

D communio a sanctissima unctione pendet. Ideirco, tametsi non ipso initiationis tempore, sed multo post, spirituale donum ad rem conferre quis poterit, nihilominus causam, et unde robur illud, ignorare non convenit. Nam et baptismi illuminatio mox quidem ablutorum animabus immittitur; at non tunc ab omnibus cernitur, sed a quibusdam probis post intervallum cognoscitur, qui multis sudoribus et laboribus, et charitate erga Christum oculum animæ perpurgarunt. Propter istam unctionem domus orationis ad preces nobis auxiliantur. Unctæ enim unguento hoc ipsum nobis fiunt, quod vocantur, quoniam effusum unguentum, advocatum est nobis apud Deum et Patrem, et ob hoc ipsum, quod effusum est, et chrisma factum, et usque ad animam nostram effusum est. Altaria autem

[16] I Cor. xv, 14.

Digitized by Google

Salvatoris imitantur manus, et panem a mensa deliA buta, velut ab incorrupta illa manu, Christi corpus accipimus, et sanguinem ejus bibimus, vel ut illi quos Dominus primos tali convivio accepit, poculum plane tremendum propinans. Quoniam enim ipse idem et sacerdos est, et altare, et hostia, et offerens, et quo offert, et quod offert; mysteriis rem divisit, et illud pani benedictionis, hoc unguento tribuit. Etenim altare quidem est Salvator, sacrificans propter chrisma. Altare enim inde ab initio inst tutum est, ut ungeretur; et sacerdotibus hoc erat sacerdotes esse, inunctos esse. Sacrificium autem propter crucem et mortem, qua pro Dei et Patris gloria mortuus est: mortem porro et immolationem illam annuntiamus, quoties, inquit [17], panem hunc comedimus. Insuper et unguentum, et unctio B est Dominus propter Spiritum sanctum. Idcirco facere quidem sanctissima omnium, et sanctificare, at sanctificari, et quidvis tandem pati non poterat. Hæc autem altaris, et sacrificantis, et offerentis, non oblati et sacrificati erant. Nam et altare sanctificare dicitur: « Altare, inquit, quod sanctificat donum [18]. » Panis vero propter carnem sanctificatam et deificatam, et quæ ambo hæc, tum unctionem, tum plagas accepit. Inquit enim, « Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo (videlicet sacrificans) pro mundi vita [19]. » Ideo offertur quidem ut panis, offert autem ut unguentum, et semet carnem deificans, et nos unctionis consortes accipiens. Quorum typum Jacob subosten- C dens, cum lapidem oleo unxisset, Domino dedicavit [20], ei ungendo offerens: sive carnem Salvatoris summum angularem lapidem insinuans, quatenus divinitatis effudit unguentum verus Israel, mens quæ sola novit Patrem; sive nos, quos ex lapidibus excitavit filios Abrahæ, participes unctione faciens. Spiritus enim sanctus super unctos effusus, et alia nobis, et Spiritus adoptionis filiorum est: « Et testimonium, inquit, reddit spiritui nostro, quod filii Dei sumus, in cordibus nostris clamans, Abba Pater [21]. » Ad hæc prodest sanctissimum unguentum volentibus in Christo vitam exigere.

καὶ τὸν ἄρτον ἀπὸ τῆς ἀληλιμμένης τραπέζης ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἀκηράτου χειρὸς ἐκείνης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ πίνομεν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, καθάπερ οἷς πρώτοις ὁ Δεσπότης τῆς ἱερᾶς ἐκοινώνησε τραπέζης, τὴν φρίκης γέμουσαν φιλοτησίαν προπίνων. Ἐπεὶ γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ ἱερεύς ἐστι καὶ θυσιαστήριον, καὶ θυσία καὶ προσάγων, καὶ δι' οὗ προσάγει καὶ ὃ προσάγει, τοῖς μυστηρίοις διεῖλεν, ἐκεῖνο μὲν τῷ τῆς εὐλογίας ἄρτῳ, ταῦτα δὲ τῷ μύρῳ δεδούς. Καὶ γὰρ θυσιαστήριον μέν ἐστιν ὁ Σωτὴρ, καὶ θύων διὰ τὸ χρίσμα· τό τε γὰρ θυσιαστήριον ἄνωθεν οὕτω καθίστατο χριόμενον, τοῖς τε ἱερεῦσι τοῦτο ἦν ἱερεῦσιν εἶναι τὸ χριστοῖς εἶναι, θυσία δὲ διὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπέθανε δόξης· τὸν θάνατον δὲ καταγγέλλομεν καὶ τὴν σφαγὴν, ὁσάκις, φησὶ, τὸν ἄρτον τοῦτον ἐσθίομεν. Ἔτι δὲ μύρον μέν ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ χρίσμα διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' ὃ δρᾶσαι μὲν τὰ ἱερώτατα πάντων καὶ ἁγιάσαι, ἁγιασθῆναι δὲ καὶ ὁτιοῦν παθεῖν οὐδὲν εἶχε. Ταῦτα δὲ θυσιαστηρίου τε ἦν καὶ θύοντος καὶ προσάγοντος, οὐ προσαγομένου καὶ θυομένου· καὶ γὰρ καὶ τὸ θυσιαστήριον ἁγιάζειν λέγεται, « Τὸ θυσιαστήριον γὰρ, φησὶ, τὸ ἁγίαζον τὸ δῶρον, » ἄρτος δὲ τῆς σαρκὸς ἕνεκα τῆς ἁγιασθείσης καὶ θεωθείσης καὶ ἄμφω ταῦτα, τό τε χρίσμα δεξαμένης καὶ τὴν πληγήν. « Ὁ γὰρ ἄρτος, φησὶν, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω, » δηλονότι θύων ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Διὰ ταῦτα προσάγεται μὲν ὡς ἄρτος, προσάγεται δὲ ὡς μύρον, καὶ ἑαυτὸν τὴν σάρκα θεώσας καὶ ἡμᾶς λαμβάνων τοῦ χρίσματος κοινωνούς, ὧν Ἰακὼβ ὑποφαίνων τὸν τύπον ἐλαίῳ λίθον ἀλείψας ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, τούτῳ δὴ τῷ χρῖσαι προσαγαγών· εἴτε τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος τὸν ἀκρογωνιαῖον αἰνιττόμενος λίθον, ᾗ τὸ τῆς θεότητος ἐπέχεε μύρον ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ, ὁ νοῦς ὁ μόνος εἰδὼς τὸν Πατέρα, εἴτε ἡμᾶς, οὓς ἐκ τῶν λίθων αὐτὸς ἐγείρει τέκνα τῷ Ἀβραὰμ τῷ μεταδοῦναι τοῦ χρίσματος. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιχεόμενον χριομένοις τά τε ἄλλα ἡμῖν καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας ἐστὶ καὶ « μαρτυρεῖ, » φησὶ, « τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κράζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Τοιαῦτα βοηθεῖ τὸ θειότατον μύρον τοῖς ζῆν ἐν Χριστῷ βουλομένοις.

[17] I Cor. xi, 26. [18] Matth. xxiii, 19. [19] Joan. vi, 33-35. [20] Gen. xxviii, 19. [21] Rom. viii, 15

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν ἡ ἱερὰ κοινωνία.

DE VITA IN CHRISTO

LIBER QUARTUS.

Quam ei commoditatem pariat sacrosancta Communio.

Μετὰ δὲ τὸ μύρον ἐπὶ τὴν τράπεζαν εἶμεν, τοῦτο A τῆς ζωῆς τὸ πέρας, οὗ γενομένοις οὐδενὸς ἤδη δεήσει πρὸς τὴν ζητουμένην εὐδαιμονίαν. Οὐκέτι γὰρ θάνατον καὶ τάφον καὶ ζωῆς ἀμείνονος κοινωνίαν, ἀλλ' αὐτὸν ἐντεῦθεν κομιζόμεθα τὸν ἀναστάντα, οὐδὲ τῶν τοῦ Πνεύματος δώρων, ὅσα λαβεῖν ἔξεστιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν εὐεργέτην, τὸν νεὼν αὐτὸν, ᾧ πᾶς ὁ τῶν χαρίτων ἵδρυται κύκλος. Ἔστι μὲν γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν μυστηρίων, καὶ τοῦτον αὐτὸν καὶ χριόμεθα καὶ λούμεθα, καὶ οὗτος ἡμῖν τὸ δεῖπνον· σύνεστι δὲ τοῖς τελουμένοις, καὶ τῶν αὐτοῦ μεταδίδωσιν, οὐ τὸν αὐτὸν ἐν ἅπασι τρόπον, ἀλλὰ λούων μὲν κακίας τὸν πηλὸν ἀπαλλάττει καὶ τὴν μορφὴν ἐντίθησιν αὐτῷ τὴν αὐτοῦ, χρίων δὲ ἐνεργὸν ποιεῖται τὰς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, ὧν αὐτὸς ἐγένετο τῆς σαρκὸς ἕνεκα θησαυρός. Ἐπειδὰν δὲ ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀγάγῃ καὶ δῷ φαγεῖν τοῦ σώματος, ὅλον ἀμείβει τὸν τελεσθέντα καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν μετατίθησιν ἕξιν, καὶ ὁ πηλὸς οὐκέτι πηλὸς, τὸ βασιλικὸν δεχόμενος εἶδος, ἀλλ' αὐτὸς ἤδη σῶμα τοῦ βασιλέως, τούτου μακαριώτερον οὐδὲ ἔστιν ἐνθυμηθῆναι. Διὰ τοῦτο καὶ τελευταῖον τὸ μυστήριον, ὅτι περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἔστιν οὐδὲ προσθεῖναι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον δῆλόν ἐστι τοῦ μέσου δεόμενον καὶ τοῦτο τοῦ τελευταίου. Μετὰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν οὐκ ἔστιν ἐφ' ὃ χωροῦμεν, ἀλλ' ἐνταῦθα δεῖ στάντας ἐκεῖνα πειρᾶσθαι σκοπεῖν, δι' ὧν ἂν γένοιτο σῶσαι διὰ τέλους τὸν θησαυρόν. Καὶ τοίνυν βαπτισαμένους τὸ μυστήριον μὲν τὰ αὐτοῦ ἡμᾶς εἰργάσατο πάντα· ἡμεῖς δὲ τελείως ἔτι δέομεν ἔχειν. Οὔπω γὰρ τὰ δῶρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἃ τοῦ παναγοῦς ἐξήρτηται μύρου. Τοῖς γὰρ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου βαπτισαμένοις οὐ προσῆν οὐδέπω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῶν χαρίτων ἕνεκα τούτων, ἀλλ' ἐδέησεν ὑπὲρ τούτου τῶν Ἰωάννου καὶ Πέτρου χειρῶν. « Οὔπω γάρ ἦν, φησὶν, ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ἦσαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. » Καὶ τούτου δὲ τυχόντες καὶ τῆς τελετῆς τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἐν ἡμῖν ἐπιδειξαμένης, τὴν μὲν δοθεῖσαν ἔχομεν χάριν, τἆλλα δὲ οὐ πάνυ συμβαίνειν ἀνάγκη

Post sacram unctionem ad sanctam mensam progredimur, quæ vitæ hujus, de qua agimus, finis ac meta est ; quam cum attigerimus, nihil jam nobis ad quæsitam et optatam felicitatem deerit. Non amplius quippe mortem, et sepulcrum, et melioris vitæ communitatem, sed ipsum qui resurrexit ; neque donorum Spiritus quantum capi potest, sed ipsum benefactorem, templum ipsum, in quo totus gratiarum orbis situs est, inde accipimus. Est enim in unoquoque mysterio, et in hunc ipsum, ut ita dicam, ungimur et abluimur : seu, unctio et ablutio nostra ipse est, et idem ipse nobis cœna est. Adest autem his qui initiantur, suaque in eos illis munera confert; non sane eodem modo in omnes, sed abluens lutum vitiorum tollit, et abluto formam suam imponit; ungens autem, in operibus Spiritus sancti actuosum ac strenuum facit, quorum ipse propter carnem factus est thesaurus. Postquam vero initiatum ad mensam, ad corporis videlicet sui dona comedenda adduxerit, totum immutat, et in habitum suum transfert, ac lutum de cætero non lutum (regali nimirum effigie susceptа), sed jam ipsius regis corpus est, quo beatius cogitari nihil potest. Quamobrem et mysteriorum extremum est, quoniam ultra non proceditur : nec apponi quidquam potest. Clarum est enim, primum egere medio, et hoc, extremo. At vero post Eucharistiam haud superest quo tendamus, verum hic consistentes, illa dispicere oportet, per quæ thesaurum ad finem usque conservare possimus. Baptizatis igitur nobis sacramentum illud quæ debet præstat omnia : nos tamen perfecti nondum sumus. Nondum quippe dona sancti Spiritus habemus, quæ a sacratissimo unguento pendent. A Philippo enim baptizatis, propter beneficium istuc nondum Spiritus sanctus contigerat ; sed insuper Petri et Joannis manibus opus erat. «Nondum enim, inquit, Spiritus sanctus in quemquam eorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum[11]. » Eo ad pro

[11] Act. VIII, 16-17.

Digitized by Google

et initiatione suam in nobis virtutem exserente, gratiam quidem datam tenemus, cætera autem præstari a benefactore non admodum necesse est. Fieri enim potest, nos quorumdam pœnas debere; nec prohibet quidquam, et data nos corrumpere, et officii numeros non explere.

Cujus rei multi sunt testes, et Corinthiis id apostolis etiamnum vivis, accidit. Nam ex his qui Spiritu erant pleni, qui prophetabant, qui linguis loquebantur, aliisque ornamentis conspicui erant, tantum tamen aberat, ut prorsus divini et spiritales essent, ut invidia, ambitione importuna, contentione, et hujuscemodi vitiis laborarent. Et hæc illis exprobrans Paulus, « Adhuc carnales, inquit, estis, et secundum hominem ambulatis [23]. » Atqui spirituales erant, quod ad partem aliquam gratiarum attinet; sed hoc eis ad omnem nequitiam ex anima ejiciendam minime sufficiebat. In Eucharistia vero tale nihil est. In quibus enim panis vitæ ea operatus est, per quæ mortem evitarunt, et neque cœnantes ullo scelere obstricti sunt, neque ullum superinduxerunt, nemo tales accusaverit. Non enim potest, non potest, inquam, hoc mysterium per omnia operari, et initiatos a qualicunque imperfectione vindicare. Cur ita? Quoniam hoc est mysterium operari, quando eo affectos nihil eorum quæ adesse possunt, defecit. Mensæ enim promissio in Christo nos, et in nobis Christum habitare facit. Ait enim : « In me manet, et ego in eo [24]. » Christo in nobis manente, quid amplius requiratur? aut quod bonum nos effugiat? In Christo manentes quid aliud desiderabimus? Ille habitator noster, et ipse habitatio nostra est. O nos tali habitatione beatos : et beatos iterum, quia ejusmodi domus incolæ facti sumus. Quo namque bono egere poterunt sic affecti et constituti? Quid vitiositati, et in tanta charitate versantibus commune sit? Quid tandem mali tanto bonorum cumulo se opponat? Quid enim vel præsens subsistere, vel absens ingruere queat, quando Christus adeo familiariter nobiscum est, et nos totos penetrat, omnia interiora possidet, et nos cingit ac protegit? Nam tela extrinsecus jactata ne in nos incidant prohibet, undecunque se objiciens; est enim domus, et si quid intus vitiosum est, disjicit et expellit; est enim incola, et domum suam totam implet. Non enim aliquid ejus, sed eum ipsum continemus, nec radium aliquem ac lumen, sed solem ipsum in animas recipimus, ut inhabitemus et inhabitemur, ut induamur et induamus et permisceamur, et unus spiritus cum eo evadamus. Etenim anima et corpus, et facultates omnes repente spirituales exsistunt, quoniam anima animæ, corpus corpori, et sanguis sanguini coalescit. Quid inde? præstantiora prævalent humilioribus, et a divinis humana superantur, quodque de resurrectione Paulus scripsit: « Mortale absorbetur a vita [25]. » De cætero : « Vivo jam non ego, inquit, vivit vero in me Christus [26]. »

A τῷ εὐεργέτῃ, ἀλλ' ἀδύνατον οὐδέν· ἔστιν ὧν καὶ δίκας ὀφείλειν, καὶ οὐδὲν κωλύει τό τε μυστήριον τελεσθῆναι καὶ τὰ δοθέντα μὴ διαφθεῖραι καὶ τῶν δεόντων ἐλλειπεῖς εἶναι.

Τούτων πολλοὶ μάρτυρες, καὶ Κορινθίοις δὲ ἐτὶ τῶν ἀποστόλων συνέβη· τῶν γὰρ τοῦ Πνεύματος γέμοντες καὶ προφητεύοντες, καὶ γλώσσαις λαλοῦντες, καὶ τἆλλα ἐπιδεικνύμενοι τοσοῦτον ἀπεῖχον ἀμέλει, θείως καθάπαξ καὶ πνευματικῶς ἔχειν, ὥστε μὴ πόρρω βασκανίας καὶ φιλοτιμίας ἀκαίρου καὶ ἔριδος καὶ τῶν τοιούτων ἑστάναι κακῶν. Καὶ ταῦτα αὐτοῖς προφέρων ὁ Παῦλος, « Σαρκικοί, φησὶν, ἐστὲ B καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε· » καίτοι πνευματικοὶ ἦσαν, τό γε τῶν χαρίτων μέρος, ἀλλ' οὐδὲν ἤρκεσεν αὐτοῖς πρὸς τὸ πᾶν φαῦλον ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐκβαλεῖν. Ἐπὶ δὲ τῆς Εὐχαριστίας τούτων οὐδέν· οἷς γὰρ ὁ τῆ: ζωῆς ἄρτος ἐνεργὸς ἐγένετο, δι' ὧν ἐφυλάξαντο τὸν θάνατον, καὶ οὔτε δειπνοῦντες πονηρὸν οὐδὲν εἶχον, οὔτ' ἐπεισήγαγον, οὐκ ἄν τις οὐδὲν ἐγκαλέσαι τοιοῦτον. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι, τὴν τελετὴν ἐνεργὸν παντάπασιν εἶναι καὶ τοῖς μεμυημένοις ἠστινοσοῦν μετεῖναι φαυλότητος· διὰ τί; Ὅτι τοῦτό ἐστι τὴν τελετὴν ἐνεργὸν εἶναι, τὸ τοὺς τελουμένους οὐδενὸς τῶν γιγνομένων ἐλλείπειν. Ἡ γὰρ τῆς τραπέζης ἐπαγγελία τῷ Χριστῷ μὲν ἡμᾶς, ἡμῖν δὲ τὸν Χριστὸν ἐνοικίζει. « Ἐν ἐμοὶ γὰρ, φησὶ, μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· » τοῦ Χριστοῦ δὲ ἐν ἡμῖν μένοντος C τίνος ἔτι δεήσει, τί δ' ἂν τῶν ἀγαθῶν διαφύγοι; Ἐν τῷ Χριστῷ δὲ μένοντες τίνος ἐπιθυμήσομεν ἄλλου; καὶ ἔνοικός ἐστιν ἡμῖν καὶ οἰκία, ὡς μακάριοι μὲν τῆς οἰκίας, μακάριοι δὲ ὅτι τοιούτῳ γεγόναμεν οἰκία. Τί γὰρ τῶν ἀγαθῶν οὐ πάρεστι τοῖς οὕτω διατεθεῖσι; τί κοινὸν καὶ φαυλότητι τοῖς ἐνταῦθα γενομένοις λαμπρότητος; τί ποτ' ἂν σταίη πονηρὸν πρὸς τοσοῦτον σωρὸν ἀγαθῶν; τί μὲν παρὸν δύναιτ' ἂν μένειν, τί δὲ ἀπὸν ἰσχύσαι προσαγαγεῖν, ὅταν ὁ Χριστὸς οὕτως ἀκριβῶς ἡμῖν συνῇ καὶ δι' ὅλων ἡμῶν χωρῇ καὶ τάνδον πάντα κατέχων καὶ περὶ ἡμᾶς ᾖ. Τὰ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἐπιόντα βέλη κωλύει ψαύειν ἡμῶν πανταχόθεν προβεβλημένος, οἰκία γάρ ἐστιν· εἴ τι δ' ἔστιν (ἔνδον) φαῦλον, διωθούμενος ἀπελαύ- D νει, ἔνοικος γάρ ἐστι πᾶσαν ἑαυτοῦ πληρῶν τὴν οἰκίαν. Οὐ γάρ τι τῶν αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν μετέχομεν, οὐδὲ ἀκτῖνά τινα καὶ φῶς, ἀλλὰ τὸν δίσκον αὐτὸν ταῖς ψυχαῖς δεχόμεθα, ὥστε καὶ οἰκῆσαι καὶ εἰσοικίσασθαι καὶ ἓν πνεῦμα γενέσθαι. Καὶ γὰρ ψυχὴ καὶ σῶμα καὶ πᾶσαι δυνάμεις αὐτίκα πνευματικά, ὅτι ψυχὴ μὲν ψυχῇ, σῶμα δὲ σώματι, καὶ αἷμα αἵματι μίγνυται· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; τὰ βελτίω κρείττω τῶν ἐλαττόνων καὶ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων ἐπικρατεῖ· καί ὃ φησι περὶ τῆς ἀναστάσεως Παῦλος, « Τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς καταπίνεται, » τὸ δὲ ἐξῆς· « Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, φησὶ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. »

[23] I Cor. III, 3. [24] Joan. VI, 57. [25] II Cor. V, 4. [26] Galat. II, 20.

Digitized by Google

Ὦ τοῦ μεγέθους τῶν μυστηρίων! Οἷον γάρ A ἐστι τὸν τοῦ Χριστοῦ νοῦν τῷ ἡμετέρῳ συμμίξαι νῷ, καὶ θελήσει θέλησιν ἐκείνην καὶ σῶμα σώματι καὶ αἷμα αἵματι κερασθῆναι· οἷος μὲν ὁ νοῦς ἡμῖν τοῦ θείου κατακρατήσαντος νοῦ, οἷα δὲ ἡ θέλησις τῆς μακαρίας θελήσεως περιγενομένης, οἷος δὲ χοῦς τοῦ πυρὸς ὑπερνενικηκότος ἐκείνου! Καὶ μὴν ὅτι ταῦτα οὕτω συμβαίνει δείκνυσι Παῦλος, οὔτε νοῦν αὐτὸς ἔχειν τὸν ἑαυτοῦ οὔτε θέλησιν φάσκων οὔτε ζωὴν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα αὐτῷ γενέσθαι Χριστόν· καὶ γάρ, «Νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν,» καὶ, «Δοκιμὴν ζητεῖτε, φησὶ, τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ,» καὶ, «Δοκῶ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν,» καὶ, «Φιλῶ ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ·» ὅθεν δῆλος ἦν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ θέλησιν ἔχων· καὶ πάντα συνελὼν, «Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, φησὶ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χρι- B στός.» Οὕτω τέλειόν ἐστι μυστήριον τελετῆς ἁπάσης διαφερόντως καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπ' αὐτὴν ἄγει τὴν κορυφὴν, ἐπεὶ καὶ πάσης ἀνθρωπείας σπουδῆς ἐνταῦθα δὴ τὸ ἔσχατον τέλος. Θεοῦ γὰρ αὐτοῦ τυγχάνομεν ἐν αὐτῷ καὶ Θεὸς ἡμῖν ἑνοῦται τὴν ἕνωσιν τὴν τελεωτάτην· τοῦ γὰρ ἓν πνεῦμα μετὰ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι, τίς ἂν ἀκριβεστέρα γένοιτο συναφή;

Διὰ ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις μυστηρίοις τὸ τελείοις εἶναι παρέχεται μόνη τελετῶν ἡ Εὐχαριστία· καὶ βοηθεῖ μὲν αὐτοῖς παρ' αὐτὸ τὸ τελεῖσθαι τελέσαι μὴ δυναμένοις χωρὶς αὐτῆς, βοηθεῖ δὲ μετὰ τὴν τελείωσιν ἐν τοῖς τελεσθεῖσιν, ἐπειδὰν ἁμαρτιῶν σκότει τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων ἀκτῖνα συγχεθεῖσαν C ἀνακαλεῖσθαι δεήσῃ. Τὸ γὰρ ἐκλείποντας καὶ νεκρουμένους ἁμαρτίαις αὖθις ἀναβιώσκεσθαι, μόνης τῆς τραπέζης ἔργον τῆς ἱερᾶς. Οὐ γάρ ἔστιν ἀνθρωπείᾳ δυνάμει τὸν ἄνθρωπον ἀναστῆναι πεσόντα, οὐδὲ κακίαν ἀνθρώπων ἀνθρωπείᾳ λυθῆναι δικαιοσύνῃ· τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν φέρει τὴν ὕβριν· «Διὰ τῆς παραβάσεως γάρ, φησὶ, τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις,» καὶ δεῖ μείζονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἀρετῆς, ἢ τὸ ἔγκλημα δυνήσεται λῦσαι. Τὸν γὰρ ἐλάχιστον εἰς τὸν μέγιστον ὑβρίσαι μὲν μάλιστα καὶ διαφερόντως εὐχερὲς, ἀντισηκῶσαι δὲ τιμῇ τὴν ὕβριν ἀμήχανον, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκεῖνος πολλῶν μὲν ὀφειλέτην ἔχῃ τὸν ὑβρικότα, τοσοῦτον δὲ ὑπερέχῃ, ὡς μηδὲ μέτρον εἶναι τοῦ D μέσου. Καὶ γὰρ ἀνάγκη, τὸ ἔγκλημα λύοντα καὶ τὴν ἀπενεχθεῖσαν τιμὴν ἀποκαταστῆσαι τῷ πεπαρῳνημένῳ ζητοῦντα πλείω τῶν ὀφειλομένων εἰσενεγκεῖν, τὰ μὲν ἀποδιδόντα, τὰ δ' ἐξ ἀντιῤῥόπου περὶ ὧν ἠδίκησε προστιθέντα· ᾧ δὲ οὐκ ἔστιν οὐδ' ἐγγὺς ἐφικέσθαι τῶν γινομένων, τίς ἂν γένοιτο τὰ μείζω διώκων;

Διὰ ταῦτα οὐκ ἦν οὐδένα ἀνθρώπων ἑαυτῷ τὸν Θεὸν καταλλάξαι τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην εἰσενεγκόντα, ὅθεν οὔτε ὁ παλαιὸς νόμος ἐδυνήθη λῦσαι τὴν ἔχθραν, οὔτε τοῖς ἐν χάριτι ζῶσι πρὸς τὴν εἰρήνην ταύτην ἀρκέσειεν ἂν ἡ σπουδή· καὶ γὰρ τοῦτο

O mysteriorum magnitudinem! Quantum est enim Christi mentem ac sensum nostræ menti copulari, et voluntati nostræ illius voluntatem, et corpus illius nostro corpori admisceri! Qualis nostra mens, divina mente obtinente imperium! Qualis voluntas, beata illa voluntate superante. Qualis terra, ab igne illo longe victa. Hæc porro ita evenire Paulus testificatur, dum se nec mentem ac sensum, nec voluntatem, nec vitam suam habere, sed hæc omnia Christum sibi factum esse confirmat. Ait enim: «Nos sensum Christi habemus[27];» et, «An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus[28]? Et: «Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam[29];» et: «Diligo vos in visceribus Jesu Christi[30];» ex quo patet, ei summam cum illo voluntatem consensionemque fuisse in omnibus: «Vivo autem jam non ego, inquit, vivit vero in me Christus.» Adeo perfectum est hoc sacramentum et omni sacramento excellentius, bonorum fastigium et apicem complectens; siquidem et omnis humanæ industriæ finis ultimus hic reperitur. Deo enim ipso in seipso potimur, et Deus nobis conjunctione absolutissima conjungitur. Unum enim cum Deo spiritum effici, quid hac consociatione possit esse perfectius?

Quare et aliis sacramentis perfectionem sola Eucharistia impertit, eaque adjuvat, dum initiant, quandoquidem sine ea perfecte non initiant. Juvat etiam secundum initiationem in ipsis initiatis, cum radium e sacramentis emanantem, et peccatorum tenebris oppressum recuperare opus est. Nam deficientes et sceleribus exstinctos ad vitam revocare, unius sacræ mensæ munus est. Homo quippe lapsus non potest humanis viribus erigi, nec improbitas hominum humana justitia expiari. Nam peccare, res in ipsum Deum contumeliosa est: «Per prævaricationem enim legis, inquit, Deum inhonoras[31].» Et major quædam, quam pro homine virtus exigitur, quæ crimen aboleat. Minimum enim adversus maximum se injuriose ac petulanter gerere, immane quantum est facile. Sed petulantiam hanc et injuriam pari honore compensare, hoc vero nemo potest, præsertim si injuriosus plurium illi debitor fuerit, et quidem tam insignium, ut ne dimidii quidem ulla mensura sit. Necesse est enim, qui crimen piare studet, etiam detractum honorem læso reparare, et plus debitis rependere aliaque restituere, alia quibus iniquior fuit, velut æquali pondere superaddere. Quod si neutiquam paria consequimur, majora quis consectetur?

Quapropter hominum nullus sibimet Deum, suam retribuendo justitiam reconciliare potest. Nec vero vetus lex inimicitias istas componere valuit; nec in gratiæ lege viventibus, ad pacem hanc consequendam studium et diligentia sufficerit. Nam et ho-

[27] II Cor. II, 16. [28] II Cor. XIII, 3. [29] I Cor. VII, 40. [30] Philipp. I, 8. [31] Rom. II, 23.

Digitized by Google

et illud virtutis humanæ opera et humana justitia sunt; siquidem et legem ipsam B. Paulus hominum justitiam appellat : « Justitiæ enim Dei, inquit, non sunt subjecti, suam justitiam constituere quærentes [32]. » De veteri lege loquitur. Tantum quippe duntaxat contra vitia nostra valebat, quantum est ad sanitatem præparare, medicique manu dignos efficere : « Lex enim, inquit, pædagogus noster fuit in Christo Jesu [33]. » Et sanctus Joannes in eum qui venturus erat post ipsum baptizabat [34], et universa philosophia humana, omnisque labor ad germanam justitiam quasi initiamenta et præparationes quædam sunt. Quare quoniam per nos et a nobis ipsis justitiam hanc præstare nequibamus, « Christus ipse nobis justitia factus est a Deo Patre, et sanctificatio, et redemptio [35], » et inimicitias in carne sua dissolvit [36], et Deum nobis placat; non solum cum naturæ communicat, neque solum quando morte occubuit, sed semper, et unicuique hominum : tum ut cruci affixus, nunc ut epulum dans, si resipiscentes veniam rogitemus. Solus enim et universum honorem Parenti refundere, et de ablato satisfacere potuit; illud vita, hoc nece sua. Mortem siquidem, quam pro gloria Patris in cruce pertulit, contumeliam a nobis illatam æquantem, majore cumulo reponens, honorem, quem ei peccando nos abstuleramus reparavit. Magnum utique pretium. Vita autem omnem honorem reddidit, et quo illum honorare et Patrem honorari consentaneum fuit. Etenim præter multa magnaque opera quæ exhibuit, quæ Patri gloriæ maximæ fuerunt, tum vitam totam ab omni peccato puram gessit; tum accuratissime et perfectissime leges sibi ab eo datas exsecutus est, non tantum iis quas ipse servavit (etenim « Patris mei præcepta servavi, » inquit [37]), sed etiam quas hominum vitæ præscripsit, solus cœlestem philosophiam terræ præmonstrans et inserens, præterea miraculis ipsis, quorum causam et auctorem Patrem prædicavit.

Præter hæc omnia, quis non videt, hoc uno solo cum hominibus versatum esse, et adeo integre carni implicitum fuisse, quo clementiam et benignitatem mittentis se plenissime et manifestissime demonstravit, gloriam, quam omnes ei convenientes tribuere debebant, conciliatam esse? Si enim bonitas ejus benefactis metienda est, et generi humano per œconomiam Deus adeo benefecit, ut eo pertinentium nulli parceret, sed omnes divitias suas naturæ humanæ includeret (etenim, « In ipso habitat, inquit, omnis plenitudo divinitatis corporaliter [38] »), perspicuum est, nos in Salvatore supremam et extimam benignitatem ejus cognovisse; et per ea quæ præstitit, solus homines erudivit, quantopere Deus mundum dilexerit, quantaque sit ejus

[32] Rom. x, 3. [33] Galat. III, 24. [34] Act. XIX, 4. XV, 10. [35] Coloss. II, 19.

A κἀκεῖνο δυνάμεως ἀνθρώπων ἔργα καὶ ἀνθρωπεία δικαιοσύνη. Καὶ γὰρ καὶ τὸν νόμον αὐτὸν ἀνθρώπων δικαιοσύνην ὁ μακάριος καλεῖ Παῦλος· « Οὐ γὰρ ὑπετάγησαν, φησὶ, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην στῆσαι ζητοῦντες, » τὸν νόμον λέγων τὸν παλαιόν· τοσοῦτον γὰρ ἐδυνήθη μόνον κατὰ τῶν ἡμετέρων κακῶν, ὅσον παρασκευάσαι πρὸς τὴν ὑγείαν καὶ ἀξίους ποιῆσαι τῆς τοῦ ἰατροῦ χειρός. « Ὁ γὰρ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονε, φησὶν, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, » καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης εἰς τὸν ἐρχόμενον ἐβάπτιζε, καὶ πᾶσα φιλοσοφία ἀνθρώπων καὶ πόνος ἅπας πρὸς τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην προτέλειαί τινές εἰσι καὶ παρασκευαί. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὡς ἂν οἰκοθεν καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδείξασθαι μὴ δυναμένοις δικαιοσύνην αὐτὸς B ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐγένετο δικαιοσύνη, ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ λύει τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ καὶ τὸν Θεὸν ἡμῖν καταλλάττει, οὐ τῇ φύσει κοινῶς οὐδ' ὅτε ἐπέθνησκε μόνον, ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ σταυρούμενος τότε, νῦν εὐωχῶν, ἐπειδὰν μεταγνόντες περὶ ὧν ἡμάρτομεν παραιτώμεθα. Μόνος γὰρ ἐδυνήθη καὶ τὴν ὀφειλομένην ἅπασαν ἀποδοῦναι τιμὴν τῷ γεγεννηκότι καὶ περὶ τῆς ἀπενεχθείσης ἀπολογήσασθαι, τὸ μὲν τῷ βίῳ, τὸ δὲ τῇ τελευτῇ. Τὸν γὰρ θάνατον, ὃν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπέθανεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τῆς παρ' ἡμῶν ὕβρεως ἀντίρροπον εἰσενεγκὼν μετὰ μείζονος τῆς παρασκευῆς, ἣν ἡμεῖς ὀφειλόμεθα τιμὴν δι' ὧν ἐξημάρτομεν, ἀνα- C καλεῖται πολλῷ τῷ ὄντι· τῷ δὲ βίῳ πᾶσαν ἀπέδωκε τιμὴν, καὶ ἦν εἰκὸς ἦν τιμῆσαι μὲν ἐκεῖνον, τιμηθῆναι δὲ τὸν Πατέρα. Ἄνευ γὰρ ὧν ἐπεδείξατο πολλῶν καὶ μεγάλων ἔργων, ἃ τῷ Πατρὶ τὴν μεγίστην εἶχε τιμὴν, τοῦτο μὲν ἁμαρτίας ἁπάσης καθαρὸν παρασχόμενος τὸν βίον, τοῦτο δὲ δι' ὧν ἀκριβέστατα καὶ τελεώτατα τοὺς ἐκεῖθεν ἔσωσε νόμους, οὐχ οἷς αὐτὸς εἰργάσατο μόνον (« Καὶ γὰρ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου, φησὶ, τετήρηκα »), ἀλλὰ καὶ οἷς τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνομοθέτει, μόνος τὴν οὐράνιον τῇ γῇ προδείξας καὶ φυτεύσας φιλοσοφίαν, ἔτι δὲ αὐτῶν τῶν θαυμάτων, ὧν αἴτιον ἐκήρυττε τὸν γεγεννηκότα.

Παρὰ πάντα δὴ ταῦτα τί; οὐκ οἶδεν, ὡς αὐτὸ τοῦτο μόνον τὸ μετὰ ἀνθρώπων γενέσθαι καὶ οὕτως ἀκρι- D βῶς σαρκὶ συναφθῆναι, τὴν τοῦ πέμψαντος χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἀκριβέστατα καὶ φανερώτατα διαδείξας τὴν περὶ αὐτοῦ προσήκουσαν ἐνέθηκε δόξαν; Εἰ γὰρ τῷ εὖ ποιεῖν τὴν χρηστότητα δεῖ μετρεῖν, οὕτω δὲ τὸ γένος ἐπὶ τῆς οἰκονομίας εὖ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ὡς μηδενὸς φείσασθαι τῶν εἰς τοῦτο φερόντων, ἀλλὰ πάντα τὸν πλοῦτον ἐνθεῖναι τῇ φύσει τὸν ἑαυτοῦ, καὶ γὰρ « Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ, φησὶ, πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, » πρόδηλον ὅτι τὸν ἔσχατον τῆς θείας φιλανθρωπίας ὅρον ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἔγνωμεν, καὶ δι' ὧν εἰργάσατο μόνος ἐδίδαξεν ἀνθρώπους, ὅπως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον καὶ ὅση τίς ἐστιν αὐτῷ περὶ τὸ

[36] I Cor. I, 30. [36] Ephes II, 14, 16. [37] Joan.

Digitized by Google

γένος κηδεμονία. Ὅθεν καὶ τὸν Νικόδημον ἐπὶ τὸ γνῶναι τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Πατρὸς ἐντεῦθεν ἐνάγει, καὶ τοῦτο σημεῖον ἱκανὸν ποιεῖται τῆς ἀπείρου χρηστότητος, καὶ « Οὕτω, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ἠγάπησεν, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ γὰρ ὧν κατέθετο τῇ φύσει χαρίτων ἐπὶ τῇ καθόδῳ τοῦ μονογενοῦς ὁ Πατὴρ, μείζους ἢ καλλίους οὐκ ἔχει δοῦναι, δῆλον ὡς οὐδὲ μείζω δόξαν ἂν παράσχοι χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας, ἧς ἐκεῖθεν ὑπῆρξε λαβεῖν· καὶ τούτου χάριν τὸν τρόπον τοῦτον ὁ Σωτὴρ δι' ἑαυτοῦ ἀξίως ἑαυτοῦ καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Πατέρα τιμᾷ. Τιμὴ γὰρ Θεοῦ τί γένοιτ' ἂν ἄλλο, ἢ τὸ διαδειχθῆναι διαφερόντως ἀγαθὸν ὄντα; Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ δόξα ἣ πόρρωθεν ὠφείλετο μὲν, οὐκ ἐνῆν δὲ παρ' οὐδενὸς ἀνθρώπων εἰσενεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο, « Εἰ Πατὴρ, φησὶν, εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Μόνῳ γὰρ ἐξῆν τῷ Μονογενεῖ τὰ εἰκότα πάντα διασῶσαι πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ τοίνυν αὐτὸ τοῦτο δεικνὺς, ὡς ἄρα μόνος ἐδυνήθη τουτονὶ τὸν ἆθλον ἀνῦσαι, ἐπεὶ τὸ πᾶν ἐτέλεσεν ἔργον πρὸς τὸν τετιμημένον Πατέρα, « Ἐγὼ, φησὶν, ἐδόξασά σε ἐπὶ τῆς γῆς, ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. » Εἰκότως. Λόγος γάρ ἐστιν ἀκριβὴς τοῦ γεγεννηκότος φέρων τὸ εἶδος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ ἐπεὶ δι' ὧν σαρκὶ συνήφθη τοῖς ἐν αἰσθήσει ζῶσι συνετὸς ἐγένετο, πᾶσαν τοῦ προενεγκόντος νοῦ τὴν ἀγαθὴν ἐμήνυσε θέλησιν· πρὸς ὃ κἀκεῖνο φέρειν ἡγοῦμαι, ὃ πρὸς τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν τὸν Πατέρα ζητοῦντα, φησὶν ὁ Σωτὴρ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ διὰ τοῦτό φησιν Ἡσαΐας, « Καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. »

Οὕτω τοίνυν πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς οὐδὲν παραλιπὼν ὁ Μονογενὴς μόνος καθαιρεῖ τὸ μεσότοιχον τῆς ἔχθρας, καὶ λύει τῶν ἐγκλημάτων τὸν ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν τῶν φύσεων, τὴν ἡμετέραν, λέγω τὴν ἀνθρωπείαν, ὁ διπλοῦς Ἰησοῦς τὸν Πατέρα ἐτίμησε καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον στέφανον τῆς δόξης ἔπλεξε τῷ Πατρί· διὰ ταῦτα μόνον μέν ἐστι κατὰ τῆς ἁμαρτίας φάρμακον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, μόνη δὲ ἡ λύσις ἁμαρτημάτων τὸ αἷμα. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο συνέστη τὴν ἀρχὴν, ἵνα τὸν Πατέρα δοξάσῃ, καὶ ὃ φησιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, εἰς τοῦτο γεγέννηται καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον καὶ τὸν ἐξῆς ἅπαντα χρόνον, μόνον μὲν τὸ πρὸς τοῦτο φέρον ἅπαν ἐτέλεσεν ἔργον, μόνον δὲ τὸν ὑπὲρ τούτου διαφερόντως ὑπομεμένηκε πόνον. Καὶ γὰρ τοῦτο τὸ σῶμα τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐγένετο θησαυρὸς καὶ πάσης μὲν ἦν ἄγευστον ἁμαρτίας, ἐπλήρωσε δὲ πᾶσαν δικαιοσύνην, ἐκήρυξε δὲ τοῖς ὁμογενέσι ἀγνοούμενον τὸν Πατέρα, καὶ οἷς ἔλεγε καὶ οἷς ἐπεδείκνυτο. Τοῦτό ἐστι τὸ σφαγὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· καὶ ὁ τῇ σφαγῇ προσάγον, ἐδειλία καὶ ἠγωνία καὶ ἱδρῶσι περιερρεῖτο καὶ προὐδόθη καὶ

A erga genus nostrum cura et sollicitudo. Unde et Nicodemum ad Patris humanitatem agnoscendam hinc inducit, et istuc bonitatis ejus sufficiens indicium esse vult : « Sic Deus dilexit mundum, inquit, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam [59]. » Si enim Pater majora et meliora beneficia in naturam collocare non potuit, quam in Filii ad nos descensu collocavit, planum est, Filium ei majorem gloriam bonitatis et humanitatis parere non potuisse, quam hinc est consecutus. Hac de causa isto modo Salvator per seipsum, ut se et genitore dignum est, eum honorat. Quid enim aliud Dei honor sit, quam excellentem ejus bonitatem demonstrari? Atque hæc est gloria, quæ jam B pridem ei debebatur, et a mortalium nemine persolvi poterat. Hinc, « Si Pater, inquit, ego sum, ubi est honor meus [60]? » Soli namque Filio omnia consentanea erga Patrem præstare licuit. Itaque hoc ipsum ostendens, se solum potuisse hoc negotium conficere, postquam opus omne absolvit, Patrem honore affectum his verbis alloquitur : « Ego te clarificavi super terram, manifestavi nomen tuum hominibus [61]. » Recte. Est enim Verbum, et Genitoris expressam fert imaginem, « Splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus [62]. » Et quoniam, quia carni copulatum est, eum sensu viventibus evasit intelligibile, omnem mentis quæ ipsum genuit, bonam voluntatem nuntiavit. Ad quod et illud spectare opinor, quod Philippo Patrem videre cupienti C ait : « Qui videt me, videt et Patrem [63]. » Et hinc est apud Isaiam : « Vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus [64]. »

Sic igitur nihil ad gloriam Patris prætermittens, solum medium parietem inimicitiarum destruit, et hominem criminibus absolvit. Quoniam vero secundum alteram naturam, nostram, inquam et humanam, duplici natura constans Jesus Patrem honoravit, et de corpore et sanguine suo admirabilem illam coronam ei nexuit, idcirco solum Christi corpus remedium adversus peccatum est, et unica peccatorum abolitio sanguis ejus. Nempe ob hanc quoque causam a principio conditus est, ut Patrem glorificaret, sicut ipse confitetur, se ad hoc natum D esse, et ad hoc venisse in mundum : et per omne tempus deinceps, tantummodo quidquid huc faceret egit, hujus unius rei gratia etiam atque etiam majoremque in modum laboravit. Hoc namque corpus plenitudinis divinitatis thesaurus fuit, et omnis peccati expers erat, omnem justitiam implebat, generis consortibus (hominibus) Patrem quem ignorabant, promulgabat, tum per ea quæ loquebatur, tum per ea quæ patiebatur. Immolatum est nimirum in cruce, et quæ immolationem præcesserunt, pavidum, anxium fuit, sudore diffluxit proditum, comprehensum est, judicium iniquum subiit, sub Pontio

[59] Joan. III, 16. [60] Malach. I, 6. [61] Joan. XVII, 4. [62] Hebr. I, 3. [63] Joan. XIV, 9. [64] Isa. II, 6.

Digitized by Google

Pilato testimonium perhibuit, bonam confessionem, ut Paulus inquit [45a], pœnasque confessionis hujus in cruce moriens dedit; et flagella tergo, manibus et pedibus clavos, latere lanceam excepit. Flagris coopertum doluit, et confixum clavis cruciatum est. Hic sanguis e vulneribus erumpens solis lumen obscuravit, et terram concussit, et aerem sanctificavit, et mundum universum a peccati sordibus lavit. Itaque sicut scriptæ legi omnino spirituali lege opus fuit, imperfectæ perfecta, ei quæ non potuit perfectum facere servientem, ea quæ potest: eodem modo qui post baptismum in gratiam peccaverunt, suppliciumque deprecantur, illorum laboribus, sudoribus et lacrymis sanguine Novi Testamenti, et immaculato corpore opus est, utpote citra hæc illis nihil valentibus.

καὶ τοῖς δάκρυσι τοῦ αἵματος δεῖ τῆς κοινῆς Διαθήκης ἐκείνων τούτων χωρίς.

Divinus porro Dionysius et ipsas initiationes rite peragi, et munus suum facere posse negat, si sacra cœna non accesserit: multo minus laborem et justitiam hominum, peccata emaculare et alia efficere posse credendum est. Deinde et hoc unum est de sacramentis, de peccatis pœnitentes, et seipsos sacerdotibus aperientes, ab omni pœna apud Deum judicem eximere, qua efficientia similiter potiri nequibunt, qui sacris epulis non accubuerint. Quocirca quanquam semel invitamur, sæpius tamen ad hanc mensam accedimus: quandoquidem homines natos semper Deum offendere contingit, noxis autem exire conantes, pœnitentia, laboribus et triumpho quodam de peccato indigent. Atque hoc contra peccatum facient, si, quod solum est adversus hominum peccata medicamentum, adhibitum fuerit.

Sicut enim oleastrum sibi insertum oliva hortensis mox in se convertit, et fructus postea neutiquam oleastro convenit, ita et humana justitia ipsa quidem per se ipsam ad nihil conducit; sed in his qui Christo copulati fuerint, carnique et sanguini ejus communicaverint, continuo bona amplissima progenerat, peccatorum remissionem et hæreditatem regni, qui justitiæ Christi fructus sunt. Ut enim a sacra mensa Christi corpus accipimus, et quod præstantius est, corpus nostrum longe vincit: ita sequitur hic, ut justitia nostra Christi justitiæ speciem vultumque in se capessat. Hæc enim, « Corpus Christi sumus, et membra ex parte [45b], » non de corpore dici solum existimemus licet, multo autem justius animæ et actioni ejus hanc communionem tribuendam; quandoquidem « Qui adhæret Christo, unus spiritus est cum eo [45c]. » Quibus verbis declaratur, hanc communionem et coalescentiam in anima et mente potius consistere. Ideo non corpus solum, sed animam quoque, et mentem, et voluntatem, et quæcunque humana assumpsit, ut nobis totis uniri posset, nosque totos pervaderet, et in seipsum resolve-

συνελήφθη καὶ κριτῶν ἠνέσχετο παρανόμων καὶ ἐμαρτύρησε μὲν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἣ φησι Παῦλος, ἔδωκε δὲ δίκην τῆς ὁμολογίας θάνατον, καὶ τοῦτον ἐπὶ σταυροῦ, καὶ μάστιγας μὲν ἐπὶ τῶν μεταφρένων, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἥλους, τῇ πλευρᾷ δὲ τὴν λόγχην ἐδέξατο καὶ ἤλγησε μαστιγούμενον καὶ ὠδυνήθη προσηλούμενον, τοῦτο τὸ αἷμα τῶν πληγῶν ἐκπηδῆσαν τὸν ἥλιον ἔσβεσε καὶ τὴν γῆν ἔσεισε καὶ τὸν ἀέρα ἡγίασε καὶ πάντα τὸν κόσμον ἀπέκλυσε τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας. Ὅθεν καθάπερ ἐδίησεν ἁπλῶς τῷ γραπτῷ νόμῳ τοῦ πνευματικοῦ νόμου, τῷ ἀτελῶς ἔχοντι τοῦ τελείου, τῷ τέλειον ἀποφῆναι τὸν κατορθοῦντα μὴ δυναμένῳ τοῦ δυναμένου· τὸν ἴσον τρόπον καὶ τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν, περὶ ὧν ἐξήμαρτον, εἰς τὴν χάριν παραιτουμένων τοῖς πόνοις καὶ τοῦ σφαγέντος σώματος, ὡς οὐδὲν ὄφελος ὂν

Διονύσιος δὲ ὁ θεῖος καὶ τὰς ἱερὰς αὐτὰς τελετὰς μὴ ἂν τελέσαι φησὶ, μηδὲ τὰ αὐτῶν δυνηθῆναι μὴ τοῦ δείπνου προστεθέντος τοῦ ἱεροῦ, σχολῇ γε δὴ πόνον καὶ δικαιοσύνην ἀνθρώπων ἁμαρτίας δύνασθαι λύειν καὶ τὰ τοιαῦτα περαίνειν ἔχειν εἰκός ἐστιν· ἄλλως τε τῶν ἱερῶν ἓν καὶ τοῦτο μυστηρίων τοὺς περὶ ὧν ἐξήμαρτον μεταγνόντας καὶ προσαγγείλαντας ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι πάσης ἀπολύεσθαι δίκης παρὰ Θεῷ δικαστῇ. Οὐκοῦν οὐδὲ τούτου γένοιτ' ἂν τυχεῖν ἐνεργοῦ, μὴ τὸ ἱερὸν δειπνήσαντας δεῖπνον. Διὰ τοῦτο καὶ λούμεθα μὲν ἅπαξ, πρόσιμεν δὲ τῇ τραπέζῃ πολλάκις, ὅτι συμβαίνει μὲν ἑκάστοτε Θεῷ προσκρούειν ἀνθρώπους ὄντας, λύειν δὲ τὸ ἔγκλημα πειρωμένοις μετανοίας χρείᾳ καὶ πόνων καὶ τοῦ θριαμβεῦσαι τὴν ἁμαρτίαν· ταῦτα δὲ δράσειεν ἂν κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ἢν τὸ μόνον τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν φάρμακον προστεθῇ.

Sic igitur panis vitæ præmium est. Quoniam vero donum istuc suscipientes terram adhuc calcant, et ut viatores pulvere inquinantur, et pedibus offendunt, grassatorumque manus timent, pro præsenti necessitate ipsis plane sufficit hic panis, et vires sustentat, et dux est, et purgat, donec divertant, ubi secundum Petri verba [76] bonum est hominem esse, ubi aliis nullus locus, in regione a negotiis molestis libera jam manentibus, solus autem corona ipsis Christus est, cum eis familiarissime versans. Igitur ut purgandi vim habens, et ad hoc a principio institutum, inquinamento omni liberat. Ut autem nos in certaminibus adjuvat, quorum ipse Christus dux fuit ante, primus ad ea aggressus, robur adversus oppugnantes largitur. Quia vero etiam præmium est, labores quibus debeatur postulat. Qui igitur cœnam ut præmium, et ut supremam beatitudinem habet, quomodo cæteris minus posse nihilominus conjiciet? Idem de altero decernendum, existimandumque perfectioni mysterii non repugnare. Non enim quia non multum potest, peccatis perditum non refingit, sed quia cum primam formationem seu characterem adhuc ferat, alio insigniri nequit, sicut ante dictum est; quem delere et ex animabus semel baptizatorum eradere, nec extremæ quidem improbitatis est, nec id poterunt, quamvis pactam communi Domini servitutem abnegare non dubitaverint, quem illis nec summa philosophia, nec nuda confessio imprimere potuit. Deinde quia universe melius est hominem esse, quam mortuum et contritum esse, sine quo non datur reficio. Etenim mors est veteris monetæ, et hic est qui mori potest, quem pulvis produxit: « Securis enim, inquit Evangelista, ad radicem arboris posita est [77], » ablutus autem, jam novum hominem portat. Quomodo igitur morietur, Adamo adhuc conjunctus, qui amplius non moritur? Et pro quo tandem moreretur, cum pro quo accipiendo mori oportebat, eum adhuc in anima gestet? Hoc autem nec ab ipso lavacro consequi licet. Qui ergo hoc mysterio illud sit melius, in eo, quod æque in neutro invenitur? Nec enim ea baptismi vis est, ut jam exstantes et formatos denuo generare queat; et sacra lex neminem idcirco bis abluit, neque id disciplinæ et ordinis gratia, sed quod bis in eodem generari sit impossibile.

[75] Philipp. I, 23. [76] Matth. XVII, 4. [77] Matth. III, 10.

Digitized by Google

Atqui, occurret aliquis, hic est baptismus, si religionem coram persecutoribus confessus moriare. Quid igitur multi aquis initiati, et hoc stadium decurrerunt, et alterum hoc lavacrum susceperunt? Huic quæstioni ita occurremus. Quid ad Christum se adjungere, et una cum eo vivere instituerunt, eos commendat, quod illius manu præclare ficti formatique sunt. Commendat etiam, quod per virtutem ipsi per semetipsos, et per laudatos agones accesserunt. Aqua igitur baptizari, hominem fingit, et id unum potest; mors pro Christo oppetita, sine dubio utrumque potest, et quod aqua dare valet, et quod a nobis præstandum est. Proinde nondum initiatis propositum est quidem baptisma, et fictio, testimonium de Christo, et sepultura cum Christo, in quibus baptismi finis et scopus est. Proposita est item virtus, sudoribus pro bono illo supremo adipiscendo, et extrema tolerantia laborum plena. Initiatis porro primum non contingit, qui jam ficti formatique sunt et vivunt: secundum contingit. Etenim exercitationem pietatis, et virtutem, et an Christum noverimus et amemus super omnia quæ amari possunt, et firmissimam spem in illum, hæc, inquam, ferrum, et ignis, et gravissima quæque tormenta manifeste ostendunt. Horum causa baptismate semel initiatos eodem rursus uti minime fas est, cum donare non plus queat, quam quod inde acceptum retinemus. At martyrium subire etiam atque etiam fas, quod non solum generare et formare, sed etiam coronas ob facta generosa plectere novit: et propterea profanis adhuc ambo, initiatis alterum tribuitur. Nihil enim novum, cum quid ad utrumque est utile, eos qui utroque non indigent, propter alterum uti, et id solum quo egebant adipisci: siquidem et sacræ mensæ dona purgare, qui ea nondum susceperunt, et jam purgatos illuminare consueverunt. Et tamen nihil obstat quin ob alterum ad mysterium accedant, qui prius obtinuerunt. Et de his satis.

Καὶ μὴν εἴποι τις ἂν, τοῦτό ἐστι βάπτισμα τὸ τὴν θρησκείαν τοῖς διώκταις ἐπιδειξάμενον ἀποθνήσκειν· τί οὖν πολλοὶ τῶν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τετελεσμένων καὶ τοῦτον ἦλθον τὸν δρόμον, δεύτερον τοῦτο δεξάμενοι τὸ λουτρόν; Ἀλλ' ἐκεῖνό γε πρὸς ταῦτα ἔστιν εἰπεῖν. Ὡς ἄρα τῷ Χριστῷ τοὺς συνελθεῖν καὶ συζῆσαι προηρημένους συνίστησι μὲν τὸ πρὸς τὴν καλὴν πλάσιν ὑπὸ τῆς χειρὸς ἐκείνης πεπλάσθαι, συνίστησι δὲ τὸ δι' ἀρετῆς αὐτοὺς παρ' ἑαυτῶν ἀφικέσθαι καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἀγώνων, τὸ μὲν οὖν ὕδατι βαπτισθῆναι πλάττει τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτ' αὐτὸ δύναται μόνον, ὁ δ' ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατος δῆλός ἐστιν ἀμφότερον ἔχων, ὅ τε χορηγεῖν οἶδε τὸ ὕδωρ καὶ ὃ παρ' ἡμῶν εἰσφέρεσθαι δεῖ. Καὶ τοίνυν τοῖς μὲν μήπω μεμυημένοις ἔστι μὲν βάπτισμα καὶ πλάσις τῷ Χριστῷ καὶ μετὰ Χριστοῦ καὶ μαρτυροῦσι καὶ θαπτομένοις, ἐν οἷς ὁ τοῦ βαπτίσματος ἔστηκεν ὅρος, ἔστι δὲ ἀρετὴ τῶν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ γέμων ἱδρώτων καὶ καρτερίας τῆς ἰσχάτης· τοῖς δὲ τετελεσμένοις τὸ μὲν πρῶτον οὐ γίνεται πλασθεῖσιν ἤδη καὶ ζῶσι, τὸ δεύτερον δὲ, καὶ γὰρ γυμνάσιον εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ἀπόδειξις, καὶ τοῦ τὸν Χριστὸν εἰδέναι καὶ φιλεῖν μὲν ὑπὲρ ὅ τι φιλητὸν ἅπαν, τῶν δ' εἰς ἐκεῖνον ἐλπίδων μηδὲν ἀσφαλέστερον ἄγειν, πεῖρα σαφὴς σιδήρῳ καὶ πυρὶ καὶ τοῖς μὲν βιαιοτάτοις δοκιμασθεῖσα. Καὶ τούτων ἕνεκα τῷ βαπτίσματι τοὺς ἅπαξ μεμυημένους αὖθις θεμιτὸν ἥκιστα χρῆσθαι, δωρεῖσθαι μηδὲν πλέον, οὗ λαβόντες ἐκεῖθεν ἔχομεν, δυναμένῳ, τῇ μαρτυρίᾳ δὲ καὶ πάνυ μὴ μόνον γεννᾶν καὶ πλάττειν, ἀλλὰ καὶ στεφάνους αὐτοῖς ἀπὸ γενναίων ἔργων πλέκειν ἐπισταμένῃ, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἀμυήτοις ἀμφότερα κεκτημένῃ, τοῖς μεμυημένοις δὲ θάτερον. Καινὸν γὰρ οὐδὲν, ἑαυτὴν συντελῇ πρὸς ἄμφω παρεχομένῃ τοὺς ἀμφοτέρων μὴ δεομένους ὑπὲρ θατέρου χρωμένους τυγχάνειν, οὗ δέονται μόνου, ἐπεὶ καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς δῶρα τραπέζης οἶδε μὲν καθαίρειν τοὺς μήπω τοῦτο δεξαμένους, δύναται δὲ φωτίζειν τοὺς ἤδη κεκαθαρμένους καὶ ὅμως οὐδὲν κωλύει, περὶ τοῦ δευτέρου προσιέναι τῷ μυστηρίῳ τοὺς τὸ πρῶτον ἔχοντας. Καὶ τούτων μὲν ἅλις.

Sed unde huc delapsa est oratio, quod perfectam hominum erga Deum communionem operatur, sive rem illam latriam, sive filiorum adoptionem, sive utrumque velimus appellare, sacra cœna est: quod nos Christo arctiore cognationis vinculo astringit, quam parentibus ex ipsis natos esse. Neque enim exile quoddam corporis initium, et medicam sanguinis materiam nobis præstruit, sed corpus sanguinemque perfecte nobis communicat. Neque tantum est vitæ causa, ut parentes, sed etiam vita ipsa. Neque ideo dicitur vita, quia vitæ causa sit, quomodo apostolos lucem nominavit, quia luminis duces auctoresque nobis fuerunt [78]; sed quia quo vere vivere licet, ipsemet est, ipsa vita, quando et sibi adhærentes ac deditos sanctos ac justos facit, non solum instituens ac docens, quæ oportet, et animam ad virtutem exercens, quamque illa facultatem ad veram rationem habet, in opus educens:

Ἀλλ' ὅθεν ἡμῖν ὁ λόγος ἐπὶ ταῦτα προήχθη, τὴν παντελῆ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸν Θεὸν, ὅπερ ἐργάζεται, κοινωνίαν, εἴτε λατρείαν τὸ πρᾶγμα χρὴ καλεῖν, εἴτε υἱοθεσίαν εἴτε καὶ ἄμφω ταῦτα, τὸ ἱερόν ἐστι δεῖπνον, ὃ συγγενεῖς ἡμᾶς τῷ Χριστῷ ποιεῖ μᾶλλον ἢ τὸ παρ' αὐτῶν φῦναι τοῖς γεγεννηκόσιν αὐτοῖς. Οὔτε γὰρ ἀμυδράν τινα σώματος ἡμῖν καταβάλλεται χρηπῖδα καὶ μικρὰς αἵματος ἀφορμὰς, ἀλλὰ τελείων αὐτῶν ἡμῖν κοινωνεῖ, οὔτε ζωῆς αἴτιος μόνον ὥσπερ οἱ γεγεννηκότες, ἀλλὰ καὶ ζωὴ, καὶ οὐ τούτῳ δὴ λέγεται ζωὴ τῷ ζωῆς αἴτιος εἶναί, ὃν τρόπον φῶς ἐκάλει τοὺς ἀποστόλους, ὅτι φωτὸς ἡμῖν κατέστησαν ἡγεμόνες, ἀλλ' ὅτι ᾧ ζῆν ἔστιν ὡς ἀληθῶς, αὐτός ἐστιν αὐτὴ ἡ ζωὴ, ἐπεὶ καὶ ἁγίους τοὺς αὐτῷ προσκειμένους ἀπεργάζεται καὶ δικαίους, οὐ μόνον παιδεύων καὶ διδάσκων ἃ δεῖ, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἀσκῶν τὴν ψυχὴν, καὶ ἣν ἐκείνη πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον δύναμιν ἔχει, πρὸς ἐνέργειαν ἄγων, ἀλλὰ

[78] Matth. v, 14.

Digitized by Google

καὶ αὐτὸς γινόμενος αὐτοῖς δικαιοσύνη ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἁγιασμός. Τοῦτον γὰρ μάλιστα τὸν τρόπον τοῖς ἁγίοις τοῦτ' αὐτὸ τὸ μακαρίοις καὶ ἁγίοις εἶναι συμβαίνει τοῦ συνόντος ἕνεκα μακαρίου, δι' ὃν ἀπὸ μὲν νεκρῶν ζῶσι, σοφοὶ δὲ ἀπὸ ἀνοήτων, ἅγιοι δὲ καὶ δίκαιοι καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἀπὸ μιαρῶν καὶ πονηρῶν κατέστησαν δούλων. Οἰκοθεν γὰρ αὐτοῖς καὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως καὶ σπουδῆς, ἐξ ὧν ἂν κυρίως ταῦτα καλοῖντο, γέγονεν οὐδὲ ἕν, ἀλλὰ καὶ ἅγιοι διὰ τὸν ἅγιον, καὶ δίκαιοι καὶ σοφοὶ διὰ τὸν συνόντα δίκαιον καὶ σοφόν· καὶ ὅλως εἴ τις ἀληθῶς ἐν ἀνθρώποις τὰ μεγάλα καὶ σεμνὰ ταῦτα δίκαιός ἐστιν ἀκούειν, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκεῖθεν ἔχει μάλιστα μέν, ὅτι τά γε οἰκοθεν καὶ παρ' αὐτῶν τοσοῦτον ἀπέχει, δικαίους αὐτοὺς ἀπεργάζεσθαι καὶ σοφούς, ὥστε πονηρία μὲν αὐτοῖς ἡ δικαιοσύνη, μωρία δὲ σαφὴς ἡ σοφία· ἔπειτα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα σεμνοὺς ἐποίει καὶ κόσμον ἡμῖν εἶχεν ἡ ἀρετή, δι' ὧν πρὸς τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην καὶ τὴν σοφίαν οἰκείως ἔχομεν μᾶλλον ἢ τὴν ἀνθρωπείαν, καὶ ἣν ἡμῖν ἐνέθηκεν ἡ σπουδή, καλεῖσθαι μᾶλλον ἀπὸ ταύτης ἢ ἐκείνης εἰκὸς ἂν εἴη. Καθάπερ γὰρ οὐ τῶν ἔξωθέν ἐσμεν ἐπώνυμοι καὶ τῶν ἀλλοτρίων, ἀπὸ δὲ τῶν οἰκείων, καὶ ἅπερ ἡμῶν ἔνεστι τῇ φύσει, καὶ διατίθεσθαι καὶ καλεῖσθαι συμβαίνει (οὐ γὰρ ἡ οἰκία καὶ τὸ ἱμάτιον πρὸς τοῦτο ἢ ἐκεῖνο τὸ ἦθος πλάσειεν ἄν, οὐδ' ἂν πονηρίας ἢ ἀρετῆς ὀνόματος μεταδοίεν)· οὕτω τῶν οἰκείων αὐτῶν ἐκεῖνα διατίθησι μᾶλλον καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ποιεῖται κοινήν, ἃ μᾶλλον ἡμέτερα· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἡμέτερα μᾶλλον ἢπερ τὰ ἡμῶν αὐτῶν. Οἰκεῖα μὲν γάρ, ὅτι μέλη καὶ υἱοὶ καθέσταμεν καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος καὶ πνεύματος αὐτῷ κοινωνοῦμεν, ἔγγιον δὲ ἡμῖν οὐ τῶν ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἀπὸ τῆς φύσεως περιγενομένων, ὅτι συγγενέστερος ἡμῖν ἐδείχθη καὶ τῶν γεγεννηκότων αὐτῶν. Διὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲ τὴν ἀνθρωπείαν εἰσενέγκαι φιλοσοφίαν, οὐδὲ μέχρι τούτων στῆναι τῶν ἄθλων, ἀλλὰ ταύτην μὲν ζῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ ζωὴν τὴν καινήν, ἐκείνην δὲ ἐπιδείξασθαι τὴν δικαιοσύνην ὑπόχρεῳ καθέσταμεν πάντες. Οὐκ ἂν εἰ μὴ ταύτῃ προσήκομεν μᾶλλον καὶ διαφερόντως πρὸς ἡμῶν ἦν· διὰ τοῦτο γὰρ « Τῷ Χριστῷ συνετάφημεν διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἵνα ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, » καὶ πρὸς Τιμόθεον « Ἐπιλαβοῦ, φησὶ Παῦλος, τῆς αἰωνίου ζωῆς, » καὶ « Γίνεσθε ἅγιοι κατὰ τὸν καλέσαντα ἅγιον· » καὶ « Γίνεσθε οἰκτίρμονες, οὐ τὸν ἔλεον τὸν ἀνθρώπειον, ἀλλὰ καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί· » καὶ « Ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. » Ὦ φιλτρῳ Παῦλος ἐφίλει ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅθεν καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτὸς τοὺς μαθητὰς εἰρήνην ἄγειν κελεύων αὐτὴν ἐντίθησιν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην τὴν ἑαυτοῦ· « Εἰρήνην γὰρ, φησὶ, τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, » καὶ πρὸς τὸν Πατέρα « Ἵνα, φησὶν, ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ. » Καὶ ὅλως καθάπερ ἡ γέν-

A sed et ipse illis factus a Deo justitia et sanctificatio [79]. Tali enim maxime modo hoc ipsum sanctis, nempe beatos et sanctos esse, contingit, quod adest illis sanctus et beatus, propter quem ex mortuis viventes, ex stultis sapientes, ex servis improbis atque scelestis sancti et justi evadunt. A seipsis namque, et humana natura studioque nihil illis suppeditat, unde proprie sic appellentur, sed et sancti dicuntur propter sanctum, et justi et sapientes propter eum qui cum ipsis est justum et sapientem. Et absolute, si quis vere inter homines magna hæc et veneranda audire dignus est, inde hæc cognomenta adipiscitur : præsertim quando domestica, et quæ ab illis præstare possunt, tantum abest ut justos eos ac sapientes efficere queant, ut B illorum justitia mera improbitas, et sapientia evidens stultitia sit. Deinde, etsi virtus inprimis venerabiles redderet et ornaret, quoniam tamen justitiam, et sapientiam quæ ex Deo est, familiarius et studiosius amplectimur quam humanam, ab illa potius quam ab ista nominari nos decet. Sicut enim non ab extraneis et alienis nomen trahimus, sed a propriis, et in natura nostra insitis, et afficimur et vocamur (non enim domus, aut vestis ad hos vel illos mores nos finxerit; neque vitii aut virtutis nomen imponat) : ita illa divina magis animos nostros temperant, et nomen commune efficiunt, quæ magis nostra sunt. Quæ autem sunt Christi, nostra magis sunt, quam nostra ipsorum. Nostra C sunt enim, quia membra, et filii facti sumus, eique carne, sanguine et spiritu communicamus. Propius autem nostra non iis tantum quæ ab exercitatione, sed jam etiam iis quæ a natura veniunt; quandoquidem, ut docuimus, interior nobis cum ipso quam cum parentibus cognatio est. Hac de causa nec humanam philosophiam invenit, nec istorum certaminum tenus nos progredi voluit, sed hanc in Christo vitam novam vivere, et illam exhibere justitiam obligamur omnes : quod non fecisset nisi hæc vita nobis foret aptior, officioque nostro præclare conveniret. Ob hoc enim : « Christo per baptismum consepulti sumus, ut novitate vitæ ambulemus [80]. » Et ad Timotheum : « Apprehendit vitam æternam [81]. » Et : « Estote sancti, juxta eum D qui vocavit vos sanctus [82]. » Et : « Misericordes, non misericordia humana, sed « sicut Pater vester cœlestis misericors est [83]. » Et : « Diligite invicem, sicut ego dilexi vos [84], » quo amore Paulus dilexit, « In visceribus Jesu Christi [85]. » Unde et Salvator ipse discipulos pacem agitare jubens, suam ipsius pacem illis immisit. Ait enim : « Pacem meam do vobis [86]. » Et ad Patrem, « Ut, inquit, dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit [87]. » Et plane sicut generatio divina quædam, et supra naturam est, sic et vita, et vivendi institutum, et philosophia, et omnia hæc, nova et spiritualia sunt. Atque hoc

[79] I Cor. I, 30. [80] Rom. VI, 4. [81] I Tim. VI, 12. [82] I Petr. I, 15; Levit. XIX, 2. [83] Luc. VI, 5. [84] Joan. XIII, 34. [85] Philipp. I, 8. [86] Joan. XIV, 26. [87] ibid. 27.

Digitized by Google

significans Salvator Nicodemo, « Quod natum est ex spiritu, inquit, spiritus est [86]. » Unde et Paulus, « Ut inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est : sed quæ ex fide est Jesu Christi, quæ ex Deo est, justitia in fide [87]. » Docet autem Scriptura, hanc esse regiam vestem : nam nostra servilia sunt. Libertas porro et regnum, ad quod festinandum est, quomodo servorum præmia erunt? neque enim regno digni apparebunt, si nihil nisi servorum virtutem præstiterint. Sicut enim « corruptio incorruptionem non possidebit, oportet autem corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem [88] : » ita nec servorum opera ad regnum illud nobis queant sufficere ; sed justitia ex Deo requiritur. Hæredem enim oportet esse filium, non servum : « Servus enim, inquit, non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum [89]. » Quamobrem unumquemque eorum qui ad hanc hæreditatem cernendam venerunt, prius abjecta conditione servi, filium se ostendere oportet ; quod est formam, et faciem Unigeniti indutos, cum hoc decore et elegantia Genitori nos sistere. Et hoc est a Filio Dei omni servitute liberari, vereque liberos esse; quod Judæis Christum dicere voluisse intellige, cum dicit : « Si Filius vos liberaverit, vere liberi eritis [90]. » Liberat enim, et qui servierant, filios Dei efficit ; quoniam ipse cum sit Filius, et omni peccato vacet, et corpus ipsis, et sanguinem, et spiritum, et sua omnia communia facit. Hac enim ratione nos et refinxit, et liberavit, et deificavit, germanum, et liberum, et verum Deum seipsum nobis admiscens. Et sic Christum, qui vera est justitia, nostrum bonum, supra quam ipsa naturalia, sacra cœna nobis facit. Itaque et gloriamur bonis ejus, et quasi nostra essent recte facta, celebramur, indeque nominamur, si in commune permanemus. Et si quis vere sanctus et justus, et quodcunque tandem laudabilium audit, appellationem ex iis quæ a Christo sortitus est, accipit : « In Deo, inquit, laudabitur anima mea [91]. » Et : « Benedicentur in eo omnes gentes [92]. » Unde humanum nihil, sed quæ Christi sunt poscimus : ut ea in animas nostras cum importaverimus, cum iis hinc discedamus, et ante coronas hanc philosophiam omni modo, et has novas divitias exhibeamus, nullo superaddito falso numismate, quoniam hanc solam ad promerendum regnum cœlorum apportare possumus. Quia enim præmium, quod pugna defuncti accipere debent, Deus ipse est, necessarium videtur sane præmio respondere, et divinos esse etiam agones, Deumque athletis non solum alipten esse certaminumque auspicem, sed et ipsum in ipsis virtutis munere fungi. Et ita finem qui quæritur cum præparatione, et præparationem cum fine congruere. Sicut enim in has terras nos mittens, nihil nobis fecit, nec exegit

A νησις θεία τίς ἐστι καὶ ὑπερφυής, οὕτω καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ δίαιτα καὶ ἡ φιλοσοφία καὶ πάντα ταῦτα καινὰ καὶ πνευματικά. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Σωτὴρ Νικοδήμῳ, « Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, φησὶ, πνεῦμά ἐστι. » Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος, « Ἵνα εὑρεθῶ, φησὶν, ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην. » Ὁ δὲ λόγος ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ βασιλικὸν ἱμάτιον· τὰ γὰρ ἡμέτερα δοῦλα, ἐλευθερία δὲ καὶ βασιλεία, πρὸς ἣν ἐπείγεσθαι δεῖ, πῶς; [ἂν γένοιτο δούλων; οὐ γὰρ] ἂν εἴη βασιλείας ἀξίους φανῆναι πλέον οὐδὲν ἢ δούλων ἀρετὴν ἐπιδειξαμένους ; Καθάπερ γὰρ « ἡ φθορὰ τῆς ἀφθαρσίας οὐκ ἂν γένοιτο κληρονόμος, δεῖ δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν καὶ τὸ B θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » τὸν ἴσον τρόπον οὐδὲ τὰ τῶν δούλων ἔργα πρὸς τὴν βασιλείαν ἐκείνην ἀρκέσαι δύναιτ' ἂν ἡμῖν, ἀλλὰ τῆς ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνης δεήσει. Υἱὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν κληρονόμον δοῦλον· « Ὁ γὰρ δοῦλος, φησὶν, οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ Υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » ἀνθ' ὧν ἕκαστον τῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τοῦτον ἀφιξομένων πρότερον ἀποβαλόντα τὸν δοῦλον δεῖξαι δεῖ τὸν Υἱὸν, ὅπερ ἐστὶ τὴν μορφὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τῶν προσώπων κομισαμένους μετὰ τούτου τοῦ κάλλους τῷ γεγεννηκότι φανῆναι· καὶ τοῦτό ἐστιν ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πάσης ἀφεθῆναι δουλείας καὶ ὡς ἀληθῶς ἐλευθέρους εἶναι, ὃ τῷ Χριστῷ νοεῖ τὸ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους εἰρημένον ἐκεῖνο, « Ἐὰν ὁ Υἱὸς C ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε. » Λύει γὰρ καὶ υἱοὺς Θεοῦ ποιεῖται τοὺς δούλους, ὅτι Υἱὸς ὢν αὐτὸς καὶ πάσης ἐλεύθερος ἁμαρτίας καὶ σῶμα αὐτοῖς καὶ αἷμα καὶ πνεῦμα καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα κοινὰ ποιεῖται· τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον καὶ ἀνέπλασε καὶ ἐλευθέρωσε καὶ ἐθέωσε, τὸν ὑγιᾶ καὶ ἐλεύθερον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν ἑαυτὸν ἡμῖν ἀναμίξας, καὶ οὕτω τὴν ἀληθινὴν ὄντα δικαιοσύνην τὸν Χριστὸν, ἡμέτερον ἀγαθὸν, καὶ πρὸ τῶν φυσικῶν αὐτῶν τὸ ἱερὸν ἐργάζεται δεῖπνον, ὥστε καὶ φιλοτιμούμεθα τοῖς αὐτοῦ καὶ ὡς ἂν αὐτοὶ κατωρθωκότες εὐδοκιμοῦμεν, καὶ καλούμεθά γε ἐκεῖθεν, εἰ τὴν κοινωνίαν φυλάττομεν, καὶ εἴ τις ἀληθῶς ἅγιος καὶ δίκαιος καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων ἀκούοι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐξ ὧν ἐκείνου τετύχηκεν, ἔλαβεν. « Ἐν τῷ Θεῷ γὰρ, φησὶν, ἐπαινεθήσεται D ἡ ψυχή μου, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· » ὅθεν τῶν ἀνθρωπίνων μὲν οὐδὲν, τὰ Χριστοῦ δὲ ἁπαιτούμεθα καὶ ἐνεγκεῖν ἐπὶ τῶν ψυχῶν καὶ φέροντας ἀπελθεῖν, καὶ ταύτην πρὸ τῶν στεφάνων ἐπιδείξασθαι τὴν φιλοσοφίαν ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ τοῦτον τὸν καινὸν πλοῦτον, μηδὲν ἐπεισαγαγόντας αὐτῷ τοῦ πονηροῦ κόμματος, ὡς μόνην ταύτην οὖσαν ὑπὲρ τῆς ἐν οὐρανῷ βασιλείας ἀξιόχρεω φοράν. Ἐπεὶ γὰρ ἆθλον, ὃ δεῖ λαβεῖ ἀγωνισαμένους, ὁ Θεός ἐστιν αὐτὸς, ἀνάγκη δὴ πρὸς τὸ γέρας ἀνάλογον ἔχειν, καὶ θείους εἶναι τοὺς ἀγῶνας, καὶ Θεὸν τοῖς ἀθληταῖς οὐ μόνον ἀλείπτην εἶναι καὶ τῶν

[86] Joan. III, 6. [87] Philipp. III, 9. [88] I Cor. XV, 50-53. [89] Joan. VIII, 36. [90] Ibid. 36. [91] Psal. XXXIII, 3. [92] Gen. XII, 3.

Digitized by Google

ἀγῶνων ἡγεμόνα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐν αὐτοῖς εἶναι τὸν κατορθοῦντα, ὥστε τὸν μὲν ζητούμενον τέλος τῇ παρασκευῇ, τῷ τέλει δὲ τὴν παρασκευὴν ἀκόλουθον εἶναι. Καθάπερ γὰρ εἰς τὴν γῆν πέμπων οὐδὲν ἡμᾶς ἔδρασεν οὐδ' ἀπῆτησεν ὑπερφυές, οὕτω πρὸς Θεὸν ἄγων καὶ τῆς γῆς ἀπαλλάττων οὐδὲν ἀφῆκεν ἔχειν ἀνθρώπινον, ἀλλ' ὧν ἡμῖν ἐδέησε, πρὸς πάντα ἑαυτὸν ἥρμοσε, καὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος ἐκεῖνο παρασκευάσαι δυναμένων οὐδὲν παρῆκεν ἀργὸν ἑαυτοῦ. Εἴτε γὰρ ἀῤῥωστίαν εἴποι τις ἂν τὸ ἡμέτερον τοῦτο καὶ ἰατρείαν, οὐκ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κάμνοντα μόνον καὶ ὀφθαλμῶν ἡξίωσε καὶ χειρὸς, καὶ ὧν ἔδει πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτουργὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ φάρμακον καὶ ἡ δίαιτα καὶ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν πρὸς ὑγείαν φερόντων αὐτὸς ἐγένετο, εἴτε ἀνάπλασίς ἐστιν, ἐξ ἑαυτοῦ καὶ τῶν οἰκείων σαρκῶν τὸ ἐνδέον ἀνακαλεῖται, καὶ ὃ τοῦ διαφθαρέντος ἡμῖν ἀντεισήγαγεν, αὐτὸς ἦν. Οὐ γὰρ, ὅθεν ἔπλασεν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀνέπλασεν ὕλης, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐποίησε χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, ὑπὲρ δὲ τοῦ δευτέρου τὸ οἰκεῖον ἔδωκε σῶμα, καὶ τὴν ζωὴν, ἀνακτώμενος οὐ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῆς φύσεως ἐστῶσαν ποιεῖ καλλίω, ἀλλὰ τὸ αἷμα ἐγχέων ταῖς τῶν μεμυημένων καρδίαις τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν αὐτοῖς ἀνατέλλει. Τότε μὲν γὰρ ἐνεφύσησε, φησὶ, πνοὴν ζωῆς, νῦν δὲ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν αὐτοῦ κοινωνεῖ· καὶ γὰρ, « Ἐξαπέστειλε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κράζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ· » ἐπεὶ καὶ φωτὸς δεῆσαν τότε μὲν, « Γενηθήτω φῶς, εἶπε, καὶ ἐγένετο φῶς, » τὸ δοῦλον τοῦτο, νῦν δὲ ὁ Δεσπότης αὐτὸς « ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ὁ τότε εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, » Παύλου φωνή. Καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων χρόνων διὰ τῶν κτισμάτων τούτων τῶν ὁρωμένων εὐηργέτει τὸ γένος καὶ προστάγμασι καὶ πρεσβείαις· καὶ νόμοις ἦγε τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο μὲν χρώμενος ἀγγέλοις, τοῦτο δὲ τῶν ἀνθρώπων τοῖς σεμνοτέροις, νῦν δὲ αὐτὸς ἀμέσως δι' ἑαυτοῦ καὶ πρὸς πάντα χρώμενος ἑαυτῷ.

A quod ultra naturam esset, si ex his terris nos dimittens, atque ad Deum adducens, nihil nos humanum habere permisit, sed ad omnia quibus nobis opus fuit, se accommodavit, et quæ ad finem illum commodare possent, nihil in se otiosum reliquit. Sive enim morbum quis hoc malum nostrum, et negotium medicum dicat, non solum ipse ad ægrotantem venit, cumque aspectu suo et tactu dignatus est, et quibus ad curationem egebat, per se illi ministravit, sed et ipsa medicina, et diæta, et quodcunque aliud ad sanitatem recuperandam prodesset, ipse factus est. Sive refictio est, ex reipsa et corpore proprio quod deerat resarsit, quodque pro perdito restituit, ipse est. Non enim unde finxit, ab B eadem materia refinxit. Sed illud quidem fecit, pulverem e terra accipiens; pro altera autem suum ipsius corpus tradidit, vitamque reparans, non animam in natura consistentem pulchriorem facit, sed sanguinem suum in corda initiatorum effundens, suam ipsius vitam ipse oriri facit. Tunc enim inspiravit spiritum vitæ, ut legimus [98]: nunc autem Spiritum suum nobis communicat [99]. Etenim, « Misit Deus, » inquit Paulus, « Spiritum Filii sui cordibus nostris, clamantem, Abba Pater [97]. » Siquidem et cum luce opus esset, tunc dixit, « Fiat lux, et facta est lux [98]. » Sed ista tanquam servis. Nunc Dominus ipse « illuxit in cordibus nostris, qui tunc de tenebris dixit lumen C splendescere, » Pauli vox est [99]. Et ut simul dicam, prioribus temporibus per creaturas hasce aspectabiles generi nostro bene faciebat, mandatisque et legationibus, et legibus hominem regebat, partim angelorum, partim hominum reverendorum usus opera. Nunc citra administrum ad omnia semetipso utitur.

Σκοπῶμεν γὰρ ἄνωθεν. Ἐπὶ τῷ σῶσαι τὸ γένος οὐκ ἄγγελον ἔπεμψεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐλήλυθεν· ἔδει μαθεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ὑπὲρ ὧν ἀφίκετο, καὶ οὐ κατὰ χώραν μένων μετεπέμπετο τοὺς ἀκουσομένους, ἀλλ' αὐτὸς ἐζήτει περιὼν, οἷς ἂν μεταδοίη τῶν λόγων. Καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἐπὶ τῆς D γλώττης κομίζων ἐπὶ τὰς θύρας ἐχώρει τῶν εὖ παθεῖν δεομένων, καὶ μὴν καὶ τοὺς νοσοῦντας οὕτως ἰᾶτο παραγενόμενος; αὐτὸς καὶ χειρὸς ἁπτόμενος, καὶ ὀφθαλμοὺς ἐδημιούργει γεγεννημένῳ τυφλῷ, τῷ πρωσώπῳ πηλὸν ἐπιβαλών, ὃν αὐτὸς οἰκοθεν ἐποίησε πτύσας εἰς τὴν γῆν καὶ τῷ δακτύλῳ μάξας, ἀνείλετο, « Καὶ προσέπλασε καὶ ἤψατο τῆς σορου, » φησὶ, καὶ ἐπέστη τῷ τάφῳ Λαζάρου, καὶ φωνην ἐγγύθεν ἀφῆκε, καίτοι καὶ πόῤῥωθεν εἴπερ ἐβούλετο λόγῳ καὶ νεύματι μόνῳ, καὶ ταῦτα καὶ τὰ τούτων ἔτι μείζω πάντα ἂν εἰργασμένος, ὅς γε καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐποίησεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἂν ἦν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τεκμήριον ἐναργὲς, ἐκεῖνο δὲ τῆς

Consideremus rem altius. Ad salvandum genus humanum non angelum misit, sed ipse venit. Discere oportebat homines qua de causa venisset, non itaque in regione certa subsistens, audituros accersivit, sed ipse oras peragrans quæsivit, quos sermonum suorum participes faceret, amplissimaque bona in lingua portans, beneficiis egentium domos intravit. Quin et ægrotantes sic ipse adiens, manuque contrectans, bonæ valetudini restituit [1]. Et oculos fecit cæco nato, lutum illinens, quod ipse cum in terram spuisset, et digito subegisset, sustulit, et allevit. « Et accessit, inquit, et tetigit loculum [2]. » Et venit ad monumentum Lazari, vocemque eminus emisit [3]. Quanquam et procul, si voluisset, et verbo, et nutu solo et hæc, et his majora omnia operatus esset, qui cœlum quoque hoc modo condidit. Verum hoc ejus potentiæ argumentum evidens fuisset, illud benignitatis fuit indicium, quam demonstraturus venerat. Atque

[98] Gen. II, 7. [99] Joan. XX, 22. [97] Galat. IV, 6. [98] Gen. I, 3. [99] II Cor. IV, 6. [1] Luc. VII, 14. [2] Joan. IX, 6. [3] Joan. XI, 1 seqq.

Digitized by Google

etiam apud inferos vinctos exsolvi cum oporteret, partes eas non angelis, aut archangelis commisit, sed ipsemet in carcerem descendit. Cumque captivos non gratis, sed pretio recipere libertatem æquitas postularet, sanguine persoluto eos eripuit. Hoc modo inde usque ad extremum diem a peccatis liberat, pœnam dimittit, et sordes animarum nostrarum eluit. Etenim ipse est qui purgat. Quod Paulus indicans, « Per seipsum, inquit, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram majestatis in excelsis [4]. » Propter hæc et ministrum eum appellat, et ipse semet ministrantem, et a Deo Patre missum in mundum, ut ministraret. Quodque præcipuum est omnium, non in hac vita duntaxat, quando cum humana infirmitate visus est, et venit, non ut judicaret mundum, tum quæ servi sunt præstitit, et quæ Domini sunt, abscondit omnia, sed jam etiam in futuro, quando cum virtute adveniet, et cum paterna gloria apparebit, in ostensione, in regno suo : « Præcinget se, inquit, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis [4a]. » Merito, per quem reges regnant, et principes imperant. Hoc quippe modo germano veroque regno regnavit, ipse sibi ad regnum sufficiens, et sic rexit, quorum principatum obtinuit : hilarior quidem in amicos, severior in principes, et majore amore quam pater, et ut se magis cognatum quam membrum membris, et corde ipso magis necessarium declararet, non timori cedens, non mercede capi se patiens, sed ipsemet sibi potentia regni sui, et solus ipse sibi subditos obstringens. Timore enim, aut mercede accepta regnare, profecto non est ipsum regnare, : sed spes et minæ de exacta obedientia accusandæ sunt. Quemadmodum igitur non legitime regnat, cui regnare est aliunde, sic neque vere Deo servimus, si aliquo dictorum modorum subjecti sumus.

A φιλανθρωπίας σημεῖον, ἣν ἐπιδειξάμενος ἦλθεν. Ἔτι τοίνυν τοὺς ἐν Ἅιδου δεσμώτας ἔδει λυθῆναι, καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἐπέτρεψεν ἀγγέλοις ἢ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτὸς κατῆλθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. Τοὺς αἰχμαλώτους τὴν ἐλευθερίαν εἰκὸς ἦν οὐ πρεῖκα λαβεῖν, ἀλλ' ἐωνημένους, καὶ λύει τὸ αἷμα καταβαλών· τοῦτον τὸν τρόπον ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς τὴν ἐσχάτην ἡμέραν ἀπαλλάττει καὶ εὐθύνης ἀφίησι καὶ ῥύπου τὰς ψυχὰς ἀποκλύζει. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν, ᾧ καθαίρει, ὅπερ ὁ Παῦλος δηλῶν, « Δι' ἑαυτοῦ, φησὶ, καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Διὰ ταῦτα καὶ διάκονον αὐτὸν καλεῖ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν διακονοῦντα, καὶ ἐπὶ τῷ διακονῆσαι παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν κόσμον ἐληλυθέναι, καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων, οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος μόνον, ὅτε μετὰ τῆς ἀνθρωπείας ἀσθενείας ἐφάνη καὶ ἦλθεν, οὐχ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, καὶ τὰ τῶν δούλων ἐπεδείκνυτο καὶ τὰ τοῦ Δεσπότου πάντα ἀπέκρυπτεν, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, ὅτε μετὰ δυνάμεως ἀφίξεται καὶ μετὰ τῆς πατρικῆς φανεῖται δόξης, ἐπὶ τῆς ἀναδείξεως, ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς· « Περιζώσεται, φησὶ, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς· » εἰκότως δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς. Τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθινὴν ἐβασίλευσε βασιλείαν, αὐτὸς ἑαυτῷ πρὸς τὴν βασιλείαν ἀρκέσας, καὶ οὕτως ἦγαγεν, ὧν ἐκράτησεν, ἱλαρώτερον μὲν φίλων, ἀκριβέστερον δὲ τυράννων, πατρὸς φιλοστοργότερον, μελῶν συμφυέστερον, καρδίας ἀναγκαιότερον, οὐ φόβῳ κλίνων, οὐ μισθῷ δουλούμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ἑαυτῷ δύναμις τῆς ἀρχῆς καὶ μόνος αὐτὸς ἑαυτῷ συνάπτων τοὺς ἀρχομένους. Τὸ γὰρ φόβῳ ἢ μισθούμενον βασιλεύειν οὐκ αὐτόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἄρχειν, ἀλλὰ τῆς ὑπακοῆς τὰς ἐλπίδας αἰτιᾶσθαι δεῖ καὶ τὰς ἀπειλάς· ὥσπερ τοίνυν οὐκ ἂν ἄρχοι κυρίως, ᾧ τὸ κρατεῖν ἑτέρωθεν, οὕτως οὐδὲ δουλεύειν ἔστιν ὡς ἀληθῶς τῷ Θεῷ, ἐπειδάν κατά τινα τῶν εἰρημένων ὑποταττώμεθα τρόπον.

Quia vero necesse erat ipsum sincerissimo imperio regnare (nec enim erat fas alio), invenit quo pacto id perficeret. Et hic modus erat admiratione dignissimus. Contrariam quippe viam tenuit. Et ut verus Dominus esset, naturam servi suscepit, et servis ministravit, usque ad mortem crucis. Et sic animas servorum cepit, et voluntatem nullo adminiculo in potestatem redegit. Hujus rei gratia et Paulus, sciens hoc ministerium esse causam regni, « Quia humiliavit semetipsum, inquit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum [5]. » Et Isaias : « Propter quod ipse hæreditabit multos, et fortium dividet spolia : pro eo quod tradidit in mortem animam suam, cum iniquis reputatus est [6]. » Propter primam enim fabricationem Christus naturæ nostræ Dominus est. Propter novam autem creaturam voluntatem subegit; quod vere est inter homines

Ἐπεὶ δὲ ἔδει τὴν καθαρωτάτην ἀρχὴν αὐτὸν βασιλεύειν (οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς τὴν ἑτέραν), ἐξεῦρεν ὅπως ἀνύσει. Καὶ οὗτος ἦν ὁ τρόπος ὁ παραδοξότατος. Τοῖς γὰρ ἐναντίοις ἐχρήσατο, καὶ ἵνα Δεσπότης ἀληθὴς ᾖ, δούλου δέχεται φύσιν καὶ διακονεῖ τοῖς δούλοις μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου, καὶ οὕτω τὰς ψυχὰς τῶν δούλων αἱρεῖ καὶ τὴν θέλησιν ἀμέσως χειροῦται. Τούτου χάριν καὶ Παῦλος ταύτην τὴν διακονίαν τὴν αἰτίαν εἰδὼς εἶναι τῆς βασιλείας, ὅτι « Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, φησὶ, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου σταυροῦ. διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε· » καὶ ὁ θαυμαστὸς Ἡσαΐας· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς, φησὶ, κληρονομήσει πολλοὺς καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. » Διὰ μὲν γὰρ τὴν πρώτην δημιουργίαν τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ Χριστὸς Δεσπότης, διὰ δὲ τὴν καινὴν κτίσιν τῆς γνώμης ἐκράτησεν, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπων ὡς

[4] Hebr. I, 3. [4a] Luc. XII, 37. [5] Philipp. II, 8. [6] Isa. LIII, 12.

Digitized by Google

ἀληθῶς βασιλεύειν, ὅτε τὴν κατὰ τὸν λογισμὸν ἐξουσίαν καὶ τὴν τῆς γνώμης αὐτονομίαν, ἃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐνταῦθα καταδήσας καὶ δουλωσάμενος ἦγαγεν, ὑπὲρ οὗ καί, « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία, φησὶν, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, » ὡς δή τι καινὸν παθὼν ὁ πρὸ τῶν αἰώνων τοῦ κόσμου Δεσπότης, ὅτι μετὰ τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τὸν κοινὸν ἐπέγνω Δεσπότην. Καὶ μὴν καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐκεῖνο, « Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη, » ταύτην ἐστὶν αἰνιττομένου τὴν βασιλείαν, καθ' ἣν τὰ ἔθνη « σύσσωμα τῷ Σωτῆρι καὶ συμμέτοχα » Παῦλός φησι. Τῷ γὰρ οὕτω τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς καθάπαξ ἡνῶσθαι οὐ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν, καὶ προαιρέσεων κατέστη Δεσπότης, καὶ κρατεῖ τὴν ὡς ἀληθῶς αὐτάρκη καὶ καθαρὰν βασιλείαν, αὐτὸς ἄγων δι' ἑαυτοῦ καθάπερ ψυχὴ σῶμα καὶ μέλη κεφαλή. Ἄγονται γὰρ οἱ στέργειν τὸν ζυγὸν ᾠήθησαν τοῦτον, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ λόγῳ συζῶντες, οὐδὲ προαιρέσεως συνόντες αὐτονομίᾳ. « Κτηνώδης γάρ, φησὶν, ἐγενόμην παρὰ σοί, » καὶ τοῦτό ἐστι τὴν ψυχήν τινα τὴν ἑαυτοῦ μισῆσαι καὶ ἀπολέσαι καὶ δι' ὧν ἀπόλλυσι σῶσαι, ὅταν οὕτως ἡ καινὴ κρατήσῃ κτίσις, καὶ ὁ καινὸς Ἀδὰμ παντάπασιν ἀποκρύψῃ τὸν παλαιὸν, καὶ οὔτε γεννήσεως οὔτε ζωῆς οὔτε τελευτῆς οὐδὲν τῆς παλαιᾶς περιλειφθῇ ζύμης.

Καὶ γὰρ τῷ παλαιῷ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς συνέστη τὸ σῶμα, ὁ δὲ νέος ἐκ Θεοῦ, φησὶν, ἐγεννήθη, καὶ τῆς ζωῆς δὲ ἑκατέρας ἡ τράπεζα μαρτύρων ἑκατέρα· τὴν μὲν γὰρ ἀνῆκεν ἡ γῆ, τὸν δὲ καινὸν ἄνθρωπον ὁ ἐπουράνιος ἀπὸ τῶν οἰκείων τρέφει σαρκῶν. Διὰ ταῦτα καὶ ἀναλύοντες ὁ μὲν εἰς τὴν γῆν ἐπανῆλθεν, ἐξ ἧς προῆλθεν, ὁ δὲ εἰς τὸν Χριστὸν ἐχώρησεν, ὅθεν ἐλήφθη, καὶ τῇ τοῦ προενεγκόντος ἀρχῇ κατάλληλον ἑκάτερος πειεῖται τὴν τελευτήν· « Οἷος γὰρ, φησὶν, ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, » καὶ οὐ τῆς ψυχῆς ἕνεκα μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸ γὰρ ἐπουράνιον, καθάπερ τὸ συναμφότερον ἐκεῖ χοϊκόν· ἥ τε γὰρ ψυχὴ τὰς χεῖρας οἰκεῖ τοῦ ἐπουρανίου τό τε σῶμα μέλος ἐκείνου, καὶ ψυχῆς μὲν οὐ μετέχει, τοῦ δὲ ζῶντος πνεύματος γέμει καὶ ζῇ μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς προτέρας ζωῆς οὐδ' ὅσον εἰπεῖν καλλίω, ἐπεὶ μηδ' ἀπέθανεν ἀληθῶς τὴν ἀρχήν· « Ἔδοξαν γάρ, φησὶ Σολομὼν, τεθνάναι, » καὶ οὐ τοῖς εὖ φρονοῦσιν, « ἀλλ' ἐν ἀφρόνων ὀφθαλμοῖς. » Καθάπερ γὰρ « ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, » οὕτω τὰ Χριστοῦ μέλη θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· πῶς γὰρ ἂν γεύσαιτο θανάτου τῆς ζώσης ἀεὶ καρδίας ἐξηρτημένα ;

Εἰ δὲ κόνις τὸ ὁρώμενον καὶ πλέον οὐδὲν, οὐ χρὴ θαυμάζειν. Ὁ μὲν γὰρ πλοῦτος ἔνδον· « Ἡ ζωὴ γὰρ, φησὶν, ὑμῶν κέκρυπται, » ὁ δὲ θησαυρὸς ὀστράκινον σκεῦος. « Ἔχομεν γὰρ τὸν πλοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, » Παῦλος εἶπεν· ὅθεν οἷς τὰ

A regnare, quando arbitrium rationis, et voluntatis libertatem, quæ hominem faciunt, hic vinxit et subacta duxit. Hinc, « Data est mihi omnis potestas, inquit, in cœlo et in terra [7]; » velut novum quiddam sibi accidisset ante sæcula mundi Domino, quoniam cum cœlestibus etiam humana natura communem Dominum agnovit. Quin et illud Davidis : « Regnabit Deus super gentes [8], » hoc regnum innuit, secundum quod gentes concorporales sunt, et comparticipes, ut Paulus ait [9]. Nam quod corporibus et animabus simul et semel ita unitus est, hoc non corporum modo, sed animarum quoque et voluntatum Dominum fecit, obtinetque vere sufficiens et integrum regnum, ipse illud per se sicut anima corpus, et membra gubernans. Reguntur B enim, qui hoc jugum complectendum existimarunt, quasi non cum sua ratione viverent, nec voluntate libera uterentur. Ait enim : « Ut jumentum factus sum apud te [10]. » Et hoc est aliquem odisse, et perdere animam suam, et quia perdit, servare, quando ita dominata fuerit nova creatura, et novus Adam omnimodis veterem oppresserit, nihilque generationis, nihil vitæ, nihil mortis, nihil veteris fermenti relictum fuerit.

Etenim veteri quidem Adamo e terra corpus coagmentatum est; novus autem ex Deo, inquit, natus est, utriusque vitæ utraque mensa testimonium est. Illam quidem tellus submittit; novum C autem hominem cœlestis de sua carne alit. Quare et cum dissolvuntur, ille in terram redit, ex qua prodiit : hic ad Christum vadit, unde assumptus est, et uterque dignitati effectoris sui finem congruum facit. « Qualis enim inquit, terrenus, tales et terreni, et qualis cœlestis, tales et cœlestes [11] ; » nec propter animam tantum, sed etiam propter corpus ipsum; nam et ipsum cœleste, quomodo utrumque ibi simul terrenum. Et anima quippe in manibus habitat cœlestis, et corpus est membrum illius. Et animam quidem non habet, at spiritu viventis plenum est; et post finem prioris vitæ felicius vivit quam dici possit; siquidem nec vere mortuum est omnino. Ait enim Salomon, D « Visi sunt mori, » nec id sapientibus, sed « insipientium oculis [12]. » Sicut enim « Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur [13] : » sic Christi membra mortem non videbunt in æternum. Quomodo enim gustarent mortem, quæ a corde semper vivente pendent?

Quod si nihil est præter pulverem quod videtur, nihil mirum; divitiæ enim sunt intus. « Vita enim vestra abscondita est [14], » inquit. Et thesaurus est in vase fictili. « Habemus enim, inquit, thesaurum hunc in vasis fictilibus [15]. » Unde quibus quæ foris

[7] Matth. XXVIII, 18. [8] Psal. XLVII, 9. [9] Ephes. III, 6. [10] Psal. LXXIII, 22. [11] I Cor. XV, 48. [12] Sap. III, 2. [13] Rom. VI, 9. [14] Coloss. III, 3. [15] II Cor. IV, 7.

Digitized by Google

sant apparent tantum, illi lutum tantummodo cernunt; Christus autem cum apparuerit, etiam ipse pulvis sua pulchritudine conspicuus erit, quando ut membrum illius fulguris conspicietur, et similis erit soli, parique claritate coruscabit. « Fulgebunt justi, inquit, sicut sol in regno Patris eorum [16]; » regnum Patris vocans radios illos quibus ipse splendens visus est apostolis, ipsum regnum et quod venit in virtute, sicut ipse ait, his qui eum viderunt. Fulgebunt autem et justi in die illo una claritate et gloria, his quidem susceptione, ipso autem communicatione micantibus. Panis enim hic, corpus hoc, quod hinc ab hac mensa eo portantes venient, hoc est, quod super nubes tunc omnium oculis conspicietur, orientique et occidenti instar fulguris, puncto temporis, pulchritudinem suam demonstrabit. Cum hoc radio vivunt sancti, et a mortuis lux non recedit; lumen enim justis semper adest, et ad vitam illam hoc illustrati perveniunt, quocum semper fuerunt, ad illud tunc currentes. Quod enim cuique tunc resurgentium eveniet, ut ossa, et partes, et membra cum capite ad integritatem corpori illustrandam conveniant, hoc item Christo Salvatori, communi omnium capiti continget. Etenim super nubes tantum coruscans, propria undecunque membra recipiet, Deus in medio deorum, speciosus speciosorum agminis coryphæus. Et quemadmodum onera elata, vinculis cohibentibus diruptis, in terram tendunt, mediumque locum seu centrum statim petunt; sic et corpora sanctorum terræ affixa sunt illa quidem, et corruptioni alligata tyrannidi subjecta manent; et idcirco ingemiscimus, inquit, in hoc habitaculo. Cum autem libertas affuerit, impetu incredibili ad Christum ferentur, ut proprium locum recipiant. Quare Paulus ostendens cursum illum cohiberi non posse, vocat raptum. « Rapiemur inquit, in nubibus obviam Christo in aera [17]. » Et Salvator ait se illos suscepturum. « Tunc, inquiens, duo erunt in agro, unus assumetur, et alter relinquetur [18]; » illud significans, nihil esse humanum nec in ipsis situm, ut moræ locus sit aliquis; sed ipse trahet, ipse rapiet, qui non potest servire tempori.

Sicut enim ab initio non exspectavit ut quæreretur, sed ipse aberrantes quæsivit, demonstratoque itinere, deinde ambulare non valentes, ipse sublatos in humeros portavit, et labentes reparat, et inertes corrigit, et abscedentes advocat, et omnino de salute illis instare non desinit: sic etiam tunc extremum cursum ad ipsum currentes ipse excitabit, et volantibus ipse alas faciet. Ideo et aquilas nos nominat ad corpus congregatas. « Ubicunque enim erit corpus, inquit, illic congregabuntur et aquilæ [19]. » Etenim a mensa ad mensam venient, ab abscondita

A θύραζε φαίνεται μόνον, ὁ πηλὸς ἂν ὁρῷτο μόνος τοῦ Χριστοῦ διαδειχθέντος, καὶ ἡ κόνις; αὕτη τὸ οἰκεῖον ἐπιδείξεται κάλλος, ὅτε τῆς ἀστραπῆς ἐκείνης μέλος οὖσα φανεῖται καὶ προσαρμόσει τῷ ἡλίῳ καὶ τὴν ἀκτῖνα κοινὴν ἀφήσει. « Λάμψουσι γὰρ, φησὶν, οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν, » βασιλείαν τοῦ Πατρὸς τὴν ἀκτῖνα καλῶν ἐκείνην, καθ' ἣν ὤφθη μὲν αὐτὸς λάμπων τοῖς ἀποστόλοις, αὐτὴν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καθάπερ αὐτός φησιν, ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει τεθεαμένοις· λάμψουσι δὲ καὶ οἱ δίκαιοι ἐπὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης μίαν λαμπρότητα καὶ δόξαν, τῶν μὲν τῷ δέχεσθαι, τοῦ δὲ τῷ διαδόναι φαιδρυνομένων. Ὁ γὰρ ἄρτος οὗτος, τὸ σῶμα τοῦτο, ὅπερ ἐνθένδεν ἀπὸ τῆς τραπέζης ταύτης ἐκεῖ κομίζοντες ἥξουσι, τοῦτό ἐστιν
B ὅπερ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τότε φανεῖται πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ δείξει τὴν ὥραν ἀνατολῇ καὶ δύσει δίκην ἀστραπῆς ἐν μιᾷ χρόνου ῥοπῇ· μετὰ ταύτης ζῶσιν οἱ μακάριοι τῆς ἀκτῖνος καὶ τελευτώντων τὸ φῶς οὐκ ἀποχωρεῖ. Φῶς γὰρ δικαίοις διαπαντὸς, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἐκείνην τούτῳ λάμποντες ἀφικνοῦνται, ᾧ τὸν ἀεὶ συνῆσαν χρόνον, ἐπ' ἐκεῖνο τηνικαῦτα τρέχοντες. Ὃ γὰρ ἑκάστῳ συμβήσεται τότε τῶν ἀναβιωσκομένων, ὁστᾶ καὶ μέρη καὶ μέλη τῇ κεφαλῇ συνιόντα τὴν ὁλότητα τῷ σώματι διασώζειν, τοῦτο καὶ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, τῇ πάντων κοινῇ κεφαλῇ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἀστράψασα μόνον τὰ οἰκεῖα πανταχόθεν ἀπολήψεται μέλη, Θεὸς ἐν μέσῳ
C θεῶν, ὡραῖος ὡραίου κορυφαῖος χοροῦ, καὶ καθάπερ τὰ μετέωρα βάρη τῶν δεσμῶν τῶν ἐπεχόντων ῥαγέντων ἐπὶ τὴν γῆν χωρεῖ καὶ τὸν μέσον εὐθὺς ἐζήτησε τόπον, ὡς δὲ καὶ τὰ σώματα τοῖς ἁγίοις προσήλωται μὲν τῇ γῇ, τῇ φθορᾷ δεθέντα καὶ τυραννούμενα μένει, καὶ διὰ τοῦτο στενάζομεν, φησὶν, ἐν τῷ σκήνει, φανείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀκρατήτῳ φορῷ πρὸς τὸν Χριστὸν ἵεται τὸν οἰκεῖον κομιζόμενα τόπον. Ὅθεν ὁ Παῦλος ἄσχετον δεικνὺς εἶναι τὸν δρόμον ἐκεῖνον, ἁρπαγὴν τὸ πρᾶγμα καλεῖ· « Ἁρπαγησόμεθα γὰρ, φησὶν, ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, » καὶ ὁ Σωτὴρ παραλαμβάνεσθαί φησιν αὐτοὺς, « Τότε δύο, λέγων, ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁ εἷς παραλαμβάνεται καὶ ὁ εἷς ἀφίεται, » ἐκεῖνο σημαίνων, ὡς οὐδὲν
D ἀνθρώπινον οὐδὲ παρ' αὐτῶν, ὥστε καὶ σχολῇ τινα χώραν εἶναι, ἀλλ' αὐτὸς ἑλκύσει, αὐτὸς ἁρπάσει, ὃν οὐκ ἔνι χρόνῳ δουλεύειν.

Καθάπερ γὰρ ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἀνέμεινε ζητηθῆναι παρ' αὐτῶν, ἀλλ' αὐτὸς ἐζήτησε πλανωμένους, καὶ τὴν ὁδὸν ὑποδείξας ἔπειτα βαδίζειν μὴ δυναμένους ἀνελόμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμισε καὶ πίπτοντας ἀνεκαλεῖτο καὶ ῥαθυμοῦντας ἐπηνωρθοῦτο καὶ ἀποχωροῦντας παρεκάλει, καὶ ὅλως ἵπερὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς διετέλεσεν ἐνοχλῶν· οὕτω καὶ τότε τὸν τελευταῖον πρὸς αὐτὸν τρέχοντας δρόμον αὐτὸς ἀναστήσει καὶ πετομένοις αὐτὸς ἐργάσεται τὸ πτερόν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀετοὺς ἀπεκάλει συνιόντας ἐπὶ τὸ πτῶμα, « Ὅπου γὰρ, φησὶ, τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται

[16] Matth. XIII, 43. [17] I Thess. IV, 14. [18] Matth. XXIV, 28. [19] ibid.

Digitized by Google

οἱ ἀετοί. » Καὶ γὰρ ἀπὸ τραπέζης ἐπὶ τράπεζαν ἤξουσι, τῆς ἔτι καλυπτομένης ἐπὶ τὴν ἤδη φανερουμένην, ἀπὸ τοῦ ἄρτου ἐπὶ τὸ πτῶμα. Νῦν μὲν γὰρ ἄρτος ἐστὶν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, τὴν ἀνθρωπείαν ἔτι ζῶσι ζωὴν, καὶ πάσχα, διαβαίνουσι γὰρ ἐνθένδεν ἐπὶ τὴν ἐν οὐρανῷ πόλιν· ὅτε δὲ « ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί, » ὁ θαυμαστός φησιν Ἡσαΐας, τότε δὲ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πτώματος καθεδοῦνται κνθαροῦ παραπετασμάτων. Ὃ καὶ δηλῶν ὁ μακάριός φησιν Ἰωάννης · « Ὀψόμεθα αὐτὸν καθὼς ἔστιν οὔτε γὰρ ἄρτος ἐστὶν αὐτοῖς τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς πεπαυμένης, οὔτε πάσχα μένουσιν ἤδη, τοῦ πτώματος δὲ πολλὰ φέρει· καὶ γὰρ μετὰ τῶν στιγμάτων αἱ χεῖρες καὶ τὰ ἴχνη τῶν ἥλων οἱ πόδες ἔχουσι, καὶ τὸν τύπον ἔτι φέρει τοῦ δόρατος ἡ πλευρά. Τοῦτο τὸ δεῖπνον ἐπ' ἐκεῖνο φέρει τὸ πτῶμα, τούτου χωρὶς ἀμήχανον ἐκεῖνο λαβεῖν, οὐχ ἧττον ἢ τὸν ἐκκοπέντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ φωτὸς εἰς πεῖραν ἐλθεῖν. Εἰ γὰρ ἔχουσι ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς οἱ τοῦτο μὴ δειπνοῦντες τὸ δεῖπνον, μελῶν νεκρῶν ἀθάνατος πῶς ἂν γένοιτο κεφαλή; Μία μὲν γὰρ ἡ τῆς τραπέζης δύναμις, εἷς δὲ ἑστιῶν ἐν ἑκατέρῳ τῶν κόσμων, καὶ τοῦτο μὲν ἐστιν ὁ νυμφῶν, τοῦτο δὲ ἡ πρὸς τὸν νυμφῶνα παρασκευή, τοῦτο δὲ αὐτὸς ὁ νυμφίος. Ὅθεν τοῖς μὴ μετὰ τούτων ἀπεληλυθόσι τῶν δώρων πρὸς τὴν ζωὴν ἔσται πλέον οὐδέν· οἷς δὲ ὑπῆρξε καὶ λαβεῖν τὴν χάριν καὶ σῶσαι, καὶ τὴν χαρὰν εἰσῆλθον τοῦ Κυρίου αὐτῶν καὶ τῷ νυμφίῳ συνεισῆλθον εἰς τὸν νυμφῶνα καὶ τῆς ἄλλης ἀπήλαυσαν τῆς ἐν τῷ δείπνῳ τρυφῆς, οὐ τηνικαῦτα τυχόντες, ἀλλ' ὃ κομίζοντες ἦλθον, τούτου διαδειχθέντος καθαρώτερον αἰσθανόμενοι. Καὶ οὗτος ὁ λόγος, καθ' ὃν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν.

A adhuc ad manifestam, a pane ad corpus. Nunc enim panis illis est Christus, adhuc vitam humanam viventibus, et phase; transeunt enim hinc in cœlestem civitatem. Quando autem « mutabunt fortitudinem, et assument pennas, sicut aquilæ [20], » juxta Isaiam, tunc ipsi corpori a velamentis nudo insidebunt. Quod significans et beatus Joannes ait : « Videbimus eum sicuti est [21]. » Nec enim panis Christus est illis, quando vita in carne jam finem habet, nec phase jam manentibus. Corporis autem passi signa multa fert. Etenim cum stigmatis cernuntur manus, et vestigia clavorum pedes habent, et nota infixa in latus lanceæ adhuc exstat. Hæc cœna ad corpus illud fert, sine qua impossibile est illud adipsci, perinde atque erutis oculis intueri. Si B enim non habent vitam in semetipsis, qui hanc cœnam non cœnant, qui immortalis est, mortuorum membrorum quomodo potest esse caput? Una est enim mensæ virtus; unus qui convivium in utroque mundo apparat. Et hoc partim quidem est thalamus, partim ad thalamum præparatio, partim sponsus ipsemet. Unde qui non cum his donis ad vitam hinc abierint, nihil consequentur. Quibus autem gratiam accipere et servare contigit, et in gaudium Domini sui intrarunt, et cum Sponso in cubiculum nuptiale convenerunt [22], et aliis perfruiti sunt in cœna deliciis, non tunc ea adipiscentur, sed quod apportantes venerunt, Christo conspecto liquidius sentient. Et hæc est ratio secundum quam regnum cœlorum intra nos est

[20] Isa. XL, 31. [21] I Joan. III, 2. [22] Luc. XVII, 21

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται ἡ καθιέρωσις τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου.

DE VITA IN CHRISTO

LIBER QUINTUS.

Ad sacrorum divinorumque mysteriorum absolutionem altare etiam necessarium esse.

Τῶν μὲν ἱερῶν μυστηρίων οὗτος ὁ λόγος, καὶ ταύτην ἡμῖν ἔχει πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν παρασκευήν. Ἐπεὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον πάσης ἐστὶν ἀρχὴ τελετῆς, ἄν τε δειπνεῖν ἄν τε χρίσμα δέῃ λαμβάνειν, καὶ μὴν καὶ ἱεράσασθαι καὶ τοῦ λουτροῦ τὰ τελεώτατα μετασχεῖν, εἴ τι καὶ αὐτὸ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὴν πηγνῦσαν αὐτὸ τελετὴν, ὡς οἷοί τέ ἐσμεν, C Sacrorum mysteriorum vis et ratio hæc est, et ad veram vitam hunc in modum nos excolunt præparantque. Cæterum quia altare omnis initiationis et consecrationis principium est, seu sacra cœna usurpanda, seu unctio accipienda, seu sacrificium faciendum, seu quæ in baptismo præcipua participanda sint; si insuper de ipso, et ritu quo conse-

Digitized by Google

cratur comparaturque, pro virili nostra egerimus, nihil nos vel curiosum, vel supervacaneum facturos equidem existimamus. Perfectius autem conditionem ejus explanabimus, si tanquam de mysteriorum basi, aut radice, aut quo alio nomine appellari debet, disseramus. Quare et quæ consecratoris manibus fiunt, et quibus altare constet, indicemus; omnibusque ordine expositis, singula deinde quid occultæ significationis habeant inquiramus.

A θεωρήσομεν. Μὴ ἂν οἶμαι περίεργον οὐδὲν ποιῆσαι μηδὲ παρέλκον· τὸν λόγον μὲν οὖν τελεώτερον οὕτως ἂν εἴημεν ἀποδεῖωκότες, ὡς ἂν περὶ τῆς τῶν μυστηρίων κρηπῖδος ἢ ῥίζης ἢ ὅ τι καὶ χρὴ καλέσαι διεξελθόντες. Καὶ τοίνυν ἃ παρὰ τῶν τοῦ τελοῦντος χειρῶν γίνεται, καὶ ἃ τὸ θυσιαστήριον καθίστησιν, ἐξῆς ἐκτεθέντων ἁπάντων, ἕκαστον ἔπειτα τίνος ἐστὶν αἴνιγμα καὶ ὅ τι φέρει, σκοπῶμεν.

Primum hierarcha, seu episcopus brachia, et corpus reliquum linteatus, et cinctus, Deo super humo (quanquam non nuda) se prosternit, precatusque uti studio suo propositum ac desideratum finem consequatur, ad operam resurgit, positamque mensam prehendens, eam apte locat ac stabilit; non id tantum aliis jubens, sed ipse quoque manus admoveus. Ita sive locatam ubi calida abluit, cum precibus, ut ea non solum sordes apparentes, sed etiam contagionem a dæmonibus illi aspersam purgandi vim habeat, mox eamdem vino notæ optimæ, et oleo rosaceo, ut arbitror, perfundit. Secundum hæc sacrum unguentum adhibet, ungendoque crucis figuram tertium exprimit, ac Deo canticum illud propheticum et celeberrimum accinit. Postmodum candido illam linteo obvelat, et stragula veste pretiosa exornat, aliaque lintea super iis expandit, quæ quidem sacro unguento, quemadmodum mensa, delibuta, et ad extremum mensæ superinjecta, sacris tabulis proxime subesse oportet. Hac cærimonia functus linteo se exuit, indutusque stolam hierarchicam in vicinam aliquam sacrarum ædium egreditur; ubi acceptis sanctorum martyrum ossibus, ad hoc ipsum paratis, et super altera altaris tabellarum repositis, in quo venerabile donum collocat, et operiens, quibus illud operit, admodum reverenter tollit, supraque caput portans, ad domum quæ sanctificatur sive dedicatur inter lampades, cantus, suffimenta, quibus eum incedentem multi cohonestant, progreditur. Ita procedens, ubi templum attigit, ante januas clausas consistit, jubetque ipsis Davidis vocibus eos qui intus sunt, portas Regi gloriæ aperire [23], et vicissim audit, quæ ille, Salvatore cœlum conscendente angelos angelis contra respondentes introducit. Portis jam patentibus, ingreditur, sacrum vas illud coopertum supra caput habens. Simul ad altare, et ad ipsam mensam accessit, super ea deponit, tegumentumque removet, jacentesque in vase divitias tollit, et thecæ, quæ capacitate respondeat, imponit. Post hæc unguento sacratissimo illis superfuso, sub sacra mensa condit. Ilis ita confectis domus jam domus orationis, mensa vero ad sacrificium idonea et parata est, et sacrificatorium prorsus est.

γ'. Ἡμῖν δὲ, (κατὰ) νόμον πᾶσι κείμενον τοῖς ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦσι, πατρίδος πρῶτα μνησθῆναι εἰκὸς ἂν εἴη, δήπουθεν ἐκεῖθεν ἀρξαμένοις, ἔπειτ' ἀκολούθως ἐπὶ τἆλλα προβαίνειν. Ἔστι τοίνυν αὕτη νῆσος ἓν Ἑλλάδι κεφάλαιον, ὡς εἶναι μὲν μεγέθους καὶ κάλλους καὶ θέσεως μείζω καθάπαξ τῶν προσοίκων ἀναφανῆναι, καὶ οὕτω μεγίστῳ παραλλάττειν τῷ μέσῳ, ὡς καὶ δοκεῖν πάσας τὰς νήσους, ὥσπερ οὐκ ἀντεῖρειν ἐχούσας Αἰγίνῃ, μεθ' ἡδονῆς τῶν πρεσβείων παραχωρεῖν· ὡρῶν δὲ καὶ ἀέρων καὶ τοῦ κατ' ἀμφότερα γινομένου οὕτω τετυχηκέναι λαμπρῶς, ὥστε μόνην ταύτην δοκεῖν καὶ τῆς περὶ πάντα ταῦτα συμπάσης εὐδαιμονίας ὥσπερεὶ (g) πρυτανεῖον εἶναι ταῖς ἄλλαις, καὶ χορηγεῖν ἔχειν ἐντεῦθεν μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος, δι' ὧν αἱ πόλεις

(e) Idem ἀνξίαν.

(f) Malim sic Latine legi: Sed res ..... a seipsis habeant.

(g) Prytaneum proprie fuit locus urbis Atheniensis, ubi victus de publico præbebatur; unde hic pro promptuario publico usurpari videtur: sunt qui dici putent quasi πύρου ταμεῖον, quæ si non est vera etymologia, congrua est ad nomen allusio.

(1) Medium fere tenet Ægina ejus pelagi quod Atticam ab Achaia dividit, stadiorum circiter 50 in circuitu, de maris imperio olim contendere ausa: in sinus Saronici veluti umbelico.

(2) Versus Isthmum, Salamis, Pharmacusæ duæ, Atalanta et aliæ minores quædam: Belbina, in Æginam et littus Atticum; versus Archipelagum vero pleno mari, nullæ; sed circa utrumque littus, et ab Ægina remotiores, variæ.

(3) Nominantur in ea ipsa Ægina, insulæ nomen faciens, quod in *Enqiam* vertit hodiernus usus: *Apheæ fanum, Jovis Panhellenii mons.*

Digitized by Google

ἀμείνους. Εἰ δὲ καὶ μεῖζον ὅτου τις ἂν εἴποι πρὸς ὄξαν, καὶ τὸ κατὰ τοὺς πολίτας εὖ ἔχον κάντεῦθεν μάλιστα πάσαις τὸ νικᾷν περιγίνεται, καὶ οὕτω τὸ κατ' αὐτὴν δείκνυται προῦχον· ὅτῳ γὰρ πᾶσι τοῖς ἄλλοις περιττῶς φιλοτιμουμένη, καὶ κατὰ πασῶν τὸ κράτος ἔχουσα, καὶ τὴν νικῶσαν ἐν ἅπασι φερομένη, μεῖζον εἰς δόξαν ἡ θαυμαστὴ τῶν οἰκούντων ἐπιτυχία, καὶ τὸ διὰ πάντων ἐλθοῦσα, ὡς μηδενὸς ἐνδεῖν ὧν γε πόλεσι μάλιστα δεῖ καὶ τοὺς πολίτας καταλλήλους κεκτῆσθαι· οὕτω γὰρ χρηστότητι τρόπων καὶ ἠθῶν εὐκοσμία, καὶ πᾶσιν οἷς ἀνθρώπῳ πρὸς τρόπου πάντας νικῶσιν ὡς ἐπιεικῶς τῇ πατρίδι προσήκοντας καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἐπαίνοις ὡς οἰκείοις σεμνυνομένους, οὕτως αὐτῇ συναύξειν εὖ μάλιστα τὰς εὐφημίας, ὡς ἑκατέρους ἀλλήλοις κοσμεῖν, καὶ δι' ἀλλήλων ἑκατέρους εὐδαιμονεῖν.

A aliquid addi possit ad gloriam, inde etiam accedit haud parum, quod optima incolarum complexione cunctis vel maxime sit superior, et ejus hac in parte prærogativa palam demonstretur. Id enim unde præ aliis singulariter gloriatur, tanquam imperium in omnes habens et primas in cunctis ferens, quodque revera est ad commendationem maximum, est prosperitas incolarum admirabilis et omnibus numeris tam absoluta, ut nihil eorum indigeat, quæ præcipue urbibus sunt necessaria, et cives inter se quamoptime habeat convenientes. Nam bonitate indolis morumque ornatu, et quibuscunque homini opus est ad vitæ honestatem, superant reliquos, veluti qui suæ patriæ apte congruant, et sicut illius laudibus tanquam propriis B decorantur, sic ipsi commendationis addant plurimum, mutuoque se ornent et mutuam impleant felicitatem.

δ'. Τούτων δὲ τὸ μέγιστον μέρος οἱ θαυμαστοὶ τῆς μεγάλης πρόγονοι, καὶ οἱ αἴτιοι γεγονότες αὐτῇ τῆς εἰς τὸν βίον προόδου· τοσοῦτον γὰρ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ τῷ τοῦ γένους εὖ ἔχειν καὶ τρόποις χρηστοῖς καὶ τῷ Θεῷ φιλεῖς εἶναι, καὶ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς βελτίστοις παρὰ τῶν πολιτῶν τὸ συγκεχωρημένον ἔσχον, ὅσον οὗτοι καὶ τούτοις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τῶν ἄλλων ἐκράτησαν. Τίς οὐκ οἶδεν Ἀντώνιον, ὃς εἰς τοὺς ἱεράσθαι λαχόντας τελέσας, καὶ πάντας ἐν πᾶσιν ὑπερνικήσας, ἔδειξεν ἐναργῶς ὁποῖον εἶναι χρὴ κἀν τοῖς ἔργοις τὸν τοιαύτην ἐσχηκότα πρόσρησιν· ὃς γε τῶν αἱρετιζόντων ἐπικειμένων καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀχλύος ἐπισκοτούσης τῇ Ἐκκλησίᾳ, μόνος τῶν πάντων, ὥσπερ ἀετὸς ἐν νεφέλαις, τοῦ κλύδωνος ὑπερσχὼν, ἀνώτερος ὤφθη τῶν ἐκεῖθεν διαύλων; Καὶ μὲν καὶ Χρυσάνθην τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο, οὐκ εὐσεβείας εἵνεκα μόνον καὶ ἧς εἶχε περὶ ταύτην σπουδῆς, ὥστε τοῦτο μὲν αὐτῇ πάντα παθεῖν ἔσχειν ἑτοίμως ἢ ταύτης καὶ μικρὸν ἀποστῆναι, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥσπερ τις κοινὸς μελιδωνὸς εὐσεβείας, καθίστασθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν τρόπων μουσικῆς καὶ κατ' ἀρετὴν ἐργασίας· ἐξ ὧν γε προσήκειν εἶχεν Ἀντωνίῳ, καὶ τῆς μεγάλης ταυτησὶ συζυγίας ἀξιόχρεως εἶναι.

4. Horum autem pars non minima magnæ hujus sanctæ fuere admirandi parentes, per quos ingressum ipsa in hanc vitam habuit: adeo enim inter cives omnes excelluerunt opibus, gloria, claritate generis, morum præstantia, Dei dilectione, et rebus quibuscunque (ut verbo uno absolvam) optimis, quantum illi et his quæ dixi, et aliis bonis cunctis antestabant cæteris. Quis Antonium ignorat inter sacerdotes ordinatum, et ante cunctos in rebus omnibus ordini suo congruis excellentem? qui reipsa demonstrans qualem operibus esse oporteat ejusmodi sortitum vocationem, cum satores hæreseon Ecclesiæ incumberent, eamque offusa caligine obtenebrarent, tanquam aquila nubes procellosas transcendens, eorum concertationibus solus apparuit altior. Chrysantham porro quis non admiratur? Non tantum propter religionem ipsius, et tam insigne erga eamdem studium, ut ipsa quidem levius duceret omnia perpeti quam ab ea vel tantillum recedere, aliis vero tanquam communis curatrix pietatis præsideret; sed etiam propter compositionem suavissimam morum, et virtutum omnigenarum exercitationem, quarum causa merebatur frui Antonio, et magnæ hujus conjunctionis digna videri.

ε'. Οὕτω δὲ ἔχουσι, καὶ οὕτω πάντα τὰ βέλτιστα συνελοῦσι, τὸ πάντων μέγιστον καὶ οἱονεὶ κολοφὼν, καὶ μάλιστα πάντων ὧν εἶχον ἐκείνους κοσμοῦν, ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστὴ Θεοδώρα, τεκμήριον ἐναργὲς ἀναφανεῖσα σφίσι θεόθεν τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς εὖ διακειμένου (*h*) καὶ πλεῖω, ὥσπερ ἐντεῦθεν ἐπιεικῶς ἐπιδειξαμένου, ὅσου τινὸς ἄγει τἀκείνων, καὶ ὡς ἀντ' ἄλλου τινὸς ἢ πρὸ παντὸς ἄλλου γέρως δέδωκέ σφισι τὴν παῖδα, ἐπὶ τοσοῦτον ἥκουσι καλοκαγαθίας καὶ τοῦ διὰ πάντων ἐλάσαι. Οὕτω διὰ γυναικῶν βελτίστη, διὰ πάντων τυγχάνεις, καὶ πάντα καταλλήλως ἔσχης σαυτῇ, τήν τε πατρίδα, τούς τε τοκέας, ἵνα σοι πανταχόθεν εἴη τὸ εὐδαιμον καὶ διὰ πάντων νικῴης. Εἰ δὲ καὶ τούτων οὐ μόνον ἀξιόχρεως ἀνεφάνης αὐτὴ,

5. Ita se habentibus illis et optima quæque in unum conferentibus, omnium maximum, ac veluti coronis, et præ cæteris eorum ornamentis longe præcellentissimum, magna atque admirabilis Theodora obtigit; signum eis manifestum præbens divinæ erga se miserationis, abunde demonstrantis, quanti ipsos faceret, et quod pro alia quacunque et præ omni mercede illis tantopere virtutem colentibus et per omnia proficere cupientibus filiam dederit. Sicque, o mulierum præstantissima, omni ex parte effecta es optima, et cuncta tibi convenientia habuisti, patriam, inquam, atque parentes, ut undequaque beata fores, et omnibus per omnia longe superior. Utrum vero non solum digna illis fueris

(*h*) Scriptum erat, τοῦ πρὸς αὐτοὺς αὐτοῦ διακειμένου.

Digitized by Google

ipsa, sed multo etiam admirabilior majorem melioremque te probaveris iis per quæ exornabaris, quis demum potest ignorare?

6. Illustria igitur tua certamina, et magnos circa philosophiam agones, quibus multos in eadem cum laude versatos, victos a te longeque infra relictos clarissime demonstrasti, jam dicere aggredimur. Et ea quidem quæ his instar fundamenti substrata, ac veluti maximarum rerum iuere proœmia, quomodo non in admirationem stuporemque deducant aliquem, et futurorum faciant minime falsum vatem? Instituebatur quidem inter pueros, sed minime puerilem gerebat sensum, neque ad res ludicras convertebatur, voluptatem exinde captandam virtutis loco æstimans, sed divinis oblectabatur exercitationibus, sacris erudienda litteris. Æmulabatur autem, et socias habere expetebat, non assuetas illis contraria amare et malis in rebus versari, quod vitii est, sed adjungebatur solisque convivebat iis, quas amor philosophiæ divinæque conversationis tenebat; utpote quæ felicitatem constitueret in illis dumtaxat rebus, quæ Deo placent, atque ad virtutem ducunt, et ineffabilium bonorum participationem conciliant. Sic igitur animo comparata, conjugio quidem usa est, sed usa est tantum, et nibil amplius, quantum scilicet opus erat, aliquam ad optima quæque tendentem etiam conjugio subesse: ut quæ totam se dedisset philosophiæ, non respiciens in delicias aut voluptates, animique remissionem per eas captandam, neque gloria aut divitiis vinceretur. Soli enim Deo rebusque divinis inhærebat, et ad eum solum animi sui extendebat desiderium, suaque omnia ad illius dirigebat arbitrium.

7. Vera me dicere, vel hinc patebit, quod postquam propter graves Barbarorum incursus patriam deserens, Macedoniam habitare cœpit, materque effecta est, primogenitam prolem, juxta Pauli leges, dilecto sibi Deo obtulit, sanctoque piarum virginum contubernio filiam tradidit. Etenim si possessionum partem dare Numini magni est meriti animæque Deum diligentis; quomodo non omnem laudis humanæ excessum transcendent magnæ hujus sanctæ encomia, quæ non suarum fortunarum portionem aliquam vel simile quidpiam, sed propriorum viscerum genituram consecravit Deo? Sic ergo uni, ut dixi, Deo rebusque divinis inhærebat, et ad eum animi sui extendebat desiderium, suaque omnia ad illius dirigebat arbitrium; sic honorabile sanctumque conjugium et torum immaculatum secundum Pauli vocem exhibuit, eumque totum Deo reservavit.

A ἀλλὰ καὶ πολλῷ θαυμαστοτέρα καὶ μείζων, καὶ κρείττονας σφῶν αὐτῶν ἀνέδειξας οἷς ἐκόσμησας, τίς οὐκ οἶδε τῶν πάντων;

ς'. Τοὺς μὲν οὖν ὑπερφυεῖς ἐκείνους ἀγῶνας καὶ τὰ μεγάλα ἐπὶ φιλοσοφίᾳ σκάμματα, ἐν οἷς πολλοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ θαυμαζομένους ἡττωμένους καὶ κάτω χωροῦντας ἔδειξας περιφανῶς, αὐτίκα ἐροῦμεν. Ἃ δὲ τούτων ὥσπερ πρὸ τελείας ὑπέθουν καὶ τῶν μεγάλων προοίμια, πῶς οὐ πρὸς ἔκπληξιν πάντας ἐνάγει καὶ θαῦμα καὶ τῶν εἰς ἔπειτ' ἐσομένων μάντεις σαφεῖς ἀναδείκνυσιν; Εἰς παῖδας μὲν οὖν ἐτέλει, ἀλλ' οὐ κατὰ παῖδας εἶχε τὸ φρόνημα, οὐδ' εἰς παιδιὰς ἐώρα, καὶ τὴν ἐκεῖθεν τέρψιν τῆς ἀρετῆς ἐτιμᾶτο· ἀλλ' ἔχαιρε μὲν ταῖς θείαις διατριβαῖς τὰ θεῖα παιδευομένη, ἠμιλλᾶτο δὲ καὶ συνῆν οὐ ταῖς τῶν B ἐναντίων ἐρῶσαι εἰδυίαις καὶ τὸ κακοῖς συνοικεῖν, πρὸς ἐλαττώματος· δν· ἐκείνων δ' ἐξήρτητο καὶ ταύταις μόναις συνέζη, ἃς ὁ φιλοσοφίας ἔρως κατέσχε καὶ τοῦ συνεῖναι Θεῷ· μόνην γὰρ εὐδαιμονίαν ἡγεῖτο ἃ κεχαρισμένα τυγχάνει Θεῷ, καὶ πρὸς ἀρετὴν φέρει, καὶ τῶν ἀῤῥήτων κοινωνοὺς ἐργάζεται. Οὕτω τοίνυν τὴν ψυχὴν παρεσκευακυῖα ὡμίλησε μὲν γάμῳ, ὡμίλησε δὲ, οὐδὲν μᾶλλον· ἀλλὰ τοσοῦτον ἐδέησεν ὑφεῖναί τι παρὰ τὸν γάμον τοῦ περὶ τὰ βέλτιστα τόνου, ὥστε καὶ πολλῷ μείζων ἦν εἰς φιλοσοφίαν· οὐκ εἰς τρυφὰς ὁρῶσα καὶ ἡδονὰς καὶ τὴν ἐντεῦθεν ῥᾳστώνην, οὐδὲ δόξης ἡττωμένη καὶ πλούτου. Μόνῳ γὰρ Θεῷ καὶ τοῖς ἐκείνου προσεῖχε, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς ἐκεῖνον ἔτεινε μόνον, καὶ πάντα τὰ καθ' C αὐτὴν ἐκείνου γνώμην διώκει (i).

ζ'. Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, δῆλον ἐκεῖθεν· ἐπεὶ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπαναστᾶσα, τῶν Βαρβάρων σφοδρῶς ἐπιτιθεμένων, τὴν Μακεδονίαν ᾤκει, καὶ μήτηρ ἐγένετο, τὸ πρῶτα τεχθὲν, κατὰ τοὺς Παύλου θεσμοὺς, πρὸς τὸν ποθούμενον ἄγει Θεὸν, καὶ ἱερᾷ συνοικίᾳ παρθένων ἁγίων φέρουσα τὸν παῖδα δίδωσιν. Εἰ τοίνυν τὸ κτημάτων ἀπονεῖμαι μοῖραν Θεῷ πολλοῦ τινος ἄξιον καὶ θεοφιλούσης εἴη ψυχῆς· πῶς οὐχὶ πᾶσαν ἐπαίνων ὑπερβολὴν ὑπερβαίνει τὰ τῆς μεγάλης, οὐ κτημάτων μοῖραν οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀλλὰ τὸ μέγιστον πάντων, τὰς τῶν οἰκείων σπλάγχνων γονὰς προσαγαγούσης Θεῷ; Οὕτως, ὡς ἔφην, μόνῳ Θεῷ καὶ τοῖς ἐκείνου προσεῖχε, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς ἐκεῖνον ἔτεινε μόνον, καὶ πάντα τὰ καθ' αὐτὴν κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην διώκει. Οὕτω τίμιον καὶ ἅγιον καὶ ἀμίαντον κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν τὸν γάμον ἀνέδειξεν, ὅλον καθάπαξ ἀναθεῖσα Θεῷ. D

CAPUT II.

Vita monastica et virtutes S. Theodoræ.

8. Postquam autem vir ejus e vivis excessit, statim illa non jam filiam suam, non extraneam aliquid, sed semetipsam obtulit Deo, hostiam vi-

η'. Εἶεν ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα (k). Τοῦ δὲ ἀνδρὸς ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, εὐθὺς ἐκείνη οὐκέτι παῖδα οὐδ' ἄλλο τι τῶν ἔξωθεν, ἀλλ' ἑαυτὴν θυσίαν ζῶσαν

(i) Addit ms. καὶ ὅλως ἐκεῖθεν τὰ τῆς σωτηρείας ἐξῆ πιεπάσμασα, quæ nequivimus ad sanum ullum sensum adducere, ideoque omisimus.

(k) Et hæc quidem talia fuerint. Est enim εἶεν particula permissiva et ad alia festinantis.

Digitized by Google

προσάγει, ἁγίαν, εὐάρεστον, ἡ καὶ πρόσθεν οὐδὲν ἧττον ἀνειμένη Θεῷ, καὶ μετὰ τῆς παιδὸς γίνεται, καὶ τρίχα τέμνει, καὶ τὰ τῆς θείας φιλοσοφίας διὰ πάντων τελεῖται, χαίρουσα μὲν καὶ συγχαίρουσα ἑαυτῇ τῆς περὶ πάντα τὰ κάλλιστα εὐδρομίας, τῷ δὲ Θεῷ χάριν εἰδυῖα τῆς θαυμαστῆς ταυτησὶ κηδεμονίας, ἣν περὶ αὐτὴν μεγαλοπρεπῶς ἐπεδείξατο, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἦρα, καὶ δι' εὐχῆς ἐποιεῖτο, καὶ περὶ πλείονος ἦγε τῶν ἁπάντων, τούτων ἀπολαύειν παρασκευάσας. Ἡ μὲν οὖν ὑπογενναίως ἀποδυσαμένη πρὸς τοὺς κατὰ φιλοσοφίαν ἀγῶνας, καὶ οὕτως ἑαυτὴν παρασκευασαμένη, ὡς οὐχ ὅσον πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀρχὰς καὶ πρὸς ἐξουσίας ἀνταγωνίσασθαι, ἐφ' οὕτω τοι προέβη τῆς τύχης, καὶ οὕτω τῷ τῶν ἀγώνων ὑπερφυεῖ πάντας ἐξέπληξεν, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἦγαγε θαύματος, ὥστε ἔδοξε μικροῦ καὶ τὸν ἄνθρωπον ὑπερβαίνειν. Πρῶτον μὲν οὖν ταπεινοφροσύνην καὶ ἀγάπην (διώκει [*l*]), τὰς τῶν ἀγαθῶν πάντων αἰτίας· ἃς ἐπείπερ οὐ μόνον πασῶν ὑπερκειμένας ἑώρα, ἀλλὰ καὶ κρηπῖδας συμπάσης ταυτησὶ τῆς θείας φιλοσοφίας, τοῦτο μὲν τῶν θείων ἐπιταγμάτων νομοθετούντων, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς αὐτῆς αὐτῇ τοῦτο πεισθεῖσα, ὡς ἄρ' οὐκ ἔστιν οἰκοδομεῖν μὴ τῶν κρηπίδων ὑποκειμένων.

θ'. Ἐπεὶ τοίνυν ταύτας οὕτω μεγίστας καὶ πολλοῦ τινος ἀξίας ἑώρα, οὕτως ὑπερφυῶς ὑπέθετο τῶν ἀγώνων καὶ οὕτω κατώρθωκεν, ὡς μηδὲν ἐλλείπειν τῶν γινομένων. Καὶ πρῶτον μὲν οὖν τὸ τοιαύτην οὖσαν καὶ οὕτω πᾶσι τοῖς καλλίστοις σεμνυνομένην καὶ συνέσει καὶ ἀγχινοίᾳ παρὰ πασῶν φερομένην τὸ κράτος, ἔπειθ' ὑφ' ἑτέρᾳ τάττειν ἐλέσθαι, καὶ ταύτῃ μόνῃ τὰ τῆς σωτηρίας πιστεύειν. Δῆλον δ λέγω ποιεῖ· ἔπειτα τὸ τοῖς νεύμασιν ἐκείνης ἀκολουθοῦσα μηδὲ τῶν εὐτελεστάτων ἔργων ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ τοσοῦτον καὶ τούτοις προσέχειν, ὅσον οὐδεὶς τοῖς ὡς ἑτέρως ἔχουσι· καὶ μὴ μόνον εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλειν, καὶ διατίθεσθαι, καὶ ὠνεῖσθαι ὧν ἔδει τῇ συνοικίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἄχθος φέρειν δεῆσαν, καὶ πῦρ ἀναπάλλειν, καὶ χύτραν ἕψειν, καὶ ὅλως τὰ πάντα πράττειν ἃ τοῖς εὐτελεστάτοις ἐφεῖται. Ἔπειτ' ἐπὶ πᾶσι τούτοις μὴ μόνον τὸ μηδὲν ἑαυτὴν ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ σκώληκα καὶ ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύειν, πῶς οὐ ταπεινοφροσύνης μείζονος ἢ παραβάλλεσθαι; Ἥ γε, τῆς ἀρετῆς προκαλουμένης ἐπὶ τῷ καὶ ἑτέρων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ προστατεῖν, καὶ πάντων εἰς τοῦτο παρακαλούντων, οὐδ' ἄκροις ὠσὶ τὸ πρᾶγμα ἐδέξατο, ὑπὲρ ἑαυτὴν εἶναι νομίσασα· τοσοῦτος ἦν ἐκείνῃ τοῦ μετρίου λόγος.

ι'. Τῆς δὲ περὶ τὸ Θεῖον ἀγάπης καὶ τοῦτο μὲν ἀπόδειξις ἐναργής, τὸ πάντα ταῦτα φέρειν διὰ τὸν περὶ αὐτὸν ἔρωτα, καὶ μὴ ὅτι γε δυσχεραίνειν τοῖς δυσχερέσιν, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνειν ὅτι μὴ πλείω τὰ δυσχερῆ· καὶ πρό γε τούτων καὶ μετὰ τούτων τὸ τοῖς ὑπερφυέσιν ἐπιβάλλειν ἀγῶσι τοῦ πρὸς αὐτὸν εἵνεκα πόθου, καὶ νῦν μὲν νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις, νῦν δὲ

A ventem, sanctam, bene placentem (quanquam nil minus antea obtulerat), filiæque se jungens, et comam deponens, totam sese divinæ tradidit philosophiæ, gaudens quidem sibique gratulans de tam felici ad quæque pulcherrima cursu, Deo vero gratias agens, pro tam admirabili providentia, quam erga ipsam magnifice demonstrarat, iis frui concedens, quæ a principio amaverat, et in votis habuerat, atque rebus omnibus aliis pluris fecerat. Sic igitur animo comparata, atque agones philosophicos ingressa, non tanquam adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates tenebrarum harum certatura, eum habuit successum, et sic labores superavit, ut omnes in stuporem verteret admirationemque, velut quæ pene
B hominis conditionem esset supergressa. Et primum quidem humilitatem atque dilectionem, velut bonorum omnium conciliatrices sectata est; quas videbat non solum cunctis esse præstantiores, sed et fundamenta totius hujus divinæ philosophiæ: tum quia sic Dei mandata præcipiebant, tum quia persuasa erat sibi convenire nonnisi fundamentis jactis ædificare.

9. Has ergo maximas longeque dignissimas virtutes esse considerans, adeo generose subivit labores exercitationis, adeoque recte egit, ut in nulla suarum actionum deficeret. Nam cum talis tantaque esset, et cunctis ornamentis usque adeo decorata, præcelleret omnes ingenii perspicuitate atque
C capacitate; sibi ipsi persuasit alteri sese sponte subjicere, eique soli credere salutem suam. Quare et minimos magistræ nutus observabat, et ne vilissima quidem opera subterfugiebat; sed his quoque tantum afficiebatur, quantum alius nemo dignioribus: neque solum non dedignabatur ad forum deferre, vel venum exponere, aut emere ea quibus esset opus communitati, sed neque ligna ferre, focum struere, cibos coquere, aut aliquid omnino eorum facere, quæ infimo cuique possent imponi. Ad hæc quæ non tantum seipsam faciebat nihil, sed vermem atque opprobrium hominum aliaque hujusmodi appellabat sese, quomodo non æstimetur majoris fuisse humilitatis, quam cui possit comparatio
D digna inveniri? Eadem vero cum virtutis merito provocaretur ad aliarum in philosophico stadio præfecturam suscipiendam, et omnes illam ad hoc invitarent, ne summis quidem auribus ejus rei admisit mentionem, supra sese id esse rata; tanta ei erat mediocritatis cura.

10. Quanta erga Deum ferveret dilectione, evidenti apparet demonstratione per hoc, quod omnia ista pro illius amore ferret, neque in ipsius molestiis sentiret molestiam, nisi quia non plura et magis molesta patiebatur: quodque præter ista et cum istis, sese attereret laboribus immodicis, propter eam qua erga ipsum ferebatur charitatem. Etenim

(*l*) Deesse hoc autem simile verbum, ex sensu liquet.

Digitized by Google

nunc quidem vigiliis atque jejuniis, nunc incommodis omnimodis corpus suum ultra mensuram addicebat, omniaque illa sponte suscipiebat, quibus ipsum quidem domari, animum vero confirmari contingit. Neque levius hoc, si non et majus ejusdem dilectionis argumentum est, et quod erga omnes homines sic afficeretur, ut quæ ipsorum commoda attinebant præferret omnino suis: qui enim fratrem diligit, diligit et Deum, neque alterum sine altero potest consistere; sed necesse est cum Deo conversantem etiam versari cum proximo, et eum qui homines diligit, Deum quoque ipsum diligere. Hinc ei familiare erat omnibus omnia ministrare, neque pati ut sibi ministraret aliquis; in eoque Christum imitabatur, illius vestigia subsequens.

A δυσχερείαις ἁπάσαις; ὑπὲρ τὸ μέτρον τὸ σῶμα διδόναι, καὶ ὅλως ἐκείνοις πᾶσιν ἐγχειρεῖν, ἐξ ὧν τὸ μὲν ὑποπίπτειν, τὴν δὲ ψυχὴν αὔξειν περιγίνεται. Οὐχ ἧττον δὲ τοῦτο εἰ μὴ καὶ μεῖζον, τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις οὕτω κεχρῆσθαι ὡς καὶ τῶν καθ' αὑτὴν τἀκείνων, περὶ πλείονος ἄγειν καὶ προτιθέναι τοῖς ὅλοις· ὁ γὰρ τὸν ἀδελφὸν, φησὶν, ἀγαπῶν καὶ τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ· καὶ οὐδέτερον χωρὶς ἑτέρου συσταίη ποτ' ἄν, ἀλλὰ τὸν τῷ Θεῷ κεχρημένον καὶ τοῖς ἀνθρώποις κεχρῆσθαι, τὸν δ' αὖ τοὺς ἀνθρώπους φιλοῦντα, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν. Ἐντεῦθεν αὐτῇ τὸ πάσαις πάντα διακονεῖν, ἵνα μὴ διακονοῖτο Χριστὸν μιμουμένη καὶ κατ' ἴχνος ἐκείνου βαίνουσα.

B

11. Sic igitur virtutum præstantissimas in fundamento locans, ad aliarum quoque fastigium pervenit, ut neque in illis cuiquam primas concederet. Nihil autem melius est generalissimis quatuor. Et de prudentia quidem ejus hoc possum dicere, quod si maximæ sapientiæ terminus est nosse, utrum ea quæ sunt revera sint, et circa hæc imperitum non esse: quomodo non omnem sapientiæ terminum magna hæc sancta supergressa est, tantam rerum habens notitiam, ut non solum intelligeret an essent singula ut esse videbantur, sed etiam utrum e duobus esset; præstantioribus autem ac melioribus se traderet, pro iis pati quidlibet et facere parata; ab aliis vero usque adeo abstinens, ut non solum iis nollet quomodolibet uti, sed nec in cogitationem quidem eorum venire. Quod porro in omnibus gratiose, ut convenit, sese haberet; et rationem quidem præesse affectibus, hos vero eidem subesse faceret; carnem quoque supprimere, et in servitutem redigere, atque affligere, mentem e contra subtillorem reddere atque extollere satageret; universa denique in pondere et statera poneret, atque in cunctis utcunque accidebant se servaret indemnem, quomodo non arguat justitiam in illa absolutissimam?

ια'. Οὕτω τοίνυν τὰς μεγίστας ὑποθεμένη τῶν ἀρετῶν, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων εἰς ἄκρον ἦλασεν, ὡς μηδ' ἐν ταύταις μηδενὶ τῶν ἁπάντων ὑπερβολὴν λελοιπέναι· ὅλους γὰρ τεσσάρων οὐδὲν δνειον (m) τῶν γενικωτάτων· φρονήσεως μὲν πέρι ἐκεῖνο λέγω, ὡς εἴγε γνώσεως ὅρος ἐστὶ τῆς μεγίστης, τὸ ᾗ ὄντα ἐστὶ τὰ ὄντα εἰδέναι, καὶ μὴ ἀσύνετον εἶναι περὶ ταυτί· πῶς οὐ πάντα φρονήσεως ὅρον ὑπερβαίνει τὰ τῆς μεγάλης οὕτω τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην ἑκατέρων σχούσης τῶν ὄντων, ὡς μὴ μόνον ᾗ ὄντα ἐστὶ τὰ ὄντα εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ οἷων ἑκατέρων ἀντιληπτέον ἂν εἴη, ὡς τοῖς μὲν ἐστῶσι καὶ μείζοσι θέσθαι, καὶ πάνθ' ὑπὲρ τούτων καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν αἱρεῖσθαι· τῶν δ' ἀποσχέσθαι τοσοῦτον καὶ χαίρειν ἐάσαι, ὡς μὴ μόνον μηδ' ὁπωσοῦν ἐθέλειν κεχρῆσθαι, ἀλλὰ μηδ' ἔννοιαν τούτων ἐσχηκέναι ποτέ. Τὸ δὲ πάντα τὰ καθ' αὑτὴν δημαγωγεῖν, καὶ διοικεῖν, καὶ διαιτᾶν ᾗ προσῆκε· καὶ λογισμὸν μὲν τοῖς πάθεσιν ἐφιστάναι, τὰ δ' ὑποπίπτειν παρασκευάζειν· καὶ τὴν μὲν σάρκα κατατρύχειν καὶ δουλαγωγεῖν καὶ πιέζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καθαίρειν τε καὶ λεπτύνειν· καὶ ὅλως τὸ πάντ' ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ τιθέναι· καὶ περὶ πάντα τὰ γινόμενα σώζειν, πῶς οὐκ ἔνι μεγίστῃ δικαιοσύνῃ κεχρῆσθαι;

12. De prudentia igitur atque justitia, non quantæ ipsi aderant, sed quomodo potui, eloquutus, ad alias progredior. In his igitur, temperantia inquam et fortitudine, haud sane minima Theodora fuit: sed usque adeo etiam hoc nomine laudari meruit et coronari, ut nemo id valeat sufficienter explicare dicendo. Hæc enim vere admirabilis per omnem vitam adeo fortem se præbuit, animumque sic habuit exercitatum, ut non solum superior esset cunctis quæ hominibus solent læta tristiave accidere; sed ipsis naturæ legibus videretur usquequaque major, labores quidem corporis secundum philosophiam quantum alius quispiam recte ordinans, animum vero ubique erectum ac generosum conservans. Testatur hoc primo egregium silentium, et quam in ipso tenendo monstravit constantiam; totis enim quindecim annis filiam suam allocuta non est,

ιβ'. Φρονήσεως μὲν οὖν εἵνεκα καὶ δικαιοσύνης, οὐχ ὅσα τῇ μεγάλῃ πρυσῆν, ἀλλ' ὅσα ἐξῆν, εἰπὼν, ἐπὶ τὰς ἄλλας καὶ δὴ βαδιοῦμαι. Καὶ μὴν τουτωνὶ μὲν τοσαῦτα περιῆν Θεοδώρα σωφροσύνης τε καὶ ἀνδρείας καὶ τῆς ἐν ἅπασι καρτερίας ἐλάττω· ἀλλὰ τοσοῦτον κἀντεῦθεν στεφανεῖν αὐτῇ προσῆκε, καὶ οὕτω μετέσχε καὶ τῶν ἐντεῦθεν παιάνων, ὡς μηδ' ἀποχρώντως ἔχειν διεξελθεῖν. Θεοδώρα γὰρ ἡ θαυμαστὴ, καρτερίᾳ διὰ βίου παντὸς κεχρημένη, καὶ οὕτω τὴν ψυχὴν παρεσκευακυῖα, ὡς μὴ μόνον ἀνωτέραν τυγχάνειν τῶν τε κατὰ τὸν βίον ἀνιαρῶν, τῶν θ' ὡς ἑτέρως ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν φυσικῶς θεσμῶν παντάπασιν ὑπερσχεῖν, καὶ τοὺς μὲν τοῦ σώματος πόνους καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα φιλοσοφίαν ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις κατωρθωκυῖα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκλινῆ καὶ γενναίαν καθάπαξ ἐν πᾶσι τετηρηκυῖα. Καὶ μαρτυρεῖ ταῦτα πρῶτον μὲν τὸ τῆς σιωπῆς ἐκείνης ὑπερφυὲς καὶ ἣν ἔσχε περὶ ταυτηνὶ

(m) Ita per conjecturam corrigimus, pro οὐ ἀῶν, quod nihil visum significare.

Digitized by Google

καρτερίαν· ἐπὶ γὰρ πέντε καὶ δέκα ἐνιαυτοῖς καὶ πρὸς τὸν παῖδα τὸ σιγᾷν ἐκέχρητο, καὶ ταῦτα ταῖς αὐταῖς ἐκείνῃ χρωμένῃ διατριβαῖς· ἔπειτα καὶ ὁ μέγιστος ἐκεῖνος καὶ πᾶσαν ἀντεξέτασιν ὑπερβαίνων πρὸς τὸν χειμῶνα τῶν στοιχείων ἀγών. Οὕτω διὰ πάντων ὑπέταξε τὴν σάρκα τῷ πνεύματι, καὶ μὴ μόνον ἄργον καθάπαξ ἀπέφηνεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος ἦγε τοῦ κατὰ φύσιν ἐκστήσασα. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀγαπητὸν τὸ μὴ ταῖς σαρκὸς ἐπιθυμίαις τὴν ψυχὴν ὑπάγεσθαι· Θεοδώρᾳ δὲ οὐκέτι, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὴν σάρκα μεταβάλλοι τὴν φύσιν, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ κρείττονος ἕπεσθαι παρασκευάσοι, οὐκ ἀνεκτὸν οὐδὲ πρὸς αὐτῆς ἡγεῖτο.

A quamvis in eodem cum ipsa virtutis stadio exerceretur. Idem testatur maxima et omni comparatione major lucta adversus intemperiem elementorum: carnem namque spiritui omnimodis subjecit, neque promptam duntaxat habuit et obsequentem, sed etiam spiritui consentientem, tanquam naturæ conditionem egressa. Nam aliis quidem optabile est concupiscentiis carnis non subjici spiritum; Theodoræ autem nequaquam sufficere visum est, nisi ipsius carnis immutaret naturam, et ipsam faceret ultro ad meliora ferri.

ιγ'. Ἐντεῦθεν καὶ σωφροσύνης οὕτω μετὰ πολλοῦ περιόντος εἰς ἄκρον ἦλασε· τὸ γὰρ τὸν μὲν νοῦν τῶν παθῶν αὐτοκράτορα καταστῆσαι, αἰσθήσεις δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀνάγκην οὕτω ῥυθμίσαι καὶ καταστεῖλαι, ὡς μήτε τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς ἃ μὴ προσῆκε κεχρῆσθαι, μήτε ἀκοὴν ἑτέροις, μόνοις δὲ τοῖς λυσιτελεστάτοις ἀνοίγειν, καὶ ὅλως πάσας τὰς αἰσθήσεις κατὰ τὸ δοκοῦν ἄγειν τῷ νῷ, ὃ τῆς μεγίστης σωφροσύνης ὅρον ἅπαντες ἴσμεν, τίνι τῶν ἄλλων καὶ πάντα καὶ μεθ' ὑπερβολῆς οὕτω κατώρθωται; Οὕτω τοίνυν τελέως ἀποστάσῃ τῶν σαρκικῶν, καὶ τὸν περὶ ταῦτα πᾶσαν προσπάθειαν ἀφ' ἑαυτῆς καθάπαξ ποιησαμένη, καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐξ ἀνάγκης ἁπήντα, μόνων μὲν γενέσθαι τῶν περὶ τὸ Θεῖον ἐρώτων, καὶ μόνης ἐξηρτῆσθαι τῆς ἐκεῖθεν ἀκτῖνος, ἐρᾶσαν δὲ ἀεὶ τοῖς λογισμοῖς συντυγχάνειν, καὶ καθαρὰν τῷ καθαρῷ συγγίνεσθαι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν ἀπολαύειν, ἀπολαύουσαν δὲ διπλασιάζειν αὖθις τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον, ὥσπερ ἐν κύκλῳ.

13. Hoc ergo modo ad temperantiæ culmen pervenit: cui enim aliarum contigit sibi comparare tam absolutum affectionum imperium; sensus vero eorumque violentiam sic coercere, ut neque oculis neque auribus permittatur, aliis rebus, quam quibus convenit, interesse; sed solis utilibus congruisque patere, neque aliter omnino quam quomodo mens constituerit agi, quod esse supremum temperantiæ apicem omnes novimus? Ipsa autem adeo perfecte carnalem omnem affectionem exuit, adeo longe a se naturalem ad eas propensionem removit, ut sponte ultroque ei occurreret, solis quidem erga res divinas amoribus occupari, et earum corusco lumini hærere affixam, amantem vero cum amato Deo semper conversari mente, seque puram puro applicare, et bonis ejus frui; fruentem porro rursum duplicare, velut per circulum, sui erga eum amoris ardorem.

CAPUT III.

Laudum S. Theodoræ synopsis et cum aliis sanctis comparatio.

ιδ'. Οὕτω, ὦ θεία κεφαλή! διὰ πάντων τῶν βελτίστων, καὶ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεγάλων ἀξιωμένων πραγμάτων, μετὰ πολλοῦ τοῦ μείζονος ἦκες, καὶ κατὰ πασῶν ἐν τούτοις τὸ κράτος εἴληφας· οὔτε γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἀρετῆς εἶδος οὐδέν, οὗ μὴ μετεῖχες διαφερόντως, καὶ πάντας τοὺς ἀκολουθήσαντας, καὶ μόνη συνείληφας ἃ τοῖς ἄλλοις ἰδίᾳ κόσμος καθέστηκεν· ἐξ ὧν γε πάντων μοναδικήν τινα καὶ ξένην οὐσίαν καλοῦ, συμπάσης ἀρετῆς ἑστίαν, τὸν σαυτῆς ἀποδείξασα βίον πᾶσι παράδειγμα προύθηκας, ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας τὸ περὶ πάντα γινόμενον σώζοντα. Οὐ γὰρ νῦν μέν, νῦν δ' οὔ· οὐδὲ νῦν μὲν μᾶλλον, νῦν δ' ἧττον (καθάπερ ἄλλοις τισὶν ἐξεγένετο) λόγον ἔσχες τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν πολιτεύειν· οὐδὲ τῶν μὲν ταύτης εἰδῶν, τῶν δ' οὔ· οὐδὲ τῶν μὲν μᾶλλον, τῶν δ' ἧττον· ἀλλ' ἐξ ἀρᾶ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, τῆς τριχὸς καὶ προοιμίων αὐτῶν, μέχρι καὶ μυχοῦ γήρως καὶ τῶν ἐπιλόγων τοῦ βίου, πάντων καθάπαξ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς τῶν βελτίστων ἀκριβὴς ἐφάνης ἐργάτης, καὶ μόνη παρὰ πασῶν ἐν πᾶσιν ἔσχες τὸ συγκεχωρηκὸς, οὕτω διὰ πάντων ἀνεφάνης νικῶσα.

ιε'. Οὐ γὰρ εὐθὺς μὲν ἐκ παιδὸς τοσοῦτος ἦν ἐκείνῃ λόγος τῆς ἐν ψυχῇ κατ' ἀρετὴν ἐργασίας, ἐπειδ' ὡ-

14. Per omnia itaque, o charum Deo caput, cœlitibus hominibusque æstimabilia, et in omnibus longe primas obtinuisti: neque enim fuit ulla virtutis species, quam non acquisieris, idque diverso ab aliis modo, et ultra quam aliquis post sequentium. Sola quippe complexa es, quæ singula potuissent aliis pro ornatu sufficere; ex illisque propriam quamdam admirabilemque substantiam, et omnigenæ virtutis habitaculum effecisti; vitam, inquam, tuam, cunctis in exemplum propositam, cunctaque membra a capite usque ad pedes servantem. Nec enim modo quidem sic, modo autem non; vel modo minus, modo magis (ut quibusdam aliis solet contingere) virtuti consequendæ impendisti te; neque unis quidem illius speciebus inhæsisti, alias autem neglexisti; aut unis contentius, aliis remissius te applicuisti; sed a teneris, ut sic loquar, unguiculis ipsisque vitæ primordiis, usque ad epilogum ejus et extremam senectutem, omnium simul bonorum, idque excellentissimo quodam modo, operatrix fuisti, et sola in omnibus atque ab omnibus primas tulisti.

15. Non enim hic tibi ab infantia quidem exercendæ fuit virtutis ratio, postquam autem alligata

Digitized by Google

matrimonio es ejusque incommodis circumcincta, ad modicum saltem laxasti studii contentionem; neque rursum sic matrimonio usa es, ut universim omnia, liberos, possessiones, divitias, ipsamque te obtuleris Deo, in religiosæ autem vitæ laboribus langueris; sed ut omnia quorum particulatim memini, paucis complectar, cum optima esse ipsa et videreris omnibus, tantam tamen humilitatem tenuisti, quantam nemo eorum qui nullius boni sibi conscii sunt: sic Deum dilexisti, ut in iis quæ placita ipsi esse scires, animam quoque tuam effunderes; tam prudens fuisti, ut non solum dimissis aliis sola utilia sectarere, sed etiam cognosceres quomodo ea aggredi et prosequi oporteret.

16. Cui vero ex aliis omnibus contigit tam exactam in tota vita servare justitiam, ut semper inhæreret melioribus, animique judicium semper rectum teneret, et illud adeo immotum generosumque in casu quocunque custodiret, ut ostenderet mentem, non tantum molestiis incidentibus, sed etiam naturæ legibus superiorem, nunc quidem diuturnum ac pene immodicum erga filiam tenendo silentium, nunc vero nimium frigoris algorem tolerando? Quænam sic sensus suos coordinavit, ut eos spiritui faceret subservire; spiritum autem humi repere dedignatum supra terram efferens, soli Deo sic ut illa fecit adhærere ejusque illustrationibus perfrui? Quænam optima quæque intra seipsam in gradu tam perfecto complexa est? Sola enim, ut sic loquar, prævaluit, cunctas cunctosque a sæculo virtutis causa dominatos partim imitari, partim superare certando.

17. Annam quidem illam magnam audimus multis decoratam fuisse ornamentis, maximum vero ejus ac velut colophon cæterorum fuit, obtulisse Samuelem, temploque deserviturum dedicasse. Hanc vero Theodora multis prægressa est parasangis: quia non tantum prolem suam, sed pecunias, possessiones, ac se denique ipsam Deo consecravit. Quo autem loco magnæ hujus sanctæ agones collocabis et certamina egregia maximaque, quæ minime pauca exantlabat, et in iis etiam Abrahamum superabat? Quippe quæ non coacta Dei imperio, sicut ille, filiam suam obtulit, sed sponte sua ac proprio motu; neque divinam legem suscepit in tabulis lapideis mox confractis, sed in anima purificata, omnibus omnis boni exemplar proposuit, non solum Dei gloriam annuntians, sed universos ad cœlum traducens: in quo Moysem quoque illa vicit, siquidem non divisit mare, aut elementa mutavit (hoc enim ad propositum nostrum non facit), sed quod illo multo majus est, adversus horridas eorum tempestates exindeque exsistentes ærumnas plurimum

μίλησας γάμῳ καὶ τοῖς ἐκεῖθεν δυσχερέσι, καὶ μικρὸν ὑφῆκας τοῦ περὶ τὴν σπουδὴν τόνου· οὐδ' αὖ τὸν μὲν γάμον οὕτω διέθετο, ὡς πάντα καθάπαξ καὶ παῖδας καὶ κτήματα καὶ χρήματα καὶ ἑαυτὴν ἀναθεῖναι Θεῷ, ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν οὐ συνέβαινεν ἑαυτῇ· ἀλλ' ἵνα κατὰ μέρος ὧν ἐμνήσθην ἀρτίως ἐν βραχεῖ διεξέλθω, τίς μὲν οὕτω τὰ βέλτιστα πᾶσι καὶ δοκοῦσα καὶ οὖσα ἔπειτα τοσοῦτον τοῦ ταπεινοφρονεῖν ἐποιήσατο λόγον, ὡς οὐδεὶς τῶν οὐδὲν τῶν βελτίστων ἑαυτοῖς συνειδότων; Τίς δ' οὕτω Θεὸν ἠγαπήκει, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἐκχεῖν ὑπὲρ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων; Τίς δ' οὕτω φρενῶν εὖ ἦκεν, ὡς μὴ μόνον ἃ προσῆκεν ἑλέσθαι τοῖς ἄλλοις χαίρειν εἰποῦσαν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντας εἰδέναι ὅπως δεῖ ταυτὶ μετιέναι;

ις'. Τὸ δ' εἰς πάντα μὲν δικαιοσύνῃ κεχρῆσθαι, καὶ διαιτᾷν τοῖς καθ' αὐτὴν πράγμασι τὰ εἰκότα, ὡς ἀεὶ τοῖς κρείττοσι τίθεσθαι, τότε καὶ ψυχῆς ἐν ἅπασι φρόνημα σώζειν, καὶ οὕτως ἀκλινὲς καὶ γυναῖον περὶ πάντα δεικνύναι, ὡς μὴ μόνον τῶν συμπιπτόντων ἀνιαρῶν ἀνωτέραν εἶναι τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ καὶ τῶν φυσικῶν θεσμῶν παντάπασιν ὑπερσχεῖν, καὶ νῦν μὲν ἀτόπῳ καὶ ὑπερφυεῖ σιωπῇ πρὸς τὴν θυγατέρα κεχρῆσθαι, νῦν δὲ τοσαύτην ὑπομεμενηκέναι ψύχους ὑπερβολήν, τίνι τῶν ἄλλων ταῦτα προσῆν; Τίς μὲν οὖν οὕτω τὰς αἰσθήσεις ῥυθμήσασα τῷ νῷ συμβαίνειν παρεσκευάκει, καὶ πόρρω πίπτειν τούτοις βουλομένου; Τίς δ' οὕτως αὐτὸν τοῦτον ἀνώτερον ὕλης τιθεῖσα, Θεῷ μόνῳ προσέχειν παρέσχε, καὶ τούτου (*n*) κάχρας ἀντιποιεῖσθαι, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀκτῖσιν ἐντρυφᾷν (*o*); Τίς πάντα τὰ κάλλιστα ὁμοῦ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἑαυτῇ συλλαβοῦσα ἔσχε; μόνη γὰρ ὡς εἰπεῖν διαγέγονεν πάντας καὶ πάσας τοὺς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' ἀρετῇ θαυμασθέντας, τοὺς μὲν μιμήσασθαι, τοὺς δ' ὑπερβαλέσθαι φιλονεικοῦσα.

ιζ'. Δῆλον δέ. Ἄνναν μὲν οὖν ἐκείνην τὴν μεγάλην ἀκούομεν πολλοῖς τοῖς καλλίστοις σεμνυνομένην, δ δὲ μέγιστον πάντων καὶ οἱονεὶ κολοφὼν τὸ προσενηνοχέναι τὸν Σαμουὴλ, καὶ τῷ νεῷ προσαναθῆναι τῷ θείῳ· ἡ δὲ τοσοῦτον ταύτην κατὰ πολλὴν τὴν περιουσίαν νικᾷ, ὅσον οὐ μόνον παῖδα, ἀλλὰ καὶ κτήματα καὶ χρήματα, ἔπειτ' ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ μέγιστον καὶ ἑαυτὴν προσάγει Θεῷ. Ποῦ δὲ θήσεις τοὺς τῆς μεγάλης ἀγῶνας καὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ σκάμματα, ὧν (οὐκ) ὀλίγων ἐκείνη μετῆν, τοῖς αὐτοῖς δὲ τούτοις καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἐκεῖνον ὑπερεβάλλετο, εἰ μὴ μέγα εἰπεῖν, καὶ πρό γε τούτων καὶ μετὰ τούτων, οἷς οὐ πρὸς ἀνάγκην προσενηνόχει τὸν παῖδα, καθάπερ ἐκεῖνος, τοῦ Θεοῦ κελεύοντος· ἀλλ' ἀπὸ γνώμης ἐθελούσιον καὶ πρὸς αὐτῆς αὐτῇ κινηθεῖσα. Καὶ μὴν οὐ πλαξὶ λιθίναις αὐτίκα συντριβομέναις, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ καθαρθείσῃ τὸν νόμον Θεοῦ δεξαμένη, καὶ πᾶσι παράδειγμα καλοῦ παντὸς καὶ τύπον προθεῖσα, ὡς μὴ μόνην τὴν δόξαν αὐτοῦ διηγεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας πρὸς οὐρανὸν μεθιστάναι, καὶ Μωσέα νενίκηκεν. Εἰ δ' οὖ θάλασσαν διέσχε, καὶ στοιχεῖα κεκαινοτόμη-

(*n*) Eumque perfectissime desiderare. Torsit nos hæc vox, κάχρας nusquam alibi lecta: demum judicavi contracte poni quasi κατὰ ἄκρας.

(*o*) Addebatur, ὅσαι ὧραι καὶ συνελόντα φάναι: cujus phrasis vim necdum assequor.

Digitized by Google

κεν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον· ὁ γὰρ τούτου πολλῷ μεῖζον, πρὸς ἄγριον τούτων χειμῶνα καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀνάγκην μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀπεμαχέσατο. Καὶ σιωπῶ τὴν ὑπερφυῆ σιωπὴν, καὶ μετ' αὐτὴν τεράστια.

A decertavit, ut admirabile ipsius silentium ipsumque comitata prodigia taceam.

ιη'. Ἰὼβ τὴν περὶ τὰ δεινὰ καρτερίαν θαυμάσασα τοσοῦτον ὑπερεβάλλετο, ὅσον ὁ μὲν ἐπὶ σμικρὸν χρόνον, ἡ δὲ διὰ βίου παντὸς ταύτην κατώρθωσε, καὶ προσέτι· καὶ ὧν ἐκεῖνος οὐχ ἑκὼν ἐγυμνώθη, τούτων ἀπέστη τοῖς πένησι Θεοδώρα, μηδενὸς ὄντος τοῦ βιαζομένου. Ἡλίου τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ἐντεῦθεν φιλοσοφίαν μεταξὺ πολλῶν κατωρθώκει, ὡς καὶ κατὰ τὸν Δαβὶδ λέγειν ἔχειν, « Καταμόνας εἰμὶ ἐγώ. » Ἀλλ' οὐ κεκήρυξε μὲν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν Ἰωάννην· τὴν δὲ ἐκείνου φιλοσοφίαν (*p*) εἴ τις μιμησαμένη ἐδέξατο τοῦτον, καὶ νεὼς ἐγένετο θεῖος, ὃ τοῦ κηρύξαι οὐδὲν ἔλαττον ὡς γ' ἐγὼ νομίζω. Εἰ δὲ μὴ καὶ κατὰ τοὺς ἀποστόλους πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διῆλθε, τὰ σωτήρια πᾶσιν ὑποτιθεῖσα· ἀλλ' οἷς καὶ λόγοις μὲν ἔστιν ὅτε, πολλῷ δὲ πλέον ἐν ἔργοις καὶ τῇ ἐκεῖθεν πειθοῖ (ᾗ τῆς ἐκ τῶν λόγων πολλῷ τοῖς ὅλοις ἀμείνων πρὸς τὸ συμφέρον πάντας ὁδήγει) εἰς πᾶσαν τὴν γῆν κατ' αὐτοὺς τὸν φθόγγον ἐξήνεγκεν. Οὕτω μεγίστη πασῶν (*q*)... τοὺς προύχοντας καὶ τὰ μεγάλα παρὰ Θεῷ δυναμένους, τοὺς μὲν κάκρας μιμησαμένη, τοὺς δὲ οἷς ἔφην παρενεγκοῦσα. Σὺ δ' ἔπειτα καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην ἐποιήσω τὴν ἅμιλλαν, συσταυρωθεῖσα καὶ συνταφεῖσα, ἵνα καὶ συναναστῇς, καὶ συνδοξασθῇς, καὶ συμβασιλεύσῃς.

18. Jobi in adversis mirata constantiam, eadem videtur supergressa : quia non ad modicum, sed per omnem vitam in ea perseveravit ; et quibus ille non sua sponte exutus est, hæc Theodora dimisit pauperibus, nemine eam ad id cogente. Eliæ solitudinem eique propriam philosophiam, etiam in consortio plurium, sic coluit, ut posset cum Davide dicere, *Solitaria sum ego* [1]. Quamvis autem non prædicaverit, velut Joannes, Dei Agnum; ipsius tamen exercitationem si quis alius imitata, eum suscepit, ejusque divinum facta est templum; quod, ut ego quidem existimo, nihilo est prædicandi munere inferius. Non illa quidem orbem universum B obivit cum apostolis, cunctis salutaria suggerens: sed verbis quidem aliquando, multo autem magis operibus, et suasione ex his quam illis longe efficaciori, omnes deducens in viam salutis, in universam terram, quemadmodum et ipsi, emisit sonum, itaque omnium maxima, excellentissimos quosque et magna apud Deum gratia valentes, partim quidem perfectissime imitata est, partim iis quas dixi virtutibus prætergressa. Quoniam vero ipsum quoque Dominum æmulabatur, cruci confixa cum eo et consepulta est, ut cum eo resurgeret in gloriam et conglorificata cum eodem regnaret.

ιθ'. Ἡ μὲν οὖν οὕτω μεγίστη, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους φιλοτιμίᾳ, φανεῖσα, καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς ὅρον σαφῶς, ἐπιδειξαμένη, καὶ οἷον εἶναι χρὴ κἀν τοῖς ἔργοις τὸν (νοῦν) κατ' εἰκόνα γεγονότα θείαν (*r*)· ἐπεί γε οὐκ ἀπὸ γῆς τὴν γένεσιν ἔσχεν, οὐδ' ἐντεῦθεν εἵλκε τὸ γένος, ἀλλ' ἐκ (Θεοῦ· τοῦ δ') ἄρα Θεοῦ καὶ τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων ἐποθεῖτο, καὶ καθαρῶς ἀπαλλάξαι τῶν κάτω, ὧν καὶ πρόσθεν οὐδὲν ἧττον μετῆρε, λαβέσθαι δὲ τῶν ἄνω καὶ αὐτῇ προσηκόντων. Καὶ τοίνυν ἐν βαθυτάτῳ καὶ μάλα πίονι γήρᾳ καταλύει τὸν βίον, καὶ νῦν ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῷ καθαρωτάτῳ καὶ ἀκραιφνεστάτῳ καὶ τρισηλίῳ συνοῦσα φωτὶ, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀκτῖσιν ὅλη γενομένη φωτοειδὴς, ἐναργεῖς ἀποδείξεις ἐκφαίνει ταυτησὶ τῆς μακαριότητος, τὸ σῶμα τὸ θεῖον μύρων ἀναδεικνῦσα πηγήν.

19. Quæ igitur hoc modo prorsus eximia inter omnes, per divinam erga homines dignationem, C effulsit, et virtutis culmen tam manifeste tenuit, ostenditque ipsis, sicut oportebat, operibus, habere spiritum ad divinam creatum imaginem (nec enim ex terra generationis suæ principium habet, sed ex Deo), cœlestia adamavit opera, seque studuit puram servare ab infimis hisce, quibus nec antea quidem se permiserat, et apprehendere superna atque ad salutem proficua. Itaque in profunda atque uberi senectute e vivis abiit, et nunc in cœlis coexsistit purissimo ac perfectissimo trisolari lumini; manantibusque ex eo radiis tota effecta luciformis, claras demonstrationes præbet illius suæ beatitatis, corpus suum sacrum efficiens fontem unguentorum.

κ'. Ἀλλ', ὦ διὰ πάντων βελτίστη πασῶν, καὶ μὴ μόνον πάσας ὑπερβαλλομένη τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως κοσμήσασα! ὡ τῶν ἀσκητικῶν ἰδρώτων ὅρος καὶ τύπος πᾶσιν ἀναφανεῖσα, καὶ διὰ ταῦτα ἀξιόχρεως τῆς Τριάδος ἑστία, καὶ τῶν ταύτης πρὸς

20. Verum, o mulierum præstantissima, et non solum omnes supergressa quoad omnia, sed omnes etiam diversimode exornans ! O laborum asceticorum exemplar, et norma cunctis proposita, perque ipsos effecta dignum Trinitatis habitaculum, et

[1] Psal. cviii, 8.

(*p*) Hic quoque non sine mendo, interponebatur aliquid ὡς κ οἷ δ'.

(*q*) Omnino videntur hic aliqua desiderari : sit enim ad ipsam sanctam apostrophe, quam omisi Latine exprimere, quia non satis definire poteram quid potissimum supplendo sensui adderem.

(*r*) Mallem nunc Latine sic legi, « summamque perfectionem præferens, ostendit, qualem esse oporteat eum, qui secundum divinam imaginem factus est; quoniam a terra originem non habet, neque inde genus traxit sed ex Deo; ideoque Deum et res cœlestes desiderabat. »

Digitized by Google

divinarum erga homines gratiarum pretiosissimum atque commune pignus! O Deum majore quam cæteræ omnes amore prosecuta, et propterea omnibus cumulata ipsius favoribus! O naturalibus passionibus superior, earumque necessitatibus valentior præ nimia erga Christum dilectione! O pulcherrimas quasque res simul atque excellenter complexa, et idcirco humana omni laude major, cunctosque de te sermones omnino infra te despiciens! Tu quidem quam suspirasti Trinitatem, et in quam fixos ut plurimum tenuisti obtutus, nunc immediate possides; mihi vero tua quam qui maxime admiranti, magnisque et multis beneficiis a te cumulato ac pro iis tenuem hanc verborum compositionem reddenti, vitam quidem præsentem dirige, et ad id quod melius est dispone, animi motus omnes semper ad utilia impellens; salutaremque ad omnia manum habens, ubicunque usus postulaverit, adesto: et bona bonis accumulans, prioribus beneficiis tuis alia quædam, pluraque et majora atque præstantiora superadde; in futuro autem impertiaris nos ineffabilibus omnemque cogitatum superantibus bonis, per indulgentiam et gratiam Domini nostri Jesu Christi, cum quo sit gloria Patri atque vivifico Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ἀνθρώπους χαρίτων μεγίστη καὶ κοινωφελεστάτη φιλοτιμία! ὦ Θεὸν μάλιστα τῶν ἄλλων ἠγαπηκυῖα, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα πάντων πλήρης γενομένη τῷ ὄντι τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων! ὦ καὶ τῶν φυσικῶν ὑπερσχοῦσα καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀνάγκης τῷ περὶ Χριστὸν πόθῳ πολλῷ βιαιοτέρα φανεῖσα! ὦ πάντα τὰ βέλτιστα καὶ ὁμοῦ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς συλλαβοῦσα, καὶ διὰ ταῦτα μείζων τῶν ἐπαίνων ἀναφανεῖσα, καὶ πάντας τοὺς ὑπὲρ σοῦ λόγους καθάπαξ κάτω τιθεῖσα! Σὺ μέν, ἣν ἔπνεις Τριάδα καὶ πρὸς ἣν ἐκ πλείονος ἔβλεπες, ταύτης νῦν ἀμέσως μετέχεις· ἐμοὶ δὲ μάλιστα πάντων τὰ σὰ καὶ πνέοντι καὶ θαυμάζοντι, καὶ πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ἀπολελαυκότι παρὰ σοῦ τῶν χαρίτων, ἀντὶ δὲ τούτων, ταυτηνὶ τὴν τῶν λόγων ἀποδιδόντι ξυντέλειαν, τὸν μὲν βίον ἐπὶ τοῦ παρόντος διέποις, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἀπευθύνοις, τὰ τῆς ψυχῆς αἰεὶ κινήματα πρὸς τὸ συμφέρον ἐνάγουσα, καὶ τοῖς πᾶσι χεῖρα σώζουσαν ὑπερίσχουσα, καὶ ἐν ἅπαντι τῷ χρείας ἱσταμένῳ προϊσταμένη, καὶ ἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιπέμπουσα, καὶ ταῖς ὑπηργμέναις εὐεργεσίαις ἑτέρας δή τινας καὶ πλείους καὶ μείζους καὶ καλλίους ἐπάγουσα, ἐπὶ δὲ τοῦ μέλλοντος τῶν ἀῤῥήτων καὶ λογισμὸν πάντα νικώντων ἀγαθῶν ἀξιώσαις, τῇ φιλανθρωπίᾳ καὶ χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNO DOMINI MCCCL.

GREGORIUS PALAMAS

THESSALONICENSIS METROPOLITA.

NOTITIA EX BIBLIOTHECA FABRICII

(Ed. Harles, t. XI.)

Gregorius Palamas, genere Asiaticus, (*a*) cum duobus fratribus opulentum patrimonium et honores ab imperatore promissos reliquit, atque inter monachos montis Atho nomen professus est suum: deinde in Scete Berrhœæ multos annos transegit. Delatus inde Thessalonicam, graves adversarios habuit Barlaamum, Gregorium Acindynum itidem ac Niceph. Gregoram, a quibus non modo ut Hesychastarum et Massalianorum Omphalopsychorum patronus reprehensus est, sed etiam διθεΐας postulatus, ac si statueret duas Θεότητας, unam lucem Thaboriam, (*b*) visibilem ac comprehensibilem, alteram invisibilem (*c*) incomprehensibilemque: duas item causas et duo principia, unam Filii et Spiritus

(*a*) Cantacuzen. II, 39, *Hist.* p. 330 seq.

(*b*) *Mosquæ* in cod. synod. 267. quo continentur acta synodi sub impp. Cantacuzeno ac Palæologo, et alia scripta quædam contra Barlaam. et Acindynum, legitur quoque Περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ δεσποτικοῦ φωτὸς καὶ περὶ θείας ἐνεργείας πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ἀπολογητικός. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 178, n. 3. (HARL.)

(*c*) Confer Allatium, *De consensu*, p. 837 seq. et de Simeonum scriptis, pag. 174; Petavium, Dogm. theol. de Deo, lib. I, c. 12; Natalem Alex. sæc. XIII et XIV, tom. VII, p. 10 sq. edit. in fol.; Jac. Pontanum ad Cantacuzen. lib. II, c. 40; Altimuræ Panopliam, pag. 381 sqq.; Dorscheum in Apologia judicii Argentoratensis in causa Latemanni, p. 80 seq.; G. Calixtum, *De S. Trinitatis*

Digitized by Google

sancti Patrem, alteramque divinæ operationis Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Etiam velut iconomachus perstringitur a Nicephoro Gregora (*d*) XIX, 3, pag. 591, 593, et XXIV, pag. 714 aliisque in locis. Habitæ super Palamiticis controversiis Synodi complures, prima ann. 1341, adversus Barlaamum; (*e*) secunda ann. 1345, adversus Palamam; tertia ann. 1347, adversus Joannem Calecam patriarcham; quarta denique ann. 1351, Maio mense (*f*), adversus Nicephorum Gregoram, Palamæ adversarium et alios Acindynianos. Joannes Cyparissiotes (*g*) meminit τελευταίας συνόδου, quam ait fuisse coactam ab Ephesi metropolita. *Tomi* vero promulgati sunt multo plures, nempe tomus Hagioriticus, in monte Atho promulgatus, (*h*) de quo Palamas, cod. reg. 2409, fol. 267, tomus synodicus in Barlaamum et Acindynum editus mense Augusto ann. 1341, de quo Lambecius VI, pag. 30 [p. 64, Koll. add. vol. V, 424 seq. et not. antec. Harl.]; (*i*) tomus Ignatii, patriarchæ Antiocheni, contra Isidorum nondum patriarcham CPol., editus ann. 1344, Novembri mense, productus ab Allatio in Diss. de libris Eccles. Græc., p. 188. Incipit: Ἐλαλήθη περὶ τοῦ ὑποψηφίου. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Joanne Caleca patriarcha editi, id quod ipse Palamas testatur his verbis: Ὥσπερ εἷς ἐστι Χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν... οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος κατ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος εἷς, ἀντίτομοι δὲ καὶ νῦν γεγόνασι πολλοί - - τρίτος οὖν ἐστιν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῷ Βαρλααμίτῃ συναινεῖν Ἀκινδύνῳ προελομένου νῦν ἐξενηνεγμένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξελεγμένων. cod. reg. 2409, fol. 287. Ex his unum brevem dat Allatius, *De libris eccles. Græcorum*, p. 197, et tom. I *Græciæ orthodoxæ*, p. 772, qui incipit: Τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ. Alter fortasse est sermo patriarchalis productus ab eodem Allatio, *De consensu*, pag. 817, et tom. I *Græciæ orthodoxæ*, p. 803. Incipit: Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀναδεδειγμένη παρὰ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. His addatur tomus contra Joannem patriarcham, editus mense Februario ann. 1347, de quo Lambecius, VI, p. 28 [p. 61 sqq. n. 12, Koll. et hujus not. v. p. 65 seq. Harl.] ubi subscribunt metropolitæ Athanasius Cyzici, itemque Hellesponti exarchus, Macarius Philadelphiæ, Laurentius totius Alaniæ et Soteropoleos, Theoleptus Didymotichi, Malachias Methymnes, Apero Charitum et vicem gerens

mysterio e V. Test. § 24; Hottingerum Facise. diss. p. 332 etc. (Fabr.) De Palama præterea consules Oudin. Comm. de SS. eccl. tom. III, col. 843 sqq. ad a. 1330 (qui præter alios provocat ad Henr. Spondan. in continuatione *Annal.* Baron. ad ann. 1274, n. 16, 1337, n. II, et ad ann. 1350, n. 20.) Du Pin, *Hist. eccl.* vol. XII, p. 84 sqq. — Henr. Warthon ac Rob. Gerium in Appendice ad Guil. Cavei *Hist. litt. SS. eccl.* tom. II, p. 54 seq. ad ann. 1352 et 1354. — Mich. le Quien, *Orient. christ.* tom. II, p. 55 seq. — Hamberger in Zuverläss. Nachr. part. IV, p. 564 sqq. add. Saxii *Onom. litt.* part. II, p. 359 seq. ad a. 1337. et *Græciæ orthodoxæ* tom. I, cui accedunt de Gregorio Palama, archiepisc. Thessal. Græcorum sententiæ, ed. Leon. Allatii, Romæ 1652, 4; Schroeckh. in *Hist. eccl. christ.* part. XXXIV, libr. III, sect. 8, p. 431-451 fusius enarrat fata et controversias Hesychastarum, Barlaami et Palamæ. (Harl.)

(*d*) J. Boivin. ad Niceph. Gregoram, p. 790.

(*e*) V. ad cap. anteced. § 22, et de Caleca, § 16. — In cod. Coislin. 101, sunt acta synodi, ann. Ch. 1341, habitæ contra Barlaam. et Acindynum. Vid. Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 276. — Vindobon. in cod. Cæs. 6, nr. 15, Acta synodi CP. ann. Chr. 1341, tomus condemnationis errorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni, cum subscriptionibus Jo. Calecæ et aliorum. V. Lambec. VI, part. I, pag. 64 sqq. ibique not. Kollarii, qui laudavit Petavium in opere *De theologicis dogmatibus*, tom. I, lib. I, capp. 12 et 13 (qui Gregorii Palamæ, Barlaami, Gregorii Acindyni aliorumque, illius adversariorum, catholicum dogma propugnantium, conflictus et synodos, in eorum causa, CPoli habitas, exponit), atque Harduinum in Collect. concil. tom. VII, pag. 1639. [Mansi, tom. XXV, pag. 1147. seq.] Calecas tamen postea Barlaami et Acindyni partium sectator et defensor condemnatus est et exauctoratus. Atque in eod. cod. Cæsar. n. 11, exstant septem archiepiscoporum orientalium epistolæ ad Annam imperatricem CP. contra Jo. Calecam, tanquam errorum Barlaami et Gregorii Acindyni sectatorem, et ob alia crimina cœtu Christiano excludendum, atque throno patriarchali dejiciendum, scripta ann. Chr. 1346. — n. autem 12 synodi CPolit. sub Anna, imperatrice, tomus excommunicationis atque exauctorationis patriarchæ CP. Calecæ, promulgatus m. Febr. ann. C. 1347. — n. 13 Jo. Cantacuzeni, imperatoris, decretum quo tomum memoratum confirmavit in. Martio ann. Chr. 1347, ac n. 14 monachorum *Hesychastarum* tomus apologeticus contra Barlaami et Acindyni sectatores. V. plura de illis apud Lambec. I, c. p. 58 sqq. — Florent. in cod. maximæ molis VIII, plut. 8, inscripto, *Tomus factus a patriarcha Joanne et synodo contra falsam opinionem Barlaam*, comprehenduntur Joan. Cantacuzeni scripta contra Palamam, Barlaam et Acindynum; ejusque partes singulas copiosius recenset Bandin. de codd. Gr. Laurent. I, p. 342 sqq., inseritur p. 7 eod. relatio archiepiscoporum ad imperatricem Annam, contra Joan. Calecam, qui vocatus est patriarcha; p. 11 sqq. cod. s. n. 3 sqq. contra Palamam ejusque sectatores de luce Thaboria opinionem insurgit auctor. — Romæ in cod. bibl. Vatic. est *tomus synodicus pro Palama*, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. mss. p. 12, *D.* — Mosquæ cod. synodalis continet acta synodi CPoli ann. Ch. 1341 contra Barlaam et Acindynum habitæ, et cod. 277 in nota anteced. jam memoratus partem illorum actorum. V. Matthaei Notit. cit. pag. 130 et 177 seq. (Harl.)]

(*f*) V. cod. Cæsar. 266 n. 15, et Lambec. V, p. 419. et cod. Coisl. C. fin. *V.* not. ad § 1, ac not. antec. (Harl.)

(*g*) Joan. Cyparissiotes, lib. I, Palamiticarum transgression. serm. 4, cap. 10 extremo.

(*h*) Ἁγιορειτικὸς τόμος pro monachis Hesychastis adversus Barlaami et Acindyni sectatores, ms. Lambec. VI, p. 30 [p. 64, n. 14, ed. Kollar.] incipit: Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα. Confer Allatium, *De consensu*, p. 830, seq. et tom. I *Græciæ Orthodoxæ*, p. 812 seq.

(*i*) Incipit: Ἐπαινετὸς ἀληθῶς εἶπών. Subscribunt Joannes Calecas, œcumenicus patriarcha novæ Romæ sine CPoleos, Athanasius Cyzici, Gregorius Sardium, Gregorius Dyrrhachii, Nilus Lacedæmonis, Isaacus Madytarum, Malachiæ Methymnes et Bitzenes episcopi.

Digitized by Google

metropolitæ Euchaitarum : Isaac Madytarum, Theodulus Rosii (Ῥωσίου), Esaias Selybriæ et Gregorius Pompeiopolis. Incipit : Ὄντως οὐδεὶς οὕτως ἀρχιτέκτων. Item tomus et anathematismi in Palamam, editi mense Julio ejusdem anni, quos exhibet Græce et Latine Allatius, *Græc. orthodox.* tom. I, p. 788-803 ; et *De consensu*, p. 803. Incipit : Ἀκούσατε, φυλαὶ τῆς γῆς. Denique tomus contra Nicephorum Gregoram et alios Barlaami et Acindyni propugnatores, editus mense Augusto ann. 1351, qui quidem tomus sub titulo pseudo-synodi Palamiticæ Græce et Latine exstat in Auctario novissimo Bibl. Græcorum Patrum Combefisiano, parte altera, p. 135-176 [Mansi tom. XXVI, p. 127, sq.], additis etiam notis : et in vol. ultimo conciliorum edit. Harduini, p. 283, qui notat, hujus tomi meminisse Cantacuzenum, IV, 23 *Hist.* Incipit : Οὔτε τὴν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ πολεμίου. Subscribunt post imperatorem Joannem Cantacuzenum et patriarcham CPol. Callistum, metropolitæ 3, et episcopi 3.

Archiepiscopus Thessalonicensis ordinatus est Palama jussu Cantacuzeni imp. apud quem singulariter gratiosus fuit, ab Isidoro CP. circa ann. 1349, sed a præfectis urbis haud admissus (*j*) in Lemnum insulam secessit, atque inde reversus CPolin, synodo ann. 1351, de qua jam dixi, interfuit. Defuncti laudes panegyrica oratione celebravit Philotheus patriarcha CPol. Incipit : Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας πανηγύρεως ὑπόθεσις. Bibl. Coislinian. p. 167, Cantica ejusdem Philothei duo στιχηρὰ in laudem Palamæ thaumaturgi, una cum ἀκολουθίᾳ sive officio in eumdem ms. in bibl. Cæsarea. Canticum primum incipit : Εὐφραίνου ἐν Κυρίῳ, πόλις Θεσσαλονίκη. Alterum : Χαίροις, τῆς εὐσεβείας φωστὴρ. Officium : Πάτερ ἱερὲ Γρηγόριε, σὺ τὸν Θεὸν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσας ἐξέφυγες ὑλικὴν προσπάθειαν. Vide Lambec. V, p. 195 seq. [p. 406 sqq. 440 et 600, ed. Koll.]

Nicephorus Gregoras lib. XXIII, p. 699, testatur Palamam ultra sexaginta λόγους composuisse, ad quem locum Joan. Boivinus in notis, p. 805, observat, in uno codice (regio 2404) homilias variaque opuscula Palamæ contineri plus quam septuaginta. [V. paull. post, ad n. 21.] Alia non pauca exstare obvia in aliis codicibus. Itaque putat, Gregoram tantum loqui de iis, quæ de rebus controversis scripta a Palama erant, quorum multa continet codex regius 2409. In iis sunt :

I. *Libri contra Acindynum decem continui*, qui omnes exceptis tribus Ἀντιῤῥητικοὶ inscribuntur. In codice Seguieriano [s. Coislin. XCVIII] septem ἀντιῤῥητικοῖς præmittuntur duo, unus ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, de scriptis Acindyni, num cum Barlaamo concordarent. Incipit : Πυνθάνῃ περὶ τῶν τοῦ Ἀκινδύνου συγγραμμάτων. Alter de distinctionibus in Deo secundum hypostases et secundum operationes. Incipit : Διονύσιος ὁ μέγας αὐτήκοος γεγονὼς τῆς τῶν Ἀποστόλων φωνῆς. Tertius ultimo loco subjicitur de multis impietatibus Barlaami et Acindyni, Ἔκθεσις τῆς τῶν Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου δυσσεβημάτων ἀλλοκότου πλήθους. Incipit : Ἀποβαλλόμεθα τὴν ἀσεβεστάτην ἀλλόκοτον πληθύν. Septem librorum ἀντιῤῥητικῶν, qui in capita singuli divisi sunt, accuratam recensionem et singulorum capitum argumenta exhibet Montfauconus in *Bibl. Coisliniana*, p. 156-167. (FABR.) Plures Coislinianæ bibl. codices, qui continent Palamæ opp. recensentur et singulorum argumenta diligenter indicantur a Montfauc. l. c., a nobis vero h. l. non potest singulorum mentio repeti ; n. p. 150 — 157, cod. 97 in quo reperiuntur Palamæ homiliæ sexta usque ad LXI^mam (quinque enim priores abscissæ sunt) sequitur n. 62, libellus moralis ἀκέφαλος cui præfixa est epistola ad virginem quamdam; et n. 66, epistola, quam ex Asia, captivus cum esset, ad Ecclesiam suam scripsit; tum p. 155-177, in cod. 98 in quo habentur Palamæ opp. permulta, tomus primus (qui est cod. Seguierianus, a Fabricio laudatus) ultimo capiti adnexæ sunt duæ Gregorii epistolæ; altera ad Damianum philosophum; altera ad Dionysium, quæ paulo post, § 6, etiam adduntur. Sequitur *Expositio stupendæ multitudinis impietatum Barlaami et Acindyni;* inc. Ἀποβαλλόμεθα, τὴν ἀσεβεστάτην ἀλλόκοτον πληθύν. — Denique *Gregorii Vita per Philotheum patriarcham :* init. Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας etc. — Postea p. 167-171, in cod. 99 est tomus alter opp. Gregorii XI Palamæ contra Acindynum, quorum Indicem plenum dedit Montfauc. In illis opp. sunt quoque epistolæ Palamæ, a Fabricio § VI laudatæ. — Dein p. 171-173, in cod. C, exstat tomus tertius opp. Palamæ. Agmen claudit Synodicus tomus contra eos, qui Barlaami et Acindyni errorem secuti sunt, Ephesi nempe et Gani episcop. Gregoram et Dexium, et alios, ab iis secum adductos. Acta est hæc synodus ann. Ch. 1351, eique multi subscripserunt. — Idem tomus est in cod. 101. V. Montfauc. p. 276 seq. Fabric. infra in vol. XIII, p. 843, de hisce codd. Coislin. ita scripsit : « Hypotheses et argumenta operum omnium Gregorii Palamæ in quinque amplissimis Coisl. bibliothecæ voll. in fol. continentur, n. 97, 98, 99, 100 et 101. Illa porro argumenta in quatuor posterioribus codd. totam Palamæ circa lumen Thaboricum et lumen Dei doctrinam complectuntur, nec non disceptationes ejusdem contra Acindynum et Barlaamum adversarios suos. Totam itaque illam in Græcia celeberr. quæstionem in his argumentis perspicimus. Incipiunt argumenta p. 155, clauduntur vero p. 177. In ultimo autem cod. habentur Philothei patriarchæ C. P. circa eamdem quæstionem contra Gregoram Barlaamum et Acindynum : nec non Synodici tomi tres contra eosdem. Initio cod. 101 duo folia ad compingendum adhibita sunt, decimo sæculo exarata, ubi fragmentum *Vitonis*, Βίτωνος, ex libro, cui titulus, Κατασκευὴ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν. In illo fragmento repræsentatur figura gruis, instrumenti bellici aliquantum diversa

(*j*) Nicephorus Gregoras, XII, 3, *Hist.*

Digitized by Google

ab ea, quæ exhibetur in collectione regia Mathematicorum, ubi hic Vitonis liber custus habetur. » Hactenus Fabricius. — Paris. in bibl. publ. cod. 1238, n. 3, in illo quoque sunt, quæ a Fabricio designantur n. 2, 3, 4, 5, 7, 10, 14, 18 et 19, et plures epistolæ. — Romæ in Bibl. Vaticana, tabula eorum, quæ Palamas addidit ἀντιῤῥητικοῖς, et alia ejusdem. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 19 C, qui p. 1308 C. tantum citat Gregorii Pal. cod. 122 in bibl. Mazarin. — Mosquæ in cod. synod. 71 Gregorii Pal. scripta 26. V. Matthæi Not. codd. gr. Mosq. p. 61. Add. ad n. 3 et Bandin. cat. codd. gr. Laurent. tom. I, p. 342 not. (HARD.)

II. *Libri duo Apologetici*, primus longior: Περὶ θείων ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μεθέξεως. Incipit: Εἰ μέν τίς ἐστιν ὁ πρὸς τοσαύτην ἐκτραπεὶς τόλμαν. Alter Περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυοῦς ἁπλότητος. Incipit: Φέρε δὴ προθῶμεν νῦν τὸ ὑπ' ἀμφοτέρων φανερῶς λεγόμενον. (FABR.) Paris. in bibl. publ. cod. 1238 et 970, n. 35, in eodem plura sunt Gregorii Pal. scripta. — In bibl. Escorial. est cod. quem Pluer in *Itiner. per Hispan.* p. 172, his verbis designat: « Pal. Apologia brevis adversus eos qui existimant duos deos ostendi, ex eo quod sancti vocent non solum deationem nullam generationem habentem, sed divinitatem sancti Spiritus donum, cui Deus inest. » Et alia notatu digna et contra Barlaam et Acindynum. » (HARL.)

III. *Liber singularis*, quod Barlaam et Acindynus sint, qui divinitatem unam discerpunt in duas: Ὅτι Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες, κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν. Incipit: Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν ἁγίων Πατέρων ἑπόμενοι ψήφοις. (FABR.) Mosquæ in cod. 278 sunt varii Gregorii Thessal. libelli contra Barlaam et Acindynum, de quibus v. Matthæi Notit. cit. p. 179. — Ibid. p. 197, in cod. 302, n. 58 et 60, Barlaam ad Gregor. Palamam. Paris. in bibl. publ. codd. 1238 et 970. (HARL.)

IV. *Dialogi duo*, unus orthodoxi cum Barlaamita. Incipit: Ὀρθόδοξος. Μάθειν ἐβουλόμην παρ' ὑμῶν τῶν ζητούντων καὶ ἐπεκδικούντων τὰ λείψανα. Alter Theophanis orthodoxi cum Theotimo, qui ex Barlaamitis conversus fuerat. *Theophanes, sive de deitate, et de eo, quod non participari vel participari ex illa potest.* Incipit: Ἐπεσκέψω κατὰ σεαυτὸν γενομένους, ἀδελφὲ Θεότιμε. (FABR.) Paris. in bibl. publ. codd. citatis. — Mosquæ in codd. synod. bibl. 70, 324, n. 7, et bibl. typogr. cod. 364 dialogus posterior, quem ex cod. 70 edidit cl. Matthæi in *Lect. Mosquens.* vol. II, Lips. 1779, p. 7 sqq. add. ejusdem Notit. cit. p. 60, cod. 70, 213; cod. 324, et 240 cod. 364. (HARL.)

V. Ἀντίθεσις sive *Refutatio eorum, quæ Acindynus contra Palamam composuit.* In hoc opusculo proponuntur primum Palamæ verba, deinde ea quæ Acindynus contra objecit, tum denique ea quæ Palamas contra opposuit. Distinguitur in capita 19, quorum argumenta exponit laudatus Montfaucon, p. 168-170. [V. ad n. 1, et Paris. in duob. codd. citatis.]

VI. *Epistola* ut *ad Acindynum*, missa Thessalonica ante synodicam Barlaami et Acindyni condemnationem. Incipit: Τὸ διθεῖας ἡμᾶ, ms. id. p. 170. (FABR.) Monaci in cod. Bavar. 223 septemlibrium epp. quæ Palamæ et Acindyni esse dicuntur. V. Hardt. in Arctini *Beyträgen*, etc., ann. 1805, part. v, p. 500 sqq. In cod. cod. sunt multi libelli, Palamæ oppositi. — Paris. in bibl. publ. cod. 1238 sunt plures Palamæ epistolæ. — Matriti in cod. reg. 77 epistola ad Acindynum de Barlaami in sententiis differentia; inc. Ὁ μὲν τῆς ἑαυτοῦ περὶ τὸ κατηγορεῖν ἑτοιμότητος, etc. Hæc epist. ait Iriarte in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 280, neque inter recensitas a Fabricio (nostro loco), neque inter memoratas a Montfaucone Cat. Coisl. p. 170 et 171, usquam apparet. Add. supra ad n. 1. (HARL.)

Ad Annam Palæologinam, Augustam. Incipit: Οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότερον. Edidit integram clariss. Boivinus notis ad Gregoram p. 787.

Ad Arsenium, monachum Studitam. Incipit: Εἰδέναι σε βούλομαι, pag. 170.

Ad monachos in monte Atho. Incip. Ὑμεῖς μὲν εὐποιοῦντες, p. 170.

Ad Bessarionem monachum. Incip. Εὐλογημένε τῷ Θεῷ, pag. 170; altera incip. Τοῦτο κἀμοί ἐστίν, pag. 171.

Ad Damianum philosophum. Incip. Ἠνέχθη πολλαχόθεν τὰ τοῦ Ἀκινδύνου, p. 167. 171.

Ad Danielem Æni metropolitam. Incip. Οὕτως αἰδοῦς αἰχομένης ἐκ ψυχῆς, p. 170.

Ad Dionysium monachum. Incipit: Τριῶν ὄντων τῶν τῆς ἀθείας, bibl. Coislinian, pag. 167.

Ad Joannem Gabram. Incipit: Φησί που τῶν παροικιῶν, p. 170.

Ad Macarium hieromonachum. Incipit: Οὔπω μοι δοκεῖτε καταλαβεῖν, pag. 170.

Ad Niconem Italum, citat Nic. Comnenus p. 193, *Pramot. mystagog.*

Ad Nomophylacem. Incipit: Τὰ γράμματα πρώην ἐπεμψας, ms. bibl. Coislin. pag. 170.

Ad Palæologinam, p. 171. Vide supra, ad Annam.

Ad Paulum Asanum, hieromonachum. Incipit: Ἐναγχος ἡμῖν ἐντυχών, p. 170.

Ad Philotheum hieromonachum. Incipit: Ὡ ἀδόθη πολύ, p. 170.

Ad *Thessalonicenses*, de laboribus suis. Meminit Combefis.

Ad quemdam innominatum de dicto Basilii allatum in Synodico, quod Gregoras velut haud genuinum arguerat. Incipit: Δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀδελφέ. p. 175.

[Ad suam Ecclesiam ex Asia, dum servus esset, missa, Paris. in bibl. publ. cod. 1239, n. 65.]

VII. Diatribæ duæ contra scriptum, quod Ignatius Antiochenus patriarcha, Barlaamitis suffragatus,

Digitized by Google

Palamæ objecit : 1) quod Synodico et Hagioritico tomo in omnibus sit oppositum. Incipit : Εἰς χαρὰν ἄρα τῆς Ἱερεμίου μνησθήσομαι φωνῆς. 2) quod sit tomi illius non expositio, sed prava detorsio et aperta oppugnatio. Incipit : Ὥσπερ εἷς ἐστι Χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Ms. in bibl. Coisliniana p. 170. [Paris. in bibl. publ. cod. 1238 n. 26. HARL.]

VIII. *Libri πρότεροι et ὕστεροι ὑπὲρ τῶν ἱερῶς ἡσυχαζόντων, pro iis, qui sacram quietem colunt, libri III priores, et totidem posteriores.* Priorum lib. I, Quousque studium litterarum sit utile. Incipit : Ἀδελφὲ, καλὸν χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν. Lib. II, Quod mens intra corpus possit continere mentem, si quis sibi ipsi in quiete attendit. Incipit : Ἀεδλφὲ, οὐκ ἀκούσεις τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος. Lib. III, De lumine et illuminatione divina, de sacra felicitate et perfectione in Christo. Incipit : Οὐκ ἄρα μόνον ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι παραπεπήγασιν. Posteriorum contra Barlaamum lib. I, Contra eos qui dicunt, scientiam externarum disciplinarum esse vere salutarem. Incipit : Οὐδὲν ψεῦδος δεινότερον. Lib. II, De oratione. Incipit : Τῶν μὲν οὖν οὐδὲν μέγα τιθεμένων τὴν ἀπὸ τῆς ἔξω παιδείας ὄνησιν. Lib. III, de sacro lumine. Incipit : Ὁ δὴ τῆς νοερᾶς προσευχῆς. Ms. in bibl. Coisliniana, p. 172.

IX. *Libri III refutationis absurdorum*, quæ sequuntur ex secundis Barlaami scriptis, protasibus et conclusionibus. Incipit lib. I : Ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ Μασσαλιανῶν, καθάπερ καὶ ἐπιγέγραπται οἱ τὸ βιβλίον, πεποίηται. Lib. II : Ἤρετό τις τῶν εἰσαγομένων. Lib. III : Ἃ μὲν οὖν προσκρούει τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ τῆς ἀληθείας Θεῷ, p. 172.

X. Ἐπίτομος διήγησις, *compendiosa narratio dialogi*, qui in palatio coram imperatore habitus est inter Gregorium Palamam archiepisc. Thessalonicæ et Nicephorum Gregoram philosophum, scriptа a quodam ex senatoribus, qui præsens interfuit. Incipit : Ὁρισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως, p. 173. (FABR.) *Taurini* in cod. reg. 516. V. cat. codd. gr. Taur. p. 396. — Paris. in bibl. codd. 970, n. 32, et 1238, n. 2. (HARL.)

XI. Περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας, *De Gregoræ in scribendo mendaciis et impietate libri II.* Libri I initium : Μεταλαχεῖν ἀθλίως τὸν Γρηγορᾶν, Βαρλὰμ καὶ Ἀκινδύνου τῶν κακοδόξων. Libri II : Ἐξ ὀνύχων, φασὶ, τὸν λέοντα, καὶ ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕψασμα. p. 173. (FABR.) Taurini in cod. cit. fol. 95. V. Cat. laud. p. 396. (HARL.)

XII. Ἔλεγχος, *refutatio duplex Gregoræ de lumine transfigurationis Domini*, una brevior ad patriarcham œcumenicum, incipit : Οὐδὲν οἷον, ὦ φίλε δέσποτα, εἰ μὴ λίαν ἐντέχνους ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Altera copiosior demonstratio, quod illud vere increatum sit et æternum, non autem divina natura, quæ omnibus omnino invisibilis est, sed pulchritudo illa vera et amabilissima, quæ ipsam circumdat secundum theologos, solis sanctis et nunc quasi pignoris ac prægustus loco, at in futuro sæculo incessanter participabilis et visibilis. Incipit : Ὅτι μὲν οὖν καὶ ἦν καὶ ἔστι καὶ ἔσται, p. 173. (FABR.) Ms. in bibl. Sfortiana, bis. V. Montfauc. Bibl. biblioth. Mss. p. 697 C. et 703. E. (HARL.)

XIII. *Capita centum et quinquaginta* physica et theologica, ethica et practica καὶ καθαρτικὰ τῆς Βαρλααμίτιδος λύμης, purgantia a Barlaamitica labe, incip. : Ἤρχθαι τὸν κόσμον καὶ ἡ φύσις διδάσκει καὶ ἡ ἱστορία πιστοῦται, p. 173. [*Paris.* in bibl. publ. 2384, n. 4.]

XIV. *Delectus testimoniorum* ex sancta Scriptura et ex Patrum libris excerptorum, et in capita seu hypotheses sexdecim distributorum MS. in bibl. Regia Paris. teste Boivino ad Gregoram, p. 805. (FABR.) In cod. Paris. 970, n. 31. In illo opusc. præcipue de divinis operationibus disputatur. Occurrit præterea Nicolai Pepagomeni epistola ad Gregoram Thessalonicensem; v. cat. Mss. bibl. Regiæ, vol. II, p. 491. — In cod. Coislin. C. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 171. (HARL.)

XV. *Interrogationes et responsiones* de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant, id. p. 806.

XVI. Κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. Capita de oratione et cordis puritate. Mss. in bibl. Regia, [cod. 1239, n. 72, sec. catal. Mss. bibl. Regiæ, tom. II, p. 262. (HARL.)] ex quibus primum cum versione Claudii Capperonerii exhibet laudatus Boivinus p. 776. Incip. Ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστί.

XVII. *Orationes duæ in transfigurationem* Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi, quibus probatur lumen in ea increatum esse, nec tamen Dei essentiam. [Mss. Paris. in bibl. publ. cod. 1239, n. 33 et 34, ac 1220, n. 10, in Append.] Prior incipit : Ἐπαινοῦμεν καὶ ἡμεῖς καὶ θαυμάζομεν. Posterior : Ἡσαΐας ὁ προφήτης. Utramque Græce ex cod. Mazariniano primus produxit Latinamque addidit versionem Combefisius Auctario noviss. parte II, p. 106, 112. Latine ex Combefisii versione leguntur in Bibl. Patrum edit. Lugd. tom. XXVI. [V. supra, vol. X, p. 243, add. ad n. XXIX.]

XVIII. *Oratio adversus Jo. Calecam, patriarcham CPol.* ex qua locum Græce profert Boivinus ad Gregoram, p. 789. [V. supra, vol. VII, p. 656. — Paris. in bibl. publ. cod. 1238, n. 15.]

XIX. *Iambi* adversus Acindyni carmina edita Græce ab Allatio ad calcem tomi I *Græciæ orthodoxæ*. [Paris. in cod. mem. n. 4.]

XX. *Prosopopœia*, sive orationes II, judiciales, mentis corpus accusantis, et corporis se defendentis, una cum judicum sententia. Græce viderunt lucem edente Adr. Turnebo, Paris. 1553, 4, et Latine in Bibliotheca Patrum, Paris. 1589, tomo IX, ubi Palamas sanctissimus appellatur, quemadmodum et in Triodio edit. Venetæ, quod factum indignantur Allatius, *De consensu*, p. 824, et Combefisius tom. I,

Digitized by Google

Bibl. concionator., p. 15. Eadem Prosopopœia Latine occurrit etiam in aliis Bibliothecis Patrum, ut Paris. 1654, tom. IX; et Colon. 1618, tom. XI; et Lugd. 1677, tom. XXVI. Sed et Gallice vertit vulgavitque Claudius Espencæus, Paris. 1570, 8. (Fabr.) Conf. Cat. biblioth. Lugd. p. 47 et 250, atque Oudin. l. cit. p. 845, qui adnotat, illas oratt. exstare in bibl. Augustana, cod. 75. — Leguntur quoque in cod. Vindobon. 117, n. 3, qui tamen caret *judicum sententia*. V. Kollar. Supplem. ad Lambecii comm. tom. I, col. 686, seq. (Harl.)

XXI. *Orationes sacræ*, sive *Homiliæ* binæ εἰς τὴν πρὸς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον. Prior incipit: Εἰ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Posterior: Ἐπὶ τῶν μειζόνων ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην δύναμιν, Mss. in bibl. Vaticana. (Fabr.) V. supra, vol. X, p. 284, bis. — Ms. Paris. in bibl. publ. cod. 970, n. 23 et 24, et 1239, n. 51. In binis illis codd. sunt præter homiliam *De præmiis bonorum ac suppliciis malorum*, aliæ homiliæ, a Fabricio non memoratæ: nempe in priore:

In crucem Domini (etiam in poster. cod.).

In festum Purificationis.

In Annuntiationem (in posterior. quoque et in cod. 1220, n. 5 et 7, in Append

In Ascensionem, duæ (etiam in poster.).

In posteriore autem 73 orationes, in his quædam a Fabricio citatæ, earum tamen omnium commemoratione vereor, ne tempore, charta et lectorum patientia abutar. Insuper in posteriore cod. exstant:

Precatio ad Deum, cum pontificatum capesseret.

Decalogus Novi Testamenti.

Precatio, cum populos inviseret,

Alia, tempore pluviali facta,

Alia coram regibus post unctionem recitata,

Capita de oratione et animi puritate; denique *alia capita.*

In cod. 1054, n. 12, *De pace, dicta tertio post suum adventum in urbem Thessalon.* inedita et inc. Ἐμοὶ δὲ λίαν (est homilia *De concordia* etiam in cod. Nan. postea mem. quæ tamen incip. Ἀδελφοὶ μὲν ἡμεῖς πάντες), atque aliæ, a me memoratæ. — Præterea in eodem reperitur opusc. Gregorii Palamæ ineditum:

De affectibus et virtutibus, ad Xenam monialem. Inc. Τοῖς μοναδικῶς ζῆν προθυμοῦσι.

In cod. 1185, n. 1, in appendice cat. Mss. Paris. pag. 618.

Homilia *In ingressum B. Virginis in Sancta sanctorum*, et n. 12, hom. *in laudem Georgii martyris.* — In cod. 1220, in Append. præter citatas reperiuntur:

Hom. *in Dominicam Palmarum, in Christi nativitatem, in Christi baptismum.*

Mosquæ in cod. synod. 70, sunt Palamæ homiliæ et alia scripta 65. V. Matthæi not. codd. Gr. Mosq. p. 60, et cl. Matthæi ex illo cod. decem edidit homilias, Mosquæ, 1776, 8. Ibid. in cod. typogr. 9 tres Greg. Pal. oratt. quarum prima inc. Ἡ τῶν ἁγίων ἑκάστου μνήμη, altera: Εἰ τίμιος ὁ θάνατος, et tertia inc. Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου. V. Matthæi l. c. p. 335, n. 17, 19 et 23, nec non p. 159, n. 6. In cod. 246, n. 6, duæ orationes. Prior inc. Ὑπηνίκα ὁ νοῦς αἰσθητοῦ παντὸς ἀπαναστῇ· posterior: Ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστι.— Ibid. p. 179. cod. 279, n. 1, oratio: inc. Ἐπὶ τῶν μειζόνων ἢ κατ' ἀνθρωπίνην. — Romæ in bibl. Vatic. sermones quidam, ac Mediolani in bibl. Ambros. oratt. 11. Item Responsio ad epistolam Arsenii, cum aliis nonnullis epistolis. V. Montfauc. Bibl. biblioth. Mss. p. 12, *D*, ac p. 498, *C*. Item, p. 1321 *E*. in cod. Mazarin. 121, homiliæ in Dominicos dies et festa per annum; it. p. 33 *D*, n. 904, Romæ in bibl. Vatic. reginæ Suecіæ cod. Palamæ Fragmm. et Homilia *in S. Petrum et Paulum.* (Harl.)

Alia εἰς τὴν ἀνανθρώπησιν, incipit: Ὁ τοῦ Θεοῦ προαιωνίως, meminit Allatius lib. *De Simeonibus* pag. 103. [Conf. supra, vol. X, p. 239.]

Video præterea memorari: Εἰς τὴν ἀπάντησιν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Περὶ νηστείας καὶ προσευχῆς.

De secundo adventu Christi. [Paris. in bibl. publ. cod. 1054, n. 15.]

De passionibus et virtutibus, et de iis quæ per otium cogitatio parit.

Πῶς ἀνύσιμός τε καὶ ἄμωμος ἡ ἀρετὴ τελεῖται.

In Demetrium martyrem. [Paris. in bibl. publ. cod. 1054, n. 11, V. supra, vol. X, p. 218.]

De mutua concordia. [Venet. in cod. Nanian. 126, n. 14, V. catal. codd. Gr. Nan. p. 279.]

In Publicanum. [Hæc et seq. Paris. in cit. cod. 1054, n. 13 et 14.]

In Prodigum.

De præmiis bonorum et suppliciis impiorum, Dominica πρὸς τοὺς τῶν προπατέρων (ante festum nativitatis) solita recitari [in utroque cod. Paris.].

De misericordia et beneficentia.

In bibl. Bodleiana, n. 637, inter codices Guil. Laudi 156. exstant Gregorii archiepiscopi Thessalonicensis Sermones, Græce, fol.

XXII. *Expositio orthodoxæ fidei* Ms. in bibl. Augustana, fortasse haud diversa ab ea, quæ exstat in tomo Palamitarum synodico a Combefisio edito, p. 172. Et incipit: Εἷς Θεὸς πρὸ πάντων. (Fabr.) —

Digitized by Google

Ms. Romæ in bibl. Vatic. V. Montfauc. l. c. p. 10 *C.* — Augustæ Vindel. in bibl. publ. V. Reiserianæ Mss. illius bibl. p. 27. — Florent. in cod. Laurent. 17, n. 13, plut. 59. V. Bandini, Cat. codd. Gr. tom. II, p. 532. (Harl.)

XXIII. *Disputatio adversus infideles et atheos Chionas*, memoratur a Combefisio et Rob. Gero. [Paris. in bibl. publ. cod. 1289.]

XXIV. *Vita S. Petri*, monachi Hagioritæ sive in monte Atho ex Ms. Mazariniano [V. Montfauc. *Bibl. bibliothec.* Mss. p. 1322. (Harl.)] Græce edita in *Actis SS.* 12 Junii, tom. II, pag. 538 556, cum versione Conradi Janningi, S. I. (Fabric.) [Conf. supra, vol. X, p. 312, Ms. Paris. in bibl. publ. cod. 1239, n. 62.]

In cod. Barocc. 25. (secund. cat. Mss. Angliæ etc. I, p. 2.) *Metropolitæ Thessalonic. responsum ad quærentem, quis finis sit incarnationis divinæ :* inc. Ἠρώτησας, τίς ὁ σκόπος. — In cod. Barocc. 295, n. 7, ex capitulis excerpta. (Harl.)

Contra Latinos.

XXV. *Libri II* Ἀποδεικτικοὶ, *quod non ex Filio, sed ex solo Patre procedat Spiritus Sanctus.* Prior incipit : Πάλιν ὁ δεινὸς καὶ ὀρχέκακος ὄφις. Posterior adversus ea quæ e sacris litteris Latini afferunt, incipit : Ὧν μὲν οὖν δεῖ καὶ αὐτῷ τῷ τῶν εὐσεβούντων καταλόγῳ, Ms. in bibl. Coisliniana, p. 171. Ambo prodierunt Græce Londini 1624, 4, cum aliis aliorum scriptis, de qua collectione infra, p. 784, 790. [vet. ed. Venet. in cod. Naniano 75, n. 80, exstat prior liber. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 157.]— In cod. Georg. Wheleri 49. Gregorii Thessal. Contra Latinos de Spiritu Sancto, et varia ex variis Patribus de Spiritu Sancto. V. Cat. Mss. Angliæ, etc. vol. II, n. 9120. — Matriti, in bibl. Reg. cod. 77, exstat uterque liber. — In eod. cod. sunt Palamæ Ἀντεπιγραφαὶ contra Jo. Beccum, etc. ac sec. ordinem Fabric. n. 26, 27, 28, 29, et sequuntur Barlaami et aliorum scripta pro Latinis. — Paris. in bibl. publ. cod. 1247, n. 7, liber prior, et in cod. 1234, n. 7. (Harl.)

XXVI. Ἀντεπιγραφαὶ contra Joannem Beccum, patriarcham CPol. seu *Confutatio* ἐπιγραφῶν XI quas Joannes Beccus pro Latinis proposuit, id. De Becci ἐπιγραφαῖς dictum supra p. 347 seq. ed. vet. (p. 333 seq.). Palamæ ἀντεπιγραφὰς cum Bessarionis confutatione (de qua p. 402 ed. vet., p. 427. ed. nov.) edidit Petrus Arcudius in Opusculis aureis editis, Romæ 1630, 1671, [al. 1670. V. supra ad p. 345, n. 7.] 4. Confer. Lambecium, V, p. 150 seq. (Fabr.) Sive p. 347 seq. ed. Kollar. Paris. in bibl. publ. cod. 1270, Palamæ, Becci, Bessarionis et Max. Planudæ scripta. — Eorumdem Opp. quæ ad hanc controversiam pertinent, Monac. in cod. 27. V. cl. Harda. in Arctini *Beyträgen*, etc. ann. 1803, part. IV, pag. 5 sqq. — Mosquæ in cod. synod. 594, Becci et Palamæ scripta eristica. Vi Matthæi Notit. cit. p. 252, n. 13. — Eadem Florentiæ in cod. Laurent. 14, n. 4, plut. 10; et cod. 12, n. 19, plut. 4, vid. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 483 et p. 535. (Harl.)

XXVII. *Quod Latini unius Spiritus, sancti duo principia doceant;* ad Acindynum adhuc amicum : et theologica argumenta esse potius demonstrativa appellanda quam dialectica. Incipit : Σὺ μὲν ἡμᾶς ἴσως χρῆν, id. p. 171. (Fabr.) In cod. Coislin. C. (Harl.)

XXVIII. *Contra Barlaamum de duobus principiis*, et contra speculationem Græcanicam. Incipit : Ὦ θρέμμα τῆς ἀνωτάτω παρὰ λόγους παιδείας. Id. p. 171 seq.

XXIX. *Contra eumdem, quod in theologicis dentur veræ demonstrationes*, et Aristotelicam demonstrationem esse incertam et instabilem. Incipit : Τὰ μὲν τῆς δυαρχίας ἐκ μέσου γέγονεν. Id. p. 172. (Fabr.) Ms. Taurin. in cod. Reg. 345. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 397, ibid. p. 281 seq. ex cod. 186. Græce cum vers. Lat. in lucem editum est Greg. Palamæ opuscul. *Adversus Latinorum confessionem :* inc. Εἰπέ μοι, ὦ ἑταῖρε etc. — In cod. bibl. Sforzianæ est *Palamas contra Barlaam et ejus sectatores, qui lumen transfigurationis Domini creatum esse contendebant*, teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. Mss.* p. 703 *E.* (Harl.)

XXX. *Disputatio*, in qua Palamas. *cum Manuele Chrysolora* (qui diu post vixit), *De processione Spiritus sancti*, contendens inducitur Ms. Venetiis in bibl. S. Antonii, teste Possevino.

XXXI. Gregorii Palamæ *Prophetia de Ecclesia Romana scindenda in multas partes*, Γνώσκετε, τέκνα μου, ὅτι ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης μέλλει διαιρεθῆναι εἰς πολλὰ τμήματα, etc. quam impletam post illius mortem miratur Metrophanes Critopulus in Confessione, p. 41.

XXXII. *In epist. Pauli ad Thessalonicenses* citatur a Nic. Gomneno, p. 23, 24, 26, 32, 42, et pluribus locis. Idem Gomnenus Allatii exemplo vehementer in Palamam et contumeliosissime invehitur, utpote Latinorum improbatorem morum acerrimum, p. 193; itaque non contentus consuetis maledictis, etiam hæreticum, polytheum, Turcarumque catamitum antistitem appellat p. 387, scelestissimumque atheum p. 220, ubi omnibus onerat probris, Photianorum scilicet Thaumaturgum, p. 14, sed cujus miracula Bessarion oppugnaverit, p. 244 b. Etiam Altimuræ, p. 381, est fanaticus homo, ubi Nectarium Hierosol. a quo pro sancto habetur et miraculis conspicuus celebratur, oppugnat. Nectarii (*k*) verba ad papæ asseclas hæc sunt : Ἐῶ νῦν λέγειν Γρηγόριον, τὸν σοφώτατον καὶ ἁγιώτατον, τὸν Θεσσαλονίκης, τὸν Παλαμᾶν, ὅτι τούτῳ ὑμεῖς ὡς ἀντιδίκῳ φέρεσθε, ἀλλ' εἰ Θεῷ κατ' ἄκρον εὐηρέστησε, μαρτυρεῖ καὶ τὸ ἀείψανον καὶ τὰ θαύματα. Οἶδα ὅτι οὐ μέγαν ἡγεῖσθε τὸν ἄνδρα πολέμιον, ἰσχυρὸς ταῖς ὑμῶν καινο-

(*k*) P. 202 : Ἀντιῤῥήσεως περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα.

Digitized by Google

τορίαις ἀντιταξάμενον, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐντεταγμένον ἀκούοντες ἀποστρέφεσθε. Ἀλλ' οὐδὲν παραβλάπτεται παρ' ὑμῶν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴ καὶ ἁγιότης. *Omitto dicere de Gregorio sapientissimo sanctissimoque Palama, Thessalonicensium præsule; quippe quem vos tanquam adversarium insectamini. Quam vera acceptus Deo sit, hoc ejus reliquiæ et miracula contestantur. — Non nos fugit, vos non magni facere virum, qui vobis bellum indixit, novitatibus vestris fortiter obsisteret: et cum illum in sanctos relatum audiitis, indigne fertis. Cæterum nihil ex vobis detrimenti accipit virtus illius et sanctitas.* (Fabr.)

[*Paris.* in bibl. publ. cod. 3105. Greg. Pal. opuscul. *Adversus primatum papæ et concilium Florentin.* Ibid. in codd. 364, n. 21; 970 et 1238, in quo et seq. cod. multa Palamæ scripta reperiuntur, sunt ejusd. Eclogæ ex variis capp. etc. (Harl.)]

PALAMÆ ADVERSARII.

Ἀνώνυμοι διάλεξις τινος λογίου καὶ φιλοσόφου ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, apud Allatium, *De libris eccles. Græcorum*, p. 139; et tom. I *Græciæ orthodox.* p. 773-780. Incipit: Εἶδες τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ πολέμου. (Fabr.) Romæ in cod. bibl. Vatican. quædam opera contra Palamam et Palamitas, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. Mss.* p. 12 *D.* — Acc. Christodulus s. Joan. Cantacuzen., *Contra Palamam*, et alia ejus pia opuscula, *ibid.*, p. 234 *A.* in cod. Neapolit. bibl. monasterii S. Severini. (add. Baudin. in Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 342 sqq. et supra, not. ad sect. 1, hujus capp.). — Ib. p. 519 *C.* Ib. *De process. Spir. sancti* ad Alexium Philanthropenum: item Adversus Gregorium Palamam, *De process. Spir. sancti.* (Harl.)

Constantini Harmenopuli scriptum, quod sine auctoris nomine exhibet idem Allatius, *De libris eccles.* p. 209, et tom. I *Græciæ orthod.* p. 780-785. Incipit: Ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν. Vide supra, p. 266, n. 6.

Gregorius Acindynus monachus, Barlaami sectator, et in Palama insectando socius, postea diversa etiam ab illo sentire cœpit, unde non minus Barlaamum, quam Palamam scriptis oppugnavit. Itaque apud Allatium, II, 16, 3, p. 802, *De consensu*, et tom. I *Græciæ orthod.* p. 786: Ἐμοὶ, inquit, λόγοι πεποίηνται καὶ ἐπιστολαὶ διὰ πέντε τεμαχίων πρὸς Βαρλαὰμ ἐκείνον. Ejus *iambi* 509 adversus hæreses Gregorii Palamæ, Græce editi ab Allatio, tom. I *Græciæ orthodoxæ*, p. 756-769. Incipit: Σπουδῇ Παλαμᾶν εὐσεβὴς πᾶς φευγέτω. Librum III *adversus errores Palamæ* edit Nic. Comnenus, p. 168 *Præfat. mystagog. Librorum duorum de essentia et operatione Dei*, adversus Palamam, Gregorium et Philotheum, mss. Mss. in bibl. Bavarica reperit Jac. Gretserus, argumenta quædam capitum exposuit in notis ad Cantacuzeni II, 40, pag. 931 seq. et ex eo Bzovius ad a. 1337, § 8, p. 781. Integri editi sunt a Gretsero Ingolstad. 1616, 4, cum decem epistolis variorum pontificum ad Petrum Gaapheum (*1*). Acindynum et Barlaamum oppugnavit præter Palamam (de quo supra, pag. 456 ed. vet.) etiam Marcus monachus Ms. in bibl. Coisliniana, pag. 404.

Barlaamus adversus Palamam multa egit scripsitque, licet et hujus argumenti lucubrationibus Barlaami nihil memineriim exstare. De aliis ejus scriptis dictum supra, p. 427 seq. ed. vet. p. 427 sq. nov. ed.

Joannes Cyparissiota, cognomine Sapiens, Palamæ ipsi suppar, post ann. 1360 scripsit Παλαμικῶν παραβάσεων, *Palamiticarum transgressionum* libros 4, ex quibus primum et quartum vulgavit Combefisius Græce et Latine in Auctario novissimo, parte secunda, p. 68 et 85-103. [Inde Latine in *Bibl. max. Patr. Lugd.* tom. 21, p. 476-489.] Liber secundus et tertius adhuc inediti latent, sicut et alia spissa ejus opera quatuor adversus eumdem Palamam, ut 1) Λόγοι 8, adversus Palamæ tomum ejusque novam fidem: 2) alii λόγοι 8 criminationibus Palamæ in adversarios de Lumine increato respondentes, ac aliquot quæstionibus omnem de illo considerationem complectentes. 3) Λόγοι tres (quorum primus in capita 75 dispescitur) contra Palamitarum anniversarias in adversarios diras et exauctorationes, sive contra illorum ἀποστασίαν. 4) opus Anti-Palamiticum, unum cætera fere omnia æquans magnitudine, et ante illa etiam ab Cyparissiota publicatum.

Exstat et aliud istius Cyparissiotæ huc spectans, et simul mysticam tradens theologiam, opus subtile et eruditum, quod inscribitur Ἔκθεσις στοιχειώδης ῥήσεων θεολογικῶν, *Expositio elementaria eorum, quæ de Deo a theologis dicuntur*, in decem decades tributa, 1) de theologia symbolica; 2) de theologia demonstrativa; 3) de divinis enarrationibus; 4) de divinis nominibus eorumque origine et informatione; 5) de proprietatibus divinorum nominum; 6) de apparitionibus divini luminis; 7) de divina participatione; 8) de infinitate Dei in creaturis; 9) de infinitate in Deo; 10) de divina simplicitate. Hoc opus Græce repertum Messanæ in Sicilia in bibliotheca D. Joannis Lascaris, Franciscus Turrianus Latine cum schollis editum dedicavit Antonio Augustino, archiep. Tarraconensi, Rom. 1581, 4; unde recusum Latine in Bibliothecis Patrum Coloniensi, tom. XI, et Lugdunensi, tom. XXI, p. 377. (Fabr.)

(*1*) Ex cod. Bavar. 214, teste Hardtio. in Aretini Beytrægen, etc. ann. 1805, part. IV, p. 353, edidit Gretserus. In cod. tamen libr. II, lacuna duorum foliorum occurrit: Ed. Gretseri rec. est in ejus opp. tom. XV. p. 474 sqq. Ratisbon. 1741 fol. — Conf. de Gregorio Acindyno Oudin. in Comm. de SS. Eccl. tom. III, col. 915 sqq. qui laudat quoque Jac. Pontan. in Notis ad Cantacuzeni Historiam, lib. II, cap. 40; et Henr. Spondan. in *Annal. ecclesiastic.* ad ann. 1337, n. 2, et ad ann. 1350, n. 20. Quædam de eo prodidit H. Wharton. in Append. ad Cavei *Histor. litt. SS. eccl.* tom. II, p. 39, ad ann. 1340 add. Schrœckh. *Hist. Eccl. Christ.* tom. XXXIV, p. 440; Saxii *Onom. lit.* part. II, p. 360, ad ann. 1337 et supra, vol. VII, p. 655. (Harl.)

Digitized by Google

Paris. in bibl. publ. cod. 1240, sunt Joan. Cyparissiotæ 1) Palamicarum transgressionum libri 4. Secundus ineditus; inc : Πρόδηλον μὲν οὖν ; tertius etiam inedit. Ὅσα μὲν οὖν. 2) Libri octo adversus Palamam, ejusque novam fidem ; inc. Ὡς ἂν δὲ καὶ δι' ὧν. 3) Libri octo, criminationibus Palamæ respondentes ; init. Τὸ τρίτον βιβλίον πρὸς τὰς καθ' ἡμῶν. 4) Libri tres contra Palamitarum ἀποστασίαν· init. Τὸ τέταρτον βιβλίον πρὸς τάς. 5) Adversus Nilum Thessalonicens. Antirrheticorum libri quinque ; inc. Τῶν μὲν ἠγησαμένων βιβλίων τό τε πρότερον. Add. Montfauc. *Bibl. biblioth. Mss.* p. 732 *E* et 776 *C* de codd. Paris. (Harl.)

Scripsit Cyparissiota post Nicephori Gregoræ obitum, cujus cadaver Palamitis ludibrio habitum indignatur libro IV *Palamiticarum transgressionum*, ubi statum miserum Ecclesiæ CPolitanæ sub patriarchis Palamiticis per decem quæstiones depingit. Natus Gregoras ann. 1295, non ante ann. 1360 obiit, cum historiæ telam usque ad ann. 1359 pertextam ab eo habeamus. (Fabr.) V. Saxii *Onom. lit.* II, p. 388, ad ann. Chr. 1370. — Oudin. Comm. de SS. Eccl. tom. II, col. 1062 seq. ad ann. 1360, qui adnotat, *Expositionem elementariam*, s. *materiarum* haberi Græce in bibl. regis Hispan. et Romæ inter libros, quos Turrianus dedit societati ; et Henr. Wharton. in Append. ad Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* II, p. 65, ad ann. 1360. (Harl.)

De Nicephori Gregoræ Antirrheticis adversus Palamam dixi vol. VI, p. 301 seq. (*m*) De *Manuelis Calecæ* libro, in hoc ipso volumine p. 421. sq. ed. vet. p. 455 nov. ed. De Demetrii Cydones, p. 388 (p. 402, nov. ed.) et de Davidis monachi narratione, p. 501, et Dionysii Acindyni *Historia victoriarum Gregorii Acindyni* patrui sui, p. 502 ; Marci Ephesii capita 68 contra hæresin Acindynistarum Ms. in bibl. Cæsarea ; Lambec. V, p. 226 (*n*). Georgii Scholarii ad Joannem Basilicum, qui interrogaverat de Theodori Grapti dicto, cujus causa Acindynistæ turbas moveant ; itemque de iis quæ iidem ipsi de Spiritu Sancto sophistice disputant ; Ms. in bibl. Coisliniana p. 177, incip. Χάρις πολλή σοι τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας, ἄριστε φίλων.

Index Scriptorum in Decadibus Cyparissiotæ citatorum.

(Major numerus Decadem, minor caput denotat.)

Abucara sive Carrarum episcopus. Vide infra, synodus contra Manichæos

Anastasii Sinaitæ oratio de transfiguratione, VI, 4, 5, 7.

Anastasius Antiochenus libro, quod Deus est incircumscriptus, X, 4. In primo libro de nostris dogmatibus veritatis, VII, 9 ; IX, 4 ; contra Monophysitas, VIII, 10. Confutans opinionem Manichæorum Dionysium Alex. citat. id.

Andreas Cretensis in magno canone, VI, 6.

Athanasius, I, 8 (Quæst. ad Antiochum, VIII, 8) ; II, 8 ; IX, 1, 2. Contra Arianos, VII, 1 ; IX, 7 ; libro primo, X, 4 ; secundo, VI, 8 ; VII, 5 ; IX, 6 ; tertio, III, 6, 7 ; VII, 4 ; quarto, IX, 8, 9 : quinto, IX, 6, 8. Disp. Nicæna contra Arianos, III, 6. Λόγῳ κηρυκτικῷ in Annuntiationem B. Virginis, X, 8. Oratione, cujus initium : *Omnibus vobis, qui in unum convenistis ;* quo Patres Nicæni recte usi sunt voce *homousii*, X, 1. Apologetico pro synodo Nicæna, IV, 8 ; X, 1. De adventu Dei in carne, IX, 7. De Incarnatione Verbi, V, 9 ; IX, 3. Epist. ad Serapionem, VII, 3, 4, 9 ; VIII, 2 ; IX, 5, 6, 9. Dialogo Orthodoxi et Anomœi, IX, 4, 7 ; X, 4, 7 ; in Expositione fidei in prima synodo (symbolum intelligit), IX, 3. Disp. contra Arian. IX, 6. Contra eos, qui serviunt verbis et non nominibus sacrarum litterarum, IX, 6.

Bartholomæus, apostolus, VI, 10, ex Dionysii c. 1, *De mystica theol.*

Basilius, II, 3 ; III, 4 ; IV, 8 ; V, 10 ; VI, 6 ; IX, 2 ; 1, X, 2. De Spiritu sancto, VII, 3. Capitibus de Spiritu sancto, IX, 7. Contra Eunomium, secundo, III, 5 ; IX, 5 ; X, 5 ; tertio, VII, 5 ; quarto, III, 5 ; IV, 4, 5. 6 ; IX. 5 ; quarto ἀντιῤῥητικῶν, X, 9, capite 31 ; X, 5 ; quinto, ἀντιῤῥητικῶν, X, 4. In Hexaemeron, VI, 1 ; VII, 8 Sermone de fide, IX, 4. In Psalmum XLIV, VI, 4. Orat. de principio Proverbiorum, III, 4. In moralibus, III, 7. Epist. ad Eustathium, IV, 7. Ad Gregorium fratrem, VII, 4, 5. Psalmo XXVIII in homilia moralium, VII, 8. In Psal. XXII, VII, 5 ; libro quinto ad Amphilochium, VII, 9. In illud : *Attende tibi*, VIII, 8. Epistola ad Terentium comitem, IX. 4. Ad Cæsarienses, IX, 7.

Chrysostomus, I, 3 ; III, 4 ; VI, 6, 9 ; VII, 1. Homilia 64, in Matthæum, III, 4. Homilia 56, VI, 4. In illud, *In ipso vita erat*, IX, 7. Homil. 15. In Joannem, VIII, 8. Homil. 42, VI, 5, 6. In Epist. ad Corinth. hom. 29, VII, 5. Ad Ephesios hom. 13, VII, 5. Homilia de Eutropio, I, 6. Ad Theodorum lapsum VI, 4, 5 ; VIII, 8. Homilia de cruce, cujus initium, *Quid dicam*, X, 8. Explanans illud : *Vidimus gloriam*, VI, 6. Orat. de incomprehenso, VIII, 8. De transfiguratione, VI, 6. Oratione contra hæreticos et in petitionem filiorum Zebedæi, VI, 8. In illud : *Ex plenitudine ejus omnes accepimus*, VII, 4. Oratione in laudem S. Joannis theologi, VIII, 6.

(*m*) S. vol. VII, p. 632. sqq. edit. nov. Adde, *Niceph. Gregoræ* Disp. contra Palamam, præsente imperatore, Joan. Palæologo, exstare in cod. bibl. *August. Vindel.* V. Reiseri indic. Mss. illius bibl. p. 41, n. 58. — In cod. Coislin 101. V. Montfauc. bibl. Coisliu. p. 174 seq. — Mosquæ in codd. synod. pag. 529 ed. vet. — *Georgii contra Palamam de Spir. sancto.* Mediolani, in bibl. Ambros. V. *Montfauc. Bibl. bibl. mss.* p. 749 *B.* (Harl.)

(*n*) Sive pag. 466, ed. Kollar. in cod. 279, n. 1 ; dd. pag. 467 de cod. 280. V. infra in hoc vol. 502, n. 73 seq. — 324, n. 8, et 393, n. 6. V. Matthæi notit. cit. p. 198, 213 et 249. Monac. in cod. Bavar. X. V. Hardt. in Aretini Beytr. gen, etc., ann. 1803, part. I, pag. 84 ; et part. II, pag. 3 seq. et 7 seq. (Harl.)

Digitized by Google

Clemens philosophus, V, 4.

Divinus Cosmas, VI, 4. Canone festi transfigurationis, VI, 6, 7. In iis quæ in mediam Pentecosten canuntur, VI, 6.

Cyrillus Alex. III, 3; VIII, 10. In thesauris, IV, 9; VII, 2, 3; IX, 6. Libro primo, IX, 8; libro III, capite quarto, X, 9; libro XIV, IX, 6, 8, 10; libro XV, IX, 6; libro XIX, IX, 8; libro XXXI, X, 2; libro XXXII, X, 7, capite 33, IX, 5, 7; libro XXXIV, X, 7. Disserens de Spiritu sancto, VII, 2, 3, 5; IX, 6, 7. Explanatione in Lucam, VI, 4. Libro primo ad Hermiam, IX, 7. Libro quinto Dialogor. ad Hermiam, IX, 7. Libro septimo eorum quos more dialogi scripsit, VI, 7. Libro septimo Dialogorum ad Hermiam, VII, 4; IX, 6; X, 5.

Cyrillus Hierosol. in Catechesibus, VII, 1, decima Catechesi, VI, 4.

Divinus Diadochus et silentii magister, VIII, 8. (*Libro de perfectione spirituali citatur a Turriano scholiis ad X, 2. Episcopus Photices in Epiro, quem S. Maximus citare et sequi solet, libro aureo quæstionum de anima separata et angelis, quem inscripsit Apocalypsin, id.*).

Dionysius Areopagita passim per totum opus. Theologus, VIII, 10.

Dionysius Alex. scholiis ad Dionysium Areopagitam, I, 1; II, 2.

B. Ephræm oratione in transfigurationem, VI, 4.

S. Epiphanii panaria, III, 4; V, 2. contra hæresin Marcosiorum, VII, 10. Hæresi contra Ptolemæitas, X, 9.

Eunomius in iis quæ contra Basilium magnum scribit, X, 4.

Eusebius Cæsariensis, III, 4.

Euthymii dogmatica panoplia, III, 2.

Sanctus ac divinus Germanus in Expositione fidei, VIII, 10.

Gregorius, theologus, I, 3; IV, 8; VI, 7, 9. Libro primo de Filio, VIII, 1; IX, 5; X, 2, 3. Libro secundo, VI, 6. Orat. de Spiritu sancto, III, 4; VII, 5. Secundo de theologia libro, I, 6; II, 4, 5, 7, 8, 9; III, 4; VI, 6, 9; VIII, 8; IX, 3. Libro tertio theologiæ suæ, X, 10. Disputans contra Eunomium, III, 1. De divinitate ad Evagrium monachum, IV, 8; VII, 4. Oratione cum factus est presbyter, V, 9. De baptismo, VI, 3, 10; IX, 3. Ad Heronem, VI, 5. In sermone Epiphaniæ, IV, 1. Libro de statu episcoporum, III, 6. De constituendis episcopis, IX, 2, 5. In Natalem Domini, VI, 7; VIII. Oratione de boni ordine disserendi, VI, 5, 6. Secunda de pace, VII, 9. Tertia IX, 3. In Pentecosten, VII, 9. In laudem Gregorii Nysseni, IX, 7.

Gregorius Nyssenus, II, 5; IV, 8, 9; VII, 8, 10; IX, 1, 2, 4, 5. Orat. ad Pulcheriam, IX, 6. Contra Eunomium, IV, 5; V, 9; VIII, 6. Libro qui incipit *Prima quidem*, I, 6. Libro primo, V, 9; VII, 8; IX, 3, 6; X, 4, 5; capite XLI, X, 9; libro secundo, III, 5; V, 9. Contra Eunomium nono, IX, 4; decimo tertio, IV, 6; X, 4. Libro de Abrahamo, IX, 3. De vita Mosis, II, 8; VIII, 8. Explanatione Cantici canticor. IV, 3; VII, 4; IX, 7. X, 7. In illud, *Adveniat regnum tuum*, IX, 7, 9. Epist. ad Theophilum Alex. contra Apollinarium, VI, 6. Libro primo in Ecclesiasten, VI, 7. Explanatione beatitudinum, VIII, 8 Libro inscripto, quæ sit Christiani professio, IX, 2. In Catechetico, IX, 5; X, 8.

S. Hierothei divina principia, VII, 2 (ex Dionysio Areopag.); hymni amatorii, VIII, 1.

Joannes Damascenus, III, 3; V, 9; VI, 6; VII, 1; VIII, 10; IX, 4; X, 1, 2, 3. Theologus, III, 7; IV, 8; VIII, 2. Divinissimus, VI, 4. In transfigurationem, VI, 4. Capite de Trinitate, IX, 9. Libri III de orthodoxa fide, caput 12, V, 9; caput 62, III, 4; caput 63, IX, 4. Canone in transfigurationem, VI, 7. Sermone inscripto de proprietatibus Christi, X, 4.

S. Justinus, philosophus et martyr, VIII, 10. Oratione de recta confessione, VIII, 1, 8. In iis quæ Photius patriarcha ex eo recitat, IX, 4.

Sanctus Justus, V, 8. Ex Dionysio c. 11, *De divinis nominibus*.

(*Leontius Byz. contra Aphthartodocetas, citatur in scholiis Turriani ad VIII, 9, auctor eruditiss. lib. Contra Nestorium et Eutychen, ad IX, 9.*)

(*Manuel Calecas, libro De Trinitate citatur in Turriani scholiis, ad X, 10.*).

S. Maximus ad Dionys. Areopagitam, I, 1; III, 8, 9, etc. Explanatione subtili precationis, *Pater noster*, IX, 3. In theologicis, II, 3, 4, 6, 7, 9; VI, 9. Centuriæ I, capite septimo, X, 9. Capite 38 et 39 centuriæ quintæ, VII, 5. Disp. contra Pyrrhum, III, 3; V, 9; X, 4. In sententiis Gregorii theologi, III, 2; VIII, 1. Speculatione magis dilatata de transfiguratione, VI, 5. Basilius adnotatis a S. Maximo de energia contra Monothelitas, III, 4. Libro, quod in Christo est rerum, id est substantiarum, differentia, X, 8. Capite 9 centuriæ quartæ de charitate, VII, 9. In centuriis theologicis, centur. III, capite tertio, X, 8; quarto, X, 7; septimo, VII, 10; cap. 42, *ibid.*; centuria prima, cap. 2, VIII, 1; cap. 35, VIII, 4; cap. 6 tertiæ centuriæ, VIII, 2. Octava Centuria, cap. 88, VIII, 4; cap. 87, VIII, 5. Centur. III de charitate, cap. 21, VIII, 5; cap. 27, VIII, 7; cap. 29, VIII, 9. Centuria VI, cap. 84, VIII, 6. Centuria IV, cap. 1 et 4, IX, 10; cap. 8, X, 1; adnotatione extrinsecus posita ad caput 2 Centuriæ primæ, X, 4.

Phædo philosophus, infra in synodo.

Digitized by Google

Photius patriarcha quæstionibus ad Amphilochium quæst. 75, VII, 1. Easdem citat Turrianus in scholiis ad VIII, 4.

Sadducæi, X, 1.

Sextus ecclesiasticus philosophus, X, 10.

Sophronius, Hierosolymitanus, IX, 2.

Synodus I œcumenica ex responsione Patrum ad philosophum, quam Eusebius literis mandavit, III, 4. Disputatio contra Phædonem philosophum, quæ est in prima synodo, IX, 2.

Synodus habita contra Manichæos ab Alucara sive episcopo Carrarum (S. Archelao) ex panariis (S. Epiphanii), III, 4; V, 2.

Synodus a Theodoro Abucara contra Manichæos habita, quæ fertur in iis quæ contra omnes hæreses scripta sunt, III, 5. *Suspicor, Theodori nomen adjectum esse ab altera manu, et eumdem Archelaum atque Epiphanii panaria intelligi.*

Editio sanctæ et œcumenicæ tertiæ synodi, IX, 2.

Confessio sanctæ et œcumenicæ sextæ synodi IX, 2.

Teuthes antiquissimus, qui nomina rebus imposuit, IV, 6.

Theodorus Abucara, supra in synodo contra Manichæos.

Theodorus Graptus, III, 7. Oratione contra Eusebium, VI, 4. Adversus Iconomachos, VI, 5; X, 8. Tractans dictum Basilii, X, 4.

Dictum est a theologis in quinta et quarta decade initiarie expositionis divinorum nominum, VII, 6.

Divinus Theophanes, X, 3. In canticis suis, VII, 2.

Valentinus hæreticus, IX, 7.

Cum Palama fecit, præter imperatorem, Jo. Cantacuzenum, Isidorus, Monembasiensis a Cantacuzeno in p. in Jo. Calecæ locum ad patriarchæ CPol. dignitatem ann. 1347, evectus, et Cabasilas jam senex, qui prius cum Palamæ adversariis senserat; Josephus Bryennius, oratione de transfiguratione, et præcipue Philotheus, monachus primo Sinaita, deinde præpositus monachorum in monte Atho, denique ex Heracleæ episcopo patriarcha CP. ann. 1351, et 1362 1376, obiit ann. 1376, qui pluribus etiam scriptis et Palamæ memoriam coluit, et adversus ejus adversarios depugnavit, ex quibus pauciissima lucem viderunt (*o*). Juvabit tamen præsenti loco brevem scriptorum Philothei notitiam, editorumque subjungere.

1. Præcipuum opus est librorum 15 *Antirrheticorum* pro defensione tomi Palamitici, quibus motus jam Nicephori Gregoræ scripta, hortante Cantacuzeno, oppugnavit. Exstat adhuc ineditum in variis bibliothecis, ut Vaticana, Regia Paris. cod. 1996 [secundum catal. mss. bibl. Paris. Reg. tom. II, in codd. 421, n. 2, et 1244, n. 1. (HARL.)] et regis catholici. Servantur etiam in codice insigni, quem manu Sylvestri Syropuli, diaconi et magni ecclesiarchæ, scriptum servat bibliotheca Coislininna, et accurate recenset Montfauconus, p. 173-176. Loca ex regio codice Parisiensi producit Boivinus notis ad Gregoram, p. 792, 798, etc. Idem ex libro duodecimo somnium propheticum Nicephoro Gregoræ tributum Græce et Latine edidit in Gregoræ Vita. Ex libro quinto excerpta ms. Lambec. V, p. 206. (FABR.) Sive p. 426, Kollar. in cod. Cæsar. 243, n. 17. — Augustæ Vindel. in cod. bibl. publ. est Gregorii Palamæ *Expositio fidei orthodoxæ et Philothei confessio fidei*, etc., sec. Reiseri indic. mss. illius bibl. p. 27. — Monaci in cod. Bavar. 57 sunt 15 Philothei Sermones antirrhetici, Vid. Hardt. in Aretini Beyträgen, etc., ann. 1804, part. 1, p. 32 seq. — Oxon in bibl. Bodlei. in cod. Guil. Laud. 59 s. n. 718, Cat. mss. Angliæ, etc. I. — Conf. supra, vol. VII, p. 634 et 655 bis. — Mosquæ in cod. synod. 165, n. 9, tum excerpta ex Theodoriti Historia philothea, n. 7; n. autem 12, *Confessio orthodoxæ fidei*. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 97 seq. — Citatur in cod. Laurent. 16, plut. 8, qui continet Sermones theologicos incerti auctoris, Palamam insectantis, qui videtur Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 357 seq. fuisse Nicephorus Gregoras. HARL.

Ad magnum domesticum Palæologum de dicto S. Basilii in Antirrheticis adversus Eunomium, Ὁ γὰρ τετοχὼς βώλους δρόσου κατὰ τὸν Ἰὼδ λόγον, οὐχ ὁμοίως τάς τε βώλους καὶ τὸν Υἱὸν ὑπεστήσατο. Et de divinitate. Incipit: Ἄγε δὴ καὶ πάλιν, φίλων ἀνδρῶν εὐγενέστατε. Ms. Lambec. ibid. [s. p. 410, n. 5, 6, Koll.] Hic est liber Antirrheticorum contra Gregoram decimus tertius. (FABR.) Paris. in bibl. publ. cod. 421, n. 3. (HARL.)

Ad eumdem de divina Christi transfiguratione in monte Thabor, et de lumine, quod ibi discipulis apparuit, nec essentiam Dei nec rem creatam fuisse, etc. Incipit: Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ' ἡμῶν

(*o*) Confer de Philotheo Henr. Wharton et Rob. Gerium, (qui plura atque codd. notitiam adjecit) in Append. ad Cavei *Hist. litt. SS Eccl.* vol. II, p. 68 sqq. ad ann. 1362. Multo plura dedit et codd. mentionem fecit uberiorem Oudin. in Comm. de SS. Eccl. tom. III, col. 1049, sqq. ad ann. 1350. Add. Saxii *Onom. lit.* part. II, p. 372, ad ann. 1354. — Secundum Jo. Baptist. Riccioli, S. I. Chronologiam reformatam ab ann. Chr. 1362, usque ad ann. 1375, annos 13, et menses sex sedem illam patriarchalem tenuit. Add. Lambec. VIII, p. 1097, Koll. ex Phil. Labbei Protrept. ad corporis *Hist. Byzantinæ*, p. 36 seq. (HARL.)

Digitized by Google

συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας, ms. ibid. Hic est liber Antirrheticorum decimus quartus. (Fabr.) Mosquæ in cod. synod. 165, n. 10 et 13. V. Matthæi not. cit. p. 98, et p. 178 de cod. 277. — Oxon. in bibl. Bodlei. cod. 59, s. n. 711, cat. mss. Angliæ, etc. I. — Paris. in cod. cit. n. 4. Item in cod. 1244, n. 2. (Ubi v. confectorem cat. mss. vol. II, p. 263), et cod. 1276, n. 1. — In cod. Coislin. Cl. V. Montfauc. bibl. Coisl. p. 176.—Florent. in cod. Laurent. V. II, n. 15 sqq. de quo cod. præstanti Bandin. in cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 342-349. copiose disserit. — Venet. in bibl. Marc. cod. 582. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 306. Add. ad. n. 12. (Harl.)

2. *Confutatio capitum 14 Acindyni et Barlaami.* Incipit : Λέγουσιν ἐναντιούμενοι τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ms. in codice bibl. Coislinianæ. (Fabr.) V. Montfauc. l. cit. p. 176, ms. Augustæ Vindel. V. Reiser. indic. cit. p. 27. Mosquæ in cod. 165, n. 11. V. Matthæi l. c. (Harl.)

3. *Ad Petriotam*, Barlaami sectatorem, Ὅτι ὥσπερ εἷς θεὸς ἡ ἁγία Τριάς, οὕτω καὶ μία θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Incipit : Χθὲς καὶ πράτριτά μοί τις, ms. ad calcem Antirrheticorum in bibl. Coisliniana. Exstat etiam in bibliotheca Cæsarea Lambec. V. p. 197 (Fabr.), s. pag. 410, Koll. n. 4, cod. 265. — Paris. in bibl. publ. cod. 1276, n. 2. (Harl.)

4. *De oratione panegyrica in Gregorium Palamam* a Philotheo scripta, et *Canticis duobus* atque ἀκολουθίᾳ sive *officio* ejusdem consecrata laudibus, quod Græci Triodio inseruere, dixi supra, p. 456, ed. vet. Vide etiam Lambecium V, p. 284. (p) et Philotheo indignantem Allatium, p. 193 seq. de libris Eccles. Græcor. et contra Hottinger. p. 215.

5. *De oratione encomiastica in tres hierarchas*, Basilium M., Gregorium Naz. et Jo. Chrysostomum, Græce et Latine recusa tom. XII *Bibl. Patrum* Paris. ann. 1644, 1654, dixi volum. VII, pag. 558 (q); et ad Allat. de Nilis p. 76. [Vid. vol. X, p. 27 seq. nov. ed.]

inconsideratas, ex primo nostro genere juvenum. Peragunt vero hæc, ac si pastores urbi præessent, liceretque ipsis, quidquid libitum fuerit, committere. Verumtamen, qui tunc præerat patriarcha, primum quidem eos similia clam facere perspiciens, postea in lucem exserere, adhortatur, et consulit, ut sese contineant, absurda hæc esse dicens, et a canonico ordine aliena, et confusionis ac tumultuum causas Ecclesiæ communiter, et privatim omnibus. Cum vero enixe sæpiusque id repetens nullo modo homines in mentem redire intueretur, neque ab inita sibi inscientia removeri, nec de reditu ad propria monasteria, ubi comam detonsi permanere promiserant, cogitare, tanquam circulatores, et seditiosos, et dogmatum ac operum novatores, urbe pellere conatur. Sed hi persentiscentes, quæ erant perpessuri, ad magnum templum Dei Verbi Sapientiæ confugiunt, ubi parum abfuit quin lapidibus obruerentur; et obruti fuissent, nisi sacer ille locus conatus interrupisset. Ibi ad tempus, veluti in custodia, permanserunt, sed inde postea extracti, qui primas in novatione obtinebant carceri mancipantur; alii hac atque illac dissipantur. Deinceps professio fidei, tum ab ecclesiasticis, tum ab aliis qui in dignitate erant, exposcitur. Ili tantum a pietate asserenda refugerunt, quantum impietatem alii oderunt. Imo rursum et sæpius in hoc idem compulsi, cum de fastu non remitterent, ad tribunal vocantur, ut de iis quorum insimulantur, rationem reddant. Sed neque hac ratione obediunt, neque comparere audent. Quod itaque faciendum propterea erat Ecclesia cum spirituali auctoritate efficit, et primum statim, qui hypopsephius erat sanctissimæ metropoleos Monembasiæ, Isidorum, conantur a Palama et illius factionis dogmatibus avellere. Namque dicebatur et ipse unus esse ex iis qui eadem ac ille sentirent, licet imprudenter antistitum calculis obnoxius fuerit; verum, ubi eumdem prædurum et plane obstinatum invenissent, sancto bemate pellunt, præparatum jam ad sacrum cum patriarcha faciendum; tum in judicium vocant, qui palam enuntiat, nunquam se ea abnegaturum, sed animam potius traditurum cum Ecclesia, quam non cum Palama opinaturum. Si quis vim inferat, renuntiat præsulatui et Ecclesiæ, cujus electus fuerat episcopus. Propter id synodali sententia deponitur, et alius non multum post tempus illi Ecclesiæ præficitur. Auctor vero et propugnator blasphemiarum Palamas, simili et ipse calculo cum universa sua factione condemnatus; neque enim de contentione aliquid remittebat, neque in quoquam a temeraria illa loquacitate cedebat; ab Ecclesia Dei proscribitur, et sacerdotio spoliatur, ut Acta de hac re gesta commemorant, a patriarcha tunc temporis regnæ urbium obsignata, et ab Antiocheno, et omnibus antistitibus tum nunc hic præsentibus, tum in proprias sedes regressis. Et sic facta est eorum privatio et depositio, licet ipsi nihili facientes pœnam, sacerdotio inhærerent, audacter mystica sacrificia in latebris offerentes. Sed cum jam pacata esset Ecclesia, et res tranquillatæ, immanis quidam turbo exoritur, a Satanæ ventis excitatus, qui evertit omnia, immutatque in immanem procellam, et eos qui adeo blasphemi fuerunt, adeo veritatis hostes, ad prima gubernacula sedere facit, sacrorumque administratores, nefandorum operum opifices, et rebelles, dogmatum propugnatores, ac adversarios legum, animarum moderatores. Causa ea fuit: qui nunc imperio Græcorum potitur, Joannes Cantacuzenus, jam maxima urbium occupata, et imperio absolutius arrepto, cum patriarcha in magnum sacerdotum solium promovendus esset, quod, qui tum erat, e medio exesserat, nova res audetur, præter sanctiones ecclesiasticas, et leges alias, quas divini Apostoli et Ecclesiarum pastores, quasi stabiles quosdam terminos præfixerunt; namque, ad eligendum patriarcham vocati, a sæculari facultate impediebamur, ne eum promoveremus quem divina gratia una cum consensu fraterno elegisset, sed quem nobis proposuissent. Nos omnes hisce opponimur, et præter canones, et inconsideratæ jussioni, paucis assentatoribus exceptis, et more mancipiorum pertractis, adversamur. Ille, tanquam dogmati, sententiæ suæ insistit, nunc hunc, nunc illum in patriarchicam dignitatem immediate et insubide promovens. Et quid opus est plura de dissidio illo dicere? Tandem ad Palamam atque Isidorum, proscriptos atque ejectos, patriarchicam defert dignitatem. Et tempus in his consumebatur, eo quidem cum auctoritate rem pertractante, nobis contra pro viribus resistentibus, opponentibusque, injuriam fieri sanctionibus ecclesiasticis et legum sinceritati. Vicit tandem voluntas carnis et sanguinis, et, qualia solent esse Dei judicia, pluribus abscissis et separatis præsulibus, patriarcha fit, o Dei leges et tribunalia! Isidorus, omnibus patriarcharum et antistitum calculis depositus; et sedet in magno throno, qui nec pusilli cujusdam dignus judicatus est homo, quemadmodum qui bene eum et olim et nunc norunt, præ aliis stultior, vanus, mente nulla cum aliis consuescere nescius, non melius a pejori discernere, ut aliorum præfectos addecet: ita res pertractans, veluti et fornicas per terram repentes, ludicrus plane universis, qui de eo ludos facere cupiunt; et quod pejus est, neque obedientiæ legum gnarus, neque in cœnobio enutritus, sed in urbibus et rebus publicis commistus, et pædagogus, et puerorum pædotriba; hinc et separasse aiunt, ut diximus, mulierculam a consorte et filiis apud Thessalonicam, quemadmodum et apud Byzantium aliam, qualis fuerat Cydonii filia, qualis Tzyracæ; quantos vero easdem doceat in occultis colloquiis nefandas et absurdas doctrinas, relinquimus iis qui spiritualiter ea examinarunt, ne aerem ipsum blasphemiis impleamus. Quid enim recti docere poterit, qui penitus jejunii dies non discernit, et a cibis ac potibus abstinentias, cum opus fuerit, et

Digitized by Google

cruces dies indifferentes usurpat, ut facere amant, qui barbaram vitam ducunt. Non possumus verbo exprimere, quæcunque alii in medium afferunt, qui res illius traducunt. Sed super hoc putridum fundamentum, malum aliud exædificatur, et iniquitas additur iniquitati, secundum divinum David. Auctor improbitatis perditissimus Palamas ; Palamas, cujus vel sola recordatione animus simul et mens expanda est. Hic nequissimus hominum, Thessaliæ metropolis antistes creatur, qui prius depositus fuerat propter ea, quorum causa depositus est non multum ante, sacrilegii crimine in Pariblepti monasterio obstrictus, cum imagines grassator exspoliasset, et sacra vasa, quæ oleum recipiebant, contrivisset, veluti Judas, argentum sibi comparans : cum neque his ter miser reveritus fuisset salutaris Passionis dies, maximæ jejuniorum hebdomadis, lavacris et alimentis et potibus corpus fovere, ad destructionem regulæ, offensionem et scandalum conscientiæ monachorum, et audientium quoque fortasse, nec non præsentium ac intuentium in Resurrectionis Christi Dei divino monasterio ; ibi enim suffocatoriis potius, quam expurgatoriis lavacris usus est. Hi itaque veluti impietatis fundamenta Christi Ecclesiæ submissi aut improbæ factionis Christi Ecclesiæ præpositi duces improbissimi introducunt eos qui olim eadem ac ipsi sentiebant, aut nunc sentire profitentur, in sacras Ecclesiæ sedes ; homines, quos neque unde originem trahant, neque quod vitæ institutum sectentur, complures norunt. Et impletur propterea Dei Ecclesia dedecore et infamia, cujus nec modum nec qualitatem dicere novimus. Et de his quidem res ita se habet. Nos vero semel ab eorum commercio separati, quiete egimus, et nisi nos impetentes in eorum unionem attraxerint, haud tolerandum esse ducunt. Quare, nunc legatos mittunt, et maxima spondent ; nunc, mutato instituto, quæ persecutorum sunt ac tyrannorum, efficiunt, et carceribus tutis includunt, ut neque videri neque visitari ab ullo possimus : quemadmodum latrones eos tractant, qui ad eorum manus pervenerint, et deprimunt, quantum possunt : nunc minantur augmenta inhumanitatis ; tum et litteras adversus nos malitiose componunt, crimen nobis opponentes, quod cum illis non communicamus nec aliud præterea. Præterea adimunt nobis ecclesias, et ad vitam sustinendam reditus, ut mors violenta abripiat. Nos porro, per aliquod tempus, eorum insaniam sustinentes, cum nihilo moderatiores factos videamus, facimus, quod, cum illi male agere cœperant, nos facere debebamus, et communem ad ipsos direximus admonitionem, partim rogantes, partim synodum cogi consiliantes, et si non omnium, saltem eorum qui aderant, præsulum, ut male constituta factaque examinarentur, sicque divinæ Ecclesiæ partes in unum coalescerent. Addidimus adhortationi, de iis quæ ipsi agerent, tractantes sacros divinosque canones, quibus nos præpediti, ab eorum communione abstinemus ; id quoque protestantes, nisi exquisito judicio peroportunoque remedio rebus provisum fuisset, nunquam nos cum illis communicaturos, sed, juxta præscriptos canones apostolorum et sanctarum atque œcumenicarum synodorum, pœnis eosdem subjecturos, deponentes et excommunicantes, quemadmodum illi decernunt. Et nos ista pertentavimus. Illi vero, cum semel a recta via aberrassent, vi soli et potestati exteriori confidentes, leges respuunt et justitiam Dei, et armata manu adversus nos singulis diebus irrumpunt, omnia conantes, quæ illis ad injuriam et infamiam mens suggesserit ; nescientes miseri, qualis et cujus spiritus utrique simus, neque vix animo volventes justitiæ lances, et ut in singulis mensurantur rerum gestarum hostimenta. Visum itaque nobis fuit, res eorumdem temerarias et sermones clarius proscribere. Quare, cum convenissent, qui in hac regia urbe aderant antistites, numero decem, et qui longe erant, per decreta ac litteras, viginti et amplius ; accepissentque depositionis sententiam prædictorum patriarcharum, et ante omnia apostolicas et paternas constitutiones, nempe de ordinatione contra canones facta, apostolorum tricesimum, Nicænæ primæ synodi quartum, et Nicænæ secundæ tertium ; de illis, qui, ab Ecclesia depositi, rursus audacter ad ministrandum manus imponunt, Antiochenæ quartum et sextum, sanctorum apostolorum vicesimum octavum et decimum : de non aliena a nis propriis filiis a patribus, propter exercitationem, Gangrensis decimum quintum ; de nova dogmata inferentibus, nec non sacra vasa aliaque Deo dicata profanantibus, Nicænæ secundæ extremum decretum ; ad hæc, quas divini Patres pœnas imponunt iis qui præscripta jejunia impie violant, his sacris decretis, velut armatura valida, fulti, ita pronuntiamus cum sancto Spiritu, et ab eo edoctis sacris apostolis sacrisque synodis, Isidorum, cognomento Buchiram, qui indigne ad patriarchale solium ascendit, neque depositionem, adversus se a synodo, quod impia sentiret, prolatam, reveritus est, neque crimina, quibus sese immerserat, consideravit, sed sæculari potentia armatus patriarchatum occupavit, et postea depositionibus et pœnis et persecutionibus communionem sacerdotum, monachorum, nec non antistitum, per vim procurantem et depositiones, has quidem sine judicio et probatione intimantem, has vero machinantem ; hunc Christianis omnibus offendiculum factum, per quem communione mysteriorum Dei et sanctificatione, præsules, sacerdotes, monachi, et laici se privarunt, toto animo et conatu deponimus, et patriarchali potestate indigne a laicali potentia circumvestitum, spoliamus : simulque cum eo Palamam pravorum dogmatum auctorem, qui multas orationes ad putridos inanesque propriæ mentis fœtus corroborandos, et Dei Ecclesiam deitatibus supereminentibus et dejectis evertendam composuit,

Digitized by Google

et deos atque deitates effinxit visibiles et invisibiles et a sanctis Patribus, in Nicæa congregatis, sacrum fidei Christianorum symbolum obsignatum, in unum Deum et in unam Deitatem credere præcipiens, et alias œcumenicas synodos contempsit, et novam edidit theologiam ; et pro iis qui cum eo una sentiunt contra sacras imagines et sacra vasa, et reliquum Christianum ordinem, animis contraivit, ut post depositionem ipsam Missas celebrare ausus fuerit. Hunc exsecrabilem Palamam, et si quis alius est ejusdem cum eo farinæ, perfractæque conditionis, qui nunc præsulatum surripuerit, non eos tantummodo sacerdotio spoliamus, et perpetuæ depositioni subjicimus, sed et igne ferroque dignos censemus, tanquam filios vituperabiles, et generationem pravam et adulteram, et similia Deo retribuentem. Et hæc quidem legibus ac canonibus consona sancimus contra indignos animarum cura et pontificali dignitate, sacerrimos præsules ; quæ stabilia perseverabunt, canonicis et pontificalibus decretis suffulta, nunc et ab antiquo firmitatem habentia, nunquam a piis Christianis violanda. Nos porro, quod reliquum est, prævidentes, ne similes lupi clanculum irrepant in Christi gregem, et simplicium animas discerpant, hoc quasi necessarium non omittemus : et monemus omnes qui in Dominum nostrum Christum crediderunt, et unum Deum unamque confitentur deitatem, et ut modis omnibus similium commercium fugiant, et eas quas nefarie ad animarum perditionem doctrinas disseminant, nihil a pestifera lue differentes ; et ad germanos Ecclesiæ viros recurrant, qui, veluti a fonte, a Spiritu sancto irrigati, doctrinæ fluenta effundunt, quorum fructus pax est in præsenti, gaudium, et exsultatio, et in futuro luminis sempiterni participatio, superioris primogenitorum Ecclesiæ hæreditas, regni cœlorum possessio. Hæc paternas traditiones ad extremum usque spiritum servare contendentium præmia sunt : hæ hæreditates Patrum limites amovere detrectantium. Tomus hic scriptus est M. Jul. ind. 15. »

V. Est etiam patriarchalis sermo, in quo de Barlaamo, Palama, et Isidoro Hypopsephio Thessalonicensi, historia brevissime recensetur, quem libet hic exscribere, ut futuris etiam temporibus ad Palamitarum os obstruendum conservetur : Πατριαρχικὸς λόγος, δι' οὗ ἀποκηρύττει τὸν Παλαμᾶν, καὶ τοὺς αὐτοῦ σπουδαστὰς. καὶ ὁμόφρονας, καὶ τοὺς πειθομένους αὐτοῖς, καὶ ἀποκόπτει αὐτοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὡς καινοτόμους τῆς πίστεως. Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀναδεδεγμένη παρὰ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν καὶ φροντίδα τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ ὀφείλουσα ἐκ παντὸς τρόπου περιποιεῖσθαι ὑμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν, ἐπειδήπερ ἐγνώρισεν, ὡς θορυβοῦσί τινες ἐξ ὑμῶν οἱ τοῦ Παλαμᾶ ὀπαδοὶ, καὶ σπουδασταὶ, καὶ ὁμόφρονες, ἀναγκαῖον ἔκρινεν ἐγχαράξαι πρὸς ὑμᾶς τὰ παρόντα γράμματα, ὡς ἂν μὴ τοῦ ἀληθοῦς ἀγνοίᾳ συλαγωγήσωσί τινας ἀφ' ὑμῶν. Προσέχειν δὲ ἄξιον τοῖς ἤδη ῥηθησομένοις· πολὺ γὰρ ὑμῖν τὸ ἐντεῦθεν ὠφέλιμον. Τοῖς δὲ ἐπιβούλοις τούτοις, καὶ τὸ φρόνημα, καὶ τὸ σέβας ἀμφιβόλοις, ἔτι τε ἀνυποτάκτοις, καὶ ἀπειθέσι, καὶ ξένοις, διὰ τοῦτο καὶ ἀλλοτρίοις τῆς Ἐκκλησίας, « Ὁ μὴ ὢν γὰρ μεθ' ἡμῶν καθ' ἡμῶν ἐστι, » φησὶ, καὶ, « Ὁ μὴ συνάγων μεθ' ἡμῶν ἔοικε σκορπίζοντι · » τούτοις τοῖς οἰηματίαις, καὶ ἀλαζόσι, καὶ πάντα ἑαυτοῖς θαῤῥοῦσιν οὐκ εὐεπιχείρητα, σὺν Θεῷ εἰρήσθω, ἔσται τὰ καθ' ὑμᾶς. Ποιήσεται δὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ὁ λόγος ἀπ' αὐτοῦ τούτου, εἰς ὃν ἐρείδονται καὶ αὐτοὶ, καὶ ἐφ' ᾧ μέγα ἐγκαυχῶνται προβόλῳ καὶ προαγωνιστῇ τοῦ ἰδίου αὐτῶν συστήματος. Τούτου γὰρ κατασεισθέντος καὶ ταραχθέντος, πείσεται ταυτὰ καὶ τὸ τούτου πάντως σύστημα. Καὶ δὴ ἀκούετε. Ὁ Παλαμᾶς οὗτος καὶ ὁ Βαρλαὰμ ἀλλήλοις διαμαχόμενοι, καὶ ἀσεβείας ἔγκλημα ἐπιγράφοντες, ἐξετάσει συνοδικῇ παρεπέμφθησαν. Οἴδατε σχεδὸν ἁπαξάπαντες, καὶ οὐκ ἀγνοεῖτε τὴν μεγίστην ἐπ' ἐκκλησίας ἐκείνην συνέλευσιν, ἐν ᾗ προλάμπων ἦν φωστῆρος δίκην ὁ τῆς εὐσεβείας προαγωνιστὴς ἡμῶν βασιλεὺς, ὁ ἀοίδιμος καὶ μακαρίτης πατὴρ τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου μου αὐτοκράτορος σύναμα τοῖς ἄρχουσι τῆς συγκλήτου. Καὶ πρῶτος μὲν ὁ Βαρλαὰμ καταψηφισθεὶς οἷα κακοδόξως καὶ φρονῶν καὶ λέγων περί τε τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς τῆς μεταμορφώσεως, καὶ περὶ τῆς εὐχῆς, τῆς, « Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς, » ἐντεῦθεν καὶ εἰς κατηγορίαν ἄδεκτος ἐκρίθη κανονικῶς. Ἐπεὶ δὲ ἀμφιγνοοῦντες εὐθὺς ἦμεν ἡμεῖς, καὶ περὶ τοῦ Παλαμᾶ, ὡς ἐν ἄλλοις ἴσως καὶ αὐτοῦ ἁλισκομένου, πειθόμενοι κἀνταῦθα τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι μὴ δεῖν ἄνευ κατηγόρου καὶ ἐλέγχου καταγινώσκειν τινὸς ὁρίζουσι, θεραπεῦσαι τρόπον ἕτερον ἐκρίναμεν τὰ τοῦ πράγματος. Καί γε τὴν μὲν περὶ αὐτοῦ ἐξέτασιν ὑπερεθέμεθα, πλὴν οὐχ ὥστε καὶ ἐλεύθερον εἶναι χρῆσθαι πάλιν τοῖς αὐτοῖς. Οὐδὲ γὰρ καλὸν οὐδὲ συμφέρον τοῦτ' ἐδόκει τῷ παντὶ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, ἐξεῖναι αὐτῷ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἀμφιβαλλομένῳ καὶ μηδὲ παρὰ τῶν κανόνων κεκτημένῳ τὸ ἐνδόσιμον. Μόνοις γὰρ οὗτοι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐφιᾶσι τὸν λαὸν τὰ τῆς θεοσεβείας ἐκδιδάσκειν, κἂν τις ἀνακινηθείη λόγος γραφικὸς, φασὶν, ὡς οἱ θεοφόροι Πατέρες τοῦτον σαφηνίζειν. Περὶ ὧν καὶ ὁ διὰ τοῦ ἐπὶ τούτοις ἐκτεθέντος Τόμου συνοδικῶς ἐξεφωνήθη ἀφορισμός. Οὗ καὶ αὐτοῦ καταφρονήσας ἐπέτεινε τοῦτο πλέον, γραφαῖς πάλιν ταῖς αὐταῖς καὶ διαλέξεσι χρώμενος, ὧν ὀποχὴν τελείαν ἔχειν παρηγγέλη. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀμφιβόλοις ἔκτοτε ἦν. Προῖών μέντοι καὶ ἔτι πλέον ἀμφίβολος τὸ σέβας κατεφαίνετο, μηδὲ ὁμολογίαν, ἣν ἔγγραφον ἀπῃτεῖτο παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιδοῦναι θελήσας. Πῶς οὖν ἐμέλλε παρεθεωρηθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ ἰσχυρογνωμονοῦντος, καὶ μήτε τῶν τοιούτων συγγραμμάτων ἀποσχέσθαι θέλοντος, καὶ τοὺς πολλοὺς ἀνασείοντος, τοῖς διερμηνευομένοις παρ' αὐτοῦ προσέχειν πείθοντος, παρεμηνεύοντος δὲ καὶ τοῦ Τόμου ἔνια, καὶ ἀνυποτάκτως πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔχοντος ; Ἀμέλει οὐδὲ παρεθεωρήθη, ἀλλ' ὡς τὸ φρόνημα καὶ τὸ σέβας ἀμφι-

Digitized by Google

βολον, ὡς ὁμολογίαν ἔγγραφον δεδωκέναι μὴ θελήσαντα, ὡς ἀπειθῆ, καὶ ἀνυπότακτον τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὡς θορύβου καὶ ταραχῆς αὐτῇ αἰτιώτατον, ὡς νεοφανῆ καὶ ξένα δόγματα παρεισάγειν φιλονεικοῦντα, ἀπόβλητον διὰ ταῦτα ἑαυτῆς ἐποιήσατο ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, δίκαια πάντως ποιοῦσα, τοὺς μὲν νεοφανεῖς δογματιστὰς, μᾶλλον δὲ παρερμηνευτὰς καταισχύνουσα, ἑαυτῇ δὴ περιποιουμένη τὴν ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς καὶ πατρικαῖς παραδόσεσι βαθεῖαν γαλήνην καὶ εὐστάθειαν, περὶ ἧς πολλὴ καὶ μεγάλη γέγονεν ἡ φροντὶς καὶ τῇ θεοστεφεῖ, κρατίστῃ καὶ ἁγίᾳ μου δεσποίνῃ, καὶ τῷ θεοδωρήτῳ καὶ κοσμοποθήτῳ ταύτης βλαστῷ, τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι, ὡς καὶ σεπτὰ τούτου χάριν ἀπολυθῆναι προστάγματα τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν. Καὶ χάρις τῷ Θεῷ, τῷ τοιούτους ἡμῖν δωρησαμένῳ ὀρθοδόξους ἄνακτας, καὶ προμάχους, καὶ προασπιστὰς τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Τούτων καὶ ἡμεῖς τὸν θεοφιλῆ ζῆλον καὶ τὴν εὐσέβειαν εἰδότες, χεῖρας ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἱκέτιδας αἴρομεν, καὶ εὐχόμεθα γαλήνιον αὐτοῖς καὶ εὔθυμον τὴν βασιλείαν γαρίσασθαι, ἐπὶ χρόνον μήκιστον. Λείπεται τοιγαροῦν αἰσχύνης καὶ ἐντροπῆς ἀναπίμπλασθαι αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ ὀπαδοὺς, καὶ σπουδαστὰς, καὶ ὁμόφρονας, ὡς δή τι σεμνὸν, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγκαῖον τὰς ἐκείνου συγγραφὰς καὶ φωνὰς, ἵνα μὴ λέγωμεν καινοφωνίας προβαλλομένους ἐπὶ τοῖς προσήκουσι λαχόντος τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ τοῦ ὑποψηφίου Μονεμβασίας, ὡς τὰ αὐτὰ τῷ Παλαμᾷ καὶ τούτου φρονοῦντος ἐπὶ ταῖς γραφικαῖς παρεξηγήσεσι. καὶ καθαιρέσει καθυποβληθέντος, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι ἀποσχέσθαι τούτου, μηδὲ ὁμολογίαν δοῦναι, ἣν ἀπῃτεῖτο τοῦ οἰκείου φρονήματος καὶ σεβάσματος. Ἀλλ' ἐπειδήπερ οἷς ὅπως ἂν τηρηθεῖεν ἄτρωτοι τῷ ἀρχεκάκῳ δαίμονι μέλει, οὗτοι πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ὀφείλουσι πανταχόθεν ἑαυτούς. Τρόπος δὲ οὗτος αὐτοῦ, καὶ ἀγὼν μέγιστος, ἐξεγείρειν ἀεὶ σκανδαλοποιοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀλλ' ὑμεῖς ὡς τῶν εὐαγγελικῶν, καὶ ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν παραδόσεων ἔθάδες καὶ τρόφιμοι, καὶ γνήσιοι τῆς Ἐκκλησίας υἱοὶ τῇ παντελεῖ τῶν ὁμοφρόνων τῷ Παλαμᾷ ἀποχῇ καὶ ἀνεπιμιξίᾳ, ἀβλαβεῖς ἑαυτοὺς τηρῆσαι σπουδάσατε. Τίς γὰρ καὶ χρεία τῆς αὐτῶν ὁμιλίας καὶ ἀκροάσεως; Τίνος δὲ καὶ χάριν οἱ φῶρες τῆς μὲν Ἐκκλησίας ἀφηνιάζουσιν, ἀρχιερατικῷ δὲ ἔργῳ ἐπιτίθενται, καὶ φιλοῦσι διδάσκειν, καὶ ἀναπείθειν φιλονεικοῦσιν, ὡς δὴ καλῶς παρ' αὐτῶν λεγόμενα; Ἡμῖν δὲ καὶ δακρῦσαι πολλάκις ἐπ' αὐτοῖς ἐγένετο, πιστεύσατε, ἐνθυμουμένοις οἵαν ἀρετῆς ὁδὸν λιπόντες, εἰς ὅσον ἐξεκυλίσθησαν βάραθρον φιλέριδι πάθει ἡττηθέντες, λιπόντες τε τὴν ἐν γαλήνῃ τῶν λογισμῶν κυβέρνησιν, καί γε θορύβου μὲν ἑαυτῶν τὴν καρδίαν, θυρύβου δὲ καὶ αὐτὴν ἔχοντες τὴν ψυχὴν, φιλέχθρως τε καὶ φιλονείκως διακείμενοι ἐπὶ τὸ συστῆσαι τὸ παριστάμενον αὐτοῖς. Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἔχουσιν, ὡς οὐ καλὸν, οὐδὲ ὅσιον, ὅρια Πατέρων κινεῖν, καὶ ἀντιφέρεσθαι, καὶ μὴ ὑπείκειν, μηδὲ πειθαρχεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τοῖς δογματίζουσι αὐτῇ καλῶς Θεοῦ χάριτι καὶ κανονικῶς· ἀλλὰ καὶ αὐτονομίᾳ χρῶνται καὶ ἀνήκοντα ἑτέροις ἀνερυθριάστως πράττουσι, καὶ μοναχοὺς ἀποχειροῦσι, μηδὲν ὂν αὐτοῖς ἐνδεδομένον. Τετολμήκασι δὲ τοῦτο καὶ εἰς παῖδα εὐγενῆ πολλῇ τῇ πρὸς αὐτὸν ἀπάτῃ χρησάμενοι. Ἀπέχεσθε τοίνυν τῶν τοιούτων ἀπὸ ψυχῆς, ἐξεχόμενοι τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἄδεκτός ἐστι προφανῶς καὶ ἀπόβλητος τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ Παλαμᾶς, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπόβλητοί εἰσιν αὐτῷ καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, καὶ οἱ τούτῳ πειθόμενοι, καὶ οὐκ ἔστι τοῖς τοιούτοις μερίς τις οὐδὲ κλῆρος, ἕως τῆς αὐτῆς ἔχονται γνώμης. Ἀπέχεσθε τοίνυν τούτων πειθαρχοῦντες τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ στέργοντες, καὶ ἐμμένοντες ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς παραδόσεσιν. Ἐπεὶ γὰρ ὅτε καὶ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν τὸ σέβας, δηλονότι ἀμφίβολοι, καὶ προδήλως ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπόβλητοι, οὐδ' οὕτως ἐπὶ τοῖς δόγμασι καὶ τῇ τῆς θεοσεβείας διδασκαλίᾳ ὑπακούειν αὐτῶν ὀφείλετε, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι, καθὰ καὶ φθάσαντες εἴπομεν, τοῦ τοιούτου ἔργου ἀνήκοντος, οἷς καὶ ἀπαραιτήτως πειθαρχεῖν ὀφείλετε, καὶ μηδαμῶς ἀντιτείνειν. Οἷα παρὰ Θεοῦ οἰκονόμοις δεδομένοις ὑμῖν τῆς σωτηρίας καὶ λόγον ὑφέξειν ὑπὲρ ὑμῶν μέλουσι. Τίς ὁ λόγος δοχὴν τοὺς τοιούτους ἀμφιβόλους ἐν ὑμῖν εὑρίσκειν, καὶ κίνδυνον ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἔχειν ψυχῆς καὶ ἀπώλειαν; Καί γε μηδεὶς οἰέσθω δι' ἄλλο τι τῶν ἁπάντων τόν τε Παλαμᾶν καὶ τοὺς τοῦ Παλαμᾶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλεῖν· τοῦ ἀκιβδήλου δὲ χάριν αὐτῆς τῶν δογμάτων, ἐπεὶ ἐάλωσαν οὗτοι καὶ ἐπ' ἐνίοις τῶν τοῦ Τόμου, ὡς ἤδη εἴρηται, παραχαράττοντες, καὶ μεθερμηνεύοντες αὐτὰ, καὶ εἴ γε τῆς ἑαυτῶν ὑμῖν μέλει ὠφελείας καὶ ἀσφαλείας, τελέως τούτων ἀπέχεσθε, εἰρηνικῶς καὶ ἀταράχως πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔχειν σπουδάζοντες, καὶ κατεργάζεσθαι τὰς πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν· ἧς καὶ πάντας ὑμᾶς ἐπιτυχεῖν γένοιτο ἐν Χριστῷ, οὗ καὶ ἡ χάρις εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν.

« Sermo patriarchalis, quo proscribuntur Palamas, et illius fautores, concordes, auditores, et a sancta Dei Ecclesia, tanquam fidei innovatores, extruduntur. Mediocritas nostra, cui administratio ac cura animarum vestrarum a Deo concredita est, cum modis omnibus vestram salutem procurare debeat, et jam audiverit, nonnullos ex vobis perturbari a Palamæ sequacibus, fautoribus, et concordibus, necessarium esse duxit, has ad vos litteras exarare, ne veri ignoratione aliqui ex vobis abripiantur. Quare attendite, quæ dicemus : multa enim inde sequentur commoda ; et insidiatoribus hisce, et sententia et cultu ambiguis, nec non refractariis, contumacibus, et alienis propterea ab Ecclesia ; qui enim vobiscum non est, contra vos est ; et qui vobiscum non colligit, dispergenti similis est ; his inquam, insolentibus, ac superbis, et omnia sibi promittentibus, res vestræ, quod cum Deo dicatur, non ita invasu faciles erunt. Sermo ab hoc eodem ordietur, cui ipsi adhærent, et pro quo multa sibi jactant, propugnatorem proprii cœtus nacti : eo

Digitized by Google

namque concusso et perturbato, cadet omnino et universa illius congregatio. Et jam intelligite. Palamas hic atque Barlaam, mutuo decertantes, et de impietatis crimine alius alium insimulantes, disquisitioni synodali demandati sunt. Nostis fere omnes, neque ignoratis maximum illum in Ecclesia congressum, in quo, stellæ instar, præfulgebat pietatis propugnator imperator noster, celebris ac beatæ memoriæ, pater potentissimi et sancti mei imperatoris, cum senatus principibus. Et primus quidem Barlaam, tanquam prava sentiens et eloquens, tum de inaccessibili Transfigurationis lumine, tum de oratione illa : « Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nostri, » condemnatur, et sic secundum canones ad accusandum ineptus judicatur. Cum vero statim nos in varias etiam sententias divideremur, de Palama, tanquam qui forte in aliis errasse quoque deprehenderetur, in hoc etiam sacras divinasque leges audientes, quæ sine accusatore et probatione neminem condemnare præcipiunt, alio modo rem esse dirigendam decrevimus. Quare illius examen in aliud tempus distulimus ; non ita tamen, ut ille liber esset, iisdemque uteretur ; neque enim probum neque utile universæ Ecclesiæ visum est, licere illi eadem aggredi, de quibus dubitabatur, cum neque a canonibus potestatem habuisset. Solis enim canones præsulibus illa, quæ pietatis sunt, populum instruere permittunt : etsi in Scripturæ verbis controversia quæpiam nata sit, quemadmodum a deiferis Patribus exponatur. Pro quibus, tomo digesto ex synodali sententia, excommunicatio lata est ; qua ille neglecta, malum adauxit, scriptiones rursus easdem et disputationes usurpans, a quibus, ut omnino abstineret, jussum fuerat. Propterea que ex eo tempore in ambiguo res erat, et succedente tempore magis ac magis circa pietatem Palamas ambiguus videbatur, cum nec professionem fidei inscriptis, ab Ecclesia postulatam, exhiberet. Quomodo itaque res illius negligi poterant, dum ille pervicacius inhæreret proposito, nec a similibus commentariis abstineret, et multos perturbans, ad expositiones suas amplectendas compelleret, male etiam Tomi nonnulla exponeret, neque Ecclesiæ se submitteret ? ideoque non neglectus est, sed ut sententia et pietate ambiguum, et professionem scriptam tradere renuentem, ut pervicacem et Ecclesiæ Dei subdi nescium, ut tumultus et contentionis potissimam causam, ut novorum peregrinorumque dogmatum assertorem, Dei Ecclesia virum a se ipsa proscripsit ; juste equidem, novorum dogmatum auctores, imo in alias atque alias sententias scripta Ecclesiæ detorquentes, contumelia probroque afficiens, et sibi ipsi in apostolicis et paternis traditionibus profundam tranquillitatem ac stabilitatem procurans. De qua magna et ingens sollicitudo invaserat, a Deo coronatam potentissimam et sanctam meam dominam, et a Deo datum ac mundo desiderabilem illius surculum, potentissimum et sanctum meum imperatorem ; ut et venerandæ propterea sancti eorum imperii sacræ expeditæ sint. Et gratiæ sint Deo, qui nobis imperatores orthodoxos, et Ecclesiæ propugnatores ac defensores, elargitur. Horum etiam nos divinum zelum et pietatem considerantes, manus semper ad Deum supplices tendimus, precamurque, quietum illis et pacatum imperium ad annos plurimos concedi. Reliquum itaque est, ut verecundia et confusione ipse et sequaces et fautores et concordes impleantur, qui tanquam venerandum quidpiam, et Ecclesiæ necessarium, illius, qui communitis prenis, et iis quas sibi ipsi antea indixerat, mulctatus, et propter jam dicta in judicium vocatus fuerat una cum hypopsephio Monembasiæ, commentaria et voces, ne dicamus recens nata dogmata, aliis proponunt. Damnatus præterea est dictus Monembasiæ hypopsephius, qui eadem ac Palamas sentiebat in pravis divinorum Eloquiorum expositionibus, et quod ab eo se disjungere, et professionem propriæ sententiæ et cultus tradere nollet. Verumtamen, quibus id in animo est, ut malorum omnium auctoris dæmonis telis impenetrabiles fiant, omni studio se quacunque ex parte defendere debent. Modus quippe illius est, et ingens certamen, semper scandala serentes in Ecclesia homines excitare. Sed vos in evangelicis et apostolicis et paternis traditionibus assueti, et exculti, et legitimi Ecclesiæ filii, omnimoda ab iis qui Palamam sequuntur, separatione, immunes vosmetipsos conservare studete. Quis enim eorum commercii et auditorii usus ? Cujus vero gratiæ fures Ecclesiæ quidem imperium detrectant, archieratica vero opera aggrediuntur, amantque docere, et persuadere contendunt, bona esse quæ ab ipsis enuntiantur ? Nobis porro sæpius eos illacrymare contigit, mihi credite, considerantibus, quali veritatis via relicta, in quantum se barathrum præcipitarint, contentioni obnoxii, qui negligentes in tranquillitate cogitationum gubernationem, licet tumultu suum cor, tumultu suam animam oppletam obtineant, odiose atque contentiose, quod ipsi proponunt, confirmare satagunt, nec illud animo capere possunt, neque probum neque justum esse, Patrum terminos dimovere, et adversari, et non cedere neque obedire Ecclesiæ in iis quæ ab ipsa probe et secundum canones divina gratia decreta sunt ; sed et libertatem, ac si sui essent juris, usurpant quæ ad alios pertinent, ipsi inverecunde operantur, et cum facultatem nullam habeant, monachos detondent, idque etiam in juvenem nobilem, multis pellectum fraudibus, non sine audacia præstiterunt. Ab his itaque toto vos animo semovete, orthodoxis Ecclesiæ dogmatibus adhærentes. Cum itaque propter jam dictas causas proscriptus sit ab Ecclesia Palamas, eodem ac ille modo proscripti sunt omnes, qui æque ac ille sentiunt ; quippe illis credunt ; neque est similibus pars ulla sive hæreditas, quoad eamdem sententiam sectantur. Separate itaque vos ab istis, Ecclesiæ obedientes, acquiescentes perseverantes-

Digitized by Google

que in Evangelicis et apostolicis traditionibus. Etenim, licet non tales essent pietate, ambigui scilicet et palam hostes et adversarii, et ab Ecclesia ejecti, nihilominus neque hac ratione in dogmatibus et doctrina de pietate illis credere debetis, cum id ministerii, ut jam diximus, ad antistites pertineat, quibus sine ulla exceptione obedire debetis, nec ullo modo adversari ; cum sint a Deo tanquam œconomi vobis traditi salutis, et rationem pro vobis reddituri. Quæ ratio fuerit, hosce ambiguos locum apud vos possidere, quo periculum animæ subeatis et excidium ? Nemo interim existimet, propter aliam causam Palamam, illiusque socios ab Ecclesia ejectos, quam ob adulterata ipsius Ecclesiæ dogmata : cum et ipsi deprehensi sint in nonnullis, tomi verba, ut jam diximus, adulterantes, et in pravam expositionem trahentes. Quare, si nobis vestra utilitas et securitas cordi est, omnino eos vitate, pacifice et tranquille inter vos ipsos, nec non et alios, viventes, complete opera, quæ ad vestram salutem necessaria sunt : cujus utilitatis compotes fiatis in Christo, cujus gratia sit cum vobis omnibus. » Et hæc de Palama illiusque hæresibus in præsentia satis sint ; reliqua opportuniore tempore prosequemur. Palamas itaque Gregorius, ut vides, non proprias hæreses tantum, ob quas etiam ab ipsis Græcis, plurimarum synodorum calculo, damnatus est, fovit et propagavit ; sed Græcorum etiam errores adversus Latinos, scriptis editis, tutatus est. Editæ sunt Londini Orationes demonstrativæ duæ, *De processione Spiritus sancti contra Latinos*, Græce tantum. Scripsit etiam *Refutationes ad Joannis Vecci Epigraphas*, de eodem argumento, editas Græce et Latine, interprete Arcudio, cum Responsionibus Bessarionis. Alia quoque scripsisse non dubito hominem nugacissimum et procacissimum, qui semper scriptorum mole et multiloquentia, non argumentorum robore, adversarios opprimere conatur : nullas habet veneres, nullum ingenii acumen : satis illi est, si, quæ alii ante ipsum dixerant, lutulentiore calamo percurrat, et chartis illinat ; sub pietatis specie, ubique venenum spirat. Et tamen hunc improbissimum hominem, ac si unus et præcipuus ex sanctis et doctoribus foret, nonnulli ex Græcis inter sanctos collocarunt, et, hymnis ac aliis canticis editis, in Ecclesia celebrarunt, et nunc quoque celebrant. Quæ in Triodio de illo afferuntur, a Philotheo patriarcha Constantinopolitano male assuta, alibi examinavimus. Collectoris etiam, sive editoris incogitantia factum est, ut in Tomo IX *Bibliothecæ Patrum*, in duarum orationum titulo, quarum ipse auctor fuerat, *sanctissimus* nuncupetur. Quod maxime improbavit Gennadius patriarcha, Græcos alloquens pro concilio Florentino : « Vos, Græcos, quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini ; inter alios quidem multos, quemdam qui vocatur Palamas, et Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem ; nulla virtute vel sanctitate subnixos, quia loquuntur et scribunt solum contra Latinos, extollitis et celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem colitis, et veluti sanctos adoratis. » Quod, pace tanti viri liceat dixisse, falsum est. Excepta enim Thessalonica, et nonnullis in monte Atho monasteriis, nullus ex Græcis hoc ævi, jam prædictos dignos tanta commemoratione existimat ; imo etiam decreto vetitum est, ne quis in posterum de iis officia in Ecclesia celebret, licet de Palama officium ab illius sectæ aliquo per summum nefas in Triodo editum fuerit.

DE EODEM PALAMA

Ex ejusdem Allatii opere *De Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, lib. II, cap. 17, num. 2, pag. 828.

II. Sed cum videam, in harum rerum narratione non omnes convenire, neque, quid senserit Barlaamus, quid Acindynus, et quid denique Palamas, aperte dicere, sed veritatem mendaciis contaminare, immorandum est paululum referendo negotio, minime incurioso, nec omnibus obvio. Accessit itaque Byzantium Barlaamus Calaber, non rebus ecclesiasticis tantum, sed philosophicis etiam scientiis nobilis ; inquirit in monachorum, eorum potissimum, qui se Ἡσυχαστάς a quiete, et animo imperturbato nuncupabant, vitam, instituta examinat, orandi etiam modum perpendit, et, cum quædam observasset, quæ ipsi non usque adeo placerent, scriptis etiam editis, eorum aliorumque plurimorum insimulat. Namque eos, ut Euchitas et Massalianos, veterum hæreticorum appellatione, et nova Ὀμφαλοψύχους, *Umbilicanimos*, condemnavit. Quid Euchitæ Massalianique fuerint, veterum scriptorum libri satis tibi suggerent. De Omphalopsychis, quod non ita se habet, aliquid dicemus. Neque enim ita eos vocavit Barlaamus, veluti ventri deditos, et quasi animam in ventre ferentes, eo modo quo olim Tertullianus, ad Montanum transgressus, appellare solebat orthodoxos *psychicos*, animales, voluptuarios, etc. ut ὀμφαλόψυχοι sint *gastrimargi*, et quod Apostolus ait, *Ventres pigri*. Licet enim Gregoras eos-

Digitized by Google

dem monachos veluti crapulæ et vinolentiæ deditos, ut Cantacuzenus, lib. IV, scribit, arguit ; non inde tamen id sibi nomen obtinuerunt; nam ita dicti sunt a modo, quo preces Deo effundebant, non tum recens nato, sed multa ante a Simeone Xerocerci monasterii abbate invento, et Hesychastis, scripto etiam, tradito. Is in opere, quod *De sobrietate et attentione scripsit*, hæc præcipit : Καθίσας ἐν μιᾷ γωνίᾳ κατὰ μόνας πρόσεξαι ποιῆσαι ὃ λέγω σοι. Κλεῖσον τὴν θύραν, καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἡγουν προσκαίρου. Εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὸν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ νοῒ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας, ἡγουν κατὰ τὸν ὀμφαλόν, ἄγξον καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὀλκὴν, τοῦ μὴ ἀδεῶς πνεῖν. Ἐρεύνησον ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. Καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις, καὶ πάχος ἀνένδοτον· ἐπιμένοντος δὲ σοῦ, καὶ τούτου τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιουμένου, εὑρήσεις, ὦ τοῦ θαύματος ! ἄληκτον εὐφροσύνην. Ἅμα γὰρ εὕρῃ ὁ νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο. Βλέπει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεον. « Attende, ut facias quod tibi dico ; clausis foribus sedeas in uno aliquo angulo seorsim , mentemque tuam abstrahas ab omni vanitate, omni re fragili et caduca. Deinde nientum tuum pectori innexum inhæreat, moveasque sensibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris, in umbilicum scilicet : quin etiam constringe attractionem spiritus narium, ut non facile spires; et inquire intus in visceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari solent. Et primum quidem invenies tenebras, et crassitudinem minime cedentem : ubi vero perstiteris, ac dies noctesque in hoc opere consumpseris, o rem admirandam ! percipies lætitiam, quæ nullo puncto temporis intermittit. Quam primum enim mens locum cordis repererit, statim aspicit, quæ nunquam sciebat. Siquidem viso aere, qui inter spatium cordis exstat, se ipsa totam lucidam et discernendam præbet. » Vides, eos in medium ventrem, umbilicum nempe, oculos dirigere, ibique facultates animæ commorantes intueri? Id etiam Palamas plurimis locis confirmat ; ut adversus Palamam Demetrius Cydonius probat. Quare recte *Umbilicanimi* dicti sunt, quod in umbilico animam, illiusque facultates quærerent et invenirent, tum demum lumine implerentur. Si petas ab ipsis, lumen illud, quo ita dispositi homines circundebantur, quid esset, post multas verborum ambages respondent, esse gloriam deitatis increatam ; et eam tamen humano visui subjici. Ad quæ confirmanda, lumen, quod in Transfiguratione Domini apparuit, adducitur. Cum itaque Barlaamus Hesychastas ob hæc ipsa aliaque perstringeret, et præcipue lumen transfigurationis ; Byzantium accedens, rem defert patriarchæ et synodus indicitur.

A Cum autem cernerent imperator et patriarcha, si de dogmate quæstio mota fuisset, multas inde turbas in Ecclesia excitatum iri, quæstiones similes prohibent, et Barlaamum, tanquam procacem, et monachis injurium condemnant, condemnaturi paulo post etiam Palamam, si mors ipsa Andronici judicium non interrupisset. Et mentitur palam Cantacuzenus, qui narrat, Barlaamum veniam ob stulte dicta petiisse, fassumque fuisse quod in Thabor lumen discipulis circumfulsit, gloriam Dei, principii expertem, et æternum esse lumen, rediisseque in gratiam Palamæ ; tacens, contra eumdem Palamam pœnas a synodo constitutas, ne etiam in posterum aliquid de dogmate pertractaret. Sed Cantacuzenus, dummodo suum tueatur Pala-
B mam, omnia invertit. Quod præsumebant, sed temere, Palamitæ ex condemnatione Barlaami, non tantum antea in publicum edita dogmata, sed etiam quæ post synodum ab ipsis de novo addita fuerant, ab eadem synodo approbata fuisse ; idque cum ad aures patriarchæ pervenisset, ne minus cauti fraudibus Palamitarum seducerentur, quid in ea synodo actum fuerat, ita declarat : Πατριάρχου περὶ τοῦ Τόμου. Ἔστι μὲν ἀπὸ τοῦ Τόμου καταφανὲς τῷ μὴ πρὸς ἀπέχθειαν κρίνειν ἐθέλοντι ὡς ἐπὶ μόνοις τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις ἐγένετο ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις· τῷ περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ, λέγω, θείου φωτὸς, καὶ τῷ περὶ τῆς εὐχῆς, ὡς δηλώσομεν προϊόντες. Καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις κατεδικάσθη καὶ ἀπεπέμφθη ὁ Βαρλαάμ· καὶ τὸ ἐν τῷ Τόμῳ
C τεθὲν τοῦ ἐπιτιμίου βάρος ἐπὶ δεφενδεύσει τῶν μοναχῶν τῶν δύο τούτων ἕνεκα μόνων κεφαλαίων ἐτέθη. Ἀκούω δὲ νῦν, ὡς ἰσχυρίζονται λαχεῖν τὴν δικαίωσιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς πρότερον καὶ ὕστερον δογματιζομένοις παρ' αὐτῶν. Τοῦτο ψεῦδός ἐστι προφανὲς, καὶ διαβολή. Πῶς γὰρ δεφενδεύειν καὶ διεκδικεῖν αὐτοὺς ἐμέλλομεν ἐπὶ τοῖς μήπω λαληθεῖσιν εἰς τὸ μέσον τῆς συνόδου, μηδὲ κριθεῖσιν ; Ἐπὶ γὰρ τῇ συνοδικῇ τῆς ὑποθέσεως ἐξετάσει, εἰς ἣν καὶ ὁ ἀοίδιμος καὶ μακαρίτης βασιλεὺς παρουσιάσας εὐδόκησε πρόμαχος εἶναι καὶ προαγωνιστὴς τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ, ὡς ὀρθοδοξότατος καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἀπῃτήθη ὁ Βαρλαὰμ εἰπεῖν παῤῥησίᾳ περὶ τῶν μοναχῶν, ἐφ' οἷς αὐτῶν καθαπτόμενος ἦν. Ὁ δὲ
D ἑτέραν τραπεὶς προέτεινεν, ἃς δὴ καὶ προέτεινεν ἀπορίας περὶ δογμάτων, καὶ ἐζήτει λυθῆναι αὐτῷ παρ' ἡμῶν τὰς τοιαύτας αὐτοῦ ἀπορίας. Ἀπεκρούσθη δὲ οὐ μόνον ἐκεῖνος περὶ δογμάτων λέγειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Παλαμᾶς, προκομισθέντων καὶ ἀναγνωσθέντων ἐπὶ τούτῳ ἀπὸ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, ὅσοι δῆτα καὶ ἀνεγνώσθησαν. Μὴ πεισθομένου δὲ μηδ' οὕτω τοῦ Βαρλαὰμ, προεκομίσθησαν καὶ ἀνεγνώσθησαν καὶ ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ τὸ περὶ τοῦ Φωτὸς, καὶ τὸ περὶ τῆς Εὐχῆς, καὶ κατεψηφίσθη ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ οἰκείου συγγράμματος, ἐλεγχθεὶς καὶ συγγνώμην αἰτήσας· ἀναγνωσθέντος καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρήτης, οὓς ἐπὶ τῇ Δεσποτικῇ τῆς ἁγίας Μεταμορ-

Digitized by Google

φώσεως τοῦ Χριστοῦ ἐρρῆξῃ συνεγράψαντο. Κάντεῦθεν οὐδὲ παρεχωρήθη εἰπεῖν τι κατὰ τῶν μοναχῶν. Ἐφ' οἷς οὖν οὔτ' ἐκεῖνον κατήγορον ἐδεξάμεθα, οὔτε αὐτοὶ ἀπολογίαν ἠντινοῦν δεδώκασι, πῶς καθολικὴν ἔσχον τὴν δικαίωσιν; καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῖς δογματισθεῖσι παρ' αὐτῶν, μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ, καὶ ἐπὶ τοῖς ὕστερον μετὰ τὸν Τόμον περὶ αὐτῶν θρυλλουμένοις. Ἐπειράθησαν μὲν καὶ δευτέραν συγκροτηθῆναι σύνοδον, ποιούμενοι πρόφασιν τὸν Ἀκίνδυνον, ὥστε καὶ ἐχρήσαντο τῇ κοσμικῇ ἐξουσίᾳ, καὶ συνῆλθον εἰς τὰ κατηχουμενεῖα τοῦ οὐρανίου τεμένους τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τῆς συγκλήτου ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρὰ γνώμην ἡμετέραν ἐξ οἰκονομίας αὐτῶν· ἀλλ' οὐδαμῶς παρεχωρήθη παρ' ἡμῶν τοῦτο διὰ δύο ταῦτα, ἓν μὲν, διότι οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον, οὔτε ὅλως ποτὲ ἀποδοχὴ καὶ θέλησις ἦν ἡμῶν ζητήσεις δογματικὰς κινηθῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἐπισφαλὲς καὶ ἐπικίνδυνον. Θάτερον δὲ, διότι κατενοήσαμεν τὸν εἰς τοῦτο παρ' αὐτῶν προσκληθέντα, καὶ ἡμᾶς συνιθροῦμενον ἑαυτῷ ἐπιγράψασθαι βουλόμενον τὴν ἐντεῦθεν τιμήν· ὅπερ ὕφεσιν ἐκρίναμεν τῆς βασιλικῆς τιμῆς καὶ μεγαλειότητος. Διὸ οὐδὲ ἐδεξάμεθα, ἀλλ' ἀπεκρουσάμεθα τὸν τοιοῦτον αὐτοῦ σκοπὸν διὰ τὰς εἰρημένας δύο αἰτίας. Ἐζήτησε δὲ ἔπειτα καὶ ἠνάγκασεν, ἵνα ποιήσωμεν γράμμα τοῖς μοναχοῖς χάριν τῶν λαληθέντων πρότερον, καὶ ἐπενεύσαμεν εἰς τοῦτο. Ὅθεν καὶ ἐξετέθη ὁ Τόμος ἀρχὴν καὶ τέλος οὐδὲν ἄλλο ποιούμενος ἀλλ' ἢ μόνον τὸ ἐν αὐτῷ διαλαμβανόμενα δύο κεφάλαια τοῦ θείου λέγω φωτὸς τῆς Μεταμορφώσεως, καὶ τῆς Εὐχῆς, ὡς ἤδη ἡμῖν εἴρηται. Ὑπὲρ ὧν δὴ κεφαλαίων καὶ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων ἐτέθησαν ἐπεξεργασίας πάσης χωρὶς καὶ ἐπεξηγήσεως, ὡς ἁγίων ῥητὰ, καὶ ἁγίως λεγόμενα καὶ νοούμενα τοῖς εὐσεβῶς αὐτὰ δεχομένοις. Ἐν τοῖς δυσὶ γοῦν τούτοις κεφαλαίοις τομὴν λαβούσης τῆς ὑποθέσεως, τὸ ἀτάραχον ἡμεῖς περιποιούμενοι τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, βάρος ἐπανετεινάμεθα, καὶ κατὰ τῶν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ λοιποῦ κατηγορῆσαι τῶν μοναχῶν πειρασθέντων, καὶ κατὰ τῶν λέγειν ἢ γράφειν τὸ ἀπ' ἐκείνου περὶ δογμάτων. Οἱ δὲ, ὡς ἀκούομεν, εἴ τις μὲν εἰς τὰ συγγραφέντα παρ' αὐτῶν μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ, ἄτινα καὶ ζητηθέντα πολλάκις κρύπτονται, καὶ οὐ φανεροῦνται, καὶ εἰς τὰ ἐν ὑστέροις καὶ λεγόμενα καὶ γραφόμενα παρ' αὐτῶν ἀντιπίπτων εἴη καὶ ἀπελέγχων αὐτοὺς, εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ Τόμου δικαίωσιν καταφεύγουσι καὶ τὸ βάρος προβάλλονται, ὡσπερεὶ καὶ αὐτὰ ταῦτα πρότερον συγγραφέντα παρ' αὐτῶν, καὶ ἃ νῦν ἐκτίθενται, καὶ διακηρυκεύουσιν, εἰς ἐξέτασιν τότε τὴν συνοδικὴν προετέθη· τὸ ὅτι δὲ κωλύονται τῷ τοσούτῳ βάρει, ὡς μὴ φυλάξαντες τὸ ἐπίταγμα, ἀλλὰ τούτου οὔτε πρότερον οὔτε νῦν οὔτε αὐτοῖς τούτοις οὔτε τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἑλομένοις λέγειν ὅλως ἐμέλησεν. Ἡμεῖς μὲν οὖν μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν Τόμον, συγγράμματα καὶ ἀπολογίας περὶ δογμάτων ἰδόντες τοῦ Παλαμᾶ, σχεδὸν ἀπίθανα ἡγησάμεθα. Διὸ καὶ διεμηνυσάμεθα διαφόρως ἐλθεῖν αὐτὸν ὡς ἡμᾶς, ἐφ' ᾧ, εἴ τι καὶ ἐπισυνέβη καὶ ἐγένετο τοιοῦτο, θεραπεῦσαι τοῦτο καὶ διορθώσασθαι. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλ' ἐξέφευγεν. Ὡς δὲ δῆλον ἡμῖν ἐγένετο δι' ἀναφορᾶς αὐτοῦ ὅτι ἐξ ἀνάγκης ἐκινήθη, καὶ λέγει, καὶ γράφει περὶ τοιούτων, ὡς ἔλεγε, καὶ ἐὰν κατασιγασθῶσιν οἱ κατηγοροῦντες, παύσεται καὶ αὐτὸς, μετεκαλεσάμεθα οὓς προεβάλλετο, καὶ εἴπομεν, καὶ ἐπετάξαμεν αὐτοῖς, ὅσα δῆτα καὶ ἐπετάξαμεν, καὶ κατεπείσθησαν, καὶ δεδώκασιν ὁμολογίαν, ὡς ἀπῃτήθησαν, δι' ἧς ὅσα ἠσφαλίσαντο ἔστι μαθεῖν ἐξ αὐτῆς. Ἆρ' οὖν κατεπείσθη ποσῶς καὶ ὁ Παλαμᾶς; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὖθις ὁ αὐτός. Καὶ οὔτε πρὸς ἡμᾶς ἐθέλησεν ἐλθεῖν μεταλαλούμενος, οὔτε παύσασθαι τοῦ λέγειν περὶ δογμάτων. Κρατηθεὶς δὲ, ὡς ἐκρατήθη, οὐδ' οὕτως ἐπαύσατο, ἀλλ' ἔτι πλέον ἐκτίθεται τὰ τῆς οἰκείας δόξης, μικρὰ τοῦ ἐκφωνηθέντος βάρους φροντίζων. Ὥστε καὶ ἔστιν ἐξ ἁπάντων συνιδεῖν καὶ συλλογίσασθαι τὸν θέλοντα εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, ὡς ἀρχῆθεν τὸ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, καὶ τὸ τῆς αὐτονομίας καὶ ἀπειθείας νόσημα, πάντολμός τις ἄνθρωπος ὤν, καὶ πολὺ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ φρονεῖν ἔχων εἰς τὰ τοιαῦτα διήγειρε. Καὶ οὐδὲ νῦν τῆς γνώμης ταύτης ἴσχει μεταβολὴν, ἀλλ' ἔχεται ἀπρὶξ τῶν δεδογμένων ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν, καὶ μεθέλκειν πειρώμενος καὶ οὓς ἂν δυνηθείη ἐντὸς τοῦ τοιούτου αὐτοῦ φρονήματος λαβεῖν. Περὶ οὗ οὐ μέγα, εἰ ἄνθρωπος γνώμης τοιαύτης ἀνίατος διαμείνοι, ἀλλὰ μέγα καὶ τέρατι σχεδὸν ἐοικὸς, εἴ τις οὕτως, ἂν οὕτως ἔχῃ γνώμης, συνεργεῖν αὐτῷ βούλοιτο, καὶ ὁμοφρονεῖν ἀπ' ἐναντίας τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ. Ἡμεῖς γὰρ ὅπως ποτὲ ἔχῃ τὰ πρὸ τοῦ Τόμου συγγραφέντα παρ' αὐτοῦ μαχομένου τῷ Βαρλαὰμ, καὶ μετὰ τὸν Τόμον, ἐκτὸς τῶν ἐξετασθέντων δύο κεφαλαίων οὔτε βουλόμεθα, οὔτε ἀνεχόμεθα ἀκούειν αὐτῶν· ἀλλ' ἀρκούμεθα τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων, ὡς κρατοῦνται καὶ δοξάζονται παρὰ τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ, δεδιότες τὰ σχίσματα, ὡς φιλεῖ γίνεσθαι ἐν τοῖς τοιούτοις. Εἴρηται ἡμῖν τοίνυν διὰ βραχέων τὸ ὅλον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει τῆς ἀληθείας· ὅτι τε ἐπὶ μόνοις τοῖς διαληφθεῖσι δύο κεφαλαίοις, καὶ ἐπ' οὐδενὶ ἑτέρῳ τὸ πέρας ἡ ἐξέτασις εἴληφεν ἡ συνοδικὴ, καὶ ὅτι ἐπ' αὐτοῖς τούτοις κατεβλήθη καὶ κατεδικάσθη ὁ ἀτοπώτατος Βαρλαὰμ, καὶ τοσοῦτον βάρος ἐξεφωνήθη κατ' αὐτοῦ παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, αὐτοὺς δὲ τούτους καὶ τοὺς ἄλλους μετ' ἐμβριθείας καὶ ἐπιτιμήσεως καὶ αὐστηρίας πνευματικῆς ἐκωλύσαμεν κινεῖν ὅλως, καὶ λέγειν περὶ δογμάτων, καὶ ταραχὰς, καὶ θορύβους, καὶ σχίσματα προξενεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ. καὶ εἰς τὰ πρότερον δὲ συγγραφέντα παρ' αὐτῶν μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ οὐδεμία τότε, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα ἐξέτασις γέγονεν, ἀλλὰ καὶ ζητηθέντα κατὰ πολὺ τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον οὐκ ἐδόθησαν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα δογματίζειν μετὰ τὸν Τόμον ἀνερυθριάστως οὐκ ἐπαύσαντο. Τὰ μέντοι ῥητὰ τῶν ἁγίων ἡμῖν μὲν ὡς ἀνόθευτα ἐδείχθησαν εἰς σύστασιν τῶν τοιούτων δύο κεφαλαίων, καὶ χωρὶς ἐπεξεργασίας καὶ ἐξηγήσεως· εἰ δέ τις πρὸς τὸν οἰκεῖον ταῦτα σκοπὸν ἐθέλει βιάζεσθαι, καὶ διερμηνεύειν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐδράζεσθαι, καὶ ἐν ἄλλοις, ἐφ' οἷς εἴρηται, οὐ παρὰ τοῦτο πάντως κακοῖ οἱ

Digitized by Google

ταῦτα δεξάμενοι ἀπεριέργως. Τὰ γὰρ τῶν ἁγίων τοῖς ἁγίως μὲν καὶ εὐσεβῶς νοοῦσι καὶ δεχομένοις φῶς ἐστιν ἀληθείας πρὸς τὸν Θεὸν, τοῖς δ' ἑτέρως ἔλεγχος καὶ κατάκριμα. Πλὴν οὐδὲ ἰσχυρογνωμονοῦμεν, εἴ τι καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἁγίων ῥητοῖς εἰπεῖν ἔχει τις, ἅτινα ἁπλῶς καὶ ἀνεξετάστως ἐδεξάμεθα ὡς ἁγίων. Ἓν γάρ ἐστιν ἡμῖν τὸ ζητούμενον, ἵνα τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ τὰ οἰκεῖα δόγματα ἀκραιφνῆ διατηρηθῇ, καὶ καθὼς ἡμεῖς ἐν τούτοις διεδεξάμεθα αὐτὴν, οὕτω καὶ πρὸς τοὺς μεθ' ἡμᾶς παραπέμψωμεν, ἀμιγῆ παντὸς νόθου καὶ ἐκφύλου δόγματος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τοῦ ὑποψηφίου Μονεμβασίας συνοδικὴ πρᾶξις ἀρκέσει τοῖς ἐνδοιάζουσι, κἀκεῖνα μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ τῇ καταδίκῃ αὐτοῦ φέρουσα, ὅτι δύσνους περὶ τὸ βασίλειον ὕψος πεφώραται, καὶ ὅτι χαίρει καὶ πρόσκειται τοῖς, οἷς δογματίζει ὁ Παλαμᾶς μετὰ τὴν τοῦ Τόμου ἔκθεσιν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ κατὰ τῶν τοιούτων ἐπιτίμησιν. «Patriarchæ de Tomo. Palam est ex ipso Tomo, nisi quis ex invidia atque odio res dijudicare velit, de duobus tamen capitulis judicium actum esse et determinationem; de divino lumine in monte Thabor io, et de oratione, ut infra exponemus; et pro duobus hisce capitulis condemnatum, ejectumque Barlaamum, pœnasque in Tomo appositas, ad defensionem monachorum ob hæc duo solummodo capita indictas esse. Nunc vero audio, contendere eos judicio se absolutos fuisse de omnibus, quæ et ante et postea decreverant. Hoc purum putum est mendacium et calumnia. Quanam autem ratione eos defendere et propugnare conarentur pro iis, quæ nondum erant enuntiata in synodo, neque examinata? Nam in synodali de hac re examine, in quo celeberrimus et beatæ memoriæ imperator sua præsentia voluit propugnator esse, atque advocatus Ecclesiæ Dei, tanquam rectorum dogmatum ante alios sectator et piissimus, missus est Barlaamus, ut publice de monachis ediceret ea omnia quorum eosdem insimulabat: ille aliam ingressus viam, proponebat, quæ sibi adhibebant, de dogmatibus quæstiones, quas sibi solvi a nobis poscebat, qui repulsam passus, non tantum ipse, sed et hic ipse Palamas, inhibitusque, ne de dogmatibus dissereret, allatis lectisque de hoc ex sacris divinisque canonibus, quæcunque lecta sunt. Cum vero nec hisce cederet Barlaamus, ex ipsius Commentariis allata et lecta sunt, quæ de lumine et oratione pertractabat; et hac sua scriptione condemnatus est, in errore deprehensus, et veniam petiit. Lectæ fuere quoque oratio sancti Joannis Damasceni, et oratio sancti Andreæ Cretensis; quas illi in Dominicam sanctæ Christi Transfigurationis celebritatem composuerunt. Neque inde postea concessum est illi, ut aliquid adversus monachos diceret. De iis itaque pro quibus neque cum accusatorem admisimus, neque ipsi responsionem aliquam dederunt, quomodo universalem absolutionem consecuti sunt, et potissimum de iis quæ tanquam dogmata protulerunt, Barlaamo contraria, de iis etiam, quæ

Θεότ. Ἄγαμαί σε τῆς θεολογικωτάτης διανοίας, ὦ Θεόφανες. Θεοπρεπῆς τε γὰρ ἐς τὰ μάλιστά ἐστιν, ἀμερῆ μὲν δεικνῦσα πάντη τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν, ἀμερίστως δὲ μερίζουσα τὴν θείαν τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαν. Καὶ τὸ εὐπαράδεκτον οὐδὲν ἧττον πρύσεστιν αὐτῇ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ χωρητὸν γίνεται κατ' ἐνέργειαν τοῖς κεχαριτωμένοις, ἀνθρώποις μέντοι τὴν φύσιν οὖσι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπεὶ κατὰ τὴν αὐτὴν οὕτω καὶ μερίζεται· κατ' οὐσίαν δὲ καὶ ὑπόστα-

Theol. Admiror tuam divinorum sagacitatem, o Theophanes; nam in primis digna Deo loqueris, et indivisibilem esse ostendens supersubstantialem essentiam, et indivise dividens Dei operationem. Et quod communicat, nihilominus in ea remanet. Ideo contineri secundum operationem potest Spiritus sanctus in iis quos gratia ditat. Hi tamen sunt natura homines: nam ille secundum operationem quidem dividitur: secundum essentiam vero et

Digitized by Google

personam cum sit indivisus, quomodo in quempiam contineri posset?

Theot. Insuper, quod participat, o admirabilis Theotime, partem habet participati: alioquin si non partem, sed totum participaret, proprie diceretur hoc habere, non autem hoc participare. Divisibile est igitur participatum, cum pars ejus necessario communicanda sit participanti. Atqui essentia Dei est prorsus indivisibilis: ergo est etiam prorsus incommunicabilis. Econtra dividi posse divinam operationem demonstrat Pater Chrysostomus: hæc est enim quæ hominibus deifica gratia præparatis communicatur. Et, juxta peritissimum theologiæ Maximum, est divinæ gratiæ largiri creaturis, prout ipsis convenit, deificationem, illustrando naturam supernaturali lumine eamque supra proprios fines superabundantiam gloriæ traducendo. Audi rursus Chrysostomum duo docentem, nempe operationem, non essentiam participari, et illam dividi et communicari, non vero hanc incommunicabilem essentiam ex qua divina profluit operatio. Et citans illud Apostoli: «De plenitudine ejus nos omnes accepimus[7],» dicit: Si ignis, cujus essentia est divisibile corpus, simul dividitur et non dividitur, quanto magis operatio, et quidem operatio incorporeæ essentiæ? Præterea, quod alicujus participat essentiam, communem cum participato essentiam habere debet, et quodammodo eamdem. At quis unquam audivit unam quodammodo esse Deo et nobis essentiam? præsertim cum dicat magnus Basilius: «Operationes Dei ad nos descendunt, essentia vero ejus manet inaccessa.» Et divus Maximus: «Quidquid est Deus, hoc erit homo gratia deificatus, præter essentiæ identitatem.» Non igitur divina essentia participari potest, ne ab iis quidem quos divina gratia deificavit. Sed divina operatio communicari potest; nam «Subobscurum in hac vita lumen veritatis me adducit ad videndam et suscipiendam Dei illuminationem,» ait Gregorius Theologus; et «Illuminatio Dei nostri super nos[8],» inquit psalmistes Propheta; et annumerandus illis Maximus clare scribit unam esse Dei et sanctorum operationem, hosque vivas esse Christi imagines, vel potius gratia cum eo idem aut saltem simillimos fieri.

Theot. Hoc sanissimum est et sanctis maxime consonum, quod de divina incommunicabilitate demonstrasti, o Theophanes. Sunt autem qui dicunt incomprehensibilem esse et incommunicabilem Dei essentiam, at comprehendi tamen et communicari seipsa supernaturaliter, idque æstimant magis pium, quia supernaturale divinis rebus congruit.

Theoph. Verum hoc non est supernaturale, nec Deo congruum, absit! sed potius contra naturam et omnino impossibile. Nam idem sub eodem respectu communicabile esse et incommunicabile, compre-

[7] Joan. I, 16. [8] Psal. XLIII, 4.

σιν ὑπάρχων ἀμερὲς, πῶς ἄν τινι χωρηθείη τοπαράπαν;

Θεοφ. Καὶ τὸ μετέχον, ω θαυμάσιε Θεότιμε μέρος ἔχει τοῦ μετεχομένου. Κἂν γὰρ εἰ μὴ μέρους, ἀλλὰ τοῦ παντὸς μετέχει, ἔχειν ἂν κυρίως τοῦτο λέγοιτ' ἄν, ἀλλ' οὐχὶ μετέχειν τούτου. Μεριστὸν ἄρα τὸ μετεχόμενόν ἐστιν, εἴπερ μέρους μετέχειν ἀνάγκη τὸ μετέχον. Ἡ δὲ οὐσία τοῦ Θεοῦ παντάπασίν ἐστιν ἀμέριστος· οὐκοῦν καὶ παντάπασίν ἐστιν ἀμέθεκτος. Τὸ δὲ μερίζεσθαι τῆς θείας ἐνεργείας εἶναι πολλάκις ὁ Χρυσόστομος ἀποφαίνεται Πατήρ. Αὕτη τοιγαροῦν ἐστιν ἡ καὶ παρὰ τῶν ἠξιωμένων τῆς θεουργοῦ χάριτος μετεχομένη. Καὶ τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς θείας χάριτος ἴδιον ὁ πολὺς τὰ θεῖα Μάξιμός φησι, τὸ ἀναλόγως τοῖς οὖσι χαρίζεσθαι θέωσιν, λαμπρυνούσης τὴν φύσιν τῷ ὑπὲρ φύσιν φωτὶ, καὶ τῶν οἰκείων ὅρων ὑπεράνω κατὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δόξης ποιουμένης. Ἄκουσον πάλιν τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν ἀμφότερα διδάσκοντος, τό τε τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' οὐ τὴν οὐσίαν εἶναι τὴν μετεχομένην, καὶ τὸ ταύτην εἶναι τὴν μεριζομένην ἀμέριστος, τὴν καὶ μετεχομένην, ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἀμέθεκτον οὐσίαν, ἐξ ἧς ἡ θεία πρόεισιν ἐνέργεια. Προθεὶς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο, « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, » Εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ πυρὸς, φησὶν, ἔνθα οὐσία ἐστὶ τὸ μεριζόμενον σῶμα, καὶ μερίζομεν καὶ οὐ μερίζομεν αὐτὸ, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ ἐνεργείας τῆς ἐξ ἀσωμάτου οὐσίας, ἔτι τὸ τινὸς μετέχον κατ' οὐσίαν, κοινὴν ἀνάγκη μετὰ τοῦ μετεχομένου τὴν οὐσίαν ἔχειν, καὶ κατά τι τὴν αὐτήν; Τίς οὖν ποτ' ἤκουσε μίαν εἶναι Θεοῦ καὶ ἡμῶν κατά τι τὴν οὐσίαν; καὶ ταῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου λέγοντος, « Αἱ μὲν ἐνέργειαι τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν· ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος· » καὶ τοῦ θείου Μαξίμου, « Πάντα ὅσα ὁ Θεὸς, καὶ ὁ διὰ τῆς χάριτος τεθεωμένος ἔσται, χωρὶς τῆς κατ' οὐσίαν ταυτότητος. » Οὐκ ἄρα τῆς θείας οὐσίας ἔνεστι μετέχειν, οὐδ' αὐτοὺς τοὺς τῆς θείας· χάριτος τεθεωμένους. Τῆς δὲ θείας ἐνεργείας ἔνεστι μετέχειν. « Εἰς τοῦτο γάρ με φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀληθείας λαμπρότητα Θεοῦ ἰδεῖν καὶ παθεῖν, » φησὶν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. Καὶ, « Ἡ λαμπρότης τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, » κατὰ τὸν ψαλμῳδὸν Προφήτην. Καὶ μίαν εἶναι Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων τὴν ἐνέργειαν ὁ τούτοις ἐναρίθμιος Μάξιμος γράφει διαῤῥήδην, καὶ ζώσας εἰκόνας εἶναι τούτους Χριστοῦ, καὶ ταυτὸ μᾶλλον αὐτῷ κατὰ τὴν χάριν ἢ ἀφομοίωμα.

Θεόστ. Πάνυ μὲν ὑγιῶς ἔχει, καὶ τοῖς ἁγίοις ἐς τὰ μάλιστα συνᾴδει τὰ περὶ τῆς θείας ἀμεθεξίας τεθεωρημένα σοι, Θεόφανες. Ἀλλ' εἰσὶν, οἳ λέγουσι καὶ ἀπερινόητον εἶναι καὶ ἀμέθεκτον, καὶ νοεῖσθαι καὶ μετέχεσθαι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ καθ' ἑαυτὴν ὑπερφυῶς, καὶ νομίζουσιν οὕτω μᾶλλον εὐσεβεῖν, τὸ ὑπερφυὲς τοῖς θείοις ἐναρμόζοντες.

Θεοφ. Ἀλλ' οὐχ ὑπερφυὲς τοῦτ' ἐστὶν, οὐδὲ θεοπρεπὲς, ἄπαγε, παρὰ φύσιν δὲ μᾶλλον καὶ τῶν ἀδυνάτων πάντη. Τὸ γὰρ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ μεθεκτὸν εἶναι καὶ ἀμέθεκτον, νοητόν τε καὶ ἀπερι-

Digitized by Google

νόητον, τελέως ἀσύμβατόν ἐστι καὶ ἀσύστατον, καὶ ὡς πορρωτάτω τοῦ ὄντως ὄντος διὰ τὴν ἄκραν ἐναντίωσιν. Ἐπεὶ καὶ κατὰ τὸν Νύσσης θεῖον Γρηγόριον τοιοῦτόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων, ὥστε κἂν διαφέρῃ τῷ σημαινομένῳ, μηδεμίαν ἔχειν πρὸς τὸ συνονομαζόμενον ἐναντίωσιν. Ὁ δὴ τοῦτο λέγων, τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ συντιθέμενος καὶ ἀναιρῶν, τοῖς οἰκείοις τε λόγοις αὐτὸς πάλιν ἀντίθεός ἐστι, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ὑπερφυὲς εἰς τὸ παρὰ φύσιν καταστρέφει, καὶ δι' ἀλλήλων ὧν φησιν ἀναιρῶν ἑκάτερον, ἀθετεῖ τελέως τὸ εἶναι τὸν Θεόν· καὶ τοῖς ὁ Θεὸς ἑαυτὸν συντάττει. Διὰ τοῦτο Γρηγόριος, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτόν φησι νοεῖσθαι τὸν Θεόν· ὁ δὲ μέγας Διονύσιος πάντα μετέχειν προνοίας ἐκ τῆς παναιτίου θεότητος ἐκβλυζομένης. Ὁ δὲ θεῖος Μάξιμος, « Ἐν τῷ Θεῷ, φησὶ, γενόμενος ὁ νοῦς, τοὺς περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρώτους λόγους ἐπιζητεῖ μὲν ὑπὸ τοῦ πόθου φλεγόμενος, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὴν δὲ τὴν παραμυθίαν εὑρίσκει. Ἀμήχανον γὰρ τοῦτο καὶ ἀνέκδεκτον πάσῃ γενητῇ φύσει ἐξίσου. Ἐκ δὲ τῶν περὶ αὐτὴν παραμυθεῖται, λέγω δὴ τῶν περὶ ἀϊδιότητος ἀπειρίας τε καὶ ἀοριστίας, ἀγαθότητός τε καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως, δημιουργικῆς τε καὶ προνοητικῆς καὶ κριτικῆς τῶν ὄντων. » Τὸ μέντοι ἀπερινόητον καὶ ἀκατονόμαστον καὶ ἀκοινώνητον ἐκεῖνο χρῆμα τῆς θείας ὑπερουσιότητος οὐκ οὐσίαν μόνον οἱ θεορρήμονες εἰ καὶ μὴ κυρίως, ὡς εἰρήκαμεν, ὀνομάζοντές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ θεότητα καὶ ἀγαθότητα καὶ σοφίαν καὶ ζωήν· καὶ ἁπλῶς ὁπόσα καὶ τὰς θεοπρεπεῖς πρόοδους τε καὶ ἐνεργείας ὀνομάζουσιν αὐτοῦ. Καὶ γὰρ οὐκ ἐκφράσαι, φησὶ, τὴν αὐτοῦπερούσιον ἀγαθότητα καὶ οὐσίαν καὶ ζωὴν καὶ σοφίαν τῆς αὐτοῦπερουσίου θεότητος ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, τὴν ὑπὲρ πᾶσαν ἀγαθότητα καὶ θεότητα καὶ οὐσίαν καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν, τὴν ἐν ἀποκρύφοις ὑπεριδρυμένην, ἀλλὰ τὴν ἐκπεφασμένην ἀγαθοποιὸν πρόνοιαν ὑπεροχικῶς ἀγαθότητα καὶ πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν ὑμνεῖ, καὶ ὃν καὶ ζωὴν καὶ σοφίαν τὴν οὐσιοποιὸν καὶ ζωοποιὸν καὶ σοφοδότιν αἰτίαν τῶν οὐσίας καὶ ζωῆς καὶ νοῦ καὶ λόγου καὶ αἰσθήσεως μετειληφότων. Ποῦ εἰσιν οἱ μὴ ἀνεχόμενοι τῶν ἀκτίστων ὑπερτιθέναι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ; Ἰδοὺ γὰρ ὁ μέγας Διονύσιος καὶ τῆς θεότητος καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν αἰτίας καὶ ἁπλῶς πασῶν τῶν μετοχῶν σαφῶς ὑπερτίθησιν αὐτὴν, οὐχ ὡς ὑφεστηκυιῶν καθ' ἑαυτὰς, ἀλλ' ὡς ἐνεργειῶν αὐτῆς μεθεκτῶν ἡμῖν ὑπαρχουσῶν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ κατ' ἐνέργειαν ὑπὸ πάντων μετεχόμενος. Ὅτι δ' ἄκτιστοί εἰσιν αἱ μετοχαὶ ὧν ὑπέρκειται κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς, τοῦ αὐτοῦ πάλιν ἄκουσον, μικρὸν ἀνωτέρω φάσκοντος, καθὰ καὶ προειρήκαμεν, ὅτι τῷ λόγῳ σκοπὸς οὐ τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν, ἣ ὑπερούσιος, ἐκφαίνειν, ἀνέκφαντος γὰρ, ἀλλὰ τὴν οὐσιοποιὸν εἰς τὰ ὄντα πρόοδον ὑμνῆσαι. Καὶ γὰρ ἡ τ' ἀγαθοῦ θεωνυμία εἰς πάντα τὰ ὄντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα ἐστίν. Ἡ δὲ τῆς ζωῆς εἰς πάντα τὰ ζῶντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ τὰ ζῶντά ἐστιν. Ἡ δὲ τῆς σοφίας εἰς πάντα τὰ νοερὰ καὶ λογικὰ καὶ αἰσθητικὰ ἐκτείνεται, καὶ

hensibile et incomprehensibile, est prorsus inconveniens, et incohærens, et remotissimum a vero, tanquam summe contradictorium, quia, juxta divum Gregorium Nyssenum, ea sunt quælibet de Deo dicta, ut, etiamsi differant significatione, nullam habeant cum nomine simul adhibito contradictionem. Qui sic loquitur, idem sub eodem respectu affirmans, suis ipse verbis Deo adversatur, confundit in eo quæ sunt supra et quæ contra naturam, et sua dicta alia aliis destruens, penitus abolet Dei exsistentiam et atheis sese ascribit. Itaque Gregorius cognomine Theologus dicit: « Deus non ex his quæ in eo sunt, sed ex his quæ eum circumstant, intelligitur. » Et magnus Dionysius: « Omnia participant providentiam ex creatrice omnium divinitate manantem. » Item divus Maximus: « Cogitans mens de Deo, primum ardenter cupit ea cognoscere quæ ad essentiam pertinent, non vero de ipsa essentia ratiocinari quærit: hoc enim impossibile est et supra vires cujuslibet naturæ creatæ. De his tantum quæ illam circumstant ratiocinatur, scilicet de æternitate, immensitate, infinitate, bonitate, sapientia et facultate creandi providendique et judicandi creaturas. » Ergo non solum illam divinam supersubstantialem, incomprehensibilem ineffabilemque et incommunicabilem naturam theologi, ut supra dictum est, essentiam vocant, sed etiam, licet improprie, divinitatem, bonitatem, sapientiam et vitam, uno verbo quidquid divinas processiones et operationes designant. Nam, inquiunt, non valet sermo exprimere supersubstantialem essentiam vitamque et sapientiam supersubstantialis divinitatis, quæ omnem bonitatem, essentiam, vitam ac sapientiam superat, et in abscondito supersedet; sed manifestatam benefaciendo providentiam, quæ est eminenter bonitas et omnium bonorum fons, celebrat, necnon essentiam vitamque et sapientiam, quæ essentia, vita et sapientia donat eos qui exsistentiæ, vitæ, intelligentiæ, locutionis et sensationis sunt participes. Ubi sunt qui negant increatis superiorem esse Dei essentiam? Ecce enim magnus Dionysius clare dicit hac inferiores esse divinitatem, bonorumque causam et simpliciter omnes processiones, quæ in seipsis non subsistunt, sed sunt operationes nobis communicatæ. Ipse enim Deus operatione omnibus communicatur. Increatas autem esse has processiones quas superat essentia Dei idem testatur paulo superius dicens, ut præfatum est, non tendere sermonem ad manifestandam supersubstantialem essentiam, qua supersubstantialis est Deus, quippe quæ revelari nequit, sed ad celebrandum exsistentiæ in creaturas effluvium: hæc enim dicta de Deo bonitas ad res omnes extenditur et omnes superat; hæc vita ad omnia extenditur viventia, et omnibus his antecellit; hæc sapientia ad omnia extenditur intelligentia, rationaliaque et sensibilia, et omnia hæc supergreditur. Vides illas processiones esse creaturis superiores. Ipsæ tamen prædicari possunt, non vero ineffabilis et impenetrabilis essentia. Sed

Digitized by Google

eumdem audi clare docentem hos superiores creaturis processus esse tamen Deo inferiores; dicit enim in duodecimo capite libri de divinis Nominibus: « Quanto præstant non exsistentibus creaturæ sanctæ, aut dominatrices, aut divinæ, aut regales, et quanto participata antecellunt participantibus, tanto supergreditur omnia participantia et participata incommunicabile principium. » Cum enim participata omnibus præstent participantibus, participantes autem sint ipsi angeli, ea quæ angelos ut participantes superant, creata non sunt, sed etiam hæc participata, ut audivisti, supersedet qui essentia incommunicabilis est. Huc vero nunc tendit oratio. Cum ineffabilis Deus non essentia tantum dicatur, sed etiam divinitas, bonitas, sapientia, vita, omnia demum quæ communicabilia vocantur; si unquam de Deo audieris ejus essentiam esse bonitatem, et naturam esse sanctificationem (nec est alia apud eum sanctitas), et divinitatem non dividi, nec effundi, nec emitti, et alia quælibet his similia: ne putes unamquamque operationum posse dici essentiam, sed scito hanc, licet nominari nequeat, ex illis per analogiam nuncupari quæ ipsi naturaliter insunt. Item si audias theologos dicentes innotescere nobis Dei nostri bonitatem et sapientiam, non vero essentiam, et nos quidem deos fieri, ejusdem vero effici naturæ non posse, et alia his similia: per bonitatem ac divinitatem ne intelligas incomprehensam inaccessamque omnino essentiam, quod ipsi clare negant, sed hujus divinam operationem, cujus intelligentiam et consortium nobis, pro ratione puritatis nostræ, distribuentis æquitas salutaris multimode ac varie dispertitur. Quare divus Maximus, ubi dixit: « Ideo nos fecit Deus, ut efficiamur divinæ consortes naturæ ejusque æternitatis participes, » addit: « Per deificationem productam gratia, tanquam natura effectæ cum Deo unionis. » Itaque alibi identitatem naturæ cum Deo secundum essentiam negavit, secundum operationem vero et gratiam affirmavit. Bonitatem igitur ac deitatem, quæ variatur, dividitur, participatur, quæ, licet obscure, intelligitur, quæ proprio nuncupatur nomine, quomodo non supergrediatur illa simplicissima, et indivisa, et omni nomine, communicatione, intellectu vel tactu superior bonitas ac divinitas? Recte igitur dixit Caio interroganti theologus idem Dionysius: « Non tantum eos qui sunt gratia dii, sed et ipsam potestatem supremam ac divinitatem, deificum scilicet donum et gratiam, supereminet qui omne præcedit principium Deus. » Quod si, juxta eumdem, non participantium duntaxat, sed et participationum causa Deus est, nonne igitur major est his causatis, utpote causa? Si autem oportet per nos velut per obscuram Dei imaginem demonstrare quæ diximus, nonne intellectus sapientia est intellectus? nonne his velut illa dividitur, discriminatur, procedit, ratiocinatur, varie unitur et participatur, versatur circa intelligibilia et inintelligibilia? Et quædam sibi assimilat, ita ut secundum operationem habeant

A ὑπὲρ πάντα ταῦτά ἐστιν. Ὁρᾷς τὰς μετοχὰς ταύτας ὑπὲρ τὰ ὄντα οὔσας; Ταύτας γὰρ ὑμνῆσαι ἐπηγγείλατο, ἀλλ' οὐ τὴν ἀνέκφραστόν τε καὶ ἀνέκφατον φύσιν. Ἀλλ' αὖθις ἄκουσον τοῦ αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰ ὄντα τούτων μετοχῶν ἐπέκεινα εἶναι τὸν Θεὸν φανερῶς θεολογοῦντος. Φησὶ γὰρ ἐν δωδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ τῆς θεωνυμίας ὕμνου· « Καθ' ὅσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἅγια ἢ κύρια ἢ θεῖα ἢ βασιλικά, καὶ αὖ τῶν μετεχόντων αἱ αὐτομετοχαί, κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυται πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μετοχῶν ὁ ἀμέθεκτος αἴτιος. » Ἐπεὶ γὰρ αἱ αὐτομετοχαὶ πάντων τῶν μετεχόντων ὑπερέχουσι, μετέχοντα δ' εἰσὶ καὶ οἱ ἄγγελοι, τὰ καὶ τῶν ἀγγέλων ὡς μετεχόντων ὑπερέχοντα κτιστὰ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοχῶν τούτων, ὡς ἀκήκοας, ὁ

B κατ' οὐσίαν ἀμέθεκτος ὑπερανίδρυται. Πρὸς δ δ' ἡμῖν ὁ λόγος νῦν. Ἐπειδήπερ ἐκεῖνο τὸ ἀνώνυμον οὐκ οὐσία μόνον, ἀλλὰ καὶ θεότης καὶ ἀγαθότης καὶ σοφία καὶ ζωὴ, καὶ πάνθ' ἁπλῶς, ὁπόσα καὶ τὰ μεθεκτὰ καλεῖται, εἴποτε περὶ Θεοῦ ἀκούσεις ὡς οὐσίαν ἔχει τὴν ἀγαθότητα, καὶ φύσιν τὸν ἁγιασμὸν, καὶ οὐκ ἄλλη παρ' αὐτὸν ἡ ἁγιότης, καὶ ὡς ἡ θεότης οὐ μερίζεται, οὐδ' ἐκχεῖται, οὐδ' ἀποστέλλεται, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια· μὴ τῶν ἐνεργειῶν ἑκάστην θείαν ὑπολάβῃς εἶναι λέγεσθαι οὐσίαν, ἀλλ' ἀπὸ τούτων ὁμωνύμως τὴν ὑπερώνυμον ἐκείνην ὀνομαζομένην ἴσθι, ἅτε φυσικῶς αὐτῇ προσόντων. Ὀπηνίκα δ' αὖθις λεγόντων τῶν θεολόγων τυγχάνεις ἀκροώμενος, ὡς τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν

C εἰδέναι λέγομεν καὶ τὴν σοφίαν, ἀλλ' οὐ τὴν οὐσίαν, καὶ ὡς θεοὶ μὲν γινόμεθα, τῆς δὲ αὐτῆς οὐσίας γε νέσθαι οὐ δυνάμεθα, καὶ ὅσα τούτοις ἐμφερῆ, θεότητά τε καὶ ἀγαθότητα, μὴ τὴν ἄληπτον ἐκείνην καὶ ἀπρόσιτον παντάπασιν οὐσίαν ὑπολάμβανε, καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτο σαφῶς ἀπαγορεύουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης θείαν ἐνέργειαν, ἧς ἐν περινοίᾳ γινόμεθα καὶ μετουσίᾳ κατὰ λόγον τῆς ἑαυτοῦ καθάρσεως ἕκαστος, καθ' ὃν αὐτῇ πολυτρόπως σωστικῇ δικαιοσύνῃ τοῦ μεταδιδόντος μερίζεταί τε καὶ ποικίλλεται. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος εἰπὼν, « Εἰς

D τοῦτο ἡμᾶς πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα γενώμεθα θείας κοινωνοὶ φύσεως καὶ τῆς αὐτοῦ ἀϊδιότητος μέτοχοι· » ἐπήγαγε, « Κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν, ὡς ἐκ τῆς φύσεως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτελουμένης κοινωνίας. » Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ τὴν μὲν κατ' οὐσίαν πρὸς Θεὸν ταυτότητα τελέως ἀπηγόρευσε, τὴν δὲ κατ' ἐνέργειαν καὶ χάριν ἀνεκήρυξε. Τῆς οὖν ἀγαθότητός τε καὶ θεότητος, τῆς ποικιλλομένης, τῆς μεριζομένης, τῆς μετεχομένης, τῆς καταλαμβανομένης εἰ καὶ ἀμυδρῶς, τῆς κυρίως ὀνομαζομένης, ἡ ἁπλουστάτη καὶ ἀμέριστος καὶ ὑπὲρ ἐπωνυμίαν πᾶσαν οὖσα, καὶ μέθεξιν καὶ νόησιν, καὶ παντοίαν ἁφὴν, ἀγαθότης καὶ θεότης, πῶς οὐκ ἂν ὑπερκειμένη εἴη; Καλῶς ἄρ' εἶπε πρὸς Γάϊον ἐρόμενον ὁ αὐτὸς θεοφάντωρ Διονύσιος, ὡς, « Οὐ μόνων τῶν χάριτι θεῶν, μικρὸν γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς θεαρχίας καὶ θεότητος, δηλαδὴ τῆς θεοποιοῦ δωρεᾶς καὶ χάριτος ὁ πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος Θεὸς ὑπέρκειται. » Εἰ δὲ καὶ κατ' αὐτὸν αὖθις οὐ τῶν μετεχόντων μό-

Digitized by Google

νον, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοχῶν αἴτιος ὁ Θεός ἐστι, πῶς οὐκ ἂν εἴη μείζων καὶ τῶνδε τῶν αἰτιατῶν, ὡς αἴτιος; Εἰ δὲ δεῖ καὶ δι' ἡμῶν ὡς δι' ὀμυδρᾶς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ τῶν εἰρημένων ἐμφανεστέραν πορίσασθαι παράστασιν, οὐχὶ νοῦς ἐστι καὶ ἡ τοῦ σοφία; οὐχὶ κατ' αὐτὴν καὶ μερίζεται καὶ ποικίλλεται, καὶ πρίσεισι καὶ σοφίζει πολυτρόπως ἑνούμενος καὶ μετεχόμενος, ἐγγινόμενός τε νοεροῖς καὶ ἀνοήτοις; καὶ τὰ μὲν ἑαυτῷ ἐξομοιῶν ὡς κατ' ἐνέργειαν νοῦν ἔχειν τὸν αὐτὸν αὐτῷ, τῶν δ' αἰσθητῶν τε καὶ ἀλόγων ἔστιν ἃ μὴ προάγων ἐκ μὴ ὄντων, οὐ γὰρ πέφυκε Θεὸς, μετασχηματίζων δὲ καὶ τῇ δυνατῇ ἐπιμελείας ἀξιῶν, ἐξομοιῶν δὴ ἥκιστα, καὶ γὰρ ἀνεπίδεκτα φρενῶν. Κατ' οὐσίαν δὲ ἀμετάδοτός ἐστι πρὸς ὑπόστασιν ἑτέραν, ἀμέριστός τε καὶ ἁπλοῦς καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν ἀμιγής. Οὐκ ἀνώνυμος δ' ἐστὶν ὁ ἡμέτερος νοῦς, οὐδ' ὑπερώνυμος, οὐδ' ἀπερινόητος τοῖς πᾶσιν, εἰ καὶ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγόναμεν, ἐπεὶ μηδ' ἀπαράλλακτός ἐστιν εἰκὼν, ἡ μέντοι τοῦ Πατρὸς ἀπαράλλακτος εἰκὼν ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱός. Ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πάνθ' ὅσα ὁ Πατήρ· οὐκοῦν καὶ τὰς αὐτὰς ὁ παραλλάκτως ἔχει ἐνεργείας. Ἀλλ' οὐκ αὐτὸ, ὡς ὁ τῶν κακοφρόνων τούτων λόγος, τοιαύτη ἐνέργειά ἐστι, ἀλλὰ κατ' αὐτὰς καὶ οὗτος ἀναλόγως ἑκάστῳ τῶν ὄντων μετεχόμενος κατ' οὐσίαν ἀμέθεκτός ἐστιν. Εἰ γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς κατὰ τὸν θεηγόρον Νύσσης φάναι Γρηγόριον διὰ πολλῶν ἐπιστημῶν τε καὶ ἐπιτηδευμάτων καὶ ὀνομάτων τῶν περὶ αὐτὴν λεγομένων οὐδὲν εἰς τὴν ἁπλότητα παραβλάπτεται, πῶς ἄν τις οἰηθείη τὸν Θεὸν, εἰ σοφὸς καὶ δίκαιος καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀΐδιος καὶ πάντα τὰ θεοπρεπῆ καλεῖται ὀνόματα, εἰ μὴ μία πᾶσι νομισθείη τοῖς ὀνόμασι, ἢ πολυμερῆ γίνεσθαι ἢ ἐκ μετουσίας τούτων τὸ τέλειον αὐτῷ συναγείρειν τῆς φύσεως; Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ μικρὸν ἔπειτα τοῦ λόγου προϊών, « Πάντα δὲ, φησὶ, τὰ ὀνόματα, ὧν ἡ σημασία θέσεώς τινός ἐστιν ἐνδεικτικὴ καὶ ὑπάρξεως, οὐκ αὐτῆς τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὴν εὐσεβῶς νοουμένων τὴν ἔνδειξιν ἔχει. » Πῶς ἄρα κοινωνήσαιμεν ἂν τοῖς κακοσχόλοις τούτοις, κτιστὰ φρονοῦσι καὶ διδάσκουσι πάντα τὰ περὶ Θεὸν, καὶ τὰς ἀκτίστους καὶ θείας ἐνεργείας οὐ κοινὰς εἶναι τοῖς τρισὶ προσκυνητοῖς προσώποις ὡς θεωρουμένας περὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὸν Υἱὸν εἶναι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Καίτοι τοῦ αὐτοῦ θεορρήμονος ἐν τῷ αὐτῷ πρὸς Εὐνόμιον δευτέρῳ λόγῳ φάσκοντος, « Πᾶν ὅ τί πέρ ἐστι περὶ τὸν Θεὸν νοούμενον, τοῦτο πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἦν· ἀλλ' ὀνομάζεσθαι τοῦτό φαμεν μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν ὀνομάζοντα. » Καὶ μὲν δὴ ὡς ὁ Υἱός τε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ δωρεά τε καὶ χάρις, καὶ τοιαύτη ἐνέργεια κατ' οὐσίαν ἥκιστά ἐστι, δείκνυσιν ὁ τὴν ἐκφαντορικὴν τῶν ὅλων ἑαυτῆς ἀγαθωτάτων προνοιῶν ἐπικαλούμενος Τριάδα, καὶ χρῆναι διδάσκων ἡμᾶς ταῖς εὐχαῖς αὐτῇ προστάγεσθαι καὶ πλησιάζειν, ὡς ἐν τούτῳ μυεῖσθαι τὰ πανάγαθα δῶρα τὰ περὶ αὐτὴν ἱδρυμένα. Τίς γὰρ ἂν τῶν νῶν ἐχόντων οὐσίαν ἀμέθεκτον φαίη τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκείνου πρόνοιαν, ἢ κτιστὴν, ὅτι μὴ οὐσία; Τίς δὲ τὰ περὶ τὴν ὑπεράγαθον Τριάδα πανάγαθα δῶρα ἱδρυμένα τὸν Υἱὸν εἶναι δοξάσειε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός; Ἢ τί; ταῦτα τοῖς κτίσμασιν ἐναρίθμια ποιήσειεν, ὅτι τούτων ὁ Υἱός τε καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑπέρκειται, καθὰ καὶ ὁ Πατήρ, ὡς ὑπὲρ πᾶν ὄνομα καὶ πᾶσαν μετοχήν, καὶ ὡς δοτήρ τε καὶ αἴτιος τῶν ὑπερφυῶν τούτων δωρεῶν;

A eumdem quam ipse intellectum; sensibilium vero et irrationalium nonnulla, haud educit quidem e nihilo, non enim est Deus, sed transformat ac diligenter elaborat, non tamen assimilat, utpote intelligentiæ incapacia. Secundum essentiam vero transire nequit ad aliam substantiam, sed est indivisus, simplex, participantibus haud immistus. Non tamen intellectus noster est sine nomine aut supra nomen nec omnibus incomprehensibilis, licet ad imaginem Dei facti simus, quia nulla est perfecte similis imago, nisi consimillima imago Patris, nempe Filius Dei unigenitus. Item Spiritus Dei tantus est quantus Pater, et ideo perfecte easdem habet operationes, nec ipse tamen, ut illi impii asserunt, est hujusmodi operatio, sed secun-

B dum illas creaturis, prout singulis congruit, secommunicans, secundum essentiam incommunicabilis est. Si enim intellectus humanus, juxta theologum Nyssæ Gregorium, licet multis applicetur studiis et nuncupetur nominibus, nullum simplicitatis patitur detrimentum: quis Deum putaverit, cum sapiens, justus, bonus, æternus et aliis nominibus Deo congruis vocatur (nisi una cunctis nominibus attribuatur significatio), vel multiplicem fieri vel ex eorum consortio in naturæ perfectionem excrescere? Idem paulo post in eodem sermone subdit: « Omnia nomina deificationem aliquam et exsistentiam indicantia, non ipsam divinam naturam, sed quæ circa eam pie cogitantur, designant » Quomodo igitur consentiamus improbis istis, qui

C putant ac docent omnia de Deo dicta esse creata, et increatas divinasque operationes non esse communes tribus adorandis personis utpote in essentia consideratas, sed esse Filium et Spiritum sanctum? Quanquam idem theologus, in eodem secundo adversus Eunomium sermone, dicit: « Quodcunque de Deo cogitatur, hoc ante mundi constitutionem erat; sed nominari dicitur post creationem ejus qui nominat. » Et quidem Filium et Spiritum Dei non esse donum et gratiam aut aliam talem essentiæ operationem, ostendit ille qui Trinitatem vocat optimæ suæ interpretem providentiæ, ac docet ad eam precibus accedendum nobis et appropinquandum, quia in Deo absconduntur optima quævis bona

D penes illam residentia. Quis enim mente sanus dicat Dei providentiam esse ipsius essentiam, aut esse creatam, quia non est essentia? Quis excellentia bona in superexcellenti Trinitate immanentia existimet esse Filium aut Spiritum Patris? vel quis illa inter creaturas ascribat, quia Filius et Spiritus Patris ea supergreditur haud secus ac Pater, utpote omne nomen omnemque superans participationem, atque dator et fons supernaturalium illorum donorum?

Digitized by Google

Theot. Hoc igitur modo, o sapiens Theophanes, faciem Dei etiam nunc a dignis videri declarat divina Scriptura : « Angeli enim nostri vident faciem Patris nostri, qui in cœlis est [9]. » Eamdem gratiam habuit Moyses; et nosmet illum ad faciem visuros promittitur; sed nunc est prorsus invisibilis omnibus et semper : « Nemo enim, » iterum dicit idem eidem Moysi Deus, « videbit faciem meam, et vivet [10]. »

Theoph. Non dissonant istud : « Deum nemo vidit unquam [11]; » et istud : « Mundi corde Deum vident [12], » ut unigenitus Dei Filius nobis revelavit. Nam ille ipse, invisibilis essentia, operatione et gratia visibilis est iis qui Deo similes facti sunt. Sed in eo visibile non est diversum ab invisibili, nec est creatum, ut Barlaam et Acindynus pessime opinantur. Sic enim ubique præsens, invisibilis, indivisus et nunquam ex unitate sua exiens Spiritus, infunditur, supervenit, immittitur et inhabitat, non tamen omnibus, videturque et mensuratur ac dividitur, datur et accipitur. Ita Chrysostomus theologus, ut supra dictum est, Baptistam audiens de Domino nostro Jesu Christo dicentem : « Non ad mensuram accepit Spiritum [13], » ait : « Spiritum hic dicit operationem; hæc est enim quæ dividitur. » Et Basilius, dicens ex operibus Deum agnosci : « Potentiæ, inquit, sapientiæ et industriæ arguenta sunt opera. » Sic dicit Deum cognosci secundum potentiam, haud vero secundum essentiam. Isti vero dementes, ubi audiunt Deum Spiritumve sanctum manifestari, communicari, supervenire aut mentionem facere, vel creaturam hoc dicunt, vel Dei essentiam esse affirmant. Et eos qui non ipsorum instar blasphemare audent, quasi duos agnoscant Deos incusant. Non animadvertunt miseri apud eamdem Matrem et Virginem mansisse Spiritum sanctum et Filium, sed hunc secundum personam, illum vero secundum solam operationem : ideoque Filius tantum, at non Spiritus sanctus homo factus est. Ac proinde, cum Deum dicimus aut Spiritum aut divinitatem, haud semper idem intelligimus; sed vel divinam essentiam, vel unam personarum sanctissimæ Trinitatis, vel communes earum operationes, modo universas, modo plures, modo unam duntaxat. Cum enim magnus Dionysius divinitatem deiparam et fontigeram dicit divinitatem, nonne intelligimus sic ab eo appellari solam Patris personam?

Theot. Per ipsum igitur facilius quam ipsi attollunt supercilium deprimimus etiam Latinorum, quibus consentire videntur isti omnia ambiguitate permiscentes, vel potius in unum confundentes.

Theoph. Cum vero alibi rursus idem dicit : « Illa suprema beatitudo, quæ est natura divinitas, fons

Θεότ. Τοῦτον ἄρα τὸν τρόπον, ὦ σοφὲ Θεόφανες, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ νῦν μὲν �ρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀξίων διὰ τῆς ἐνθέου καταγγέλλεται Γραφῆς, καὶ « Οἱ ἄγγελοι γὰρ ἡμῶν βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, » ὧν καὶ Μωϋσῆς ἐντυχεῖν ἠξίωται· καὶ ἡμεῖς δὲ τὴν πρὸς πρόσωπον θέαν ἐν ἐπαγγελίαις ἔχομεν· νῦν δ' ἀθέατον πάντη τε καὶ πᾶσι καὶ ἀεί· « Οὐδεὶς γάρ, » φησὶν αὖθις ὁ αὐτὸς τῷ αὐτῷ Μωσεῖ Θεὸς, « ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. »

Θεοφ. Ἥκιστά γε ἕτερον. « Καὶ γὰρ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακέ ποτε· » καὶ « Οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ὁρῶσιν, » ὡς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐφανέρωσεν ἡμῖν, αὐτὸν ἐκεῖνον, ἀόρατον κατὰ τὴν οὐσίαν, ὁρατὸν καὶ μάλιστα τοῖς θεοειδέσι γινομένοις κατ' ἐνέργειαν καὶ χάριν, ἀλλ' οὐκ ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα κτίσμα, ὡς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνος κακοδοξότατά φασιν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ πανταχοῦ παρὸν καὶ ἀόρατον καὶ ἀμερὲς καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἑνότητος ἐχόμενον ἀνεκφοιτήτως Πνεῦμα ἐκχεῖται, καὶ ἔρχεται, καὶ πέμπεται, καὶ ἐνοικίζεται, καὶ ταῦτ' οὐ πᾶσι, καὶ ὁρᾶται καὶ μετρεῖται, καὶ μερίζεται, λαμβανόμενόν τε καὶ διδόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Χρυσόστομος θεολόγος, ὡς ἀνωτέρω ἔφημεν, τοῦ Βαπτιστοῦ λέγοντος ἀκηκοὼς περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς « Οὐκ ἐκ μέτρου ἔλαβε τὸ Πνεῦμα, » Πνεῦμα, φησὶν, ἐνταῦθα τὴν ἐνέργειαν λέγει, αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μεριζομένη. » Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος λέγων ἐκ τῶν ποιημάτων τὸν Θεὸν γινώσκεσθαι, « Δυνάμεως, φησὶ, καὶ σοφίας καὶ τέχνης, ἀλλ' οὐχὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐνδεικτικά ἐστι τὰ ποιήματα. » Ὥστε τὸν Θεὸν ἐκεῖ γινωσκόμενον κατὰ τὴν δύναμίν φησιν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν. Οἱ δὲ μικρογνώμονες οὗτοι, οὓ ἂν ἀκούσωσι τὸν Θεὸν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιφαινόμενον ἢ μετεχόμενον ἢ ἐρχόμενον καὶ μονὴν ποιούμενον, ἢ κτίσμα τοῦτο λέγουσιν, ἢ τὴν οὐσίαν εἶναι διαβεβαιοῦνται τοῦ Θεοῦ. Καὶ τοὺς μὴ κατ' αὐτοὺς βλασφημεῖν ἀνεχομένους δίθεΐᾳ περιπίπτειν λέγουσι, μηδ' ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν λαμβάνοντες, οἱ τάλανες, ὡς ἐπὶ τὴν μόνην Μητέρα καὶ Παρθένον καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παραγέγονε καὶ ὁ Υἱός· ἀλλ' ὁ μὲν καθ' ὑπόστασιν, τὸ δὲ κατὰ μόνην τὴν ἐνέργειαν· διὸ καὶ ὁ Υἱὸς μόνος, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐνηνθρώπησε. Καὶ τοίνυν ὅταν λέγωμεν Θεὸν ἢ Πνεῦμα ἢ θεότητα, οὐκ ἀεὶ νοοῦμεν τὸ αὐτὸ, τὴν θείαν οὐσίαν δηλαδὴ ἢ τινα τῶν τῆς ἁγίας Τριάδος ἰδίως ὑποστάσεων, ἢ τὴν κοινὴν ἐνέργειαν αὐτῶν, ἀλλ' ἔστι μὲν ὅτε πάντα, ἔστι δ' ὅτε πλείω, ἔστι δ' ὅτε τούτων ἕν. Ὅταν γὰρ ὁ μέγας Διονύσιος θεότητα θεογόνον καὶ πηγαίαν φῇ θεότητα, οὐ συνορῶμεν τοῦτο, οὕτω μόνην προσαγορεύοντα τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν;

Θεότ. Δι' αὐτοῦ μὲν οὖν καὶ τῶν Λατίνων ῥᾷον ἢ ἐκεῖνοι αἴρουσι κατασπῶμεν τὴν ὀφρῦν, οἷς ἐοίκασιν ὁμοφρονεῖν οἱ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὗτοι πάντα φύροντες, μᾶλλον δὲ συναλείφοντες εἰς ἕν.

Θεοφ. Ὅτε δ' ἀλλαχοῦ πάλιν ὁ αὐτός φησιν, « Ἡ θεαρχικὴ μακαριότης, ἡ φύσει θεότης, ἡ ἀρχὴ τῆς

[9] Matth. xviii. 10. [10] Exod. xxxiii, 20. [11]. Joan. i, 18. [12]. Matth. v, 8. [13] Joan. iii, 34.

Digitized by Google

Θεώσεως, ἐξ ἧς τὸ θεοῦσθαι τοῖς θεουμένοις ἐστίν, » οὐ τὴν τρισυπόστατόν φησιν οὐσίαν ;

Θεότ. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι θεοῖ τοὺς θεουμένους.

Θεοφ. Ὅτε δὲ αὐτὴν τὴν θέωσιν ἀρχὴν εἶναι λέγει τοῖς θεουμένοις τοῦ θεοῦσθαι, καὶ θεότητα καλεῖ καὶ θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν ὡς δωρεὰν θεοποιὸν, ἧς καὶ ὑπερκεῖσθαι λέγει τὸν Θεὸν, ὡς πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιον, οὐ τὴν θεουργὸν ἐνέργειαν καὶ χάριν ὀνομάζει θεότητα ;

Θεότ. Πῶς γὰρ καὶ ὑπερκείμενος εἴη ταύτης ὁ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνούμενος Θεὸς, εἰ μὴ μόνη αὕτη εἴη ;

Θεοφ. Κἀκεῖνο μέντοι δεῖ προσδιανοήσασθαι ἐν τούτοις.

Θεότ. Τὸ ποῖον ;

Θεοφ. Ὡς εἰ καὶ μήθ' ὑπόστασις, μήτ' οὐσία θεία ἡ θεότης αὕτη πέφυκεν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀΐδιος, ὡς δύναμις θεοπρεπὴς περὶ τὸν Θεὸν οὖσα καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως. Ἐπεὶ δὲ καὶ αἰτία καὶ ἀρχὴ ἐστι τῶν θεουμένων πάντων, ὑπ' αὐτῆς βελτιουμένων δήπουθεν, ὡς ὑπὲρ φύσιν γινομένων, ἡ δὲ ἀρχὴ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἐξ αὐτῆς οὕτω διέστηκεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀναγκαίως, καὶ τὸ βελτιοῦν τῶν βελτιουμένων βέλτιον, καὶ τὸ ὑπὲρ φύσιν ἕτερα ποιοῦν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὑπερφυὲς, θεοῦνται δὲ καὶ ἄγγελοι· τὸ καὶ τῶν ἀγγέλων κρεῖττον, καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν ὂν αὐτῶν καὶ καθ' αὑτὸ ὑπερφυὲς ὑπάρχον, πῶς ἂν εἴη κτίσμα ;

Θεότ. Καὶ αὐτός γε μὴν οὕτως ἔχω περὶ τούτου. Πῶς γὰρ ἄν τι τῶν κτιστῶν καὶ θεαρχία καὶ ἀγαθαρχία καὶ θεοποιὸς κληθείη δωρεά ; Μίμησιν μέντοι καὶ θεομιμησίαν τὴν θείαν ἔλλαμψιν ὁ μέγας οὗτος εἰώθε καλεῖν, ὡς ἐξομοιοῦσαν πρὸς Θεὸν, καὶ μὲν δὴ καὶ σχέσιν, ὡς ἕνωσίν τε καὶ σύνδεσμον ὑπερφυᾶ, Θεοῦ καὶ τῶν εὖ ἐχόντων λογικῶν.

Θεοφ. Ἀλλὰ γὰρ ὅτε πάλιν οὗτος, « Θεότητα, φησὶ, φαμὲν ἀρχικῶς μὲν καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς τὴν μίαν ὑπερούσιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν, μεθεκτῶς δὲ τὴν ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προϊοῦσαν δύναμιν τὴν αὐτοθέωσιν, » ἆρ' οὐκ ἄμφω, τήν τε θείαν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ὁμοίως δῆλός ἐστι καλῶν ; Καὶ μὴν οὐδ' ἂν καινόν τι δόξαι τῷ ἐπιστήσαντι καλῶς. Ὅτε γὰρ ἐλέγομεν ὡς τὴν πρώην ὁμιλίαν διεκπνεῦσαι παρῆκας τῆς ψυχῆς ἀμελέτητον ἀφείς, τίνα ποτ' ἐλέγομεν ψυχὴν, οὐχὶ τὴν μνήμην ; Αὕτη γὰρ ἡ μὴ τὸ σκέμμα παρακατασχοῦσα μόνιμον, εἰ διαφύγῃ. Προτρεπόμενοι δὲ φοβεῖσθαι μᾶλλον τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα δυνάμενον ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ, τί ποτέ φαμεν ψυχὴν, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ;

Θεότ. Ταῦθ' οὕτως ἐκληπτέον καὶ ἀποδοτέον, οὐκ ἐκ τοῦ ἀκολούθου μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς πνευματοκινήτου τῶν θεολόγων δυνάμεως ἀποδεικνῦσιν. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡ οὐσιοποιὸς δύναμις φυσικὴ ἐστιν

ille deitatis unde divinitas influit his qui deificantur, » nonne essentiam designat tribus personis communem ?

Theot. Etenim Pater per Filium in sancto Spiritu deificat eos qui deificantur.

Theoph. Cum autem ipsam deificationem dicit esse principium unde dii deificantur, eamque vocat divinitatem supremamque potentiam et bonorum fontem, donum nempe deificum, cui præstare dicit Deum, tanquam omni principio superiorem, nonne deificam solummodo operationem et gratiam vocat divinitatem ?

Theot. Quomodo enim hanc supereminereret adoratus in tribus personis Deus, si non hæc tantummodo esset ?

Theoph. Id etiam hic intelligendum est.

Theot. Quidnam ?

Theoph. Nempe si hæc divinitas, neque persona, neque essentia divina est, et nihilominus est increata et æterna, cum sit potentia divina in Deo ante mundi constitutionem exsistens, quippe quæ fons est et causa omnium quæ deificavit, seu meliora effecit utpote supra naturam elevata ; si aliunde causa est necessario alia et melior quam effectus, et meliorans meliorato melius, et quod alia supra naturam elevat, est ipsum per se supernaturale : cum ipsi deificentur angeli, quod angelis est melius eorumque naturam excedit et est per se supernaturale, quomodo esset creatura ?

Theot. Idipsum ego de his sentio. Quomodo enim quid creatum diceretur fons divinitatis bonorumque origo et deifica gratia ? Imo divinam illuminationem magnus ille Pater vocare solet imitationem et assimilationem Dei, utpote similes Deo efficientem, et etiam habitum divinum, tanquam unionem et conjunctionem Dei cum creaturis rationalibus beatificatis.

Theoph. Præterea, cum idem iterum dicit : « Divinitas, quatenus in Deo ut principio et causa consideratur, unum designat supersubstantiale et absque initio principium et causam ; quatenus vero ut participata spectatur, incommunicabilis Dei Providentiæ effluvium dicimus divinitatem, » nonne ambo, divinam nempe naturam et operationem, eodem evidenter vocat nomine ? Et certe nil novum videretur bene scienti. Quando enim a nobis dicebaris pridianum colloquium defectu meditationis ex anima efflavisse, de qua loquebamur anima, nisi de memoria ? Hæc enim cogitationem nequit retinere fixam, si effugiat. Cum vero exhortamur ad potius timendum eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam, quid animam dicimus, nonne ipsam animæ essentiam ?

Theot. Hæc ita interpretanda et exponenda esse non ratio tantum, sed et auctoritas theologorum Spiritu afflatorum demonstrat. Sed cum potentia creatrix sit naturalis Dei operatio (nam Deus na-

Digitized by Google

tura vim habet creandi), illius autem participatione sint quæcunque facta sunt, ergo omnia participant naturales Dei potentias et operationes?

ἐνέργεια Θεοῦ, φύσει γάρ ἐστι δημιουργικὸν τὸ Θεῖον, τῇ δὲ ταύτης μετοχῇ πάνθ' ὅσα γέγονεν ἐστίν, πάντα μετέχει τῶν φυσικῶν τοῦ Θεοῦ δυνάμεών τε καὶ ἐνεργειῶν;

Theoph. Revera non solam creatricem Deo potentiam, sed et ipsius providentiam omnia participant. Profecto.

Θεοφ. Καὶ γὰρ οὐ μόνης τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἅπαντα μετέχει. Ἤ γάρ;

Theot. Quomodo etenim sine hac permanerent?

Θεότ. Πῶς γὰρ ἂν καὶ συνίσταντο χωρὶς αὐτῆς;;

Theoph. Hæc igitur providentia est naturalis et essentialis operatio Dei. Dicit enim magnus Athanasius: « Non alia et alia providentia Pater et Filius agit, sed una et eadem divinitatis operatione. » Participant igitur omnia creatricem ac providam Dei potentiam, sed sicuti domus intelligentiam architecti et domini providentiam, si quidem duratura sit. Rationales autem creaturæ ratione vident ex creaturis insitam naturæ Creatoris bonitatem et potentiam, soli vero sancti proprie vident et participant, Spiritus communicatione similes Deo facti, divinaque virtute lumen Dei videntes, et percipientes, ac supernaturali repleti splendore, atque ipsi hac claritate ineffabiliter fulgidi apparentes. Nam Spiritus sanctus, ut magnus ait Basilius, cuncta replet sua virtute, solis vero dignis communicatur; et non capitur mundo, sed a sanctis tantum per cordis munditiam videtur; et omnibus adest, sed cupiditatum expertibus suam manifestat virtutem, minime vero iis quorum cor peccati fœditate sordet. Ut enim vultus effigies non in omnibus exprimitur materiis, sed iis tantum quæ aliqua levitate præditæ sunt ac pelluciditatæ, sic non in omnibus animis Spiritus sancti operatio, sed in his tantum quæ nihil obliqui habent vel asperi. Vides igitur Spiritum sanctum omnibus adesse quidem essentia, vel si vis, virtute et operatione, communicari autem et manifestari essentia nemini, operatione vero solis pravarum cupiditatum sorde purgatis.

Θεοφ. Καὶ γὰρ οὐ μόνης τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἅπαντα μετέχει. Ἤ γάρ;

Θεότ. Πῶς γὰρ ἂν καὶ συνίσταντο χωρὶς αὐτῆς;;

Θεοφ. Ἡ τοίνυν πρόνοια φυσική ἐστι καὶ οὐσιώδης ἐνέργεια Θεοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, « Οὐ κατὰ ἄλλην καὶ ἄλλην πρόνοιαν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐργάζεται, ἀλλὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσιώδη τῆς Θεότητος ἐνέργειαν. » Μετέχουσιν οὐκοῦν πάντα τῆς δημιουργικῆς τε καὶ προνοητικῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἀλλ' ὡς ἡ οἰκία τῆς τοῦ οἰκοδόμου διανοίας, καὶ τῆς τοῦ οἰκοδεσπότου δυνατῆς προνοίας, εἰ ἄρα μέλλει συνεστάναι. Τὰ δὲ λογικὰ καὶ ὁρῶσιν ἐκ τῶν κτισμάτων, λογισμῷ μέντοι, τὴν τῷ κτίστῃ φύσει προσοῦσαν ἀγαθότητα καὶ δύναμιν. Μόνοι δὲ καὶ μετέχουσι καὶ ὁρῶσιν οἱ ἅγιοι κυρίως, διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος μεθέξεως Θεοειδεῖς γεγονότες, καὶ θεοειδεῖ δυνάμει λαμπρότητα Θεοῦ ἰδόντες καὶ παθόντες καὶ ὑπερφυοῦς ἀγλαΐας πληρωθέντες, καὶ αὐτοὶ δι' αὐτῆς ἀποῤῥήτως αἰγλήεντες ἀναφανέντες. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸν μέγαν φάναι Βασίλειον, πάντα μὲν πληροῖ τῇ δυνάμει, μόνοις δέ ἐστι μεθεκτὸν τοῖς ὁσίοις· καὶ ἀχώρητον μὲν τῷ κόσμῳ, τοῖς ἁγίοις δὲ μόνοις διὰ καθαρότητα καρδίας θεωρητόν· καὶ πᾶσι μὲν πάρεστιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν καθαρεύουσι τῶν παθῶν τὴν ἰδίαν ἐμφαίνει δύναμιν, τοῖς δὲ τὸ ἡγεμονικὸν συγκεχυμένον ἔχουσιν ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας στιλπνῶν οὐκέτι. Ὥσπερ γὰρ αἱ τῶν προσώπων ἐμφάσεις οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ὕλαις γίνονται, ἀλλ' ἐν ταῖς λειότητά τινα καὶ διαφάνειαν κεκτημέναις· οὕτως οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, ἀλλ ἐν ταῖς μηδὲν σκολιὸν ἐχούσαις μηδὲ στραγγαλιῶδες. Ὁρᾷς ὡς πᾶσι μὲν πάρεστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατ' οὐσίαν, μετέχεται δὲ καὶ ἐπιφαίνεται κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν οὐδενὶ, κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν μόνοις τοῖς τὸν ἀπὸ τῶν πονηρῶν παθῶν ἀποθεμένοις σπίλον.

Theot. Vere fallacibus sese irretiunt argutiolis quicunque vobis contradicere satagunt. Cum enim ambo in sacrorum scriptorum libris clare affirmentur, ipsi nunc alterutrum duntaxat velut solum dictum propugnant, nunc invehuntur contra alterum, quasi non utrumque distincte diceretur. Et sic iidem idem astruunt ac destruunt: cum enim communicari omnibus supersubstantialem essentiam contendant, necessario increatum communicari cunctis participantibus fatentur; cum autem creatam dicunt gratiam, increatum ne ipsis quidem cœlitibus communicari agnoscunt.

Θεότ. Ὄντως σφᾶς αὐτοὺς παραχρούονταί τε καὶ καταστοφίζονται πάντες οἱ ἀντιλέγειν σπεύδοντες ὑμῖν. Ἀμφοτέρων γὰρ ἐν ταῖς ἁγιογράφοις δέλτοις σαφῶς ὑπαγορευομένων, αὐτοὶ νῦν μὲν τοῦ ἑνὸς ὡς αὐτοῦ μόνου εἰρημένου δῆθεν ὑπεραγωνίζονται, νῦν δὲ χωροῦσι κατὰ τοῦ ἑτέρου, ὡς μὴ εἰρημένου καὶ οὐδ' ἑκατέρου ὡρισμένως· ὡς εἶναι τοὺς αὐτοὺς τὸ αὐτὸ κατασκευάζοντας καὶ ἀναιροῦντας. Ὅτε μὲν γὰρ μεθεκτὴν ἅπασι τὴν ὑπερουσιότητα ἐκείνην λέγουσιν, ἐξ ἀνάγκης ἀκτίστου διδόασι μετέχειν πάντας τοὺς μετέχοντας· ὅτε δὲ κτιστὴν τὴν χάριν, οὐκ ἀκτίστου οὐδ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ὑπερκοσμίους

Theoph. Oppositionem, o amice, quærunt quoad nomen, haud quoad rem nomine significatam. At si ad significatum advertant mentem, non species duntaxat significatorum diviserunt, sed eo pervenerunt ut discerperent rem ipsam de qua est quæstio. In his igitur sibimet inviti contradicunt, eorumque cogitationes et sermones velut in alea circumvol-

Θεοφ. Τὴν κατὰ τὸ ὄνομα μόνον ἀντίθεσιν, ὦ βέλτιστε, ζητοῦσιν, οὐ τὴν κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος δηλούμενον. Εἰ δέ που καὶ πρὸς τὸ σημαινόμενον ἐπιστρέψουσι τὸν νοῦν, οὐ τὰ εἴδη τῶν σημαινομένων διαιροῦσιν, ὡς ἀπολαβόντες ἀκριβῶς ἐφίκοντο, οὗ ἕνεκα ἡ ζήτησις. Ταὐτ' ἄρα καὶ αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὐχ ἑκόντες εἶναι περιπίπτουσι, καθάπερ ἐν κυβείᾳ τῇ

Digitized by Google

διανοίας σφίσι καὶ τῶν λόγων κυλινδουμένων τε καὶ μεταῤῥιπτουμένων καὶ ἀεὶ παραφαινόντων ἑτερόῤῥοπα. Τοῦτο δέ μοι δοκοῦσι καὶ αὐτοὶ συνιδόντες οἱ τὰ τοῦ Βαρλαὰμ ἐπεκδικοῦντες σαφῆ προτιθέναι τὰ ὑπ' αὐτῶν καὶ διὰ γραμμάτων κρατυνόμενα, μηκέτ' ἔπειτα τολμᾷν. Οὐ γὰρ ἂν ὑπολογίσαιντο τὴν συνοδικὴν ἀπόφασιν, ἣ μὴ τοῖς γράφουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λέγουσιν ἐπήρτηται, καὶ τούτων ἀμφοτέροις, αὐτοῖς τοῖς κινοῦσι καὶ κατηγοροῦσιν, ἀλλ' οὐχ ἡμῖν τοῖς ἀναγκαίως πρὸς ἀπολογίαν ἐρχομένοις.

Θεότ. Ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ, Θεόφανες, δικαίως καὶ καλῶς ἀπολογούμενος τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα διεῖλες, μᾶλλον δὲ ἀπέδειξας διττῶς παρὰ τῆς Γραφῆς ἐκλαμβανόμενον, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἀμεθέκτου ὑπερουσιότητος ἐκείνης, νῦν δ' ἐπὶ τῶν φυσικῶν τε καὶ οὐσιωδῶν, ἃ ἐστι τοῖς ἁγίοις μόνοις κυρίως μεθεκτὰ, κατ' αὐτὰ γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἕνωσις τελεῖται· ἆρ' ἔχεις αὐτοὺς τοὺς ἁγίους συμμαρτυροῦντάς σοι τῷ λόγῳ δεῖξαι, ὡς αὐτῶν τῶν φυσικῶν τοῦ Θεοῦ μεταλαγχάνουσι καὶ δι' αὐτῶν αὐτὸν ὁρῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν κτισμάτων μόνον, ὡς ἡμεῖς;

Θεοφ. Καὶ τίς ἂν τοῦτ' εἰπεῖν ἐτόλμησε μὴ τῶν πείρᾳ μαθόντων ἐξειπόντων; Ὁ γὰρ πείρᾳ μαθὼν, οὗτος οἶδε μόνος τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος.

Θεότ. Τίς οὖν ὁ ἐξειπών;

Θεοφ. Ἅπαντες οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι καὶ θαύμασιν, ὅσοι μέντοι τῶν ἐνθένδε μεταστάντων, διὰ τῶν ἐξενηνεγμένων σφίσιν ἐνθέων συγγραμμάτων ἔτι σύνεισιν ἡμῖν, οὐδὲ μέχρι νῦν ἀνῆκαν, οὐδ' ἀνήσουσιν ἀπαγγέλλοντες τρανῶς.

Θεότ. Τρεῖς ἔμοιγε πρὸς βεβαίωσιν ἀποχρήσουσι, Θεόφανες· ἐπιδείκνυ τοίνυν μηδὲν ἀναβαλλόμενος.

Θεοφ. Δείκνυμι δή. Καὶ γὰρ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ θεῖος Ἰωάννης τὸ λάμψαν ἐπ' ὄρους ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος φῶς, ὃ εἶδόντες Πέτρος καὶ οἱ τῆς βροντῆς υἱοὶ τὰ προοίμια τῆς μελλούσης αὐτοῦ παρουσίας, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ὀφθαλμοῖς λαβεῖν κατηξιώθησαν, οὗ πλήρεις ἔσονται κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον πάντες οἱ Χριστοειδεῖς, καθ' ὃ καὶ λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, κατὰ τὸν μέγαν αὖθις Βασίλειον, ὃς κἂν τῷ παρόντι ψυχῶν ἁγίων φωτισμὸν προσείρηκεν αὐτό. τοῦτο τοίνυν φυσικὴν ἀκτῖνα τῆς θεότητος ὁ ἐκ Δαμασκοῦ θεῖος Ἰωάννης εἶπεν· ὁ δὲ μελῳδὸς Κοσμᾶς οὐσιώδη τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ εὐπρέπειαν· κατὰ φύσιν δὲ τοῦτο ἔχειν τὸν Θεὸν ὁ μέγας Ἀθανάσιος. « Ἀνελθὼν γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος εἰς τὸν οὐρανὸν ἥξει ἐν δόξῃ φυσικῇ καὶ οὐκ ἐν χάριτι, ἐν τῇ ἑαυτοῦ θεότητι, ἐκλάμπων ἐκ τοῦ ἐκ Μαρίας σώματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου τὴν δόξαν τὴν ἀπόῤῥητον, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ὄρους ἔδειξεν ἀπὸ μέρους. » Ἔχεις ὁπόσους ἀποχρήσειν εἰς παράστασιν ἐνόμισας. Ἡμεῖς δ' ἐπιδαψιλευσάμενοι τοὺς τῆς ἀληθείας αὐξήσομέν σοι μάρτυρας. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Μάξιμος· « Πάντα ὅσα ὁ Θεὸς καὶ ὁ διὰ τῆς χάριτος τεθεωμένος ἔσται χωρὶς τῆς κατ' οὐσίαν ταυτότητος. » Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· « Ἑτοίμους ὁ Λόγος δι' ἐλπίδος καθίστησι τῇ παραδοχῇ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀρχετυπίας ψυχωθῆναι, καὶ γενέσθαι ζώσας εἰκόνας Χριστοῦ, καὶ ταυτὸν αὐτῷ

A vuntur, jactantur passim, et semper diversam cursum ostendunt faciem. Mihi autem videtur eos qui Barlaam defendunt, id jam non ausuros, quia clare divulgata vident quæ voce et scriptis stabiliunt: nam parvipenderent synodi decretum, quæ non scribentibus tantum, sed etiam dicentibus impendet, et horum utrisque, nempe promoventibus et accusantibus, non vero nobis, quos necessitas ad defensionem cogit.

Theot. Sed quia tu, Theophanes, te juste et bene defendens, essentiæ nomen distinxisti, vel potius ostendisti duplici sensu accipi in Scriptura, nunc pro incommunicabili supersubstantialique natura, nunc pro naturalibus et essentialibus, quæ B sunt solis sanctis proprie communicabilia, per hæc enim fit Dei et hominum unio: potesne demonstrare ipsos sanctos tecum verbo testari ipsa Dei naturalia sibi communicari, eumque per hæc a se videri, non vero per creaturas, sicut a nobis videtur?

Theoph. Et quis hoc dicere auderet quod non revelarunt qui experientia sciunt? Qui enim experientia didicit, hic solus novit operationes Spiritus.

Theot. Quis igitur revelavit?

Theoph. Omnes qui ex his terris transierunt; qui per sua scripta divinitus edita nobiscum adhuc conversantur, illi non sermonibus tantum sed et actionibus et miraculis neque hactenus desierunt, C neque unquam desinent id clare nobis manifestare.

Theot. Tres mihi ad probationem sufficient, Theophanes: demonstra igitur sine ulla mora.

Theoph. Demonstro. Divus Joannes Damascenus, quod in monte refulsit a Salvatore lumen, quod videntes Petrus et tonitrui filii primitias futuræ ipsius visionis, juxta magnum Basilium, oculis percipere meruerunt, quo erunt repleti, juxta magnum Dionysium, quicunque similes erunt Christo, et quo fulgebunt sicut sol, juxta magnum eumdem Basilium, juxta quem adhuc est etiam in præsenti vita sanctarum illuminatio animarum: illud, inquam, naturalem esse divinitatis radium dixit divus Joannes Damascenus. Et poeta Cosmas id vocat D essentialem Verbi Dei splendorem. Et in natura istud habet Deus, ut ait magnus Athanasius: « Nam, inquit, qui ascendit in cœlum Dominus, veniet in gloria naturali et non in gratia, nempe in sua divinitate, coruscans ex corpore suo a Maria sumpto gloriam ineffabilem, sicut in monte partim ostendit. » Jam tot habes quot sufficere ad demonstrationem existimasti; sed nos abunde veritatis testes tibi augebimus. Dicit divus Maximus: « Quidquid est Deus, erit et qui gratia deificabitur, præter essentiæ identitatem. » Et alibi rursus: « Spe Verbum parat vivificari impresso bonorum archetypo, et fieri vivas imagines Christi, vel potius idem cum eo, vel saltem ei similes. » Et in theologicis capitulis clare dicit: « Regnum Dei

Digitized by Google

est bonorum in Deo naturaliter insidentium per gratiam traditio. » Sanctus autem Cyrillus citans hoc Domini verbum : « Pacem meam relinquo vobis; » ait : « Hanc pacem dicit suam, ut proprium bonum sibi insitum. » Et in decimo quarto sermone Thesaurorum, pariter istud afferens : « Qui credit in me, habet vitam æternam, » — « Tanquam natura sibi insitam, inquit, et essentialiter immanentem vitam se daturum credentibus in se pollicetur; procedens enim a Patre, omnia hujus naturalia possidet, vita autem est una ex Dei naturalibus. » Vides dignis datam esse hanc vitam eamque esse Deo natura insitam, haud vero esse ipsam naturam : una est enim natura divina, illa autem vita est una ex Dei naturalibus. Et tanquam in natura insidens, est ipsa increata; et qui dixit eam esse unam ex Dei naturalibus, sic et plura inesse Deo naturalia et esse pariter increata indicavit. Ideo, juxta eumdem, Filius omnia Dei naturalia possidet. Ubi sunt qui dicunt unum esse increatum, non Deum aut res divinas vocantes simpliciter, tum naturam divinam et ejus personas, tum cuncta altissimæ Trinitatis naturalia et personalia, sed solam essentiam a creaturis separantes? Tanquam si affirmarent solem esse fulgidum, sed caligine plenos ejus radios, vel plures esse soles, quia et hi sunt lucidi.

A μᾶλλον κατὰ τὴν χάριν ἢ ἀφομοίωμα.» Ἐν δὲ τοῖς θεολογικοῖς κεφαλαίοις φανερῶς φησιν· « Ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία τῶν προσόντων τῷ Θεῷ φυσικῶς ἀγαθῶν κατὰ χάριν ἐστὶ μετάδοσις. » Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, τὸ τοῦ Κυρίου προενεγκών, « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.» — « Ἑαυτοῦ τὴν εἰρήνην ταύτην εἶπεν εἶναι, φησὶν, ὡς ἴδιον ἀγαθὸν ἐνυπάρχον αὐτῷ.» Ἐν δὲ τῷ ιδ' λόγῳ τῶν Θησαυρῶν, ἐκεῖνο πάλιν προενεγκών, « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει ζωὴν αἰώνιον, » — « Ὡς φύσει, φησὶ, προσοῦσαν αὐτῷ τὴν ζωὴν καὶ οὐσιωδῶς ὑπάρχουσαν δώσειν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐπαγγέλλεται. Προελθὼν γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς, πάντα τὰ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐπάγεται, ἐν δὲ τῶν προσόντων τῷ Πατρὶ καὶ ἡ ζωή.» Ὁρᾷς καὶ τοῖς ἀξίοις διδομένην τὴν τοιαύτην ζωήν; καὶ κατὰ φύσιν προσοῦσαν τῷ Θεῷ, ἀλλ' οὐχὶ φύσιν οὖσαν; Μία γὰρ ἡ θεία φύσις. Ἡ δὲ τοιαύτη ζωὴ ἐν τῶν κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ προσόντων. Καὶ ὡς κατὰ φύσιν οὖσα, ἄκτιστός ἐστι καὶ αὕτη. Τῶν δὲ κατὰ φύσιν προσόντων τῷ Θεῷ ταύτην ἓν εἰπὼν καὶ πολλὰ προσεῖναι κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ καὶ ὁμοίως ἄκτιστα ἐδήλωσε. Διὸ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ φησι, Πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ φύσιν ἐπάγεται. Ποῦ οἱ ἀσυνέτως λέγοντες, Ἕν ἐστι τὸ ἄκτιστον, οὐ τὸν Θεὸν ἢ τὸ θεῖον λέγοντες ἁπλῶς, ὁηλονότι τήν τε θείαν φύσιν καὶ τὰς κατ' ἐκείνην ὑποστάσεις, τά τε φυσικὰ καὶ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἅπαντα, ἀλλὰ τὴν

B οὐσίαν μόνην τῶν κτιστῶν ἐξαίροντες; ὥσπερ ἂν εἴ τῷ μὲν ἡλίῳ μετεῖναι διεβεβαιοῦντο τῆς λαμπρότητος, σκήρεις δ' εἶναι σκότους τὰς περὶ αὐτὸν ἀκτῖνας, ἢ πολλοὺς ἡλίους, ἐπεὶ φῶς εἰσι καὶ αὗται·

Theot. Recte, o Theophanes, talia dicere pro veritate non dubitasti, nihili æstimans te multis displicere, verum congruam tibi ducens laudem non ab hominibus, sed a Deo venturam et nunc et in futuro sæculo, propter hujusmodi sermones.

C Θεότ. Δικαίως, ὦ Θεόφανες, ἐν μηδενὶ λόγῳ τιθέμενος τὸ ἀπαρέσκειν τοῖς πολλοῖς τοιαῦτα ὑπὲρ ἀληθείας οὐκ ἀνῆκας. Πρέπειν γάρ σοι τὸν ἔπαινον οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ, νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἔπειτα αἰῶνα, τῶν τοιούτων λόγων ἕνεκα.

Theoph. Deum decet laus, frater Theotime, nunc et in sæcula, qui dedit sermonem in apertione oris nostri.

Θεοφ. Τῷ Θεῷ πρέπει αἴνεσις, ἀδελφὲ Θεότιμε, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τῷ δόντι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν.

GREGORII PALAMÆ

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

PROSOPOPŒIÆ,

ID EST

Ex habitis per fictionem personarum orationibus, stylo misto, dialogico et maxime judiciali, confirmatio, quid mens in judicio contra corpus contendens, coram judicibus dicere possit.

PROTHEORIA SEU PRÆMEDITATIO CAUSÆ.

Animi partis utentis ratione discrimen, quo a ratione carente et patibili differt, veterum aliter alii declararunt : quidam equorum ferocium bigis irascentem et concupiscentem animi partem simi-

Digitized by Google

lem facientes, aurigæ ratiocinantem : quidam venatori viro ratiocinantem, equo cui insidet concupiscentem, cani adjutori irascentem comparantes : quin etiam locorum discriminibus sejungentes, rationem ut principem in cerebro, tanquam in arce summa, e propinquo quasi satellitio sensuum munitam ac defensam : iram in corde, cupiditatem in jecinore collocant. Eximiæ vero sapientiæ Apostolus, evidentius animi partem rationis participem ab experte distinguens, illam spiritum et interiorem hominem, hanc carnem et exteriorem hominem appellat ; deinde contrarietatem earum patefaciens, « Cerno, inquit, alteram legem quæ in membris meis est, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me sub legem peccati[1]. » Orationes autem quas corpus et mens seu ratione utens, et patiens animi pars, vicissim habuerunt, exiliter admodum stoicus Cleanthes est commentus, sic eas faciens loquentes : Quid, anime, vis factum tibi, mihi indica. Quidquid fieri, o ratio, desidero : id regium plane est. Quidam etiam Ecclesiæ sapientum doctorum, iamborum scriptor, ait alibi : Tibi quid exoptas fieri ; mentem meam soleo rogare ; visne Gygis res has et illas ? Nos vero in juveniliori quodam dicendi genere hujusmodi insistentes, ad judicialem formam dialogi rationem protendimus, et ut rei species honestior et æquior esset, judices assidentes constituimus, ac partes accusatoris animus rationis particeps, defensoris corpus tenet : hæc enim cum ficta quædam describenda sunt permittuntur. Nec quispiam novitatis crimen inferat orationi, haud nescius quo pacto, et ad imaginum, et ad personarum figmenta, sophistarum ac declamantium meditationes provectæ sunt. Quod autem assumptivus status sit, agnitu non est ei difficile qui in civilibus quæstionibus exercendis et meditandis aliquandiu versatus est ; potius intelligendum est, cum argumentum gravem sententiarum materiam suppeditaret (sæpe enim motum rerumque naturæ contemplationem attingit), nos tamen quoad licuit, via rationeque artificiosa, re ad civiliorem stilum revocata ad judicialium orationum speciem accommodasse. Quod si per omnia assumptivi generis capita hæ non procedant orationes, nihil mirum ; nam nec in omnibus aliis argumentis omnia incidant necesse est ; hæc quæ præmeditari oportuit, hoc modo præmeditata sint.

DECLARATIO ASSUMPTIVA.

Si apud alios qui non intelligerent accurate quam patior contumeliam ab hoc mecum conjugato corpore, hoc præsens certamen instituerem, mihi ipse facesserem, illisque conflarem negotia : nimirum ad rem pertinere ducens, si singulatim ea quibus me malis onerat hæc mihi contubernalis calamitas, exponerem. Verum cum apud vos, omnium virtutum cultores, mihi quantam passus sim injuriam divina Providentia ut id facerem concessum sit, qui hoc ipso quod cum eo luctati periculum fecistis, manifestum dicendorum argumentum præcepistis, non admodum mihi videor operosum aut alioqui molestum futurum vobis tale certamen aggressa. Satis enim est brevi quadam oratione percurrisse, et duntaxat in memoriam vobis revocasse, quas mihi solet vitiorum impressiones et occasiones exhibere, indeque ut suffragia feratis postulare. Itaque paululum vestro in rebus divinis contemplandis intermisso studio, audite me, per vestros vos obtestor, virtutis ergo et multos et magnos sudores, et jurene meum corpus reprehendam, necne, ut arbitri judices Judicate, ne posthac inter nos dissideamus atque discordemus ; sed intelligamus utrum nostrum alterum afficiat injuria. Nam, quod miserabilius est, præter convicia quibus insolentius in me debacchatur, etiam eorum quæ immerito indigneque patior, me auctorem causamque facere non veretur. Jam vero progressura ad ea oratione explicanda quæ contumeliose contra me audet, nihil incommodius factura mihi videor, si paulo altius initium sumam.

Ego, viri beatissimi, genere divina sum, et e superna illa nobili prosapia originem duxi, ut quæ sim Dei spiraculum et imago primaria, omniumque terrenorum regina ; non enim de me hæc magnifice prædicare verebor, tantum ne ostentare mea videar apud vos alioqui magniloqua, qui probe nostis ac in honore meam habuistis coluistisque dignitatum amplitudinem. Postquam enim illa quæ nostri primarium exemplar est bonitas, ad bene faciendum suo ingenio apta, mundum intelligentem et sub intelligentiam cadentem, hocque cœlum universum, et quorum capax cœlum est, procreavit, tandem in compendium contulit, in unamque temperationem et molitionem velut in craterem quemdam contraxit rem unam omni genere rerum mistam, et multipotentem, id nimirum quod et dicitur, et est homo. Hinc ego intelligens et immortalis cum sensili et mortali colligata sum, et cœlestis cum terreno copulata, et cum ancilla hera ; quibusnam rationibus ita Deo visum nescio ; fortassis ut ambo simul eodem ad officia virtutis exercenda jugo hærentia conspirantiaque, alterius alterum naturæ fieremur ; illud, ut præstantioris conspiratione nobilitatum, et communicatione cum immortali degustata, immortalitatem superinduceret : ego hanc

[1] Rom. VII, 23.

Digitized by Google

cum deteriori copulatione, tanquam cippo reflexa, modice de me sentiendo, et gloriatione de imaginis dignitate cohibenda remittendaque, et non superbiendo, et a Deo, ut primus Lucifer, deficiendo, sed potius humiliter et demisse sub ejus manum validam me subjiciendo, ita Deo adhærerem ego, mihi corpus; neque pusillum quidem aut ego a vitam præstante causa, aut hoc a me animante abduceretur. Istas rationes opificis reputantes, non linum lino, sed semper se moventem cum aliunde moto, et simplicem cum juncto permiscent et implicant, quid enim ab illis innumerarum rerum potentibus connecti nequeat? Ac quæ ab ipso statim ortu incommoda subivi, non est hujus temporis de his tragœdias excitasse; tantum date mihi ut ea paucis deplorem.

Simul ac cum hoc mortali coalui, ac antequam fetus vitam accepit, in utero cum sepulto una sepelita, et velut in duplici spelunca. Saræ mortuæ cadaver Abraham sepelivit, ita et ipsa duplici monumento infodior; nam ex sapientum sententia, si corpus est meum sepulcrum, id vero in utero tumulatur, quidni duplici loculo, fetu quem embryon vocant, et utero consepelior? Talibus me complexu suo primum receptam et amplexatam amicum corpus excipit humanitatis officiis; talibus hospitiis et fœderibus prehensam accipit. Quæ vero posthac succedunt? germana, ut aiunt, et eodem colore contacta, ex eademque arte figlina, sive natura fingente. Illinc enim quasi e tumulo prodeuntes una sepulti, uterino quidem sepulcro defungimur: ego vero in corporeo etiamnum insisto hæreoque. Atque veluti ejusdem vitæ facta inter miseros cœmptione, calamitosam vitam inchoamus; nec lætamur quasi a tenebris in lucem eruperimus, et auram vitalem trahamus, et almum solem amplexemur; neque circum genitricem exsultantes lascivimus, ut agni, vituli, hinnuli circum matres, sed illud, cum ex locis calentibus repente in aerem frigidum incurrat, ex commutatione angitur, et acriori dolore conflictatur: ego vero ægritudinum acerbarum consensu ipsa quoque crucior. Hinc et ejulatus natalitiis cantibus ex adverso respondentes, et undique devincientes fasciæ et cunabulorum vincula, sepulcralibus ligamentis cognata, et lecticuli seu cunæ, evidens imago monumenti, ut hinc etiam mihi molestiæ conduplicentur, secundis his mihi post prima vinculis impositis; non enim a sapientibus illepide multis appellationibus et conjugatis id vocatur, sepulcrum, custodia, amictus, monumentum, δέμας παρὰ τὸν δεσμόν (a vinciendo), et tabernaculum; quod in eo tanquam in taberna de via diversetur: deinde sic illud colligatum, lacte nutritur, et sensim augetur; ego vero, tanquam fluvio fæculento cuidam illigata, huic invalido debilique, et fluxu perpetuo influenti atque effluenti, veluti submersa corripior, et in extremæ dementiæ fundum præceps devolvor, nec potis sum qui ipsam mente digitum, mihique proprium efficere, humido gurgite immersa.

Verum enimvero hæc, tametsi alioqui misera, tolerabilia tamen, et qualia nemo jure reprehendat, ut quæ naturæ legibus, et originis immutabili serie connexioneque gubernentur: illud miserius, quod ex amentiæ fundo enatans aliquando, et lumine rationis inchoans circumfundi, corporeis membris ad perfectiorem statum procedentibus, neque tum plane pure dementia defungor: quemadmodum nec ex ebrietate, vel sopore gravi, vel veterno convalescentes vertigine, aut ob oculos offusis tenebris illinc natis in totum statim repurgantur. Cæterum hasce dementiæ malas sortes et tempus, et perceptio disciplinarum abradat a mente, et scientiam ac prudentiam insculpat, sed imperiosam altricem facultatem, et perpetua cibórum et potuum quotidianorum quasi tributorum pensa, quæque inde mihi adversæ facultates ab illa nutriuntur, concupiscentem et irascentem, quodnam tempus aut quæ doctrina omnino remittere evertereve possit? harum servitutem quis excussisse glorietur? Quis voracem inexplebilemque ventrem, et gulam furentem, jejunii lupato et freno continentiæ sine vobis cohibeat, qui naturæ contemptores inusitata prudentia estis? et qui collatione cum angelis, mortalibus corpusculis induti, et jam divorum natura superiores vos palam præstantes, nihil novi est, si longe supra corpus evolaveritis: ut hac mihi sint oratione vestræ res eximendæ. Cæterorum autem qui nunc mortales vitam degunt, quis a cupiditatibus alioquin alienus irascentis animi fremitum compescat? quis vel sapientiæ sapientior ita sit, ut cupiditati mihi dominus quam aspis, mortiferum venenum jaculanti, et ad præcantricem vocem obstinatius obsurdescenti medeatur? aut quasi vas illud electionis, ut viperam adhærescentem excutiat? quis evangelice progenitus et educatus, quemadmodum Azarias et socii puelli, non coluit corporearum voluptatum asseclam locupletem et pecuniosum, ut illi non coluerunt ex auro et argento, ære et ferro manufactum simulacrum? Quis, ut paucis absolvam, ventris ingluviei, scortationis, avaritiæ catenam divulsit, nec iis inter se funiculo triplici longoque, et cætera vitia contrahente nexis constrictus tenetur? Eæ sunt enim, opinor, apud Salomonem amatæ filiæ tres hirudinis sanguinariæ, id est carnis, quæ sugendo quidquid animale, quidquid in me vitale sit exhauriant. Horum corpus incuso, hæc criminor: horum nomine hanc accusationem facito, reus contumeliæ et injuriæ postulans: quia natura, ut nostrum genus conservaretur, moliente, permisceoque et alimento, et generis propagationi, voluptatem, ut hac tanquam esca pellectus homo, ad ciborum perceptionem, et legitimum cubilis muliebris usum concitaretur vivus, et vita functus non periret: harum rerum nemini accusabilium, et naturalium, quasi legum non scriptarum, sed jam more

Digitized by Google

usitatarem captata facile occasione, corpus ad quarum voluptatum licentiam non effertur ? cujusnam satiandæ libidinis terminos non exsuperat ? Nunc esculentorum satietates exigit, nunc rursum suavissimis et magna difficultate parabilibus cibis infartum, facere non potest quin satietur, iterumque rebus quibus abundat obrutum deglutit ; et præsentia improbat, absentia desiderat; neque vina quæ patria tulit, cordi sunt, sed ut aqua quæ vicinos agros alluit, nihili æstimatur, et peregrinorum sitis accenditur ; neque vestimenta quæ ad æstum et frigus arcendum sufficiant, solum quæruntur, sed quæ sint ex materia vix parabili, et arte supervacanea curiosius et delicatius elaborata, ad ea me vi cogit, ut per ancillas cibariorum, obsoniorum, et textilium administras sibi obsequar, et infinitis suis serviam libidinibus suppeditandis, et veluti tributis conferendis iis quæ præter necessarium usum exiguntur ; non ut ea decore, et in rem suam absumat, sed ad libidines voluptuosas præceps abutatur.

Quam igitur me vitam trahere putatis , viri Deo dicati, cum eo ita misere dementante oberrantem et subservientem ? aut quibus absurdis scelcribus turpissime non impingentem ? istane mediocria videntur ? aut ego frustra temereque alioqui indignor ? Nam si quotidiana, eaque sine quibus non constaret, exigeret, non quiritarer: si nuditatis operimentum simul et ab aeris immensis injuriis præsidium postularet, libens equidem præberem ; si vulgaribus abuteretur, si solum modicam et frugalem vitam rectam censeret, non injuriæ loco ducerem, talia suppeditare, neque actionem postularem, neque diem judicii dicerem, ut hoc certe tempore jure facio, quippe quod cum impetu suis cupiditatibus contra mandatum Apostoli, provideat; semel enim a naturali necessitate commodissimam nactum occasionem, omnem pervagare nefandam voluptatem non desinit. Plane enim quod ait divus Paulus de peccato : Per legem scriptam peperit in me omnem cupiditatem; captata enim per mandatum occasione, decepit me, et occidit: idem etiam in nos incurrit ; inventa enim occasione ex lege naturali, id est, alimenti et fermenti usu, mea caruncula, omnem in me excitavit cupiditatem, et propter rerum necessariarum indigentiam, primum me ad eorum legitimum usum trahit, deinde ab usu naturali ad alienum et contrarium naturæ abusum pertrahit, tum a continuo et frequenti abusu ad ingurgitandi et deliciandi habitum : tandem me prorsus decipiens, interficit. Nam deliciis irretita sive femina est sive mens, vivens mortua est ; mea enim mors est, oblitam propriarum mihi actionum, in pecuariis voluptatibus corporis percipiendis versari : quando, ut alter apostolus scribit, attrahor et inesco a carnis cupiditate; cupiditas autem concipit et gignit peccatum, peccatum autem absolutum procreat mortem. Ab uberibus enim ipsis in more positum est, ut cum ad jucundum quidvis profundatur, ad id autem quod sensum exasperat, indignetur, iis exerceatur affectionibus quæ ex voluptate et dolore nascuntur. Hinc et ira vires et potentiam in corde, in jecinoreque voluptas exercet : qui principes affectus ita diuturna commentatione corroborantur, ut et mei partem rationis participem consentientem habeant, abducantque morigeram, una quadam ratione ; aut enim dolo, aut violentia trahunt. O quoties intelligentiam mihi voluptas suffurata est! quoties, quæ faciam ego non sum malorum nescia, consilium at iratus meum impedit animus. Iracundiam quoque et voluptatem universa perturbationum turba consequitur. Equidem conor uni mihi principatum debitum asciscere; verum ab hac populari dominatione avertor, idemque mihi accidit, ut si qua nobilis puella parentibus orba relinquatur : quæ cum multarum ancillarum domina sit, nondum autem imperare didicerit, contemnitur, aut etiam colludere docetur : at serius agnoscens quæ quibuscum corrumpatur, familiæ cæpscit imperium, et illas in ordinem servilem redigit et castigat ; illæ vero pristina licentia herili lasciviaque refertæ, erubescunt, et in heram insurgunt; ut etiam quidam servi feruntur, heris peregre profectis morantibusque, et familiæ heri, et uxorum viri successisse ; deinde in reversos heros insurrexisse et armis decertasse ; quemadmodum item alii postea Roma fugitivi magnis præliis cum persequentibus et fugitivariis dimicarunt. Tale quoddam contra me servile bellum concitat natura mihi servum corpus, aut etiam acrius, quod illorum partim armis, quanquam difficulter, tamen perierunt, una cum servitute vitam quoque posuerunt, partim interea pugnando restiterunt, dum heros ferro dimicantes viderunt, et in se pariter irruentes; ubi autem illi deponenda censuerunt arma, et inermes flagra dunta at tanquam servis incusserunt, itaque revocarunt in memoriam, qui quibuscum auderent gerere bellum, tum ad se denique redierunt, et pristinam dominationem agnoverunt. Hoc vero meum servile hostileque malum est indomabile, seditiosum, fugitivum, quod nullo pacto in servitutem adducas. Nec rationem ullam teneo, qua superior evadam ; nam neque jure belli, neque lege justæ servitutis expugnare possum, sed quoquo modo congrediar omnibus proverbiis obnoxia teneor, lapidem coquens, aerem verberans, Æthiopem dealbans, flammam cædens, in aquis scribens, ex arena funiculum nectens. O factum incredibile ! duarum rerum rationis expertium potestas meæ fidei credita est : alterius mecum intrinsecus et e propinquo, alterius remotius et extrinsecus conjunctæ. Verum hæc exterior servitutem passa est et subjiciendi legibus acquievit; nullum enim animantium ratione destitutorum, idoneum obsequium præstare recusat, sed jugum impositum cervici bos tollit, ac terræ crassitudinem aratro perfringit, idque facit, cervicibus cornuum acies quasi alteras hastas prætensas habens ; neque levipes equus ministerium fugit, sed lecta e fe-

Digitized by Google

rox et petulans, ore tamen frena recipit, sessorem et pacem agitantem et pugnantem vehit. Paret asinus, licet natura tardus sit, ad onus portandum vocatus ; et quemadmodum ferocitate exsultantem equum coercui, itidem tardissimum asinum adhibito puello et fuste celeriorem feci. Quid hæc mansuefacta pecora et subjugalia dico? Non ursus, non pardalis, ferarum immitissimæ, non ipse elephantus, magnitudine aggeres terræ superans, non leo, rex agrestium animantium, nostrum detrectant imperium : sed et in urbibus per forum et theatra ducti, spectatoribus otiosis voluptatem cum stupore et miraculo præbent. Neque sublimibus avibus ad fugam satis fuit aeris ingens altitudo : ut neque piscibus ad latebras profundissimum maris fundum, ac hoc rationis expers, ferinum et belluinum, ita mansuefacimus ut res fert, et domamus : alterum vero genus domesticum et cui continenter insidere nobis præscriptum est idque moderari, nescimus quonam pacto mitigemus, et ad obediendum clementer adducamus ; et tamen genus illud natura prorsus ad rationem obsurdescit : hoc auscultat, et modo quodam ad eam convertitur, at quod a ratione alienum est omnino, rationi magis obsequitur, quam quod natura insignitur et ducitur ratione. Illud quoque suppeditat et labore suo parat corpori profutura : corpus vero auxilio mihi datum ad obeunda præclarissima virtutis munera, contrarium et magis renitens deprehenditur : potiusque ut secum aberrem a ratione, quam ut mecum ipsum una ratione utatur, vi cogit. Ac superius explicata causa est : quod cum esset mihi honorificus ortus, non intellexi primum, scilicet cum fatua caruncula una juveniliter desipiens, sive cum materiæ sordibus, ut Chaldæorum verbis utar, et quisquiliis simul demersa, et velut ostreato indumento circumdata, comparatione similitudineque pecudes et amentes naturas refero, serius tamen intelligere demens, et stolida aliquando sapere incipiens, adnitor mihi primordium conveniens vindicare, corpori ejusque membris imperare cum ratione, et ad munus cuique congruens revocare. Illa tamen ipsa sermonem etiam præoccupantia, plane factis proclamarunt quæ cives nobili viro, ut est in evangelica parabola, per legatos quos miserat, nuntiarunt : «Nolumus ut tu regnes in nobis; » ducunt enim citius quam ducuntur, renitunturque familiaribus et amicis potius quam asciscunt quæ sunt optima : magisque retrahunt quam trahuntur. Atque mihi considerate, quæso, primum aures et oculos : illæ, ut Ecclesiastæ verbis utar, audiendo, hi videndo non satiantur ; quoniam illis semper patentibus fores occludere non licet ; his quanquam palpebrarum tegumentum vallum est, et aversio, ex sententia magni Job, dispositione vana videant, quid tamen hæc ad eorum momentum promptissimum et celerrimum supra modum, et inexplebilem curiositatem? Deindeque linguam, indomabile malum, mundum iniquitatis, ut Jacobus frater Dei loquitur : quæ etiam prius quam rationi liceat dicenda considerare, præceps ad nuntiandum sua sponte præsilit, foris effutiens, quæ non oportet : tametsi tot septis naturæ circumvallata sit. Quid vero gula canalis quidam omnium capax? quid insaniens furensque tangendi sensus? rationine auscultare novit, et appetitioni modum constituere? Quid vero cor, cum effervescens et ad ultionem incitatum tumultuatur? quod quamobrem canino ritu latrans Homeri poema fecerit, ac non potius leonino more rugiens, admiror ; postremo animosa particula cupiendi cui rite comparari possit? Scyllæne, immortali perniciei, an renascenti hydræ? an Typhoni capitibus centum prædito? Tot instrumentorum barathris, et artuum vallis, undique mea consepta est altius habitatio : in quibus absurdæ et rationis expertes facultates, velut omnimodi serpentes in ferinis Libyæ speluncis, latitant : quas cicurare mansuefacereque pollicetur illa quidem dignitas imaginis ; at si qua sursum emergunt, deorsum una convolvuntur, nam illa magis ferociunt sæpeque numero efferantur. Quod vos quoque sub sentientes, et ne quid inde mali vobis accideret caventes, ex hominum omni consortio, ferarum altricibus lucis occupatis, vos adducendos censuistis, antra suis tegumentis munita, terræque penetralia solis radiis impervia subeuntes, per deserta vasta sub dio vagatis, ut corporis sensibus ad malorum ingressus obstructis, pars illa ratione carentis animi ferociens, alimentis destituta quiescat, et rationis compotis pars intelligens, a rerum sub sensum cadentium perturbationibus vacans, otiosa rebus intelligentia sola percipiendis incumbat.

Esto sic sane : equidem his paucis demonstravi palam, quanta servile corpus in me juveniliter moliatur : quod tametsi talium injuriarum auctor manifeste revincatur, non tamen abstinebit quominus contra etiamnum dicat, qualia sæpenumero liberrime dicendo, non mutiendo ritu servorum, insolentius audet : ita nimirum omnibus in rebus, quasi natura hostile mihi renititur, factis dictisque repugnans, et omnino, nullum in pactum, nullum in fœdus coiens. Itaque quidquam eorum quorum nunc accusatur, ac in primis illos ciborum pereuntium malignos quæstus, et perpetuam exactionem se vel agere vel pati negaturum est. Nam cum sit natura compositum et semper fluens, meatibus tum abditis, tum apertis, necessario respondentem inanitioni repletionem requirit, quam cum non aliter quam per cibos et potus natura molita sit, idcirco nihil se peccare dicet, naturæ legibus sequendis, et quæ statum conservent appetendis, si ad tempus legitimum sufficere, nec male habere, egere medico, omnino defessum concidere, jacturamque earum actionum facere quas mentis causa cum labore susceperit, velit. Illi vero, hi, inquam, beati judices usitati corpori meo prætextus sunt, si quando delabens aut irruens ad lasciviam freno vitæ durioris revocem. Ut enim lactantes infantes a mamma depulsi plorant, itidem et hoc ab iis quibus fami-

Digitized by Google

liariter assuetum erat, avulsum luget, et indignans A obstupescit, morbos et vinculi quo inter nos colligamur dissolutionem, excessum e vita injustum, et ab agendarum rerum studiis cessationem cogitans. Nam quod hæc manifesta ironia, dissimulantia, tergiversatio et versuta recusatio sit, vobis non est ignotum qui experiundo didicistis, et edocti estis, naturam corporis, in rebus honestis operam et laborem impendendo, in naturam impatibilem quasi ferrum et adamantem indurescere; quod vero non pro foribus hæc contentio sit, id quoque perspicuum tametsi est, argumentis revincam expositumque et planum faciam. Non sane prorsus quod nutriaris neque quod nutriendo læteris, o stupidum corpus, criminamur: ea criminamur quibus malis aut afficimur, aut deteriores fimus. Quis enim mente B præditus, et naturæ rationes vel mediocriter contemplatus, maledictis impetat cum alias facultates, tum maxime altrices? Alimenti abusum exlegem in deliciis et inexplebilitate reprehendimus. Non autem idem est τρυφὴ quod τροφή, deliciæ quod alimentum, sed alterum ab altero longioribus interstitils differt quam Mysorum et Phrygum fines differunt, tametsi vicinitate nominum ea propemodum conveniant; tu vero aut stupidis, aut malignis moribus præditum, accusationem abusus ad naturalis usus calumniam traduxisti: idemque aut nescisti, aut te nescire versute simulasti, veluti nos adulterii vel ebrietatis accusantes quempiam, calumniareris quasi conviciis nuptias cupidas et sobrium vini C potum insectemur. Itaque neque te, o mea crux, in judicium vocamus, ob rerum necessariarum usum, sed quia tu hanc nactum speciosam occasionem, non desinis, ut iterum illud apostolicum usurpem, omnem in me cupiditatem efficere: primum quidem utens alimento sicco humidoque, deinde præter et contra quam par sit abutens, eo incumbens, ad universam omnemque voluptatis illecebram delabens et irruens, et una me corripiens, et exhibens negotia. Nam duplici et gulæ et ventris intemperantiæ flatu exagitatum, vel potius triplici (in satietatibus enim, aiunt, Venus est, prætereo enim tunc horum comitem malorum legionem), quid non mihi difficultatum et miseriarum infers? Nam dum es inane, repleri desideras; vix plenum es, denuo D laboras inanitate, ac iterum exquiris compleri; quan lo item fame divexaris, ad satietatem te cibis oblectas; cum exsaturatum es, voluptatis illecebras quæris; quin potius, et esuriens, et plenum, neque satietatis modum, neque voluptatis satietatem nosti; in quo ego misera sum, pari pœna damnata qua illæ fabulosæ Danaides, ut in infinitum, ut illæ, tibi exhauriam, dolio pertuso; aut etiam eadem patiens quæ divinus ille David, huic profundo cœno, in quo nusquam subsistas, illigata, ad imum perpetuo delabens fundique nescium, quod enim extremum profundum tuarum appetitionum inventum est, quod tandem postremum subsistat, et tuo ulterius progredienti obsistat impetui? non est aliud quidquam, nisi quis mortem malorum omnium domitricem dicat; miserior vero multo sum alioqui, quod imprudens nesciaque te malam bestiam in sinu foveam, et pullum petulantem meo malo pinguefaciam. Nonne nutritum et fotum malam mihi gratiam refers? mordens, ut serpens, calcitrosum, contumaciter ignominiam inurens, nec amplius domabile: non persuasionis blanditiis deliniris, non vi frenaris, non probitatis ergo labores attingis. Quid aio, labores non attingis? Præclare mecum ageretur, si contra non niteremis; si ad tibi grata charaque, mihi autem ingratissima inimicissimaque, non violenter tecum corriperes; si meam pulchritudinem amabilem luto, ut apud Salomonem illa sus auream inaurem, non obvolveres. Ne mihi, B quæso, beate cœtus, succensearis, si invehar in hanc indomitam malamque pecudem tam acerbe, cujus tyrannicam rebellionem, ille quoque tantus Paulus mundo crucifixus, non jam vivens, sed in se viventem et loquentem Christum gestans, circumspectius observabat, et indignans veluti deplorabat, miserum se vocans hominem, et anxius quærens a corpore mortis hujus liberatorem: in quod etiam tanquam generosus athleta, coronamque merens, vehementius irruens, non prius desiit ferire calcibus et crebris sugillationibus notare, quam in servitutem adduxerit, morigerumque fecerit.

Esto sane, inquit, at tibi licebat natura subdito mihi servitutem imponere, quæ notas inurere velles, apostolicam secuta formam, illudque sapiens C præceptum: Asino fœnum et baculus!, servo panis et flagra. O ludibrium! quibus me dissimulationibus deludit, nunc fateris te mihi subditum esse natura: nunc mihi verbis adblandiris, quod subjicere liceat, factis perpetuo repugnans. Ego vero quod tu velut asinus petulans, fustibus cædendum sis, et ut malus servus, verberibus lacerandum, intelligere ipsa sero cœpi. Verum agedum mihi percontanti responde: quando, quæso, quaque ætate mihi datur te subjiciendi potestas, cum nunquam cum Apostolo dicere possis, te legi Dei subjectum esse? utrumne puerili et adulta? At tum mentis impotentia desipiens, me ipsa non possum uti intelligereque quanto tibi præstem. An vero juvenili, an D virili? At tum omne malum erupit, et inde bellum vehementius inchoatur, me jam meipsam agnoscente, et conveniens primordium asciscente, et alio vitæ victusque genere meliori utendum, et legi Dei aequiescendum esse censente: hoc autem se a grata et coæva consuetudine divelli non patiente, cum ab ortu ad vicesimum usque annum juventutem in omni libertate licentiaque contriverit, et ventris ingluviei studuerit, et solam voluptatem exercuerit; nec dictum facile est, quam robustis impetibus mihi quasi res novas molienti, et præter æquum dominanti, renitatur; ac mihi diuturnam consuetudinem, et naturalem legem quasi murum quemdam objicit; idque potissimum, quia recens socium opitulatorem ventris affectum

Digitized by Google

eo tempore vehementem nactum, et insuper avaritiam, ambitionem, et si quid aliud horum comes cum tali tantoque cœtu coit, mihi adversatur, astutia bellica fallit, et sub peccati legem captivam abducit, persuadetque ut et ipsa faciam, facientique consentiam, quod neque probo, neque volo. Ita parere didicit; ita leges obediendi colit. Hic operæ pretium fuerit, amici Dei judices, ut non cædam fustibus, ut asellum agaso solet, ita præter naturam superbiens, et effrenate lasciviens, et non amplius pecuario fastu tumescens, sed belluino fremitu rugiens, nec rebellans, et manifesto tyrannidem occupans, flagris et pugnis, ut heri solent mancipia, fœdem : sed ferro, quod aiunt, igneque animadvertam, et illustris semel pugnam conseram, cominus hostem aggressa, et aut ipsum honestam degens vitam exhibeam, aut idem quod generosus Samson faciam patiarque, convellam, inquam, quod injuriam faciat : et cum hoste cadente læta simul excedam. In me igitur illud quoque quadrabat, quod proverbio quiritatur. Ah! quam grave est id hominibus malum? cum quis bonis non utitur his quæ noverit. Nam ego certo sciens in tam rebelle non esse verberibus animadvertendum, sed ut hostile odio prosequendum, non tamen bono hoc animi consilio utor; ab innumeris enim affectionibus depulsa impedior. Quæ sunt hæ? non enim vos celabo. Pudor, parcitas, misericordia, metus non intrepidus, sed lethalis. Pudet me hujus, ut conservi, et ut aliquando me adjuvantis, si non hoc tempore, fortassis in futurum, et ut sodalis, amici, socii, coæqualis. Parco abstineoque tanquam ab ærumnoso, infelici, misero. Ac me vicem ejus graviter miseret, nescioque quonam modo cum afflicto condolesco, cum oppresso una molestiam capio, cum dolente cohæresco. Præterea caveo ne offensionibus acceptis imprudens ruat, et mihi causam earum rerum quas ipsum attentaverit, aut vinctis custodiam perfodientibus ac elabentibus aut servos corrumpentibus inquisitionibus et tormentis vehementioribus, attribuat. Quantum enim audax et temerarium est, quando lautius nutritur, tantum ab ærumna qualibet occurrente vexatum, commoritur; non modo enim morbo laborans, sed et frigore, vigiliis, esuric, sitique labascens ac deficiens humi provolvitur, concitatque ad misericordiam hostes, nedum me nascendi ac viviscendi, et profecto renascendi atque reviviscendi sociam et participem.

Me miseram! quid patiar aut faciam, cum tam multiplicibus malis prædito socio conjuncta, iisdemque affecta, cum quo a pueris in eumdem ignorationis fundum depellor, et cum quo juveniliter ad contumelias prolabenti corripior? cum ipsum membris viget suis, equidem indigne fero, cumque me ad nefanda facinora rapit; cum rursus affligitur misere, reflexa distorqueor, et mansuesco. Quo supplicio, qua pœna non est dignum tam vecors et ingratum, et in me contumeliosum, ita clementem et miserabili commiscrescentem, ut ne liberorum quidem amans mater in sua ipsius viscera esset affecta? At ita sane adolescens, ita juvenescens et virilem ætatem attingens, me non solet auscultare. At senescens mite ductileque et tractabile est ad ea quæ decent instrumentum? Undenam? Quod certe membrorum vigore nexuque soluto, et ingenito calore exstincto, immobili torpore tabefactum veluti compeditum est, et veteris arboris exarescenti trunco simile, scilicet tale possit res aggredi serias et honestas, quod sustentantium et senescenti succurrentium indiget, præclare vero mecum ageretur, nisi etiam suas mihi calamitates inureret, et quibus abundat, senilibus malis me referciret, delirio inquam, errore et veterno. Nam si verum est, mentem Tithono consenescere, et bis pueros senes fieri, ad repuerascendum profecto ætatum conversione revertimur; ac corpus quidem videt et odit obtusius, ego vero senis delirantis lippitudine cæcitateque tanquam tenebris offundor, nec acutius jam cernere possum. Et illud cum aliarum rerum obliviscatur, alimenti tamen in perpetuum meminit, et genuinis non amplius dentibus in alveolis infixis, tamen maxillis molaribus destitutis molit ut potest, quas etiam proverbium quoddam ut et Scipionem, seni largitur : ego vero non jam disciplina et memoria utens, neque sane denuo ut didici, præcepta recordans, solum ingurgitor oblivionis poculo, itaque paulatim e sublimi ad puerilem regredior ætatem. Tametsi enim temperationibus adversis affecti sunt et pueri et decrepiti senes, quod illi humidi sint et calidi, hi sicci et frigidi, utraque tamen ætas sapientiæ usum ac prudentiæ mihi negat; nimirum, quando puerile corpus sub perhumido sincipite cerebrum gestat aquosum, ut nihil intelligens infans sapio : quando vera calvaria senio eminens paret, nihil ab uva passa, ut in proverbio est, absimilis, rursum ut infans reputor. Affectiones enim exsuperantes et corporum naturam, nec minus mei partem ratiocinantem labefactare vehementer possunt. Omitto reliqua recensere quæ has ætates, primam et postremam dico sorores germanas consequuntur excrementa superflua, calvam depilatam; accedit huc os salivosum et edentulum, lacrymosi et humentes oculi, nares mucosæ, pedes partim nondum, partim non amplius ad ingrediendum habiles et apti : membrorum item tremula inconstantia, et totius corporis conquassatio. Sed quousque recitare contendo corporis omnia tristia mala quibus affectum, aut me misere ad condolescendum attrahit, aut miserius ad collætandum corripit? Igitur multis prætermissis, ac morborum examinibus præteritis, a quibus, dum fovetur, riget, artubus torquetur, et, ut paucis absolvam, dum male habet, conorucior; summatim colligam infestiora mala quibus immerito afficior. Ut naturalibus facultati-

Digitized by Google

bus abusum ad vitiosam satietatem et delicias fuerit, demonstravi : utque mihi conanti providere, et ad moderatius vitæ genus revocare, restiterit et insurrexerit, liberam vivendi consuetudinem ut legem immobilem prætendens, et ut indomitus quispiam vitulus, jugum servitutis ignominiose despiciens et injuriam spirans, et taurino more sævions : quodque gravius, ut naturæ fixas et certas leges transiliat. Nam cum statuium sit, ut me ducem, quæ rationis sum particeps, et ad imperandum habilior et aptior, sequatur, ipsum potius imperare mihi contendit, ut velim, nolim, ad una suppeditanda voluptatis efficientia pertrahar, et indecore me cum eo geram, veluti quadam duplici telo manu armata, violentissima captivitate, et impostura nihil non alliciente pertracta. Molestiarum etiam quas aspergit mihi, tum in puerili, tum in ætate senili, etsi natura inculpabilium, miseriam tamen multiplicantium, tragœdiam obiter attigi. Quasi enim non sufficerent ætatis vigentis et fervescentis ad res turpissimas mala, etiam quæ huic interjacent, suas quoque calamitates huc conferunt. Et omnibus in rebus quantas quotiesque mihi contumeliosas ærumnas hoc lene corpus infundat, leviter aperui. Ne posthac igitur tam inhoneste imago Dei ab hac lutea conjuge turpetur, et domina mancipati dominationi subjiciatur, vestrum est et reliquum, judices, suffragia ferre, injuriæque reo pœnam constituere, nec ut ego posthac injuriam patiar, permittere. Si enim evangelicus ille judex, neque Deum formidans, neque homines reveritus, vindicationem aggressus est, quanto magis vos vindicabitis me, qui et religione sancti estis, et rerum humanarum providi? Nam si merito ne parcatur, si ejus naturæ quod est luctuosum et miserabile convertatur ad supplicandum : sed ab ejus seditione manifestaque tyrannide vos abhorrentes, a duobus alterum juste faciendum statuatis : aut ut mihi detur ita meo tractandum arbitrio, torquendum, flagris cædendum, inedia suffocandum, omni tormentorum genere cruciandum, ut a me gestorum ratio nulla reposcatur, etiam si mutilavero et omnino confecero : aut apostolica æmulatione, Satanæ communi, diro et publico tortori tradam. Quorum enim vasa feræ terrenæ incolent, ut est in oraculo (incolunt autem perturbationibus incidentibus) eorum et pœnæ sint mortalium suffocatrices. Ita verberatum, demens mentem feret seque tandem agnoscet, et a petulantia cessabit, ex eoque quod erat armatura injustitiæ, ad justitiæ commodum instrumentum convertetur. Itaque in posterum seditionibus non agitabimur, nec altero alterum jugo nitemur; sed concordi conspiratione et consensu junctas operas in rebus honestis et seriis collocabimus, et conjugatorem nostrum colemus, ac nobis ipsis promissam illam beatitudinem, intercedentibus vobis arbitris et legatis, comparaturi sumus.

ALTERA DECLAMATIO, QUÆ ET IPSA EST ASSUMPTIVA REFUTATIO.

Quibus verbis corpus contra mentem in judicio contendens coram judicibus uti possit.

In me quot convicia, quot contumelias, quanta cavilla congesta mens ista gravis effuderit, quasi comœdiam ageret in theatro, non accusaret in foro, audistis sane, divinissimi judices; soluta enim et libera lingua, ne quid plus dixerim, large effuseque usa est, non tanquam conservo, aut, ut ipsa loquitur, conjugato parcens, sed ut in mancipium argento redemptum invehens, et tantum non pugnos crebros impingens. Ego vero postquam vestra mihi æquitas dicendi locum dat, nihil sum levis momenti vitiosive dicturum; bona enim verba dicantur necesse est, sed quæ crimina intentavit mihi, ea ut potero dissolvere conabor, semel autem hoc tempore mihi concessa ex æquo dicendi facultate, vos orabo obtestaborque, ut meam dominam interea mitigetis, siquidem indigna se pati censens, irata meam audit orationem, idque aliam contumeliam interpretatur, quod initio sim ausum contradicere : utque vobis veniat in mentem quemadmodum neque Job ille divinus suorum ipsius famulorum de se judicium vilipendebat, ut alicubi ipse inquit; nec profecto mentitur; nam præter alia bona et honesta, etiam hominis veracis testimonium accepit. Neque certe Deus ab ipso Job in judicium vocatus, ut conviciatorem reprehendit. Quidni? qui apud divinum Isaiam, « Venite, inquit, et disceptemus cum viris delinquentibus; » et apud magnum Davidem inducitur justificatus, et vincens cum judicatur. Igitur et hæc quæ Dei refert imaginem, exemplis bonitatem illam imitetur, et magno prædita animo patienter hanc sive judicationem appellare, sive etiam disputationem oportet, sustineat, eisdemque rationibus animi quibus ille, fortitudinis adamantina aureaque statua, famulares contra se juris actiones ferebat. Utrumne, aiebat beatus ille, non sicut et ego in utero fui, illi quoque fuerint? Quod si forte perinde ratiocinari dicereque ac ille justus Job, recuset, ut ego saltem vice versa dicam, concedite, quanquam dissimiliter similia : qua illic herus erga famulos æquabili animo ute-

Digitized by Google

batur; hic erga dominam ego servum libertate utor. Nunquid non et ipsa manu Dei creata est, ut ego fictum? non enim se Dei creaturam negabit, tametsi fortassis figmentum, ut quæ divina sit inspiratio : neque male feriatis hominibus decepta persuadebit unquam, quod essentiæ divinæ defluvium sit, qui quidem quantum magnificare et extollere studuerunt eam, ejusdem cum Deo naturæ definientes, tantum imprudentes eamdem conviciis affecerunt, ad bestias, frutices et cucumeres deprimentes, nec ei solum immodicum honorem et infamiam, sed et supremæ illi naturæ contumelias intorquentes. Nam cum constituisset Deus hominem effingere (ad initium enim proprium mihi revocanda est oratio), non terræ, non aquis jussit, ut hunc quoque sicut et alia animantium genera B producerent, sed accepto pulvere ipse conformavit : et ut conformatio divinior est, ita et mea species antiquior, non enim quadrupedem et pronam fecit, non alvo capiteque in terram protensam et prostratam semper, sed rectam et totam sublimem, parvis quidem iisque duobus plantarum vestigiis terram leniter attingentem, sursum autem caput attollentem, aerem puriorem respirando carpentem, et cœlestes pulchritudines contemplantem : ac nativis quidem nudam indumentis, et ad se tuendam præsidiis inermem, manibus tamen communitam, proprio animi rationis participis, et industrio et versuto exercendis artibus instrumento : quarum opera tutius induitur contra incommoda C omnia, quam lanigeræ et longis pilis munitæ animantes ; rectiusque, quam quotquot aut coriis aut squamis nativis obducuntur ; et pulchrius, quam bene alatæ aves; armata est autem validius ad se defendendam, propugnaculis manu factis, quam eæ iis quæ vel ungulis vel cornibus pugnant, aut dentibus et unguibus. Ita vero mihi studiose artificioseque formato, Deus vitæ spiraculum inspiravit, et id ex ambobus temperatum, hominem et suam imaginem nominavit, et ut pedestribus, natatilibus et volatilibus imperaret, præcepit, et ego sine mente quidpiam agere nequirem, ut nec mens sine me. Statim enim quæ præcipua est imaginis nota, in animantes imperium exercere, quomodo mens corpore destituta, aut initio recte potuit, aut in eo D postea perseveravit? qua ratione conscensus fuisset equus, nisi meæ manus frena fabricassent : qua ratione bos incidisset sulcos, nisi iisdem juga aratraque conficientibus? Quod si mentis excogitatione hæc reperta sunt, illud est quod nunc dicebam, alterius opera egere alterum ; illa excogitat, ego quod est excogitatum, industria mea perficio. Ipsa rationes artificiosas videt et proponit, manus meæ materiam ductilem et tractatu facilem suppeditantes, ejus quod animo informatum est speciem conficiunt ; et non jam servum, quanquam ut servum aut instrumentum hæc subministro, sed ut A particeps ejusdem dignitatis cum mente conficiente, imaginis exemplo, et honestarum actionum adjuvans causa sum. Nixum enim fretumque naturæ hominis ratione atque descriptione, confirmaverim, non mentem solam neque corpus solum hominem dici, sed utrumque simul, quem ad imaginem suam fecisse Deus dicitur. Nimirum, quemadmodum cum homine communico, ita et ab humana dignitate participo. At tale cum sim, me tamen optima mens e catalogo tantæ nobilitatis expungit, et veluti spurium abdicat, me servum, se divinam inspirationem, reginam et meam dominam appellans. Ac potuissem equidem operosius et efficacius hunc tractare locum, suadereque ne amplius servum vocaret me conservum et imperii consors, virtutisque particeps et vitæ tum præsentis, tum speratæ : sufficiant tamen quæ dixi hactenus apud vos, quibus ad obeunda certamina hæc generosa corpora exposita sunt, ut ne dum in hoc sæculo spiritalibus donis, ut socia et consortia laborum, fruantur, verum etiam in exspectata regeneratione, simul cum beatis suis spiritibus regnent, et ut sol colluceant. Cæterum non admodum hac de re contendam. Appellet ut sibi fas visum fuerit; potentia referciatur, suo quidvis arbitrio ferat, agat ; utatur me quemadmodum volet, duntaxat ne vitio mihi vertat innoxia, neque me culpa vacans culpet. Audistis enim quibus de rebus accuset me, quod ali, quod indui velim animale manens adhuc, et dum ab animalibus facultatibus gubernor, necdum in spiritale transformatum. Aliam enim vitam id, aliamque victus rationem, ut in proverbio est, desiderat; nunc vero fluidum cum sim, et sine facultatibus appetentibus constare non possim, quidnam, quæso, delinquo, si naturæ instinctu ciborum et potuum cupiditate teneor? Quam sibi contumeliæ notam mens inurit, quæ hæc eadem mihi suppeditat? Quasi non audierit Apostolum clamantem : « Nemo suam carnem odit, sed enutrit et fovet[1]. » Quo pacto enim aut initio substitisset, aut postea constitisset, nisi sufficienter aleretur? Quippe statim ac in utero formor, quasi planta vel inter plantam et animal medium quid, per eas secundas quas appellant, sive per umbilicum, alor sanguine menstruali : illinc autem progressum lactis rivulo per mammam nutricor, adusque dentium ortum. Ubi vero animandi natura cupida mihi dentibus os acutis et latis instruxit, ut et secare et conficere facile cibum potuerim, tum denique mensam solidioribus esculentis exstruxit; ita sane naturis corporum congenitum est alimentum, eaque naturæ cognatio est, etsi non est eorum verbis fides habenda, qui lapidibus nonnullos ali aiunt, facto tamen credendum est, quod animatorum nullum careat alimento, ut arbores et herbæ et quidquid radicibus fultum terra parit, et omnimoda animantia. An vero dæmones et sidera libamentis illis et odoribus, exhalationibus terræ

[1] Ephes. v, 29.

Digitized by Google

hæc enutriantur, id Græcanicis ac profanis poetis et philosophis dicentibus, haud facile assentiar. Nam illi cœtum dæmonum opinabantur esse corporeum et materiæ voluptatisque avidum, et astris animos tribuebant. Itaque cum animatum corpus omne sit alimentarium, quidquid animatum est naturæ lege nutriatur et vivat necesse est: quod autem non nutritur neque vivit, id ne animatum quidem est. Quamobrem Servator noster non modo quos mortuos ad vitam revocavit edere jussit, sed et ipse mortuus ac jam reviviscens comedit et bibit, argumentum insolubile repetitæ vitæ alimenti perceptionem proponens. Et natura quidem servatrix ita corporis sanguinem procreans, sanguine materno fetus ore nondum præditos, infantes edentulos, lacte perfectos et absolutos, omni genere varietateque ciborum alit; nec, dum crescit, nutricatur et educit, adultum vero et jam inhabilem crescendo ætatem attingens dereliquit: sed ad senectutem et decrepitam ætatem usque, tanquam bona nutrix ducenti spiritum adest, nunquam discedens, non noctu, non interdiu. Dormientium etenim non quiescit altrix facultas, sed insomnis et pervigil bonæ nutricis instar, inspiranti præsto est, nunquid non bona faciens? ea certe quæ per os molita in ventrem demittuntur, concoquens ac digerens, primumque in succos convertens, deinde ad jecur attrahens et in sanguinem mutans; illincque per venas omnibus suam cuique portionem distribuens, et cuique congruum et proprium conglutinans; ac multam gratiam Providentiæ huic qua nos administramur, debemus, per quam quæ peperit initio, eadem et in posterum charitate complectitur, nec sinit disperdi dissiparique, alimentis excogitatis ac paratis.

Et natura quidem, ut dictum est, ita format, conformat, coagmentat. Mens autem rationis compos, et corpus incolens, naturæ contrarias leges constituit, ut alia quæpiam imperiosa domina: et quia quotidianum semper alimentum quæro, me gulosum et inexplebile dolium: quia nutrimento lætor, luxuriosum et voluptuosum nuncupat, deliciarum enim finibus alimentum metitur, quod iis quæ comedimus et bibimus natura dulcedinem junxerit, ut suavitate quadam ad gratius et avidius percipiendum cibum alliciamur, nec tristes quotidianis alimentis advehendis condolescamus. Novas enim leges, nova nomina fingit, aliena quædam et absurda, tum legibus ferendis, tum nominibus imponendis decernens, quasi nefas sit, ali cum voluptate, quod talis τροφὴ τρυφή, id est alimentum deliciæ sint. Ego vero quod natura naturæque legibus gubernor, ut alar mihi licere, ex omni necessitate consequentibus et animi hilaritate et voluptate, censeo: nec deliciæ criminabiles eæ sunt, sed charum alimentum et naturæ congruens. Quod si quis oppressus mœrore, vel pane vesci prorsus oblitus fuerit, vel cinerem tanquam panem comederit, et potum cum fletu miscuerit, alia ratio hæc est, quæ ad propositam vobis quam planiorem agitamus, controversiam non pertinet. Si vero naturalem quæ nutriendo percipitur, voluptatem, luxuriam definit, multo prius quæ in procreandis liberis est, flagitiosam nominabit. At neque nuptialis, neque etiam altrix voluptas ullis mente præditis crimini datur, quin potius admirationi est. Nam illa de genere quod sensim effluit, successione; hæc corporis inanitatem, alimento supplet ac reparat; itaque neque divina mens a sua decidit ipsius dignitate, neque prorsus contumelia divexatur, ea concedens quæ a natura decreta sunt et sancita; et operam conferens, ac una suppeditans ea quæ sunt præcipua, et maxime corpori necessaria; etsi de talibus hæc erecta fremit, quibusque criminibus aliorum taxat delicias, iisdem ipsa magis delicians revincitur. Considerate enim, quæso, quanta jactet; contumeliam et servitutem ignobilissimam censet quod initio mei curam gerat, et ad vivendum necessaria comparet; ac dissimulanter cavillatur se præstantioribus adhærescendi non esse compotem, et deterioris curam habere, idcirco cujusdam ancillæ opsonatricis et panificis speciem induit, quæ alioqui domina est, et suam studet inviolatam felicitatem conservare.

Atqui si hæc apud alios desidens sermonibus jactaret, fortassis his præstigiis imponeret; non vero cum apud vos nihil recti, nihil sani dissimulet, manifesto indecore facit. Vos etenim qui hic sedetis tacentes, tergiversationes hujus perspicue revincetis, qui nobilitatis imaginis illius, si qui alii bonam vobis partem vindicastis, et absque perturbationibus ac veluti citra materiæ contagionem in corpusculis mortalibus vitam egistis: tamen et corporum ex parte curam geritis, apostolica æmulatione vobis ipsi comparantes et administrantes idonea; neque corporum talem aversionem tam indigne tulistis, quam animorum a statu meliori lapsum, neque verborum nexus et series vos tam ad commiserationem trahit, quam aureæ catenæ virtutum alia solutio, sed ut per omnia justi, juste, beatissimi judices, et corporum jura divino præcepto persecuti estis, nec ob id vos deteriores evasisse censuistis, nec ad conditionem coquorum et mensæ structorum descendisse, ut ex mea mente nunc audistis. Etenim equidem, amici Dei judices, neque conspicio quænam ex mei cura menti contumeliæ nota inuratur. An vero hera curans ancillas, hac ratione fuerit ignominiosa? aut gubernator navem onerariam instruens, ex hoc periculosius navigabit; aut miles arma recudens et repurgans ac bellatorem alens equum, imperitiæ rei militaris idcirco damnabitur, aut inter milites desertores enumerabitur? Quid non ad hos respicis qui in corporibus sine corporis contagione vitam duxerunt, et corpora non oderunt, quin potius accurarunt quantum oportuit, o frustra corpus exosa, contentionisque vanæ ac inutilis amans? Quid non magni illius recordaris Apostoli, qui in para-

Digitized by Google

disum usque ad tertium cœlum raptus est, et verba quæ non licet eloqui hominibus audivit; et tamen usque denuo progressus, contumeliæ loco non putavit, suis ipsius manibus coriaceam artem exercere, et suis ac sociorum necessitatibus inserviendo subvenire. Oratione supergrediamur ipsum Paulum, et ejus tertium cœlum; num Deus in suo statu semper consistens ad sese reflectitur, et supra hanc universitatem erectus sedet? Utrumne rerum quæ post eum subjacent nulla cura, nulla providentia tangitur, neque etiam infirmarum rerum nostrarum procurationem habet? an vero accuratus providenter, de sua ipsius ob id dignitate et gloria quidquam mittit? Quonam igitur modo corpori conjugata mens curam congeniti corporis, indignum se studium reputat, et hanc rebus secundis providentem solertiam repudiat, supra vos efferens sese, quorum etiamnum humi gradientium conversatio in cœlis est? supra jam cœlum corporibus appetentes apostolos: supra bonitatis ipsius exemplar illud, quod omni carni largitur alimentum: cujus ex similitudine nobilitatem magnifice jactans, non similiter ad inferiorum dignitate providentiam convertitur; et tamen summum illud bonum plusquam plenum et nullius omnino indigens, nullius opus usquam habet eorum quibus providet: hæc vero sæpenumero me et ut instrumento famulari eget, et ut adjuvante causa ac adminiculo, et quo absente nihil generosum in primis perficiet.

Sed fortassis ab his rationibus repressa, se non injuriam dicet ex necessariarum mihi rerum suppeditatione passam, sed quod longe supra necessitatem et usum partim insatiabili cupiditate, partim voluptatis aviditate progressum, hanc meeum corripiam, et invitam præcipitem; hoc enim fere dicebat, quando se voluptatibus absurdis mancipari, et meis decipi præstigiis asseverabat. Id vero refutare quoque facile est, ac docere audaxne facinus et temerarium sit, ita sive fastu, sive contendendi studio incitatam, ea in me accusare se nescire, quorum ipsa rea sit, cum oportuisset integere hæc: sed infaustum nihil dicam, admiratione vero dignum est, qui fiat ut sibi contraria loquatur imprudens. Numquid non sursum deorsum versans orationem, Christi famuli judices, primariam dignitatem prætendebat, quod imago divina atque totius ratione carentis naturæ regina esset, ac me famulum, se dominam nuncupabat? Quonam igitur modo derepente facta mutatione, sursum versus flumina procedunt fontes, ac ostendere conatur me veluti ducere ac circumducere imperiosius, se autem ut mancipium agi ferrique! et quidquid criminis ambobus delinquitur, id ad me ut auctorem primum rejicit? Quod si ipsa imperat, ego pareo, quantæ impudentiæ est alteri sui delicti et peccati notam inurere? Roganti enim mihi responde, o reprehendendi et accusandi libidine flagrans, tunc a domino constituta es quæ conservo mutuum præstes obsequium, quod est in evangelica parabola, quasi fidelis et prudens administra familiæ, ut des escam in tempore? Qui fit igitur ut non fideliter et prudenter assignatum munus administres, desque tempore et modo cibum, et ut fidelis increpes infidele, ut prudens castiges et emendes imprudens, et omnino potestatem in tibi credita administratione liberam exerceas, et ornes optime? At te corripi violentia tibi subditi dicis, et ad easdem ad quas ipsum ineptias te transversam agi. Talibusne prætextibus censes te, quam male suum munus obeunti minatus est ille, membrorum divulsionem evasuram? Atqui talis opinio vana est et inanis; a principatu enim omni eorum quæ subditi peccant pœnæ exiguntur: sive imperatorem, sive pædagogum, sive parentem, sive doctorem dicas, etsi alioqui probi sint, eorumdem criminum rei sunt, ut si vel imperator cum exercitu deserat aciem, aut pædagogus cum puero colludat, aut pater cum filio lasciviat, aut cum discipulo magister inertiæ et otio indulgeat, duplici pœna, censeo, horum unusquisque punietur: altera, quod clanculum eum corrumpat, quem potius se meliorem redditurum pollicebatur; altera quod eorumdem reus quorum ille deprehendatur; ut vice versa duplici venia digni subditi censeri debent apud eos qui plus summo jure quam clementer rem dijudicant; altera propter eorum naturam quæ semper ducem et ad honestatem promoventem requirit; altera quod quem ad bonum præfectum acceperat, in contrarium depravantem et provocantem invenit. Nihil vero tam ad virtutem et vitium allicit, quam princeps ea faciens quæ ad alterutrum exhortantur, et exemplo suo ad similia perpetranda trahens; quemadmodum et chara mihi mens duplices dabit pœnas, ut quæ neque quod in homine fuerit inordinatum correxit, quæque collætata fuerit, et voluptatis illecebras simul excitarit. Si vero suffocant aquæ, aiunt, quid opus est adhibere? Mihi autem fortassis venia quæpiam dabitur, quod heram consequar, quæ ut ista delinquam me doceat. Qualis enim, aiunt, hera, talis et canis. Ut autem clarius demonstratum sit, quod a me non ipsa corripiatur ad turpissima quæque, sed ipsa magis ad voluptates abripiat, meque secum pertrahat, me quæso patienter audiatis, ab orationis cursu paulum digredientem, et ad tragœdiarum omnium causam, quam explicare mens erubescit, recurrentem.

Non sinceram, viri judices, intelligentem vitam, et a corporeo sensu ablegatam noster animus sortitus est, sed utrique vitæ ei subjectæ insidet, tum plantariæ, tum vitali, a quibus constitutio nostra corporea gubernata conservatur. Nam dolore et voluptate quasi gubernaculo temperamur; dolore cum inanitate laboramus, aut aliter angimur; voluptate, cum explemur, et nulla perturbatione vexamur, ex opificis naturæ providentia, affectionibus ejusmodi nobis ad salutem ingeneratis. Si enim dum defluimus et corrumpimur, non angeremur, neque dum satiamur lætaremur, ita ut neque con-

Digitized by Google

ficientia, neque conservantia sentiremus, subito perireimus imprudentia. Nunc vero provida natura quasi manibus duabus utens, fatigatione atque delectatione, illa pungens, hac inescans, ad edendum et bibendum exsuscitat fugientes esuriendi dolorem, et edendi voluptatem, quod est alimentum, persequentes : verum primario loco, ut qui ex esurie mœror nascitur, amoveatur ; secundario, ut saturandi licentia detur. Animus autem rationis compos aliter se nutrire per se novit, et præstantiori quadam ambrosia frui. Verum cum, ut diximus, erga sibi subjectas facultates non intoleranter nec implacabiliter affectum sit, consensu quodam etiam iis patientibus condolescit, et sane cum anguntur simul angitur, et cum lætantur collætatur : vel potius, si rem accuratius definire placet, et ut aiunt artis medicinæ studiosi, primum ipsa rationis consensione patitur, propterea et prima ad amovendum dolorem exsurgit, sui causa maxime : deinde, ut est dictum, subditorum juvandorum gratia. In eo igitur sapientis naturæ providentia fuit, ne maxime principalis animus, supra mala positus emineret impatibilis, et sensibus nullas difficultates quæ secundis et inferioribus interveniunt, hauriret ; ad eorum enim nulla prorsus curanda converteretur. Si enim ita stimulata, condoléscens, et consensu laborans, videtis quomodo pigrescat, delicias faciat, et quæ revera communis est fortuna, ut infortunium deploret, multo minus profecto corpus respexisset, si corporis adversitates eam naturæ decreto non attigissent. Nunc vero, si quidem aliud quidpiam, et hoc quoque constitutum est optime, ut consensione dolorum agatur, et eo simul adducatur, ut, quemadmodum ait quispiam, vicissim et ex parte labores capessat, et molestiarum liberationem communiter conquirat. Quibus enim quorumlibet incommodorum communio est, iisdem communiter et ab iis liberatio curæ est.

His ita demonstratis, in eumdem locum iterum recidit oratio : ac superius expositæ memores estote parabolæ, in qua fidelem et prudentem dispensatorem sumn dominus constituit, ut sibi obsequatur, dando suo tempore cibo, numquid non ad animi partem rationis participem accommodate fidelem et prudentem œconomum assumpsimus, ut quæ præclare possit ex abundanti prudentia gubernare patibilem et amentem vitam? quam etiam in eo munere constitutam dominus beatam prædicat, si prudenter et fideliter administret, ac plura se commissurum ejus fidei pollicetur : sin autem domini ut moram facientis oblita, conservos pulsare contumeliose, non providenter, cœperit, totamque se comedendo ac bibendo fruendis voluptatibus dederit, cum ebriosis, partes dico tum quæ alere, tum quæ ali possunt, quæ extrinsecus allapsis satietatibus semper referciuntur, utrumne, cum redierit dominus, qualia nunc coram vobis, prætexet, ac hujus insolentis contumeliæ causam in nos transferens, quasi decipiamus, et eos vi corripiamus perversi servi supplicia defugiet? Nonne discerpetur, et sors ei cum hypocritis constituetur, ut quæ tanquam in theatro, hac vita, personam cujusdam matronæ sanctæ et divinæ induta fuerit, et omnem incuriam ac dementiam initio dissimularit, libere vero omnibus nefandis voluptatibus servierit, et ut intemperans ancilla, indecore se gesserit et turpius inebriarit? quod puto. Nam ei cunctis facultatibus præfectæ hæc cura demandata est, ut et sagaciter molestiam exhibentia provideret, et idoneam medicinam adhiberet, ut illinc perspicuum est : si quando enim mens in curandis rebus divinis excessu nimio, vel, me nescio, morbo corripiatur, qui cogitationis non movendas chordas moveat, nec esuriei, nec alimenti, nec alius voluptatis memor sit, tum ego quoque nulla harum rerum cura, nulla sollicitudine tangor : quonam igitur modo primas ego partes teneo, et procurandi et dandi cibos, et tempus eorum ac modum definiendi munus sortientis voluptates præripio, deindeque ipsam, quod est magis ridiculum, ad eas corripio? Ita mollis ipsa est et delicata, ego vero robustum ac violentum.

Verum enimvero ne singulis partibus renitens defensio contentiosa videatur et pertinax, tua gratia concedo me primum voluptatibus inhiare et compleri, insuper te quoque ad voluptates fruendas a me corripi : tu postea domina, et rebus nostris imperans, cum oportet puniendo cohibere, et infensam esse liguritioni, vehementiusque increpare, potius ad eamdem turpitudinem suscipiendam ut mancipium una provolveris, et illa gravi, sancta rigidaque dignitate humi prostrata, de qua gloriaris et magnifice sentis, mecum voluptati captiva servaque voluntaria constringeris. Nec te pudet pati profitentem eadem, quæ fabulosus ille serpens, cujus caudam de capite aiunt conquestam esse, quod motionis repetitæ dux semper esset, ipsa totius molis se convolventis attraheretur extrema. Tandem vero ad persuadendum aggressam, ut in hoc serpendi munere principatus sibi deferretur : deinde per præcipitia saxaque cum cæca ferretur, ipsum caput et reliquum serpentem cum eo labefactatum fuisse. At quemadmodum illic, siquidem de cauda caput conquestum fuisset, eam accusans injuriæ, ridiculum et stolidum videretur : ita etiam tu quoque in hac causa, ut quæ animi parti rationis experti, caudam trahenti et cæcæ (nam mens, ait quispiam, videt), ductandi cedas imperium, et teipsam ejus fidei committas, quod ad perniciem pertrahat. Videntes enim cæcorum, non cæci videntium duces sunt ; et bos currum, non bovem currus trahit, et lapis ad perpendiculum, non perpendiculum ad lapidem componitur. Quid vero puero, contra proverbii præceptum, gladium committis? quis venenum propinatum combibens, majus quippiam ad se excusandum vel defendendum habuit, quam mortis deprecationem? An primus

Digitized by Google

homo a muliere prima quæ de perniciosa gustaverat arbore, posterior accepto cibo comedens, veniam apud Deum meritus est : aut ut vi correptus mortem effugit ? Cupiditas enim et ira sub animum rationis participem subjectæ sunt ; non ut ad voluptatis suavitatem illa delabens, secum ipsa contrahat, hæc vero ad ferinam sævitiam erumpens, secum abducat, sed ut ad captandam et habendam honestatem conveniant et conspirent : cupiditas, ut equus frenis bene moderatus, sublimem efferens, et ad vere desiderabilia concitans ; ira, veluti generosus canis, una pro iis et adversus ea quæ oportet belligerans et propugnans ; utraque nimirum a ratione per diuturnam consuetudinem ad bene parendum et obediendum domita atque cicurata. Verum mens alioqui temulenta facta, et valde suæ strenuitatis negligens, effeminatur quasi vecors, et deteritur, ac quantum a constanti immobilique concentu decedit, tantumdem ad currum perturbationum accedit : quantumque paulatim ab imperando desciscit, tantum illa servituti mancipatur. Itaque nulla vi cogitur, nec ad peccandum et delinquendum invita rapitur, sed quod Herculem passum fuisse fecisseque Græci ac profani scriptores testantur (ferunt enim illum post belluas et scelleratos homines perdomitos, postea volentem Lydæ feminæ, Omphalæ nomine, serviisse), idem mihi videtur mentis ratio perpeti. Nam quæ sunt in homine bellutnæ maligunæque perturbationes, cum eas sub suam potestatem subjicere posset, libens tamen voluptati animique appetitionibus servit : vel etiam ut alter primas, magnus ille Samson ab insidiatrice muliercula, eadem voluptate decepta, suum magnum robur ridicule prodit et nuda, ac non jam ipsum veluti comam jactans, facile a perturbationibus alienigenis captiva ducitur, et excæcatur oculis ad honestas res et bonas perspicacibus, pistrinoque illigatur, et circum eumdem voluptatum orbem, quorum initium est et veluti stimulus ventris ingluvies, innumeras ærumnas perpetiens convolvitur, et quasi lascivis pueris, cupiditati et iracundiæ ludibrio est. Ita mens sponte se malis immergens, ipsa sibi contumeliæ genus intorquet, et undique cooperta miseriis, indecore lascivit : deinde ob hoc voluntarium infortunium de se conquesta, suæque deploratione calamitatis defuncta, mihi crimen intentat et malorum causam attribuit, et, ut videtis, pœnas exigit ; ac conviciis aspergens, quid non in me cavillatur, quid non irridet ? Sepulcrum me vocat, catenam, fæcem imam, et ex Chaldaicis nugis, materiæ sordes et quisquilias, dolium pertusum, crucem. Atqui si vere sum ego monumentum, qui fit ut non huic persuadeam ad Dei similitudinem effictam mortem studiose meditari, sed ad delicias, quod ait, pertraham ? si catena, qui fit ut non comprimens a peccando cohibeam, sed ad nefandam inertiæ licentiam corripiam ? Quæ catena non arcet ab injuria et maleficio, sed eo vinctum vel invitum compellit ? Quod monumentum non membra quæ sunt super terram mortificat, et animæ vitam omni ex parte beatam largitur, sed potius vivificat et adversus animam exsuscitat ? Aut igitur ego neque sepulcrum, neque catena sum, siquidem ad delicias corripior, et una pertrahor : inconsiderate et inaniter talibus cavillis illudor ; aut monumentum revera et catena sim, ac magnæ hinc incontinentiæ seipsam mens ream facit, quod et illigata mihi et consepulta delicietur, et vivens mortua sit, ac supra modum extollitur, tametsi crux ego sim ei data : hoc enim nomine me quoque libens appellat, ut etiam dolium pertusum, dissimulans quot et quantorum bonorum ego sim conceptaculum, ut non multo post de multis pauca degustans sum demonstraturum. Si vero pertusum quoque sum, at certe sensuum meatibus omnino specularibus, luciferis et nuntiis comprehensionis rerum, ut id etiam statim apparebit, quod per hos hauriens et sese referciens in me veluti temulentiæ pristinæ vomitum effundat, et turpissime debacchetur. Tu meos sensus, et eorum facultates maledictis vexas, speluncas et lustra ferina cognominans, quorum opera maximis affecta beneficiis ita ingrato et immemori animo es ? Nonne discendi artibus tanquam pontibus, ut ad res contemplandas quæ sub intelligentiam duntaxat cadunt trajiciaris, usa es ? Quonam pacto eas initio sine meis sensibus comparasses ? Arithmeticamne aut harmonicam disciplinam habuisses unquam, nisi auris exstitisset ; an numerorum proportiones, aut geometriam, aut astrologiam, nisi lumen oculorum eluxisset ? an doctrinam de pulsibus et medendi scientiam, nisi tangendi et gustandi sensus tibi viam patefecisset ? Meis igitur sensibus ablatis, tuis convulsis pontibus, quid tibi reliquum aliud supersit, quam humi, et inter res sensibiles volutari, vel ne has quidem in totum attingere, neque quantum terræ meditullium est, vita sentiendi compote frui, sed sola si res ita ferat, plantaria ; et tum vere sub monumentum carceremque cæcum defossa, materiæ sordibus submersa, et profundæ illigata fæci, cæcam talpæ aut cujuspiam plantaminis vitam trahas, me solum, ut ipsa comice perstringis, ostreato indumento circumdata ? Nunc vero te certe cæcutientem ab ortu ad cognoscendum oculatam feci, ad philosophiam admovi, et degustato lumine, per ipsum ut terræ concretionem, maris refusionem, cœli conglobationem, et omnia quæ sunt in cœlo miracula tanquam in speculo intuereris, concessi : utque partibus omnibus concordem concentum, qui ineffabilibus sonis opificem conclamat exaudieris, et ex rerum creatarum magnitudine, pulchritudine, concinna motione, movens illud immobile, et primum et ipsissimum bonum informavi, et ad cujus exemplaris primarii imaginem facta fueris, memoriam renotavi. Atqui hoc præclarius quid menti possit accidere, quam ex iis quæ meis sensibus hauriun-

Digitized by Google

tur, Deum reperire? Nec solum ita per me primum ad Deum ascendit, sed etiam a Deo delabens, eo per me rursum redit. Nam per me pœnitendi et veniam impetrandi locum invenit; si enim a me disjuncta et extra corpus fuerit, ne pœnitere quidem peccati primum potuerit, ut neque qui deciderunt angeli; nunc vero mea conjugatio hoc quoque bonum ei largita est. Quantas enim et quotcunque turpitudines asperserit, eæ meis sudoribus eluuntur, et nive candidius clarificantur; nam supra herbam omnem abluentium, et præter hyssopi quamvis aspersionem exstat ea quæ diffluit e meis, ut ipsa dixerit, speluncis, ut ego, fontibus pellucidis, lacryma, inedia, humi cubitus prædurus, flexis genibus deprecatio, in precibus defixa immobiliter constanterque intentio, pectoris percussio, e pectore prodiens gravis fumus, interioris inflammationis indicium, aliaque ex quibus multipotens pœnitendi miscetur medicamentum. Tot numero bonorum novi recondere thesauros ego, ex mentis meæ sententia pertusum, et nihil continens dolium.

Sed inepte fortassis et præter decorum apud vos quibus talia trita sunt, singula dicendo persequor: itaque summatim et paucis ostendendum, quod quæ mihi a mente vitio vertuntur, ea potius passus sim quam fecerim; quæ autem facio natura duce, quæque conficio hæc sunt. Philosophia enim per quam ad Deum attollimur, in contemplationem et actionem secta, siquidem contemplatricem ea vitam amplexetur, per me naturæ opera perspicit, et per disciplinarum pontes ad eas res quæ ratione intelliguntur transmittitur, et postremo, quod aiunt, ad ipsum theologiæ limen volando conquiescit: sin præ contemplandi pontibus, agendi scalam malit, hic etiam magis me laboribus propriis ædificans, omnes actionum gradus invenit. Dicam, quod omnibus eminet, per me ab angelis paululum diminutus homo, multum supra angelos excellit (quis enim angelorum possit quæ Deus passus est, et ut homo mortem imitari potuit?) per me utique cæsum, tortum, laniatum, et postremo morti traditum, et divino corpori Servatoris conformatum: in quo et peccatum condemnavit, ut in nobis Dei justitia compleretur. Quoniam autem et mens sciscitatur ex me, quando quaque ætate sibi subjectum esse possim, ego nihil cunctatum ita simpliciter respondebo: Ecquando non possum, quaque ætate sum inobsequens, ipsa sive bonum, sive pravum sit, me ducendo vocet? ut ex artibus perspicue liquet. Nactum litterarum studiosam et amantem honestatis mentem, pædagogos sequor, magistris pareo, in scholis et auditoriis assideo, et de liberalibus disciplinis et doctrinis quid inculcatum non exprimo? Rursus sum ego mentem exercendis artibus illiberalibus aptam sortitum? Doceor iterum ædificare, aut lapidibus struere, aut stans subjectis incudibus obstrepentibus fabricare: aut guttulis a terra exsudantibus collectis stagna conficere, aut contra sævos ventos, furentes fluctus obluctari, nonnunquam etiam in profundum deorsum verso capite, natans leror, et militariter disjectum et scissum ictibus omnibus obsto, ne dicam ad quas exercendas artes vanas et inanes vi coactum instituor, cum præstigiatoribus exsecrandis subjicior, doceorque funem extremis pedibus scandere et ambulare, subjectis pugionibus tripudiare, capite demisso salire, lapillos et ferri particulas devorare; atque rerum ita difficilium atque miserabilium, et alioqui operosarum quam non a puero exercitationem conficio? Vigentem attingens ætatem me pertinax et ambitiosum præsto; eam excedens ætatem, nihilo minori conatu elaboro; corroboratum et senescens, addiscere non cesso etiam quod excogitatu sapientius sit quam quæ juvenes moliuntur; et ut in universum dicam, nihil est quod arte parari, quod doctrina tradi possit, ad quod non adducar, nihil factis, nihil dictis menti volenti repugnans, ut neque animantium subjugalium et inanimatorum instrumentorum obsequentissima quæque. An etiam ad obeunda virtutis munia, illis longe jucundiora, facilia, naturæ congruentia, ineptum et adversarium, et veluti repugnans, seditiosum, hostiliter sum affectum? At id tibi dicenti non crederent egregii victores illi martyres et hi judices virtutum cultores, qui corporum certaminibus incorporeorum naturas exsuperant. Verum tempus est, ut eorum quæ diximus summa capita recenseamus, et opportuniora congruentioraque percurramus.

Accusatrix mea mens convicta est, nihil sani vitio vertere, sed frustra insurgere mihi, et quæ inculpata sunt accusandi studio et calumniose, quæque mihi permittuntur a natura, culpare. Defensione mea comprobavi, nullam aut injuriam aut contumeliam me dominæ famulum, imperatrici obsequens, instrumentum ei quæ suo me arbitrio utatur, inferre potuisse: sed ipsam potius sua socordia torpescentem, et imbecillitate mollescentem, malam evadere; et cum oportuisset integere, hanc etiam pœnas exigere. O calamitosum et miserum me! Quis parcet, quis miserebitur, cum etiam cognata mens et mecum conjugata non miseretur, neque meis afflictationibus referta satietur? sed præter ea quæ nunc patior, et in posterum patiar ejus opera, insuper aliud recentius excogitat, inquisitiones, lites et contentiones; tribunalia, diros tortores, quasi non ea quæ miserum patior ipsa peccante sufficiant. Dei æqualitatem fastuosa concupivit, et statim ego mortalitate sum interceptum, et ad pulverem matrem reversurum: ne quæ mediæ interveniunt calamitates et obscenitates memorem, nuditatem, ficulnea velamenta, et coriacea indumenta, aculeatarum spinarum et tribulorum acies. Invidia rursus conflagravit, et mihi tabe liquefactus vultus concidit: ubi vero

Digitized by Google

fratrem exosa fratrem est ausa trucidare, ego statim tremulum et queribundum ac imposito signo notatum et convictum vagabar. Impegit mens in legislationem, vel prophetiam, vel sacerdotii dignitatem, et mihi maledicentiæ supplicia firmiter inhibentur, ac statim leprosum efficior. Ipsa angelo fausta nuntianti diffidit, et mea lingua silentio compeditur; hæc astu feminæ malæ decepta est, et ego excæcor, et in pistrinum detrudor. In pauca multa contraham : aut sum cum mente colligatum humili ac illiberali, et nocte dieque sustineo continuos labores, ad quotidianum cibum eumque parcum et tenuem, ad lænam, vel substrictam quamdam et brevem tunicam, vel tegendis humeris penulam comparandam : aut cum vitam voluptuosam amplexante, et multo deterioribus malis affligor, dum singulis horis inexplebiliter in ventrem infercior, et immodicis cibis, potibus, rebus venereis distendor et rumpor ; hinceque quot morborum agminibus obluctor ! Aut enim ad lectum decumbens, aut ut attonita quædam ruina languesco, aut febre colliquesco, aut articularibus morbis pedum et manuum torqueor : tum et carnificibus medicis mercenariis curandum medicamentis et laniandum, nonnunquam etiam tortoribus inhumanis dæmonibus, exponor. Mecum hanc vitiorum tragœdiam agat ille vocalissimus Apostolus, quæ, mente omnes habenas et frena laxante, in me peccando conferunt scortatores immanes, et quotquot contra naturales usus accenduntur, ut me ignominia notent insolenti : quoque modo pessime corrumpendi, me templum Dei corrumpunt, meaque membra quæ sunt Christi membra, scortorum membra faciunt. Cæterum non his mens nullorum non malorum memor contenta est, sed vos supplex rogat et obtestatur, ut sibi licentiam detis utendi me suo arbitrio, torquendi, fame necandi, in exitium Satanæ tradendi. Nescit enim sapiens, se plane desipientem in ea incidere quæ sunt in proverbio : Capram ferre non possum, mihi bovem imponite. Nam si quæ in nobis ex inordinata materia ægritudines adnascuntur, eas ut decet philosophum non fert, indignatur, et gravia se pati censet, quid non esset passa, si mecum ira divina calamitates illatas accepisset, in fastu inflata superbit. Verum hæc ex vestro dependent arbitrio, et quidquid visum vobis fuerit, in eo tanquam in divina sententia, tum quæ facienda, tum quæ non facienda sint definiente, nos quoque acquiescemus.

JUDICUM SENTENTIA.

Vestras utriusque vicissim cum orationes audiverimus, tuam, mens rationis particeps, quod tibi subditum est, ut intemperatum et inobediens accusantis : tuam rursus, pars animi ratione carens, defendentis te nihil delinquere ut animus intelligens temere calumniatur : nobis autem de utriusque orationibus arbitria facienda sunt, et controversiæ sedandæ, ne frustra nostram et contemplandi studio debitam vitam interruperimus, hic sedentes, jam dicimus quæ ex longis experimentis et a divinis Scripturis accurate didicimus. Hanc itaque sententiam ferimus : Si carnis sensum, o mens, accusas, ut rebus honestis ac virtuti consentaneis adversarium, et tibi obediendi impotem, imprudens in Manichæorum opinionem delaberis ; existimarunt enim exsecrandi illi, intelligentem animum opificium esse boni, rationis expertem, mali : et idcirco neque virtutem capessere, aut grata et opificio bono convenientia sentire posse. Sin ipsa hoc non ais, sed effrenem et obsequentem ejus intemperantiam accusas, ut ne teipsam quasi non insipienter modereris, sed divino tibi munere concessum administrum perpetuo criminareris, culpas quod merito culpandum non est. An non imperator doctor, magister cujuscunque is fuerit, ipsi rationem reddunt, et pœnas luunt eorum quæ, qui ab ipsis ducuntur, magistrorum incuria atque negligentia peccant ? Id ne sapientes quidem exteros latuit : siquidem philosophorum apud illos quidam, adolescentem conspicatus lascivientem et flagitiosum, nullum in eum maledictum contulit, sed pædagogum percussit, inquiens : Quid enim talia doces ? Sin autem dicas, magnum illum Paulum, in Epistola quam ad Romanos scripsit, carnem accusare, audi quid velit, et ad quid hæc Apostolus loquatur. Nam ante Domini adventum et mors terribilis erat, terribilis, et mortis imperium habens : propterea et apud Isaiam aiebant : « Edamus et bibamus, cras enim moriemur [3]. »

[3] Isa. xxii, 13.

Digitized by Google

VITA SANCTI PETRI

ANACHORETÆ IN MONTE ATHO

AUCTORE GREGORIO THESSALONICENSI.

cum

C. JANNINGI COMMENTARIUS PRÆVIUS.

(*Acta SS. Bolland.* Junii, t. II, die 12.)

§ 1. *Cultus sacer. Palæstra. Mons Athos. Tempus in eo actum. Iter Romanum.*

1. Egimus hoc ipso die 12 de sancto Onuphrio, qui in quadam solitudine Ægypti vitam solus et ignotus omnibus diutissime protraxit, paulo ante mortem a non nemine divinitus inventus, et post mortem sepultus, cum inventori suo seriem rerum a se gestarum antea retulisset. Typicum Sancti Sabæ, Venetiis anno 1602 impressum, Onuphrio conjungit eodem die (crediderim ob similitudinem anachoreseos) Petrum, a monte Atho, quem longissimo incoluit tempore, Athonitam appellatum : conjungit autem utrumque his verbis : Εἰς τὰς ιβ' τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Ἀθωνίτου. *Die* 12 *Junii, sancti Patris nostri Onuphrii, et sancti Patris nostri Petri Athonitæ.* Consentit Horologium Græcum, quod eadem totidem verbis refert; et Molanus, unicus quod sciam apud Latinos martyrologus, qui ejus mentionem facit. Cum autem hic eadem omnino Latine proferat, quæ Menæa et Horologium Græce, ex alterutro illorum sua transtulerit. Martyrologium quoque Moscorum Onuphrii simul et Petri meminit, eodemque die et in una tabella utrumque proponit, figuratum eodem prorsus modo, id est erecte stantes, capillis non admodum promissis, barba ampla per pectus defluente crurum tenus, circum verenda frondibus cinctos, cæterum nudos : uti videre est in Kalendario Moscorum, ante tomum primum Maii. Adde, templo a fidelibus structo honoratum, annuo festo ac populi concursu celebratum, nec non miraculis in vita atque post mortem clarum fuisse Petrum, uti constat ex Vita num. 49.

2. Hisce permoti, proponimus et nos hoc ipso die Petrum, et quidem Onuphrio (quamvis illo multo junior esse debeat) proxime conjunctum : quia dum nihil certi de tempore quo vixerit, nobis constat : cui potius eum conjungamus, quam cui instituto vitæ perquam similis, ac propterea abs ritualibus libris conjunctus etiam, ut vidimus, fuit? Ex hac tamen similitudine vitæ et conjunctione Actorum nemini suspicio debet oriri, quasi par etiam fides utriusque Actis adhibenda sit. Nam argumenta cur A minus omni ex parte nobis probari Acta Onuphrii diximus, pleraque hic non obtinent. Notus est enim auctor Vitæ Petri, vir eruditus atque archiepiscopus, qui et aliam olim scriptam Vitam testatur se vidisse et habuisse : notus locus anachoreseos, mons Athos, nihil in Vita audacius aut insolentius dictum scriptumve : nihil insolitum aut inauditum : nihil ex variis consarcinatum : nihil alteri contrarium, nisi forte in numero per errorem tale quid reperiatur. Convenit quidem Vita hæc cum Vita sancti Onuphrii, de quo modo, et sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, de qua 11 Aprilis egimus ; quod omnes nitantur unius duntaxat hominis auctoritate ac relatione. Sed Onuphriana aliis duabus fide multum cedit ; quod certiores circumstantias, certioresque auctores hæ habeant quam illa: Quod Maria et Petrus bis inventi fuerint diversis temporibus, semel vivi, iterum mortui, et Petrus quidem jam mortuus a testibus quatuor; non item Onuphrius. Quod illorum reliquiæ legantur antiquitus translatæ, ac certis locis honorifice reconditæ fuisse : quod de Onuphrianis minus constat

3. Celeberrimus et olim fuit et nunc est mons Athos, palæstra viri sancti, in finibus Macedoniæ situs, ubi inter sinum Strymonicum ad aquilonem, et Singiticum ad meridiem, « non promontorio, ut alii, verum totus exstat, totoque longe dorso procedit in pelagus, » ut Mela loquitur, paucorum stadiorum isthmo continenti junctus; quo etiam a Xerxe, bellum Græcis inferente, olim perfosso; *velificatus Athos*, uti canit Juvenalis, et mons ex peninsula, insula tantisper factus fuit. Describitur idem Athos in Menæis die 5 Julii, ubi de sancto Athanasio, Ὄρος ὑψηλόν τε καὶ ἐπίμηκες, ἀπὸ πολὺ τῆς θαλάσσης διῆκον, ὡς αὐχήν τις ὑπόστενος. *Mons altus et prægrandis, longo spatio in mare exporrectus, veluti angustum collum*, qua parte scilicet continenti committitur.

4. De eodem monte religiosisque ejus incolis multa laudabiliter memorat sub initium sæculi XIII Innocentius III papa, scribens ad Sancti Athanasii (cujus nominis præcipuum illic monasterium est) cæterosque abbates et monachos Montis sancti sive Athi, eosque sub beati Petri et sua protectione

Digitized by Google

susciplens ac privilegia confirmans. Sic enim ait epistola 168 libri XVI : « Relatione illustrium et magnorum virorum nostro est apostolatui declaratum, quod ille qui est mons domus Domini, præparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, Sanctus videlicet sanctorum, qui Ecclesiæ fundamenta in sanctis montibus collocavit; montem vestrum, super mare situm, ad inhabitandum suis fidelibus prælegit, qui effectum sui nominis et numinis in se habens, licet aridus sit et asper, et fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fecundatus. Nam cum trecentis monasteriis et gloriosa religiosorum virorum multitudine, arctam et pauperem vitam ducentium, decoratur; tanta usque modo refloruit excellentia honestatis, tanta religionis eximiæ claritate refulsit, ut de ipso cum Jacob recte possit quis dicere admirando. Vere sanctus est iste locus, quia hic est domus Dei, et quædam quodammodo porta cœli; ubi multitudo cœlestis exercitus, tanquam castrorum acies ordinata et parata suscitare Leviathan, victoriose pugnat jugiter cum dracone, psallens Domino sapienter. Propter quod jam dudum fama vestri nominis, quæ fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum, ipsos currere faciens a remotis; Ecclesiarum prælati et imperatores Constantinopolitani pluresque principes sæculares, per privilegia sua multa, olim tantæ libertatis præeminentia vos dotarunt, ut post Deum, cui volebant vos libere famulari, nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti. » Ita pontifex, alia deinde prosequens de violento prædone, qui monachorum quietem turbavit, expilavit ecclesias, quosdam crudeliter etiam interemit; nec non suscipiens tum monachos, tum montem ipsum sub sua et sancti Petri protectione.

5. Alia subinde montis facies exstitit secutis temporibus, monasteriorum præsertim numero, forte in schismatis pœnam, incredibiliter imminuto. Nam qui sæculo superiori montem perambulavit, accurate lustrans omnia pluribusque describens Petrus Bellonius, ait libro suo I, cap. 10, trium dierum itinere in longitudinem, dimidii vero in latitudinem patere : a solis Calogeris (sunt ii monachi cœlibes apud Græcos) inhabitari : viginti tria vel quatuor non amplius monasteria, variis locis sita, numerari. Monasteria ipsa habere in adjunctis sibi templis sacras reliquias, ad easque frequentem fieri concursum. Templa quoque ipsa egregie ornata et exstructa esse, atque inibi Calogeros singulis diebus liturgias canere, omnia Græco sermone proferentes. Sed de Calogeris, qui illic ad sex millia dicuntur degere, uti et de aliis huc pertinentibus videsis Bellonium ipsum, et quæ Joannes Langus ad lib. XI Nicephori, cap. 38, sic notat : « Hodie in Atho monte 22 insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi nomine Turcarum tyranno quotannis ex vinetis et olivetis suis pendunt VI millia obolorum Turcicorum. Mons is a Christianis Ἅγιον ὄρος, hoc est Mons sanctus dicitur, a Rutenis Suvata [Sviata] hora. »

6. Prædictum nomen Ἅγιον ὄρος ab illo virorum religiosorum cœtu et sanctis exercitationibus adhæsisse Atho putat Bellonius; cum potius sanctitati Petri ascribendum, ab ipsaque Deipara ei inditum sit, uti num. 11 in Vita legitur. Quando autem sic cœperit appellari tum constare poterit, quando de tempore, quo conversus est Petrus, constabit. Floruit in eo monte, præter Petrum nostrum, notus nobis sanctimonia vitæ Athanasius quidam, patria Trapezuntius, Constantinopoli litteris probe eruditus, montis Cyminæ in Asia primum, deinde Athi in Macedonia sacer ascetes : qui in hujus interiora ex divina revelatione tandem secessit, « ibidemque, rogatus a Nicephoro Phoca, militiæ pariter ac domi in palatio imperatoris claro, ipsique sancto jam ante familiariter noto et amicitiæ vinculo conjuncto, Dei Matri magnificum sane templum condidit, cellasque plurimas et maximas ad usum ac habitationem fratrum a fundamentis excitavit, et lauram denique multorum capacem molitus, migravit ad Dominum, » uti Menæa loquuntur ad diem 5 Julii.

7. Conficies porro ex ætate Nicephori prædicti, anno 963 imperium suum orsi, Athanasium istum sub annum 950 floruisse in monte Atho; atque adeo jam antea ibidem alios vitam duxisse solitariam, cum et ipse legatur in Menæis loco citato, seniori Anachoretæ illic se discipulum tradidisse. Potest tamen ab Athanasii temporibus celebrior factus et magis frequentatus fuisse mons iste, tum propter sanctitatem ipsius Athanasii, tum propter auctoritatem Nicephori, viri opulenti, deinde imperatoris, tum etiam propter monasterium et lauram utriusque ope constructam. Quam lauram si dixero etiamnum exstare, eamdemque esse quam Bellonius describit, lib. I, cap. 37, fortassis erit, qui consideratis Bellonii verbis mihi assentiatur. « Monasterium, inquit ille, Agia Laura nuncupatum, inter reliqua totius montis monasteria facile principatum obtinet, atque ad radices celsissimi jugi (quod verus mons Athos est) situm est, qua parte Lemnon spectat. » Gerit enim monasterium hoc, solum inter omnia a Bellonio enumerata, nomen Laura : cui additum deinde potest fuisse Ἁγία seu *sancta*, vel a fundatoris Athanasii sanctitate, vel a sanctitate ipsius monasterii, quod et situ particulari venerabilius est aliis, et cui alia forte omnia originem suam atque adeo etiam venerationem debeant. Est præterea monasterium hoc, uti illud Athanasianum, in montis parte interiori et magis alta quam reliqua, fere in littoribus sitæ aut parum inde remota, uti testatur Bellonius.

8. Sed redeamus ad Petrum, qui omnino prior Athanasio Athum incoluisse debet. Quo enim pacto per annos fere quinquaginta, quos illic exegisse dicitur, latere omnium omnino oculos potuisset, si

Digitized by Google

tam frequens habitatoribus tunc fuisset mons, quam esse post Athanasium cœpit? Quid etiam sibi vult, quod primus athleta illic degerit Petrus, uti Prologus; et quod Deipara locum illum Petro constituerit, ut sibi electum pro instituto monastico, uti Vita ipsa num. 11 narrat? Sane isthæc aperte docent, priorem Athanasio Athum incoluisse Petrum: atque utinam tempus quoque intermedium docerent! Sed illud hinc sperandum non est, nullum indicium præbentibus Actis, unde in notitiam sæculi, quo floruit Petrus, veniri possit. Imo nec sciri satis certo, quandiu in Atho vixerit, ex Actis potest, aliter atque aliter subinde loquentibus. Nam num. 5 assignant anachoresi ejus in monte annos amplius quinquaginta, qui num. 42 extenduntur ad annos 53: at num. 36, annis 46 duntaxat in eremo transactis, dicitur inventus fuisse a venatore, vivus; et anno post uno, mortuus, sic ut 47 illic tantum expleverit. Verum cum duo priores numeri non male inter se concordent, cedere illis posteriorem unicum par est, dicique debebit, aut errorem in numerum irrepsisse, aut longius quam anni spatium (quod tamen Acta negant) inter abitum venatoris e monte ac reditum effluxisse. Posset fortassis etiam sustineri, quod Sanctus annos 47 determinate vixerit in monte: sex vero, qui superadduntur, intelligendos esse, ex mente primi Vitæ scriptoris, de annis illis qui ab initio conversionis in itu, mora redituque Romano, usque ad initium habitationis montanæ, effluxerint; sic ut totum melioris vitæ spatium anni 53 numerandi sint.

9. Nihilo certiora nobis de Petri loco natali tradunt Acta, quam de sæculo quo vixerit. Num. 6 legitur excitatum in patria ejus bellum fuisse contra Arabes; quod indicio quidem esse possit, in illorum confiniis natum alicubi fuisse Petrum; sed quibus? Occidentalibusne an septentrionalibus, an aliis? Est Arabiæ contermina Palæstina: parte sui eamdem attingit Syria: Arabum incursiones subinde et Asia minor sensit. Suspicemur igitur ex aliqua istarum regionum, ac præcipue ex alterutra duarum primarum, oriundum fuisse Petrum, donec aliunde clarior fortasse lux affulgeat aliquando. Excitato (ut diximus) bello, in campum cum aliis processit Petrus, captusque in Arabiam abducitur, et carceri mancipatur. Inde vero divinitus ereptus, Romam iter instituit; eamque ingressus, a pontifice monasticum induitur habitum et docetur institutum. Utinam hic auctor pontificis nomen expressisset! Certiora inde temporis indicia nacti fuissemus, ac certius distinxissemus, Romamne novam, an veterem profectus fuerit Petrus. Quamvis sine illo indicio ausim asserere, Romam hic intelligendam esse veterem, idque ex ipso navigationis cursu ostendo.

10. Nam ubi Roma discessum meditatur, inquisiturus locum, proposito sibi instituto opportunum; « Incidit in nautas, jam paratos discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Creta in Asiam vela facturos, » uti narratur num. 10. Ut commode isthæc verba intelligantur, separandus hic est portus ab urbe, ac spatium inter utrumque aliquod interjectum concipi debet: quod Romæ novæ seu Constantinopoli, ubi portus pars urbis est, convenire non potest; potest autem Romæ veteri, cujus portus duodecim fere mille passus ab urbe semotus est, sive per illum Ostia Tiberina, sive Portus Augusti, etiam Romanus appellatus, intelligatur. Rursum; hinc solventibus in Asiam, iter per Cretam institui recta potest; non item solventibus Constantinopoli, ab Asia solo Bosporo Thracico dirempta. Denique num. 15, cum navis cursum relicta Creta prosequeretur, atque ex improviso immobilis consisteret, jubetur sinistrorsum flecti versus Athum montem. Est autem Athus Roma in Asiam navigantibus a parte sinistra, cum eodem navigantibus Constantinopoli necessario relinquatur a dextra.

§ II. *Vitæ auctor, inventor, nova versio nostra.*

11. Ex eo quod Romam veterem profectus sit Petrus, uti vidimus, ibique habitum acceperit monasticum, omni schismatis suspicione, quam aliquis objicere posset, eximitur; tametsi schismaticus atque hæreticus fuerit is, qui Vitam quam edimus sua paraphrasi ornavit. Est autem is Gregorius Palamas, archiepiscopus Thessalonicensis, scriptione sua, quam contra Beccum patriarcham CP. Spiritum sanctum a Patre atque Filio simul procedere, cum Latinis fortiter tuentem, publicavit, sæculo XIV famosus; nec non famosior illa, qua confutatus ipse postea fuit a cardinali Bessarione, Becci atque catholicæ doctrinæ de Spiritus sancti processione egregio defensore. Incoluisse autem et ipse Palamas videtur montem Athum, priusquam archiepiscopus crearetur; ibique Vitam hanc scripsisse, et pro concione ad monachos ibidem habitantes dixisse. Colligitur id ex Prologo, ubi Athum, huncce montem, et Petrum, nostratem atque indigenam appellat, qui hic terrarum, nempe in monte hoc Atho, habitavit atque ibidem primum tropæum de victo dæmone erexit. Ut vero magis eximatur suspicione schismatis Petrus, notandum est, ipsum Roma profectum, in Creta miracula operatum esse, nec cum ullo exinde, præter vectores, collocutum fuisse usque ad penultimum vitæ suæ annum; adeoque cum nemine egisse, qui eum ad schisma pertrahere potuerit. Ut nihil dicam, quod incolæ ejusdem montis monachi, uniti fuerint adhuc Romanæ Ecclesiæ sæculo XIII; quando humiliter supplicarunt Innocentio III papæ ut libertates sibi suas confirmaret, seque sub beati Petri ac sua ipsius papæ protectione suscipere dignaretur: uti et factum est per rescriptum ejusdem pontificis, Epistolarum ejus libro XVI, epist. 168 insertum. Quod si deinde schismatici facti sunt monachi illi, uti fuit ipse Palamas, quid id faciat, ut etiam schismaticus judicetur fuisse Petrus, tanto prius mortuus, cum nihil omnino quod schisma sapiat

Digitized by Google

in hujusce Vita reperiatur? imo cum reperiantur A etiam quæ schismati plane adversentur, uti sunt, iter Romanum, reverentia erga pontificem summum atque universalem, habitus monasticus ab eo susceptus, miracula patrata. Ut non dicam, quod non primus auctor vitæ sit Palamas; sed pridem a Catholico (ut persuadere Acta possint) paucis scriptæ, ornator atque amplificator tantum, uti colligitur ex num. 4.

12. Ipsa Vita, quæ Græce exstabat in bibliotheca Emin. Card. Mazarini, pridem Latine submissa fuit decessoribus nostris a P. Francisco Combefisio, libris editis notissimo. Eamdem deinde Græce poscentibus nobis benigne subministravit Combefisii successor, P. Jacobus Quetif: ex qua novam versionem ipsi concinnavimus, eamdem cum textu Græco mox edituri, posteaquam titulum Vitæ, et epistolam Combefisii, anno 1655 die 10 Julii Parisiis datam ad PP. Bollandum atque Henschenium proposuerimus. Titulus Vitæ præfixus hic est: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, λόγος εἰς τὸν θαυμαστὸν καὶ ἰσάγγελον βίον τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῷ Ἄθῳ ἀσκήσαντος· *Sancti Patris nostri Gregorii, archiepiscopi Thessalonicensis, Oratio in admirabilem et angelicæ parem vitam sancti ac divini Patris nostri Petri, qui in sancto monte Atho anachoretam egit.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΙΣΑΓΓΕΛΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΕΤΡΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΤΩ ΑΓΙΩ ΟΡΕΙ ΤΩ ΑΘΩ ΑΣΚΗΣΑΝΤΟΣ.

S. P. N. GREGORII

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

ORATIO IN ADMIRABILEM ET ANGELICÆ PAREM VITAM SANCTI AC DIVINI PATRIS NOSTRI

PETRI

QUI IN SANCTO MONTE ATHO ANACHORETAM EGIT.

(Interprete Conrado Janningo.

PROLOGUS.

1. Haud equidem, ut mea fert sententia, par est, A illos qui alibi terrarum quidpiam memoria dignum gessere, a nobis magnifice laudari, cum eorum audimus scripta, accurate, pariter ac eleganter edita, summumque animæ ad amplexandam virtutem ingerentia ardorem; illud vero, quod domi nostræ habemus, omnis honestatis exemplar, vitam videlicet Petri, rerum gestarum laude nulli antiquorum, omnibus retro sæculis virtutum fama celebrium cedentis, negligenter curari. Nostis omnes, quem velim; nisi cuipiam fortassis ignotus sit hicce clarissimus Athos, et qui inde cognomen nactus est Petrus. Petrus, inquam, ille noster, indigena, primus athleta, qui hic terrarum degens, omnium

α'. Οὐ δίκαιόν ἐστιν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, τοὺς μὲν ἀλλαχοῦ γῆς ἀξιόν τι μνήμης εἰργασμένους, φιλοτίμως εὐφημεῖσθαι παρ' ἡμῶν, τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἀκροωμένων συγγραμμάτων πρὸ; ἀκρίβειαν ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξενηνεγμένων, καὶ μεγίστην ἐμποιούντων τῇ ψυχῇ παράκλησιν πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν· ὃ δὲ οἴκοθεν ἔχομεν παράδειγμα παντὸς καλοῦ, τὸν Πέτρου δηλονότι βίον, περὶ τοῦτον ἀμελῶς πως ἔχειν, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀποδέοντα σχεδὸν τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' ἀρετῇ περιβεβοημένων. Ἴστε πάντες ὃν λέγω, εἰ μὴ τὸν περιώνυμον τοῦτον Ἄθω τις ἀγνοεῖ, καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ Πέτρον, τὸν ἠμεδαπὸν καὶ αὐτόχθονα καὶ πρωταγωνιστὴν, τὸν ἐνταῦθα γῆς, τὸν πάσης γῆς ἀντίπαλον

Digitized by Google

καταπαλαίσαντα, καὶ τρόπαιον ἐνταῦθοῖ πρῶτον τῆς ἐκείνου καθ' ἡμῶν στήσαντα μανίας, καὶ τὸν τοῦ καλοῦ σπόρον εἰς καιρὸν ἄρα καταβαλόμενον, ἐπεὶ καὶ ἀνεφύη καὶ τέθραπται καὶ εὐφόρησεν, ὡς νῦν ἐκ τῶν ὁρωμένων ἔξεστι παντὶ συνορᾷν.

A terrarum adversarium profligavit, ejusque furore quo in nos bacchabatur frenato, primum ibidem de illo tropæum erexit, ac virtutum semina tempore opportuno terræ mandavit : quandoquidem et enata sint, et adoleverint, et uberes protulerint fructus ; uti nunc cuivis ex iis quæ oculis usurpat, manifestum est.

β'. Ὡς μὲν οὖν τὸν τηλικοῦτον ἀρχηγὸν καὶ ἡμῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα ὁδηγὸν, τῆς ἐκ τῶν ἐπαίνων γιγνομένης ἀμοιβῆς δίκαιόν ἐστιν εἴπερ τινὰ τυγχάνειν, πάντες ἂν συμφαίεν· ἐμοὶ δὲ πάντα τε ἐξειπεῖν τὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τούτων ἀποδοῦναι ᾗ ἐγγὺς τῶν πάντ' ἀδυνάτων. Ἀγὼν γὰρ ὡς ἔοικεν ἐκείνῳ γέγονε, προεισενεγκεῖν ταῖς πρὸς Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἐπαγγελμέναις ἀμοιβαῖς, οἷόν τινα βίου σύμμετρον ὑπερβολὴν, B χρείττω δηλαδὴ καὶ λόγου καὶ ἀκροάσεως. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτ' ἀποστατέον εἶναί μοι δοκεῖ, σιωπὴν ἐπὶ πάντων ἠσκηκότι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν τῆς γῆς τε καὶ θαλάττης ἐν οἷς τελεῖν τε καὶ βαδίζειν ἔχομεν ἀφιστάμεθα μερῶν, ὅτι μὴ πλώϊμος ἢ πορεύσιμος ἐξωτέρω διὰ πάντων ἐστὶν· οὐδὲ τοῖς περὶ αὐτῶν ἱστορηκόσιν, ὅτι μὴ πάντα δι' ἀκριβείας εἶχον ἐξειπεῖν, ἅπαντα παρεῖται· διεξηγητέον δὲ κἀκείνοις ἔδοξεν εἰκότως, ὅσα τε τούτων καὶ ἐφ' ὅσον ἦν.

2. Quamobrem consenserint, puto, omnes et æquum judicarint, ut tantus vir, qui nos ad tam sublimia ducit, præmium quod ex laudatione promanat, si quis alius, consequatur. Ego vero ut cuncta quæ ipsum commendant, prosequar, eaque prout merentur singula proferam, fieri vix aut ne vix quidem poterit (nam contentio ejus illuc, uti par est, omnis tendebat, ut antequam promissum justis a Deo præmium consequeretur, quamdam veluti convenientem vitæ præstantiam, illamque majorem, quam ut quis eloqui verbis aut percipere auditu possit, eo conferret) ; non continuo tamen laudatione mihi abstinendum puto, aut omnia silentio involvenda. Etenim neque ea terrarum marisque spatia, in quibus incedimus ac navigamus, non adeunda putamus, propterea quod terra non ubique permeabilis, mare non ubique navigabile sit : neque ii, qui talia describere instituerunt, propterea quod non omnia accuratissime valeant edisserere, omnia prætermittunt ; sed operæ pretium ducunt enarrare, quantum per vires et ingenium licuerit.

γ'. Τὸν ἴσον τοίνυν τρόπον κἀμοὶ νῦν ἐγχειρητέον. ἀλλ' οὐ παροπτέον, ὅτι τὰ τῆς ὑποθέσεως ἀνυπέρβλητα τῷ λόγῳ· καὶ οὐχ ὅπως ἔμοιγε, προσέτι δὲ καὶ πᾶσιν ὅσοις λόγου μέτεστιν· οὕτω γὰρ ἐκ πάντων γένοιτ' ἂν ἴσως ἔρανος, προσήκων τῷ τῆς ὑποθέσεως μεγέθει. Καὶ τοῦθ' οὕτως ἔχον, ὅσοι τοῦ καταλόγου τῶν ἑλλογίμων ἐπὶ νοῦν βαλλόμενοι, συγγνώμην νεμοῦνται εὐχερῶς ἐμοί· δεήσονται γὰρ δήπου ταύτης καὶ αὐτοὶ, κοινοῦ τοῦ χρέους ὄντος, καὶ κοινῇ καθ' ἕνα πάντων ἀπολειπομένων. Ἐγὼ δ', ὦ θέατρον ἱερὸν, καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν, καὶ τὴν ἐξ ὑμῶν δι' εὐχῶν τεθάρρηκα βοήθειαν. Εἰ γὰρ καὶ δυσχερὴς ὁ προκείμενος ἀγὼν, ἀλλὰ ταῖς ὑμῶν ἐπικλήσεσιν ἴλεως ἡμῖν ἄνωθεν ἀρτίως ἐποπτεύσας, ὁ καὶ τῷ προκειμένῳ πρὸς τὸν ὑπερφυᾶ βίον συναράμενος Θεὸς, πᾶν σκῶλον ἐκποδὼν καταστῆσαι, καὶ συνδιαθέντα λόγῳ πόρον ἐν ἀπόροις διδοὺς.

3. Pari modo hocce mihi nunc aggrediendum est opus ; non autem omnino negligendum, propterea quod argumenti excellentia, non modo a me, verum etiam a disertissimo quovis, explicari oratione non possit : ita enim fortassis fiet, ut ex omnibus collectio conficiatur, argumenti conveniens magnitudini. His itaque sic se habentibus, quotquot seriem præclare gestorum ejus in animum revocaverint, facile veniam dabunt tenuitati nostræ, qua utique et ipsi indigerent ; cum hoc commune sit debitum, et communiter ad unum omnes hic deficiamus. Ego vero, o sacri auditores, rem aggredior, tum cujusvis alterius, tum vestra ope ac orationibus fretus. Si enim periculosæ me commit o palæstræ, vestris supplicationibus motus, jam nobis e cœlo propitius respiciens Deus, qui et virum quo de agemus ad tam sublimem vitæ sanctitatem perduxit, omne impedimentum procul amovebit, atque orationi nostræ viam per invia pandet.

CAPUT

Petri patria, militia, captivitas, votum, liberatio.

μζ'. Τῇ γὰρ πηγῇ παρῴκει κώμη, Φωτόκωμις ταύτῃ τὸ ἐπώνυμον· πλησίον τοίνυν παρ' αὐτῇ ἐκ παλαιοῦ στοά τις ἦν ἀνῳκοδομημένη. Ταύτῃ σύστημα δαιμονίων παμπληθὲς ἐπεχωρίαζε· ταῦτα τῆς τοῦ Πέτρου παρουσίας ᾐσθημένα, μένειν ἐπὶ χώραν οὐκ ἐδύναντο· πῶς γὰρ ἂν, σκότος ἀτεχνῶς ὄντα, τὸ φωτὸς τοῦ ἀνωτάτω μέτοχον καὶ τὴς ἐκεῖθεν χάριτος δοχεῖον, ἔσχεν ὑπομεῖναι παρόν; Ὥσπερ γὰρ τὸ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως εὐμοιρηκὸς τῷ ἐνυποστάτῳ Λόγῳ προσκυνητὸν ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τῇ τριημέρῳ διαζεύξει τῆς ψυχῆς, ἧκιστα διέστη τῆς θεότητος· οὕτω κἀπὶ τῶν ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ ζῆν τετευχότων, εἶτα τεθνηκότων, τὸ ἐνῳκισμένον ἐκεῖνο θεῖον Πνεῦμα, τῶν νεκρῶν σωμάτων οὐκ ἀφίπταται. Τοῦτ' ἄρα κἀκεῖ τηνικαῦτα διὰ τῆς ἐπιδημίας ἀντιπνεῦσαν, τὰς τῶν ἀντικειμένων πνευμάτων ἐξωθοῦν διαταράττει φάλαγγας, αἳ δὴ πανδημεὶ τῷ Φωτοκώμει εἰσεκώμασαν, καὶ πάντας ἐκβακχεύσασαι, συγκινοῦσαι ἦεσαν· μηδὲν πάντως ἐκ τούτου κερδάναι δυνηθεῖσαι πλέων ἢ τὸ φανερὸν τὴν σφετέραν ἐκ τῆς ἥττης καταστῆσαι φυγήν.

48. Nam turba illa hominum furore percitorum, illico sanæ menti modestiæque restituta, prius etiam quam ad suspensum, quod diximus, beati Petris linteum contingerent, inconditos antea cla-

μη'. Ὁ γὰρ μεμηνὼς ἐκεῖνος τῶν ἀνθρώπων δῆμος, φθάνει μεταβεβληκὼς ἐπὶ τὸ σῶφρόν τε καὶ εὔσχημον (καὶ πρὶν ἢ φθάσαι προσεγγίσαι τῇ ἀπηωρημένῃ τοῦ Πατρὸς σορῷ) καὶ δὴ τὰς ἀπρεπεῖς

Digitized by Google

φωνὰς παραυτίκα μετεποίησαν εἰς εὐπρεπεῖς ᾠδάς. Οὕτω δὲ ῥᾳδίως ἀπηλλαγμένοι τῆς μανίας ἀβίωτον ᾤοντο τὸν βίον, εἰ συμβαίη τοῦ κοινοῦ τούτοις σωτῆρος ἀποσχέσθαι· περὶ σφίσιν αὐτοῖς εἰκότως δεδιότες, μήποτε καὶ σχετλιώτερόν τι τῶν προτέρων ὑποσταῖεν, τὸ ἀλεξίκακον ἐκεῖνο σῶμα παρακατέχοντες· βίᾳ μὲν οὖν, πείσαντες δ' ὅμως τοὺς διακομιστὰς ἐκείνους μοναχοὺς, τοῖς μὲν χρήματα ἐπέδωκαν, αὐτοὶ δὲ τὸ θεῖον ἐκεῖνο σκῆνος ἀνελόμενοι, ψαλμοῖς τε καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς πομπῇ τε δημοσίᾳ καὶ ἄλλως φιλοτιμωτάτῃ χρώμενοι, προέπεμπόν τε καὶ ἀνετίθεντο τῇ κώμῃ, μᾶλλον δὲ αὐτῷ ταύτην ἀνετίθουν.

μθ'. Ἀλλὰ γὰρ τίς ἐνταῦθα λόγος, τῶν ἐπιβατηρίων θαυμάτων τὴν πληθὺν ἀπαριθμήσαιτ' ἄν; ὁ μὲν γὰρ ὀξύτερον λιγγὸς ἔβλεπε, πρότερον τῆς ὄψεως πονηρῶς ἔχων· ὁ δὲ τὰ ὦτα ψόφων εἶχεν ἀντιληπτικὰ, χθὲς καὶ πρὸ ταύτης ἐκκεκωφημένος· γλῶτταν ἕτερος εὔλαλον ἐκίνει, τῶν ἰχθύων σχεδὸν ἀφωνότερος τυγχάνων πρώην· καὶ ἄλλος ἄλλου τοῦ πονήρως ἔχων τῶν μελῶν, παραχρῆμα πάντες ἀνερρώννυντο· ἔστι δ' ὧν τὸ σῶμα πᾶν, δεινῆς νόσου παρανάλωμα κινδυνεῦον ἔσεσθαι, πρὸς ὑγείαν ἐν ἀκαρεῖ μετεποιεῖτο. Καὶ πάντες ἔχαιρον, ἐκρότουν, ἐπαιάνιζον· καὶ τῶν οὐσιῶν δὲ συμφέροντες ἦσαν ἕκαστος οὐ μικρὰν ἀπόμοιραν, ἀφιέρωσάν τε μέρος αὐτῷ γῆς τὸ χαριέστατον, καὶ νεὼν νεουργήσαντες ἀγήγειραν περικαλλῆ καὶ πολυτιμήτοις ἀναθήμασι κεκοσμημένον. Ἐπέχει δὲ αὐτὸς οὐκ ἐκεῖνον ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τουτονὶ τὸν χῶρον μάλιστα, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις, ἐφ' ὧν ᾄδεταί τε καὶ θαυμάζεται, καὶ ταῖς ἐτησίοις τιμᾶται τελεταῖς· ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰπόντα, τοὺς ἀγαθοὺς τῶν τεθνηκότων ἐπὶ πάσης γῆς τεθάφθαι, τῷ διὰ πάσης τάς σφισιν ὑπηργμένας ἀριστείας ἀνακηρύττεσθαι.

ν'. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, μικροῦ δέω λέγειν ἅπασι, συντέθνηκε τὸ ἀριστεύειν· ὁ δ' ἡμῶν μέγας ἐν Πατράσιν οὑτοσὶ Πέτρος, καὶ μετὰ θάνατον ἀθάνατός ἐστι δι' αἰῶνος ἀριστεύς· καὶ ὃ πάντων ἐστὶ μέγιστον, ὡς οὐκ ἐνταυθοῖ μόνον τούτου μέγα κλέος ἐστίν· οὐ δ' ἐπὶ τῆς γῆς ἁπάσης ὅση τῷ νόμῳ τῆς χάριτος ἰθύνεται, καὶ τοῖς τῶν εὐαγγελικῶν λογίων εἴκει θεσμοῖς· ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰς ἐπ' αὐτοῦ περὶ Θεὸν δυνάμεις, αἷς καὶ αὐτὸς ἐνδιαιτᾷ νῦν. Ὃ γὰρ μόνης τῆς θείας ὃν τυγχάνει φύσεως, τὸ παντα χοῦ παρεῖναι, τοῦτ' ἐκεῖνος κατὰ τὴν ὑπὸ Θεοῦ δεδομένην αὐτῷ χάριν ἀπηνέγκατο, παρὼν μὲν τοῖς ἐπὶ γῆς, δι' εὐφήμου καὶ ἀνεπιλήστου μνήμης, ἐν δ' οὐρανῷ τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις ἐναρίθμιος διατελῶν, καὶ τὴν μετ' ἀγγέλων περὶ Θεὸν συνεξελίττων ἄληκτον χορείαν.

να'. Οὕτω ζῶν μὲν πάντα ἀπεκτήσατο, θανὼν δὲ πάντα ἐκληρώσατο· καὶ τὴν οἰκουμένην φυγὼν ἔτι περιὼν, τὸν οὐρανὸν ἀποβιοὺς ἀντέλαβε, μᾶλλον δὲ πρὸς τῇ γῇ κακεῖνον προσεκτήσατο· καὶ τὴν

A mores in cantica decora commutarunt. Atque hoc pacto sui compotes celeriter redditi, miseram porro se victuros vitam arbitrabantur, si contingeret, communem salutis suæ vindicem a se avelli : et sibi ipsis merito timentes, ne illo ablato, miserabilius aliquid prioribus miseriis ferendum foret ; averruncum illud malorum corpus sibi retinuerunt ; non tamen vi, sed inductis ad hoc, qui corpus attulerant, monachis ; quibus pecuniam insuper dantes, et sibi divinum illud corpus cum psalmis et canticis spiritualibus auferentes, nec non publica ac celeberrima pompa deducentes, in pagum suum transtulerunt, aut potius pagum eidem dicarunt.

B 49. Jam vero quænam oratio miraculorum ejus, quæ hic increbuerunt, multitudinem enumeret ? Qui enim prius affectos male oculos habuerat lynce acutius videbat : qui heri ac pridie surdus fuerat, quemlibet auribus sonum percipiebat ; alius olim magis fere mutus quam piscis, expedite movebat linguam ; alii aliorum membrorum capti usu, eumdem statim recipiebant corroborati. Erant, qui toto corpore ita affecti essent, ut gravi malo periclitarentur de vita ; sed momento temporis sanitati restituti sunt, gaudentibus omnibus, plaudentibusque et pæana canentibus. Insuper bonorum suorum partem non exiguam quisque conferebant, consecrabant ei partem agri sui charissimam, atque ædem pulchritudine eximiam construebant,
C eamque pretiosissimis donis adornabant. Obtinet autem vir sanctus non istam solum ædem, sed ipsam quam maxime regionem illam cum aliis non paucis, ubi laudibus effertur, miraculis inclarescit, atque annua colitur celebritate. Placet nimirum mihi qui ait, probos viros, cum mortui fuerint, ubique terrarum sepulcrum obtinere, quia ubique opera iis præclare gesta in ore omnium versantur.

50. Alii quidem, parum abest quin dicam omnes, cum morte cessant laudabiliter operari : hicce vero magnus Pater noster Petrus, etiam post mortem immortalis mirabilia patrat per sæcula : quodque omnium caput est, non hic modo ac toto terrarum
D orbe, qua gratiæ dirigitur legibus atque evangelicorum oraculorum obedit scitis, summa Petri elucet gloria ; sed ipsum quoque cœlum penetrans, angelicis Potestatibus, quibuscum nunc ipse versatur, in æstimatione est. Quod enim soli divinæ naturæ competit, ubique præsentem adesse, id Petrus per collatam sibi divinitus gratiam consequi meruit : utpote qui in terris cum hominibus versetur, per claram atque indelebilem memoriam sui ; et in cœlo sanctis qui a sæculo sunt annumeratus, cum angelis circum Dei thronum choreas sine intermissione ducit.

51. Ita ille, cum vivebat, omnia abdicavit ; cum mortuus fuit, omnia consecutus est ; cum vita supererat, mundum fugit ; cum illam morte clausit, cœlum recepit ; aut potius terræ cœlum adjunxit

Digitized by Google

sibi possidendum. In vita olim sua sensus latebat omnium; nunc vita functus, omnes omnium sensus delectat et juvat. Nam linguæ propemodum omnium cum admiratione de ipso loquuntur; similiter ad omnium ferme auditum laudes ejus perveniunt; proponitur ipse oculis spectaculum adorabile, et contrectatione sui perutile. Neque sensus tantummodo afficit, verum etiam animæ facultates ad virtutem recte componit; omnes vitæ suæ exemplis docens, ubi, et quo modo, et quantum facultatibus illis utendum sit. Atque ita omnimode omnibus bene faciens, factus est bonorum omnium communis apotheca, virtutis magister, expulsor vitiorum, bonorum omnis generis provisor, facilis in rebus angustis suppeditator; et verbo ut dicam, in necessitatibus cunctis adjutor paratissimus. Præcipue tamen erga quamlibet ratione præditam naturam conformiter Deo se gerebat, fugator dæmonum, benefactor hominum, contubernalis angelorum.

52. Ita ille quidem se ipsum nobis præbuit thesaurum magnum ac medicinam, omnis generis morbos egregie curantem. Præbuit item se omnibus, sancte vitam instituere volentibus philosophiæ Christianæ exemplar; nec non iis qui dicendi facultate excellunt, optimum argumentum, non minus aptum ad commendationem laudati, quam laudantis ipsius. Nostrum vero omnium nemo unus ipsum aut perfecte imitari, aut pro meritis laudare quiverit: quod si quis tamen facultate imitandi atque laudandi polleat, præclare profecto fecerit, glorificans per ipsum, quem recte sentientes credimus trinum in personis, unum in essentia Deum, qui mirabilis est in Sanctis suis, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A πάντων αἴσθησιν λαθὼν κατὰ τὸν βίον, νῦν ἐξ ἀνθρώπων γεγονὼς, πᾶσαν πάντων αἴσθησιν καὶ τέρπει καὶ ὀνίνησι. Κεῖται μὲν γὰρ ὀλίγου δεῖν, ἐπὶ τὰς ἁπάντων σὺν θαύματι γλώττας, φθάνει δὲ μικροῦ παραπλησίως, ἐπὶ τὰς ἁπάντων ἀκοάς, καὶ θέαμα πρόκειται προσκυνητὸν, καὶ δι' ἁφῆς λυσιτελέστατον· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεθαρμόζει δυνάμεις, τοῖς κατὰ τὸν οἰκεῖον βίον ὑποδείγμασι πάντας ἐκδιδάσκων, οὗ δεῖ ταύταις, καὶ ὅπως, καὶ ἐφ' ὅσον χρηστέον. Καὶ οὕτω παντοίως πάντας εὐποιῶν, καὶ κοινὸν προκείμενος ἀγαθῶν ἁπάντων πρυτανεῖον, ἀρετῆς ἡγεμὼν, φυγαδευτὴς κακίας, ἁπάντων παντοῖος προμηθεὺς, πορίστης ἐν ἀπορίαις εὐμήχανος, καὶ, συνελόντα φάναι, πρὸς πᾶν ὅτου τις ἂν δέοιτο B βοηθὸς ἑτοιμότατος, μᾶλλον δὲ πρὸς πᾶσαν λογικὴν φύσιν, ἁρμοζόντως ἑαυτὸν σὺν Θεῷ μεταποιῶν, καὶ διώκτης μὲν δαιμόνων, εὐεργέτης δὲ ἀνθρώπων, συμπολίτης δὲ ἀγγέλων ὤν.

νβ'. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ἑαυτὸν προβὰς ἡμῖν χρῆμά τε μέγα, καὶ φάρμακον πρὸς πᾶν εἶδος θεραπεία; διαρκὲς, ὑπόδειγμά τε φιλοσοφίας ἀληθοῦς, τοῖς κατ' ἀρετὴν βιοῦν προελομένοις, καὶ τοῖς περὶ λόγους μέγα δυναμένοις ὑπόθεσιν ἀρίστην, καὶ κοσμεῖν οὐδὲν ἧττον, ἢ κοσμεῖσθαι πεφυκυῖαν. Ἡμῶν δ' οὐδεὶς ἁπάντων, οὔτε μιμήσασθαι τοῦτον διὰ τέλους, οὔτε πρὸς ἀξίαν ἐπαινεῖσθαι δύναιτ' ἄν. Εἰ δ' ὅπως ἂν ἕκαστος ἔχοι δυνάμεως ζηλοίη τε καὶ εὐφημοίη, πρεπόντως ἂν δή που δρῴη· δοξάζων C διὰ τούτου τὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἕνα κατ' οὐσίαν, τοῖς εὐφρονοῦσι πιστεύομεν Θεὸν, ὅ; ἐστι θαυμαστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

GREGORII THESSALONICENSIS

ET

GREGORII SINAITÆ *

ASCETICA.

(Ex Φιλοκαλίᾳ τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν. Venetiis 1782. Cum post absolutam impressionem libri hujus exemplaria omnia in Orientem fuerint translata, nullum jam in partibus nostris reperire est. Exemplari usi sumus Athenis per virum de nobis benemerentissimum J. Sgouta transmisso. Interpretationem Latinam (quantus labor!) adornandam in se suscepit vir doctus J. Lecomte, Balneaci in diœcesi Aurelianensi parochus.)

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ὁ Θεσσαλονίκης, ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀνδρονίκου τοῦ δευτέρου τῶν Παλαιολόγων, περὶ τὸ χιλιοστὸν τριακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς σωτηρίας. Πάντα δὲ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ καταλιπὼν, καὶ ἀπὸ τῆς πατρίδος αὐτοῦ, τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ τὸν ἁγιώνυμον Ἄθω μεταναστεύσας, τὸν μοναστικὸν ὑπέρχεται βίον, ἐν ᾧ καὶ πόνοις ἀσκητικωτάτοις χρησάμενος, καὶ μόνος μόνῳ τῷ Θεῷ προσανέχων, δι' ἄκρας ἡσυχίας, θεοειδέστατον ἔσοπτρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐχρημάτισε, πράξεως καὶ θεωρίας, εἴπερ τις ἄλλος, εἰς τὸ ἀκρότατον ἀνελθών. Οὗ καὶ ταῖς θεοπτικαῖς ἐλλάμψεσι καταυγαζόμενος τὴν διάνοιαν, σοφώτατα καὶ θεολογικώτατα συγγράμματα, οἷόν τινα στήλην ὀρθοδοξίας τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καταλείπει. Τούτων δ' ἀποσπάσματα τυγχάνει καὶ τὰ τῇ παρούσῃ ἐμφερόμενα βίβλῳ, θησαυροὺς τῷ ὄντι θείας γνώσεως, καὶ πνευματικῆς σοφίας, καὶ τελειότητος τοῖς ἀναγινώσκουσι προμνηστεύοντα. Οὐ μόνον γὰρ τὰ παρὰ τῶν παλαιοτέρων ἁγίων εἰρημένα ὁ θεοπτικὸς ἐκεῖνος καὶ οὐράνιος συνελέξατο νοῦς, ἀλλ' ὅσα καὶ παρ' ἑαυτοῦ διὰ μακρᾶς πείρας καὶ μακαρίου πάθους ὑπερφυῶς διεγνώσθη προσθεὶς, καλλιστεῖον ἀντικρυς τῶν νηπτικῶν αὐτὰ ἀπειργάσατο, ὡς μηδένα τῶν πάντων νομίζειν ἀνθρωπίνης ποτὲ διανοίας εἶναι ταῦτα γεννήματα, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, τῇ δ' ἀληθείᾳ. νοῦν Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ φωνὰς πᾶσαν ἐξιστώσας καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, δι' ὧν τῶν μὲν ἱερῶς ἡσυχαζόντων, καὶ τῇ νοερᾷ νήψει καὶ προσευχῇ σχολαζόντων γενναίως ὑπερμαχεῖ, τὰς δ' ἀντιθέτους τῶν ἐναντίων κενοφωνίας ταῖς γραφικαῖς ἀποδείξεσι ὡς τῆς ἀληθείας ἀναιρετικὰς ἐπιστημονικώτατα διελέγχει.

A Sanctæ memoriæ Pater noster Gregorius Thessalonicensis inter vivos degebat imperante Andronico, Palæologorum secundo, circa millesimum trecentesimum quadragesimum salutis annum. Toto mundo et omnibus quæ mundi sunt relictis, et ex patria sua Constantinopoli ad sanctum montem Atho transgressus, monasticam amplexus est vitam, in qua laboriosis vacans exercitiis, et solus soli Deo se applicans divina quietudine, divinissimum factus est Spiritus sancti speculum, ita ut in vita activa et contemplativa nemo alter altius ascenderit. Unde divinis fulgoribus illuminata mente, sapientissima piissimaque reliquit opera, in Ecclesia Dei quasi quædam veritatis columna. B Horum fragmenta præsens liber affert, quæ thesauros veræ Dei scientiæ spiritualisque sapientiæ ac perfectionis lectoribus aperiunt. Non solum enim veterum sanctorum sermones assueta divinæ cœlestique visioni mens collegit, sed et quæ longa ipsemet experientia et felici gratiæ instinctu didicerat, addens, ea pulcherrimum quasi præmium coram vigilantibus proposuit; ita ut nemo omnium cogitare possit hæc esse humani intellectus opera, et quidem multum abest, nam reipsa mente Christi et Dei sermonibus totum repleverat auditum et intellectum. Illis porro scriptis sacræ vacantes quieti spiritalique vigilantiæ et orationi generose defendit, inanes vero adversariorum ineptias Scri- C pturæ argumentis esse veritati contrarias doctissime convincit.

* Vide Notitiam ejus scriptis præmissam, infra col. 1203.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΣΕΜΝΟΤΑΤΗΝ ΕΝ ΜΟΝΑΖΟΥΣΑΙΣ ΞΕΝΗΝ

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΚΑΙ ΑΡΕΤΩΝ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΙΚΤΟΜΕΝΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΝΟΥΝ ΣΧΟΛΗΣ.

—

S. P. N. GREGORII

THESSALONICENSIS METROPOLITÆ

AD REVERENDISSIMAM IN SANCTIMONIALIBUS XENAM,

DE PASSIONIBUS, VIRTUTIBUS

ET MENTALIS QUIETUDINIS FRUCTIBUS.

—

Qui vere cupiunt in solitudine vivere, his displiceret, non modo cum sæcularibus, sed et cum ipsis contubernalibus conversatio. Disturbat enim continuitatem dulcissimæ cum Deo conversationis et mentis solitudinem, quatenus interior et vere monachus in duas et aliquando in multas partes discinditur. Ideo quidam Patrum interrogatus cur homines fugeret : « Quia, inquit, non possum esse cum Deo quandiu cum hominibus sum. » Alius vero aliquis, experientia edoctus, non conversationem modo, sed et aspectum hominum reprobat, ut nocere valentem stabilitati mentalis monachorum quietis. Si quis autem sedulo perpendat, memoria conversationis et exspectatio congressus et colloquii in eo habendi, perfecte quietas haud relinquit animæ cogitationes. Qui etiam litteris sermones mandat, molestiore suam mentem implicat cura : et si est progressus et animæ fortitudine adeptus Dei charitatem, hæc quidem cum scribente operatur, sed non pure ac sincere; si vero sit ex iis qui multis laborant animæ morbis et passionibus, qualis vere sum ego, et quos oportet jugiter clamare ad Deum : « Sana me, quia peccavi tibi, » illi non convenit ut ante sanationem desinat orare aut ad aliquid aliud se applicare. Insuper, etiam cum absentibus per litteras confabulatur, et multis temporibus hominibusque, et interdum quibus non vult, colloquium transmittit, cum scripta permanere queant post scriptoris obitum. Ideo multi in quiete per-

A Τοῖς μοναδικῶς ζῆν προθυμουμένοις ἀληθῶς ἀηδὴς ἐστιν οὐ μόνον ἡ πρὸς τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ὁμοτρόπους ὁμιλία. Τὸ γὰρ συνεχὲς διακόπτει τῆς πρὸς τὸν Θεὸν θυμηρεστάτης ὁμιλίας καὶ τὸ μοναδικὸν τοῦ νοῦ, καθ' ὃ συνίσταται ὁ ἐντὸς καὶ ὄντως μοναχὸς, δυαδικὸν, ἔστι δ' ὅτε καὶ πολυσχιδὲς ποιεῖται· διὸ καί τις τῶν Πατέρων ἐρωτώμενος, τίνος ἕνεκα φεύγει τοὺς ἀνθρώπους, Ὅτι μὴ δύναμαι μετὰ Θεοῦ εἶναι, τοῖς ἀνθρώποις συντυγχάνω, ἀπεκρίνατο. Ἄλλος δέ τις, ἐκ τῆς πείρας τὰ τοιαῦτα ἐξηγούμενος, οὐ τὴν ὁμιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν θέαν τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶται, ὡς δυναμένην λυμήνασθαι τὸ εὐσταθὲς τῆς κατὰ διάνοιαν τῶν ἡσυχαζόντων ἠρεμίας. Εἰ δέ τις ἐπ' ἀκριβείας ἐξετάζοι, καὶ ἡ μνήμη τοῦ πλησιασμοῦ, καὶ ἡ προσδοκία τῆς ἐπιδημίας, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν συντυχίας, B ἀτρεμεῖν τελέως οὐκ ἀφήσι τὸ τῆς ψυχῆς διανοούμενον· ὁ δὲ καὶ γραφῇ τοὺς λόγους διδοὺς, ἐπιστρεφεστέρᾳ μερίμνῃ περιβάλλει τὸν οἰκεῖον νοῦν· κἂν μὲν ᾖ τῶν προκοψάντων καὶ ἐπειλημμένων, δι' εὐρωστίαν ψυχῆς, τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, ἔχει μὲν ταύτην, καὶ γράφων, ἐνεργόν, ἀλλ' οὐκ ἀμέσως καὶ εἰλικρινῶς. Ἂν δὲ τῶν ἔτι πολλοῖς νοσήμασι περιπιπτόντων, ἢ παθήμασι ψυχῆς, οἷος ἀληθῶς ἐγὼ, καὶ δεομένων συνεχῶς βοᾷν πρὸς τὸν Θεόν· « Ἴασαί με, ὅτι ἥμαρτόν σοι, » τοῦτον οὐκ εὔλογον, πρὸ τῆς ἴσεως, ἀφεῖσθαι τῆς δεήσεως, καὶ πρὸς ἄλλο τι τῶν ἁπάντων ἑκουσίως ἀσχολεῖσθαι· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοῖς μὴ παροῦσι τῶν ἀνθρώπων διὰ τῶν γραμμάτων καὶ οἷς οὐ βούλεται, μεταδίδωσι τῆς ὁμιλίας· τῶν γραμμάτων πεφυκότων παραμένειν, μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ γράψαντος. Διὰ τοῦτο πολλοὶ τῶν κα-

Digitized by Google

ησυχίαν ἄκρων Πατέρων γράψαι τι ὅλως οὐκ ἠνέσχοντο, καίτοι μεγάλα καὶ πολυωφελῆ δυνάμενοι ἐκθέσθαι. Κατὰ πάντα δὲ τῆς ἐκείνων ἀκριβείας ἀπολειπόμενος ἐγὼ, καὶ γράφειν ἔθος εἶχον, ἀλλ' ἀναγκαίας ἐπειγούσης χρείας· νῦν δέ με καὶ πρὸς τοῦτο ὀκνηρότερον ἐποίησαν οἱ βασκάνοις ὀφθαλμοῖς ἔνια τῶν ἐμῶν γραμμάτων κατιδόντες, καὶ κακουργίας ἐκ τούτων ζητοῦντες ἀφορμάς· οἳ, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, προσπάσχουσι στοιχείοις καὶ γραμμαῖς ἀνοήτοις, καὶ συλλαβαῖς, καὶ λέξεσιν ἀγνώστοις, μὴ διαβαινούσαις εἰς τὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν νοερόν· καί ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἄλογον καὶ σκαιὸν, καὶ τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων οὐδαμῶς ἴδιον, μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσιν· οἶδα δὲ ἐγὼ δικαίως ὑπ' ἐκείνων τὰς μέμψεις ὑποστάς· οὐχ ὅτι μὴ σύμφωνος τοῖς Πατράσιν ἔγραφον· τοῦτο γὰρ, χάριτι Χριστοῦ, συνετηρήθη μοι τοῖς γράμμασιν· ἀλλ' ὅτι συνεγραψάμην, περὶ ὧν ἄξιος οὐκ ἦν· ἄλλος τις, ὁ Ζὰν ἴσως, τὸ τῆς ἀληθείας ὀχήματι λόγῳ, περιτρεπομένῳ βοηθεῖν ἐπιχειρήσας· πλὴν ὅτον, ὅτι οὐκ ὀργῆς, ἀλλὰ συμμέτρου παιδείας ἡμῖν ἦν ἐπιφορά· διὸ οὐδὲ ἰσχύσαι καθ' ἡμῶν ἐξεγένετο τοῖς ἐπιτεθειμένοις. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο τῆς ἐμῆς ἦν ἀναξιότητος· οὐ γὰρ ἦν ἐγὼ ἄξιος, οὐδὲ ἱκανὸς, ὡς ἔοικε, παθεῖν τι ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ οὕτω κοινωνῆσαι τοῖς τῶν ἁγίων παθήμασι μετὰ χαρᾶς. Τί γάρ; οὐχὶ καὶ ὁ Χρυσόστομος Πατὴρ, ὁ καὶ σῶμα περικείμενος ἔτι τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς συνημμένος, εἴπερ τις, ἀσφαλῶς ἅμα, καὶ σαφῶς, καὶ μελιχρῶς, λογογραφῶν τὴν εὐσέβειαν, οὐχ οὗτος τοίνυν ὁ τηλικοῦτος, ὡς τὰ Ὠριγένους γράφων καὶ φρονῶν, ἐξεκόπη τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὑπερορίαν κατεδικάσθη; Φησὶ δὲ καὶ Πέτρος ὁ κορυφαῖος τοῦ κορυφαίου χοροῦ τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ὅτι καὶ τὰ ἐν ἐπιστολαῖς τοῦ μεγάλου Παύλου δυσνόητα, οἱ τότε ἀμαθεῖς ἐστρέβλουν, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Ἐγὼ δὲ διὰ τὴν μικρὰν ἐπήρειαν τῶν ἐπιχειρησάντων, καίτοι συνοδικῶς καταβληθέντων, ὅμως τοῦ γράφειν διενοούμην ἀποσχέσθαι τελέως. Εἰ μὴ σὺ νῦν, ὦ ἱερὰ πρεσβῦτις οὐκ ἀνῆκας δεομένη, καὶ παρακλητικοῖς γράμμασι χρωμένη, καὶ μηνύμασιν· ἕως ἔπεισας παραινετικοῖς λόγοις αὖθις ἐγχειρῆσαι. Καίτοι σοι τῶν παραινέσεων οὐ πάνυ χρεία· κέκτησαι γὰρ, χάριτι Χριστοῦ, μετὰ τοῦ καθ' ἡλικίαν γήρως, καὶ τὸ ἐν συνέσει γεραρὸν, καὶ τὸν νόμον τῶν ἱερῶν παραγγελμάτων, διὰ πολυετοῦς ἀνέγνως πράξεως, ὑπακοῇ καὶ ἡσυχίᾳ κατὰ καιρὸν μερισαμένη σου τὸν βίον· δι' ὧν καταλεάνασα τὸ τῆς ψυχῆς πυκτίον, ἐπιτήδειον πεποίησαι, πρὸς τὸ δέξασθαι καὶ συντηρῆσαι τοὺς θείους χαρακτῆρας. Ἀλλὰ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι· ψυχὴ κατάκρας ἁλοῦσα πνευματικῆς διδασκαλίας πόθῳ· κόρον αὐτῆς οὐδέποτε λαμβάνει. Διὸ καὶ ἡ σοφία περὶ ἑαυτῆς φησιν, Οἱ τρώγοντές με ἔτι πεινάσουσι· καὶ ὁ ἐνιεὶς τῇ ψυχῇ τὸν θεῖον πόθον τοῦτον Κύριος, περὶ Μαρίας φησὶ, τῆς τὴν ἀγαθὴν μερίδα ταύτην ἐπιλεξαμένης, ὅτι οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. Σοὶ δ' ἴσως τῶν τοιούτων λόγων δεῖ, καὶ διὰ τὰς ὑπὸ σοὶ παιδαγωγῷ ζώσας θυ-

[1] II Petr. III, 16. [2] Eccli. XXIV, 29. [3] Luc. X, 42.

A fectissimi Patres nihil omnino scribere voluerunt, licet maximam inde utilitatem afferre potuissent. Prorsus ab horum austeritate ego deficiens, vel scribere solebam, nonnisi tamen urgente necessitate; nunc vero me minus ad hoc diligentem fecerunt qui invidis oculis scriptorum aliqua meorum despiciunt, in eisque irritamenta quærunt nequitiæ: qui, ut ait magnus Dionysius, concinunt elementis litterisque vesanis et syllabis verbisque ignotis non penetrantibus animæ suæ intellectum. Est enim stultum ineptumque vere et intelligere divina volentibus indignum, non intentæ sententiæ, sed verbis attendere. Scio equidem illos merito mihi exprobrare, non quod Patribus contradixerim (id enim, Christi gratia, scriptis meis cautum est), sed B quod disseruerim de quibus dignus non eram. Alius quidam dignus erat, Zan fortasse, qui veridico sermone eversum adjuvare conatus est. Cæteroquin non ob eram, sed ad congruam correctionem eos impugnavimus, et ideo contra nos prævalere non potuerunt aggressores. Forsan quoque hoc evenit propter meam indignitatem: neque enim dignus eram et idoneus qui, ut decet, aliquid pro veritate paterer, et ita sanctorum persecutiones lætus participarem. Quid enim? nonne Chrysostomus Pater, qui adhuc corpore indutus Ecclesiæ primitivorum in cœlis jam consociabatur, qui magis quam quivis alius tuto simul et sapienter atque suaviter de pietate scripsit, nonne hic, inquam, tantus vir, C tanquam errores Origenis tenens ac docens, a sua Ecclesia pulsus est et exsilio multatus?

Dicit Petrus regii discipulorum Domini senatus princeps in epistolis magni Pauli esse quædam difficilia intellectu, quæ tunc indocti depravabant ad suam ipsorum perditionem [1]. Et ego propter acerbam aggressorum malitiam, pariter a scribendo volebam prorsus abstinere, nisi tu nunc, o veneranda Mater, indesinenter rogasses et hortatoriis usa fuisses litteris atque documentis, donec incitamentis mihi persuasisti ut hoc opus iterum susciperem. Nec tibi multis opus fuit exhortationibus; polles enim haud sola ætatis canitie, sed etiam prudentiæ senio, et sacrorum legem mandatorum ex longæva praxi percalles, obedientia et quietudine D vitam tuam opportune partita, quibus polivisti animæ tuæ tabulam, ut idonea fieret recipiendis conservandisque divinis characteribus. Nam sic se res habet: anima omnino capta doctrinæ spiritalis amore, satietatem ejus nunquam habet. Ideo sapientia de seipsa dicit: « Qui edunt me, adhuc esurient [2]. » Et qui animæ indit desiderium hoc divinum, Dominus de Maria dicit [3]: « Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. »

Tibi autem forsan hujusmodi sermonibus opus est, et propter magni regis filias sub tua magisterio viventes; et potissimum ob sponsas quas ex tua familia cui incorruptionis conjungere cupis: quem

Digitized by Google

imitans, quemadmodum hic nostram formam pro nobis verissime assumpsit, sic et ipsa personam nunc induisti eorum qui incipiunt et disciplina indigent. Quare ego, licet ad sermones, et quidem ad tales sermones minime aptus, per obedientiam tamen, ut præceptum impleam dandi petentibus, quæ nunc habeo exhibens et proferens, debitum solvam christianæ charitatis.

Scito igitur, veneranda mater, vel potius per te discant puellæ secundum Deum vivere volentes, mortem esse etiam animæ, quamvis hæc sit natura immortalis. Sic enim loquitur dilectus Christo Theologus : « Est peccatum ad mortem, et est peccatum non ad mortem [a] : » mortem hic animæ profecto dicens. Et magnus Paulus : « Sæculi tristitia mortem operatur ; » mortem animæ certo intelligens. Et iterum [b] : « Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. » Ex quibusnam mortuis exsurgere jubet ? Profecto ex iis qui enecti sunt carnalibus, desideriis quæ militant adversus animam [c]. Ideo ipse Dominus mortuos dicit qui in futili hoc mundo vivunt. Nam cuidam e discipulis petenti ut abiret ad sepeliendum patrem suum, non concessit, sed præcepit ut sequeretur, dimittens mortuos sepelire mortuos suos [d]. Illos hic Dominus etsi viventes appellat mortuos, utpote mortuos anima.

Ut enim separatio animæ a corpore, mors est corporis, sic separatio Dei ab anima mors est animæ. Et hæc est vera mors, animæ mors. Hanc enim ostendebat, quando præceptum dans in paradiso, dixit Deus ad Adam : « In quocunque die comederis ex prohibito ligno, morte morieris [e]. » Nam nunc mortua est ejus anima, per transgressionem a Deo separata. Etenim corpore vivere perrexit abhinc et deinceps usque ad triginta et nongentos annos. At per prævaricationem animam ingressa mors, non solum enecat animam, et maledictum facit hominem, sed vel ipsum corpus multis laboribus et corruptioni subjicit, et demum morte tradit : tunc enim, post interioris hominis ex peccato mortem, hæc audit terrenus Adam : « Maledicta terra in opere tuo : spinas et tribulos germinabit tibi, et in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es, quia pulvis es, et in pulverem reverteris [f]. »

In futura quidem instauratione, in resurrectione justorum, resurgent etiam injustorum et peccatorum corpora, sed ut tradantur secundæ morti, id est, suppliciis æternis, vermi qui non moritur, stridori dentium, exterioribus et tractabilibus tenebris, caliginosæ et inextinguibili ignis gehennæ, juxta prophetam dicentem : « Succendetur utrumque simul (injusti et peccatores), et non erit qui exstinguat [g]. » Hæc est enim secunda mors, sicut Joannes in Apocalypsi nos docet. Audi etiam magnum Paulum dicentem : « Si secundum carnem vixeritis,

γατέρας τοῦ μεγάλου βασιλέως· καὶ μάλιστα τὴν σύνεσιν, ἣν ἐκ τοῦ σοῦ γένους τῷ χορηγῷ τῆς ἀφθαρσίας νυμφεύσασθαι ποθεῖς· ὃν δὴ καὶ μιμουμένη, καθάπερ ἐκεῖ ος τὴν ἡμετέραν μορφὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὡς ἀληθῶς ἀνέλαβεν, οὕτω καὶ αὐτὴ τὸ πρόσωπον ὑπέδυς νῦν τῶν εἰσαγομένων καὶ διδασκαλίας δεομένων. Διὸ κἀγώ, εἰ καὶ μὴ περὶ λόγους, καὶ τοιούτους λόγους εὔπορος, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπακοήν, καὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ διδόναι τῷ αἰτοῦντι, ἐξ ὧν ἔχω νῦν, ἐνδεικνύμενος τὴν προθεσιν, τὸ χρέος ἀποτίσω τῆς κατὰ Χριστὸν ἀγάπης. Ἴσθι τοίνυν, ἱερὰ πρεσβῦτις, μᾶλλον δὲ διὰ σοῦ μανθανέτωσαν αἱ κατὰ Θεὸν προῃρημέναι ζῆν νεάνιδες, ὅτι καὶ ψυχῆς ἐστι θάνατος τῆς ἀθανάτου φύσει. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἠγαπημένος Θεολόγος λέγει· Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, καὶ ἔστιν ἁμαρτία μὴ πρὸς θάνατον· θάνατον ἐνταῦθα τὸν τῆς ψυχῆς πάντως λέγων. Καὶ ὁ μέγας Παῦλος, « Ἡ λύπη, φησὶν, ἡ κατὰ κόσμον, θάνατον κατεργάζεται· » θάνατον πάντως τῆς ψυχῆς. Καὶ πάλιν· « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. » Ἐκ ποίων νεκρῶν ἐγερθῆναι ἐγκελεύεται ; Πάντως ἐκ τῶν τεθανατωμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις, αἵ τινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. Διὸ καὶ ὁ Κύριος νεκροὺς εἶπε τοὺς ἐν τῷ ματαίῳ τούτῳ κόσμῳ ζῶντας. Τῷ γὰρ αἰτήσαντι τῶν μαθητῶν, ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ θάψαι τὸν ἴδιον πατέρα, οὐκ ἐνέδωκεν· ἀλλ' ἐπέταξεν ἀκολουθεῖν, ἀφέντα τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Νεκροὺς ἐνταῦθα καὶ τοὺς ζῶντας ἐκείνους ὠνόμασεν ὁ Κύριος, πάντως ὡς κατὰ ψυχὴν νενεκρωμένους. Καθάπερ γὰρ ὁ χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, θάνατός ἐστι τοῦ σώματος, οὕτως ὁ χωρισμὸς τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, θάνατός ἐστι τῆς ψυχῆς. Καὶ οὗτός ἐστι κυρίως θάνατος, ὁ τῆς ψυχῆς. Τοῦτον γὰρ ἐδήλου καὶ διὰ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ἐντολῆς, ὅτε ἔλεγεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἀδάμ· « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃς ἀπὸ τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου, θανάτῳ ἀποθανῇ. » Τότε γὰρ ἐθανατώθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ διὰ τῆς παραβάσεως, χωρισθεῖσα τοῦ Θεοῦ. Κατὰ σῶμα γὰρ ζῶν διετέλεσε ἀπὸ τότε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, μέχρι τριάκοντα καὶ ἐννακοσίων ἐνιαυτῶν. Ἀλλ' ὁ διὰ τὴν παράβασιν τῇ ψυχῇ προσγενόμενος θάνατος, οὐ τὴν ψυχὴν ἀχρεοῖ μόνον, καὶ ἐπικατάρατον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα πολύμοχθον, καὶ πολυπαθές, καὶ φθαρτὸν ἀπεργασάμενος, τέλος τῷ θανάτῳ παραδίδωσι· τότε γὰρ μετὰ τὴν ἐκ παραβάσεως τοῦ ἐντὸς ἀνθρώπου νέκρωσιν, ἤκουσεν ὁ χοϊκὸς Ἀδάμ, ὅτι « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι σε εἰς γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἐκείνην παλιγγενεσίαν, ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων, καὶ τὰ τῶν ἀνόμων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνίσταται σώματα, ἀλλ' εἰς τὸ παραδοθῆναι τῷ δευτέρῳ θανάτῳ, τῇ κολάσει ἐκείνῃ τῇ αἰωνίῳ, τῷ ἀκοιμήτῳ σκώληκι, τῷ τῶν ὀδόντων βρυγμῷ, τῷ ἐξωτέρῳ καὶ ψηλαφητῷ

[a] 1 Joan. 5, 16. [b] 1 Cor. VII, 10. [c] Ephes. V, 14. [d] 1 Petr. II, 11. [e] Matth. VIII, 22. [f] Gen. II, 17. [g] Gen. III, 17. [h] Isa. I, 31.

Digitized by Google

σκότει, τῇ σκοτεινῇ καὶ ἀσβέστῳ τοῦ πυρὸς γεέννῃ κατὰ τὸν λέγοντα Προφήτην, ὅτι Ἐκκαυθήσονται οἱ ἄνομοι, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. Τοῦτό γάρ ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος· καθάπερ Ἰωάννης διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐδίδαξεν ἡμᾶς. Ἄκουε δὴ καὶ τοῦ μεγάλου Παύλου λέγοντος· « Εἰ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε. » Ζωὴν γὰρ ἐνταῦθα καὶ θάνατον, τὸν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος λέγει· ζωὴν μὲν τὴν ἀπόλαυσιν τῆς ἀϊδίου βασιλείας· θάνατον δὲ, τὴν διαιωνίζουσαν ἐκείνην κόλασιν. Ἡ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ τοιγαροῦν παράβασις πρόξενος γίνεται παντὸς θανάτου τῇ ψυχῇ καὶ σώματι· καὶ τοῦ κατὰ τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀτελεύτητον ἐκείνην κόλασιν. Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ κυρίως θάνατος, τὸ διαζευχθῆναι τὴν ψυχὴν τῆς θείας χάριτος, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ συζυγῆναι· οὗτος τοῖς νοῦν ἔχουσι φευκτὸς ὄντως καὶ φρικτὸς ὁ θάνατος· οὗτος τοῖς εὖ φρονοῦσι καὶ τῆς ἐν γεέννῃ κολάσεως φρικωδέστερος. Τοῦτον καὶ ἡμεῖς φύγωμεν πάσῃ δυνάμει· πάντα ῥίψωμεν· πάντα προώμεθα· πᾶσιν ἀποταξώμεθα, καὶ σχέσεσι, καὶ πράξεσι, καὶ βουλήμασιν· ὅσα κατασύρει καὶ διίστησι Θεοῦ, καὶ τὸν τοιοῦτον συνίστησι θάνατον. Ὁ γὰρ τοῦτον φοβηθεὶς τε καὶ φυλαξάμενος, σαρκὸς οὐ δείσει προσερχόμενον θάνατον, ἔνοικον ἔχων τὴν ὄντως ζωήν· ἥτις τῷ θανάτῳ μᾶλλον προσκτᾶται τὸ ἀναφαίρετον. Ὡς γὰρ ὁ τῆς ψυχῆς θάνατος ὁ κυρίως θάνατός ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ ζωὴ τῆς ψυχῆς κυρίως ὑπάρχει ζωή· ζωὴ δέ ἐστι τῆς ψυχῆς ἡ πρὸς Θεὸν ἕνωσις, ὥσπερ καὶ τοῦ σώματος ἡ πρὸς ψυχὴν ἕνωσις. Ὡς γὰρ διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, τοῦ Θεοῦ διαιρεθεῖσα, ἡ ψυχὴ τεθανάτωται, οὕτω δι' ὑπακοῆς τῆς ἐντολῆς, τῷ Θεῷ αὖθις ἑνωθεῖσα, ζωοποιεῖται. Διὰ τοῦτό φησιν ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, ὅτι « Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ, πνεῦμά εἰσι, καὶ ζωή εἰσι. » Τοῦτο δὲ καὶ ὁ πεῖρᾳ μαθὼν Πέτρος, πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι « Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. » Ἀλλὰ ῥήματα ζωῆς αἰωνίου τοῖς ὑπακούουσι· τοῖς δὲ παρακούουσιν ἡ ἐντολὴ τῆς ζωῆς αὕτη γίνεται εἰς θάνατον. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀπόστολοι, Χριστοῦ εὐωδία ὄντες, τοῖς μὲν ἦσαν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, τοῖς δὲ ζωῆς ὀσμὴ εἰς ζωήν. Ἡ δὲ ζωὴ πάλιν αὕτη οὐ τῆς ψυχῆς ἐστι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος· ἀπαθανατίζει γὰρ καὶ τοῦτο διὰ τῆς ἀναστάσεως, οὐ τῆς θνητότητος μόνον ἀπολυτρουμένη, πρὸς δὲ ταύτῃ, καὶ τοῦ μηδέποτε λήγοντος θανάτου, τῆς μελλούσης κολάσεως ἐκείνης. Χαρίζεται γὰρ καὶ αὐτῷ τὴν ἐν Χριστῷ ἀΐδιον ζωήν, τὴν ἄπονον, τὴν ἄνοσον, τὴν ἄλυπον, τὴν ὄντως ἀθάνατον. Ὡς γὰρ τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ, τουτέστι τῇ παραβάσει, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ, ὁ θάνατος τοῦ σώματος ὕστερον ἐπηκολούθησε, καὶ τὸ εἰς γῆν ἀναλυθῆναι, καὶ γενέσθαι χοῦν, καὶ σωματικῷ θανάτῳ πάλιν ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ καταδίκη τῆς ψυχῆς, οὕτω καὶ τῇ ἀναστάσει τῆς ψυχῆς, ὅ ἐστιν ἡ δι' ὑπακοῆς τῶν θείων ἐντολῶν πρὸς αὐτὸν ἐπιστροφή, ἡ τοῦ σώματος ὕστερον ἕψεται ἀνάστασις, ἑνωθέντος αὖθις τῇ ψυχῇ·

A moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis[11]. » Vitam hic et mortem dicit futuri sæculi : vitam quidem, æterni regni possessionem : mortem vero, sempiterna supplicia. Igitur mandatorum Dei transgressio omnem dat animæ et corpori mortem, tum in præsenti sæculo, tum in futura interminabili damnatione.

Et hæc est vera mors, cum anima a divina gratia disjungitur, et peccato conjungitur. Hæc est sapientibus vere fugienda et timenda mors, hæc est bene sentientibus infernali etiam pœna horridior. Illam nos fugiamus totis viribus; omnia abjiciamus, omnia relinquamus, omnibus renuntiemus, habitibus actibusque et voluntatibus : quæcunque distrahunt et separant a Deo, et istam adducunt mortem. B Nam qui hanc timuerit et caverit, corporalis non metuet adventum mortis, inhabitantem in se habens veram vitam, quæ morte auferri nequit. Ut enim animæ mors vera mors est, sic et vita animæ vera est vita : vita autem animæ est unio cum Deo, sicut vita corporis est unio cum anima. Nam quemadmodum per mandatorum transgressionem separata a Deo anima mortua est, ita per legis obedientiam Deo rursus conjuncta vivificatur. Propter hoc dicit in Evangelio Dominus : « Verba quæ ego loquor, spiritus et vita sunt[11a]. » Id etiam doctus experientia Petrus dicebat ad eum : « Verba vitæ æternæ habes[12]. » Sed verba vitæ æternæ, obedientibus sunt; inobedientibus vero, C lex vitæ hæc fit in mortem. Sic apostoli, cum Christi bonus odor essent, aliis quidem erant odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam[13].

Rursus hæc vita non est animæ tantum, sed etiam corporis : hoc enim facit immortale per resurrectionem, non modo a mortalitate liberatum, sed insuper a sempiterna morte, seu futura inferni pœna; eique largitur vitam in Christo æternam, quietam, morbi dolorisque nesciam, et vere immortalem. Quemadmodum enim mortem animæ, id est, prævaricationem et peccatum, mors deinceps secuta est, et in pulverem dissolutio, et in terram resolutio, et rursus corporis mortem consecuta est D animæ in inferis damnatio : sic animæ resurrectionem, quæ est ad Deum per legis obedientiam reditus, postea sequetur resurrectio corporis iterum cum anima conjuncti, et resurrectionem hanc consequetur vera incorruptibilitas, et æterna cum Deo gloria eorum qui, spirituales ex carnalibus facti, ut angeli Dei vivent in cœlo. « Rapiemur enim, ait Apostolus, in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus[14]. » Nam sicut Filius Dei, homo charitate factus, mortuus est carne, separata quidem a corpore anima, haud separata vero divinitate, ideoque corpus suum suscitatum in cœlos assumpsit in gloria; item qui

[11] Rom. VIII, 13. [11a] Joan. VI, 64. [12] Ibid. 69. [13] II Cor. II, 15, 16. [14] I Thess. IV, 16.

Digitized by Google

secundum Deum nunc vivunt, separati a corpore, sed non a Deo disjuncti, in resurrectione ipsum corpus assument ad Deum, cocuntes cum gaudio ineffabili ubi præcursor pro nobis introivit Jesus [13], et revelanda in Christo gloria una fruentes. Neque enim resurrectionis tantum, sed et assumptionis dominicæ ac totius vitæ divinæ consortes fient. At non sic, qui secundum carnem in terra vixerint, et in hora exitus nullam habere cum Deo unionem inventi fuerint. Nam omnes quidem resurgent, ut ait apostolus, sed non eodem modo : qui hic spiritu facta carnis mortificaverit, illic cum Christo divinam et vere æternam vivet vitam ; qui vero hic carnis desideriis et passionibus mortificaverit spiritum, illic, eheu ! cum artifice et auctore mali condemnabitur, et intolerabili interminabilique tradetur supplicio, quod est secunda et sempiterna mors.

Ubinam principium habuit vera mors, quæ creat et offert animæ et corpori temporalem et æternam mortem ? Nonne in regione vitæ ? propterea confestim, heu ! a paradiso Dei homo pulsus est in exilium ut mortiferam et divino paradiso incongruentem habens vitam ; sicut et vera vita, quæ animæ et corpori vitam affert vere immortalem, in hac regione mortis initium habebit. Ne tamen, qui non festinat vitam animæ hic nancisci, vana spe se decipiat, tanquam illic eam adepturus, nec speret Dei misericordiam sibi consequendam in futuro sæculo, tunc enim tempus erit retributionis et damnationis, non vero compassionis et misericordiæ ; tempus revelandæ offensi iratique Dei justitiæ ; tempus ostendendi manum validam, et brachium excelsum movendi in infidelium ultionem. Væ illi qui incidit in manus Dei viventis ! Væ illi qui illic experitur vindictam Dei, et neque hic ex timore Dei agnovit iræ ejus potentiam, nec operibus sibi conciliavit ejus misericordiam ! Hujus enim nunc tempus est, et propter hoc præsenti vita nos donavit Deus, locum dans pœnitentiæ. Quod si non esset, statim ac peccasset homo, hac vita privaretur. Quid enim hac opus esset ? Itaque nunquam desperationi locus est apud homines, licet eam multimode spiritus nequam suggerat, non solum negligenter viventibus sed etiam pugnantibus. Quia enim tempus pœnitentiæ est vitæ tempus, ipse etiam qui vivit in peccato si velit ad Deum converti, proinde ab eo suscipietur. Namque in præsenti vita liberum arbitrium semper remanet ; libero autem arbitrio subjacet ut materia, via ad superius ostensam vitam aut mortem, electio vel fuga ; quarum utram velit capessere potest. Ubi igitur erit desperationi locus, cum omnes semper possint, ubi voluerint, æternam consequi vitam ?

Vides magnitudinem misericordiæ Dei. Non statim justa utitur justitia in nos infideles, sed patiens concedit conversionis tempus. Tempore hoc

[13] Hebr. VI, 20

καὶ τῇ ἀναστάσει ταύτῃ ἕψεται ἡ ὄντως ἀφθαρσία, καὶ τὸ συνδιαιωνίζειν τοὺς ἀξιωμένους τῷ Θεῷ, πνευματικοὺς γενομένους ἀντὶ σαρκικῶν, καὶ ὡς ἀγγέλους Θεοῦ διαιτωμένους, ἐν τῷ οὐρανῷ. Ἁρπαγησόμεθα γάρ, φησὶν, ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Καθάπερ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ἄνθρωπος γενόμενος διὰ φιλανθρωπίαν, ἀπέθανε σαρκὶ, χωρισθείσης μὲν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, μὴ χωρισθείσης δὲ τῆς θεότητος· διὸ καὶ τὸ σῶμα ἀναστήσας ἑαυτοῦ, ἀνέλαβεν εἰς οὐρανὸν ἐν δόξῃ· οὕτω καὶ οἱ κατὰ Θεὸν ἐνταῦθα ζήσαντες· ἐν γὰρ τῷ χωρίζεσθαι τοῦ σώματος, τοῦ Θεοῦ μὴ χωριζόμενοι, ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ τὸ σῶμα ἀναλήψονται πρὸς τὸν Θεὸν, συνεισιόντες ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς· καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης ἐν Χριστῷ συναπολαύοντες. Οὐ γὰρ δὴ τῆς ἀναστάσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναλήψεως κοινωνοὶ γενήσονται, καὶ πάσης τῆς θεοειδοῦς ζωῆς· ἀλλ' οὐχὶ καὶ οἱ κατὰ σάρκα ζήσαντες ἐνταῦθα, καὶ μηδεμίαν εὑρεθέντες κοινωνίαν ἔχοντες πρὸς τὸν Θεὸν, ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου· εἰ γὰρ καὶ πάντες ἀναστήσονται, ἀλλ' ἕκαστος, φησὶν, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι· ὁ μὲν πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος ἐνταῦθα θανατώσας, ἐκεῖ ζήσεται τὴν μετὰ Χριστοῦ θείαν καὶ ὄντως ἀῒδον ζωήν· ὁ δὲ σαρκὸς ἐπιθυμίαις καὶ παθήμασι τὸ πνεῦμα ἐνταῦθα θανατώσας, μέλλει, φεῦ, τῷ δημιουργῷ καὶ προξένῳ τῆς κακίας ἐκεῖ συγκαταδικάζεσθαι, καὶ τῇ ἀνυποίστῳ καὶ ἀκαταλήκτῳ κολάσει παραδίδοσθαι· ὅ ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος καὶ ἀδιάδοχος. Ποῦ γὰρ ἔσχε τὴν ἀρχὴν ὁ ὄντως θάνατος, ὁ ποιητικὸς καὶ πρόξενος, καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, τοῦ τε προσκαίρου θανάτου καὶ τοῦ αἰωνίου ; Οὐκ ἐν τῇ χώρᾳ τῆς ζωῆς ; Διὰ τοῦτο καὶ παραυτὰ, φεῦ, ὁ ἄνθρωπος τὴν ἐκ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ καταδεδίκασται ὑπερορίαν· ὡς θανατηφόρον καὶ ἀκατάλληλον τῷ θείῳ παραδείσῳ κτησάμενος ζωήν· ὥστε καὶ ἡ ὄντως ζωὴ, ἡ καὶ ψυχῇ καὶ σώματι πρόξενος τῆς ἀθανάτου καὶ ὄντως ζωῆς, ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τοῦ θανάτου ἔξει τὴν ἀρχήν· καὶ ὁ μὴ σπεύδων κτήσασθαι αὐτὴν κατὰ ψυχὴν ἐνταῦθα, μὴ κεναῖς ἐλπίσιν ἀπατάτω ἑαυτὸν, ὡς λήψεται αὐτὴν ἐκεῖ· μηδὲ ἐλπιζέτω λήψεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. Τότε γὰρ καιρὸς ἀντιδόσεως καὶ ἐκδικήσεως, ἀλλ' οὐ συμπαθείας καὶ φιλανθρωπίας· καιρὸς ἀποκαλύψεως θυμοῦ καὶ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ· καιρὸς ἐπιδείξεως τῆς κραταιᾶς καὶ ὑψηλῆς χειρὸς, κινουμένης εἰς κόλασιν τῶν ἀπειθῶν. Οὐαὶ τῷ ἐμπεσόντι εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος ! Οὐαὶ τῷ ἐκεῖ πειρωμένῳ τοῦ θυμοῦ Κυρίου, καὶ μὴ ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ φόβου τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν γνωρίσαντι τὸ κράτος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ δι' ἔργων προμνηστευσαμένῳ τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ! Τούτου γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς· δι' αὐτὸ μέντοι, καὶ τὴν ζωὴν ταύτην ὁ Θεὸς συνεχώρησεν ἡμῖν, τόπον μετανοίας παρεχόμενος. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, εὐθὺς ἁμαρτὼν ὁ ἄνθρωπος, καὶ τῆς ζωῆς ταύτης ἐστέρητο

Digitized by Google

ἄν. Τί γὰρ ἦν ὄφελος αὐτῇ; διὸ οὐδὲ ἡ ἀπόγνωσις ὅλως ἔχει χώραν ἐν ἀνθρώποις· εἰ καὶ ὁ πονηρὸς ποικίλως ὑποβάλλει ταύτην· οὐ τοῖς ἀδιαφόροις ζῶσι μόνον, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις. Ἐπειδὴ γὰρ καιρὸς μετανοίας ὁ τῆς ζωῆς ἐστι καιρός, αὐτὸ τοῦτο τὸ ζῆν ἔτι τὸν ἡμαρτηκότα, τῷ βουλομένῳ ἐπιστρέφειν πρὸς Θεὸν, ἐγγυᾶται τὴν παρ' αὐτοῦ ὑποδοχήν. Τῇ γὰρ ἐνταῦθα ζωῇ, τὸ αὐτεξούσιον σύνεστιν ἀεί· τῷ δὲ αὐτεξουσίῳ ὑπόκειται ὡς ὕλη, ἡ ὁδὸς τῆς ἀνωτέρω δεδειγμένης ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου, ἑλέσθαι ἢ φυγεῖν· ὡς δυνατὸν ὂν κτήσασθαι ὁπότερον θέλει. Ποῦ οὖν ἔξει χώραν ἡ ἀπόγνωσις, πάντοτε καὶ πάντων δυναμένων, ὁπηνίκα βούλοιντο, τὴν αἰώνιον κτήσασθαι ζωήν; Ἀλλ' ὁρᾷς τὸ μέγεθος τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ. Τὴν ἀρχὴν οὐ δίκῃ δικαίᾳ χρῆται καθ' ἡμῶν ἀπειθησάντων· ἀλλὰ μακροθυμῶν, παρέχει τὸν τῆς ἐπιστροφῆς καιρόν. Ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τῆς μακροθυμίας, ἐξουσίαν δίδωσιν ἡμῖν, ἐὰν θελήσωμεν, υἱοποιηθῆναι τούτῳ· τί λέγω υἱοποιηθῆναι; ἑνωθῆναι τούτῳ, καὶ ἓν πνεῦμα γενέσθαι μετ' αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τῆς μακροθυμίας, ἐὰν τὴν ἐναντίαν ἡμεῖς βαδίσωμεν, καὶ ἀγαπήσωμεν τὸν θάνατον μᾶλλον τῆς ἀληθινῆς ζωῆς, αὐτὸς τὴν δεδομένην ἐξουσίαν οὐκ ἀφαιρεῖται· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀφαιρεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀνακαλεῖται, καὶ περιέρχεται ζητῶν καὶ ἐπιστρέφων πρὸς τὰ ἔργα τῆς ζωῆς· κατὰ τὴν παραβολὴν τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπὸ πρωΐας μέχρι καὶ αὐτῆς τοῦ βίου τῆς ἑσπέρας. Ἀλλὰ τίς ὁ καλῶν τε καὶ μισθούμενος; Ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως. Τίς, εἰς ἣν καλεῖ πρὸς ἐργασίαν ἄμπελον, Ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὁ εἰπών· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος. » Καὶ γὰρ οὐδεὶς δύναται πρὸς τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν, ὡς αὐτὸς εἶπεν ἐν Εὐαγγελίοις, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ ἑλκύσει αὐτόν. Τίνες δὴ τὰ κλήματα; Ἡμεῖς. Αὐτοῦ γὰρ αὖθις ἀκούσωμεν λέγοντος· « Ὑμεῖς ἐστε τὰ κλήματα, ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν. » Ὁ γοῦν Πατὴρ, διὰ τοῦ Υἱοῦ, καταλλάσσων ἑαυτῷ ἡμᾶς, μὴ λογιζόμενος τὰ παραπτώματα ἡμῶν, οὐχ ὡς προσκειμένους τοῖς ἔργοις τοῖς ἀτόποις, ἀλλ' ὡς ἀργοὺς καλεῖ· καίτοι ἡ ἀργία ἁμαρτία ἐστί. Καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ γὰρ λόγου λόγον δώσομεν.

Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τὰς προϋπηργμένας ἑκάστῳ ἁμαρτίας ὁ Θεὸς ὑπερορῶν, πάλιν καὶ πάλιν ἐκκαλεῖται. Καλεῖ δὲ, τί ποιήσοντας; Ἐργασομένους εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Τοῦτο δέ ἐστι, πονεῖν ὑπὲρ τῶν κλημάτων· δηλονότι ὑπὲρ ἑαυτῶν. Εἶτα, βαθὺ τοῦ ἀνεικάστου μεγέθους; τῆς φιλανθρωπίας! καὶ μισθὸν ἡμῖν ἐπαγγέλλεται καὶ δίδωσιν, ὑπὲρ ἑαυτῶν πονοῦσιν. Ἔλθετε, φησὶ, λάβετε ζωὴν αἰώνιον, ὑπ' ἐμοῦ δαψιλῶς χορηγουμένην· καὶ τοῦ καμάτου τῆς ὁδοιπορίας, καὶ αὐτοῦ τοῦ θελῆσαι ταύτην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, ὡς αὐτὸς ὀφείλων ἐκτίσω τὸν μισθόν. Τίς οὐκ ὀφείλει λύτρα τῷ τοῦ θανάτου λυτρωτῇ; τίς οὐχ ὁμολογεῖ χάριτας τῷ δοτῆρι τῆς ζωῆς; Ὁ δὲ καὶ προσκαταβαλεῖν ἐπαγγέλλεται μισθὸν, καὶ μισθὸν ἀπόῤῥητον. Ἐγὼ γὰρ ἦλθον, φησὶν, ἵνα ζωὴν ἔχωσι· καὶ περισσὸν ἔχωσι; Τί τὸ περισσόν; Τὸ μὴ συνεῖναι μόνον καὶ συζῆν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀδελφοὺς αὐτῷ τελέσαι, καὶ συγκληρονόμους. Τοῦτο δὴ τὸ περισσὸν, ὡς ἔοικεν, ὁ διδόμενός ἐστι μισθὸς τοῖς προσδραμοῦσι τῇ ζωοποιῷ ἀμπέλῳ, καὶ κλῆμα χρηματίσασιν αὐτῆς; καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καμοῦσι, καὶ εἰς ἑαυτοὺς καλλιεργήσασι. Τί πράξασι; Πρῶτον μὲν περιτεμοῦσι πᾶν ὅ τι περιττὸν, καὶ μὴ συντελές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ προσιστάμενον, εἰς τὸ ἐνεγκεῖν καρποὺς ἀξίους τῆς θείας ἀποθήκης. Τίνα ταῦτα; Πλοῦτον, τρυφὴν, δόξαν τὴν ματαίαν, πάντα τὰ ῥέοντα καὶ

patientiæ dat nobis potestatem filios Dei fieri; quid dico? filios fieri? imo ipsi adunari, et unus fieri cum eo spiritus; sed hoc longanimitatis tempore. si perperam abeamus, et mortem malimus quam veram vitam, ille datam potestatem non aufert, imo eum revocat, et circuit quærens et reducens ad vitæ opera, secundum paraboIam vineæ [16], a primo mane usque ad vitæ vesperam. Et quis est vocans et mercedem dans? Pater Domini nostri Jesu Christi, et Deus totius consolationis. Et quæ est vinea in quam vocat ad operandum? Dei Filius, qui dixit [17]: « Ego sum vitis. » Nemo enim potest ad Christum venire, ut ipse ait in Evangelio, nisi Pater traxerit eum [17]. Et quinam sunt palmites? Nos. Eum enim audi rursus dicentem: « Vos estis palmites, Pater meus agricola est [18]. » Pater igitur per Filium nos reconcilians sibi, non reputans nobis delicta nostra [19], non ut opertos malis operibus, sed ut otiosos vocat, quamvis ipsa otiositas sit peccatum, quoniam de verbo otioso reddemus rationem [20].

Sicut dixi, præteri.a cujusque peccata Deus parvi habens, iterum iterumque vocat. Ad quid autem operarios vocat? ad operandum in vineam suam: id est, ad laborandum pro palmitibus, nempe pro seipsis. Deinde, proh incomprehensibilem misericordiæ magnitudinem! mercedem nobis pollicetur et dat, qui pro nobis laboramus. Venite, inquit, percipite vitam æternam, a me vobis magno pretio emptam; laborem viæ, ipsamque voluntatem ejus a me suscipiendæ, tanquam ipse debitor mercede munerabor. Quis non debet pretium redemptionis ei a quo morte redemptus est? quis non gratias agit vitæ datori? Ille autem insuper solvendam promittit mercedem, et mercedem ineffabilem. Nam: «Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant [21]. » Quomodo abundantius? In eo quod non solum cum eo sint et vivant, sed etiam filii ejus fiant et cohæredes. Hæc superabundantia, ut videtur, est merces data iis qui confugerunt ad vivificam vitem, et facti sunt ejus palmites, et operati sunt pro seipsis, et semet elaboraverunt. Et quid fecerunt? Primo absciderunt omne quod est superfluum, et inutile, imo noxium, ad ferendum fructus divino dignos horreo. Quæ sunt ista? Divitiæ, voluptas, vana gloria, omnia fugitiva et transitoria, omnis animæ et corporis passio turpis et

[16] Matth. xx. [17] Joan. xv, 1. [17*] Joan. vi, 44. [18] Joan xv, 1, 5. [19] II Cor. v, 19. [20] Matth. xii, 36. [21] Joan. x, 10.

Digitized by Google

prava, omnis inordinata mentis elatio, omnis auditus, visus et sermo detrimentum animæ inferre valens. Nisi quis enim hæc rescindere et animæ surculos resecare diligenter curaverit, fructum ad vitam æternam nunquam proferet.

Possibile autem est, iis etiam qui in conjugio vivunt, hanc acquirere puritatem, sed cum maxima difficultate. Ideo quicunque a juventute Deum propitium nacti, acriori mentis oculo illam intuiti sunt vitam, et bonorum ejus facti sunt studiosi, nuptias sapienter fugiunt, quia in resurrectione, ut Dominus ait, neque nubunt neque ducunt uxores, sed æquales angelis Dei sunt [22]. Quisquis igitur sicut angelus Dei vult esse, jam nunc, ut illi resurrectionis filii, commistione corporum superiorem se merito constituit. Cæteroquin ab uxore peccatum causam occasionemque et originem habuit. Dissuadendum igitur conjugium iis qui nullam unquam adversario a seipsis dare ansam volunt. Quod si hoc corpus difficile reprimatur et ad virtutem revocetur, vel potius ut naturalis adversarius nobis obstat, quid faciemus? et in quantum difficultatem ad bonum augebimus, multis et variis alligati corporibus? quomodo libertatem habebit, ad quam festinare jubetur, mulier naturæ nexibus ad virum, ad liberos, ad consanguineos omnes devincta? quomodo secura Domino assidebit, quæ de tam multis curam suscepit? Quomodo erit sine turba, multitudine implicata?

Propterea vere virgo, et similis virgini, et virginis filio animarum in virginitate decenter viventium sponso, non solum carnale conjugium, sed etiam sæculare commercium fugit, cognatis omnibus valedicens, ita ut possit confidenter cum Petro dicere ad Christum: « Nos reliquimus omnia, et secuti sumus te [23]. » Quid ergo mirum faciat, si, quemadmodum terrena sponsa patrem et matrem derelinquit ut mortali sponso adhæreat, ut ait Scriptura, item et ipsa suos pro cœlesti thalamo et sponso abrenuntiet? Quomodo cognationem habere possit in terris, quæ conversationem habet in cœlis? Quomodo, quæ non est filia carnis, sed spiritus, carnales habebit patrem, aut matrem, aut consanguineos? Quomodo, cum proprium corpus fugerit, et semper quantum potest fugiat, utpote carnalem deponens vitam, ullum habebit respectum ad corpora non sua? Quod si, ut aiunt, similitudo est amicitia, et quodlibet simili delectatur, similis fiet dilectis virgo, et in morbum recidet amoris sæculi: porro « amicitia hujus mundi est inimica Dei, », ait Paulus [24], spiritualium nuptiarum paranymphus. Itaque non modo divortium incurret, sed et cœlestis sponsi inimicitiam.

Neque mireris aut doleas quod conjugatis in Scriptura crimini non vertatur rerum sæcularium cura, iis vero quæ virginitatem Deo voverunt, ne delibare quidem sæcularia remittatur, nec ulla vitæ

138. Trium divinarum personarum operatio una est, haud quidem similis, ut apud nos, sed vere una numero. Quod adversarii dicere non possunt, quia tribus communem esse increatam operationem negant, et personæ, juxta eos, sunt sui invicem operationes, haud vero communis est divina operatio; et ita dicere nequeunt unam esse trium operationem, sed aliam alia sic destruentes, inde non subsistentem facient trinum subsistentiis Deum.

ρλθ'. Οἱ τὴν κακόδοξον πλάνην κατὰ ψυχὴν νενοσηκότες, κτιστὴν λέγοντες τὴν διαφέρουσαν τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας ἐνέργειαν, κτιστῶς ἔχειν καὶ τὸ δημιουργεῖν τὸν Θεὸν δοξάζουσι, ταυτὸ δ' εἰπεῖν τὴν δημιουργικὴν δύναμιν αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἔστιν ἐνεργεῖν καὶ δημιουργεῖν χωρὶς ἐνεργείας· ὥσπερ οὐδὲ ὑπάρχειν χωρὶς ὑπάρξεως. Ὡς οὖν οὐκ ἔνι τὸν λέγοντα τὴν τοῦ Θεοῦ ὕπαρξιν κτιστὴν, ἀκτίστως ἔχειν αὐτὸν τὸ εἶναι οἴεσθαι, οὕτως οὐκ ἔστι τὸν λέγοντα τὴν τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαν κτιστὴν, τὸ ἐνεργεῖν τε καὶ δημιουργεῖν αὐτὸν ἀκτίστως ἔχειν οἴεσθαι.

139. Quibus hæretico errore anima ægrotat, creatam illi dicentes distinctam a Dei essentia operationem, creatum quoque in Deo autumant actum creandi, seu quod idem est, creatricem ejus potentiam : non enim operari aut creare absque operatione potest, sicut nec exsistere absque exsistentia. Ut igitur qui creatam dicit Dei exsistentiam, putare nequit increatum in eo esse actum exsistendi exsistere ; ita qui creatam dicit Dei operationem, putare nequit increatum in eo esse actum operandi et creandi.

ρμ'. Κτίσματα τοῦ Θεοῦ καὶ εἰσὶ καὶ λέγονται παρὰ τῶν εὐσεβῶς φρονούντων, οὐχ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια κατὰ τοὺς τῶν ἐναντίων λήρους, ἄπαγε τῆς ἀσεβείας ! ἀλλὰ τῆς θείας ἐνεργείας ἀποτελέσματά ἐστι τὰ κτίσματα. Εἰ γὰρ τὰ κτίσματα ἡ ἐνέργεια, ἢ ἄκτιστα ταῦτά ἐστιν (ὢ τῆς παρανοίας !), ὡς καὶ πρὶν κτισθῆναι ὄντα, ἢ πρὸ τῶν κτισμάτων (ὢ τῆς

140. Creaturæ Dei nec sunt nec dicuntur a pie sentientibus, operatio Dei, ut adversarii delirant, proh impietas ! sed divinæ operationis effectus sunt creaturæ. Si enim creaturæ essent operatio, vel increatæ essent (o absurditas !), ita ut antequam crearentur exstitissent ; vel ante creationem (o impietas !) non habuisset Deus operationem, qui ta-

Digitized by Google

men est ab æterno agens et omnipotens. Non igitur sunt creaturæ operatio Dei, sed opera et effectus, quocunque nomine vocentur. Operatio autem Dei increata est et coæterna Deo, juxta theologos.

A δυσσεβείας!) οὐκ εἶχεν ὁ Θεὸς ἐνέργειαν. Ἀλλὰ μὴν ἐξ ἀϊδίου ἐνεργὴς ἐστι καὶ παντοδύναμος, οὐκουν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια, ἀλλὰ τὰ ἐνεργηθέντα, καὶ ἀποτελεσθέντα, ὅπως ἂν καὶ ὀνομάζοιντο, ἔστι τὰ κτίσματα. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια ἄκτιστός ἐστι καὶ συναΐδιος Θεῷ, κατὰ τοὺς θεολόγους.

141. Non ex essentia operatio, sed ex operatione essentia dignoscitur esse, non tamen quid sit. Itaque Deus non ex sua essentia, sed ex sua providentia, juxta theologos, cognoscitur esse. Ideo etiam distincta est ab essentia operatio, quia quod indicat est operatio, quod vero ea indicatur, est essentia. At hæreticæ impietatis patroni suadere studentes non distinctam esse a divina essentia divinam operationem, indicium Dei auferendo inducere nos volunt ut non cognoscamus Deum esse. Qui autem hoc nescit, maxime omnium atheus et insanus est.

ρμα'. Οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας ἡ ἐνέργεια, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐνεργείας ἡ οὐσία γνωρίζεται ὅτι ἔστι, ἀλλ' οὐ τί ἐστι. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς, οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς προνοίας αὐτοῦ γινώσκεται, κατὰ τοὺς θεολόγους, ὅτι ἔστι. Διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τῆς οὐσίας ἡ ἐνέργεια, ὅτι τὸ μὲν γνωρίζον ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· τὸ δὲ δι' αὐτῆς γνωριζόμενον ὅτι ἔστιν, ἡ οὐσία ἐστίν. Οἱ δὲ τῆς κακοδόξου δυσσεβείας συνήγοροι σπεύδοντες πείθειν μηδὲν διαφέρειν τῆς θείας οὐσίας τὴν θείαν ἐνέργειαν, τοῦτο σπεύδουσιν ἡμᾶς κατα- B πεῖσαι τὸ γνωριστικὸν ἀναιροῦντες, μὴ γινώσκειν ὅτι ἔστιν ὁ Θεός· ὡς μηδὲ ἐκείνοι πάντως γινώσκοντες. Ὁ δὲ μὴ τοῦτο γινώσκων, ἀθεώτατός τε καὶ ἀφρονέστατος πάντων ἂν εἴη.

142. Cum autem dicunt isti Deo inesse quidem operationem, sed ab essentia minime distinctam, dissimulare conantur suam impietatem, et captiose auditores decipere et fallere. Sic etiam Libycus ille Sabellius dicebat Filium esse a Deo Patre nullatenus distinctum. Ut igitur ille convincebatur Patrem dicere sine Filio personalem utriusque distinctionem negando; ita isti nunc, minime distinctam asserendo a divina essentia divinam operationem, nullam Deo operationem attribuere convincuntur. Si enim hæ non sint distinctæ, agere et operari nequit Deus; non enim potest operari sine C operatione, juxta theologos, sicut nec, juxta eosdem, exsistere sine exsistentia. Insuper divinam operationem distinctam esse a divina essentia, abhinc etiam patet bene sentientibus. Operatio aliud operatur quod ipse operans non est. Sic operatur et facit Deus creaturas, ipse vero increatus est. Et relatio semper ad aliud dicitur: Filius enim dicitur ad Patrem; pater autem nunquam est patris filius; sicut igitur impossibile est relationem non distinctam esse ab essentia, et non esse modum substantiæ, sed ipsam substantiam; ita minime possibile est operationem non esse ab essentia distinctam, sed essentiam esse, licet dissentiant adversarii.

ρμβ'. Ὅταν δὲ λέγωσιν οὗτοι ὡς ἔχει μὲν ὁ Θεὸς ἐνέργειαν, ἀλλὰ τῆς οὐσίας μηδαμῶς κατὰ μηδὲν διαφέρουσαν, συσκιάζειν παιρῶνται καὶ οὕτω τὴν οἰκείαν δυσσέβειαν, καὶ σοφιστικῶς τοὺς ἀκούοντας παρακρούεσθαι καὶ ἀπατᾷν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Λίβυς ἐκεῖνος Σαβέλλιος ἔλεγε καὶ Υἱὸν ἔχειν τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, μηδὲν αὐτοῦ διαφέροντα. Ὡς οὖν ἐκεῖνος ἠλέγχετο Πατέρα λέγων Υἱοῦ χωρὶς, τὴν καθ' ὑπόστασιν αὐτῶν διαφορὰν ἀρνούμενος· οὕτως οὗτοι νῦν, κατ' οὐδὲν διαφέρειν λέγοντες τῆς θείας οὐσίας τὴν θείαν ἐνέργειαν, οὐκ ἔχειν ὅλως τὸν Θεὸν ἐνέργειαν ἀπελέγχονται φρονοῦντες. Εἰ γὰρ μηδὲν ταῦτα διενήνοχεν, οὐδὲ ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖν ἔχει ὁ Θεός. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐνεργεῖν χωρὶς ἐνεργείας, κατὰ τοὺς θεολόγους· ὥσπερ, κατ' αὐτοὺς, αὖθις οὐδὲ ὑπάρχειν χωρὶς ὑπάρξεως. Ὅτι δὲ ἡ θεία ἐνέργεια τῆς θείας οὐσίας διαφέρει, δῆλον ἂν εἴη κἀντεῦθεν τοῖς εὖ φρονοῦσιν· ἡ δὲ ἐνέργεια ἕτερον ἐνεργεῖ, ὅπερ ὁ ἐνεργῶν οὐκ ἔστιν. Ἐνεργεῖ γὰρ καὶ ποιεῖ ὁ Θεὸς τὰ κτίσματα, αὐτὸς δὲ ἄκτιστός ἐστι. Καὶ τὸ πρός τι δὲ, πρὸς ἕτερον ἀεὶ λέγεται. Υἱὸς γὰρ λέγεται πρὸς τὸν Πατέρα. Πατὴρ δὲ τοῦ Πατρός ἐστιν Υἱὸς οὐδέποτε. Ὡς οὖν τὸ πρός τι τῶν ἀδυνάτων μηδὲν διαφέρειν τῆς οὐσίας, μηδὲ ἐνθεωρεῖσθαι τῇ οὐσίᾳ, ἀλλ' οὐσίαν εἶναι, οὕτως οὐδὲ τὴν ἐνέργειαν ὅλως ἐστὶ δυνατὸν μὴ διαφέρειν τῆς οὐσίας, ἀλλ' οὐσίαν D εἶναι, κἂν οἱ ἐναντίοι ἀπαρέσκωνται.

143. Magnus Basilius in syllogisticis capitibus de Deo sermonem faciens dicit: « Operatio non est operator, nec opus; non igitur ab essentia indiscreta est operatio. » Et divus Cyrillus, de Deo et ipse disserens, id docet: « Facere quidem est operationis; natura vero, generare; natura autem et operatio non sunt idem. » Et delfer Damascenus: « Opus divinæ voluntatis, creatio. » Et alibi sursus idem clare dicit: « Aliud est operatio quam operans. Operatio enim est essentialis naturæ motus; operans vero, natura, ex qua operatio procedit. » Multipliciter igitur distincta est ab essentia divina operatio, juxta deiformes patres.

ρμγ'. Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς αὐτοῦ κεφαλαίοις περὶ Θεοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, φησὶν, ὡς ἡ ἐνέργεια οὔτε ὁ ἐνεργῶν ἐστιν οὔτε τὸ ἐνεργηθέν· οὐκ ἄρα τῆς οὐσίας ἀδιάφορός ἐστιν ἡ ἐνέργεια. Ὁ δὲ θεῖος Κύριλλος, περὶ Θεοῦ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον ποιούμενος, Τὸ μὲν ποιεῖν ἐνεργείας ἐστὶ, θεολογεῖ· φύσεως δὲ τὸ γεννᾷν· φύσις δὲ καὶ ἐνέργεια οὐ ταυτόν. Δαμασκηνὸς ὁ θεοφόρος, Ἔργον μὲν θείας θελήσεως, ἡ κτίσις. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ σαφῶς πάλιν ὁ αὐτὸς, Ἄλλο, φησὶν, ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἄλλο ἐνεργητικόν. Ἐνέργεια μὲν γάρ ἐστιν ἡ οὐσιώδης τῆς φύσεως κίνησις, ἐνεργητικὸν δὲ ἡ φύσις, ἐξ ἧς ἡ ἐνέργεια πρόεισι. Πολλαχῶς ἄρα τῆς θείας οὐσίας ἡ ἐνέργεια διαφέρει, κατὰ τοὺς θεοειδεῖς Πατέρας.

Digitized by Google

ρμδ'. Ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ παντάπασίν ἐστιν ἀνώνυμος, ἐπεὶ καὶ πάντη ἐστὶν ἀπερινόητος· ὀνομάζεται οὖν ἐκ πασῶν τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν, μηδενὸς ἐκεῖ τῶν ὀνομάτων πρὸς ἕτερον κατὰ τὴν σημασίαν διαφέροντος. Ἐξ ἑκάστου γὰρ καὶ πάντων οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ κρύφιον ἐκεῖνο μηδαμῶς γινωσκόμενον ὅ τί ποτέ ἐστι καλεῖται· ἐπὶ δὲ τῶν ἐνεργειῶν, ἕκαστον τῶν ὀνομάτων διάφορον ἔχει σημασίαν. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι διενηνόχασιν ἀλλήλων τὸ κτίζειν, τὸ δεσπόζειν, τὸ κρίνειν, τὸ προνοεῖσθαι, τὸ διὰ τῆς οἰκείας χάριτος τὸν Θεὸν ἡμᾶς υἱοθετεῖν; Οἱ οὖν τὰς φυσικὰς θείας ταύτας ἐνεργείας, ὡς ἀλλήλων τε καὶ τῆς θείας φύσεως διαφερούσας λέγοντες κτιστὰς, τί ἄλλο ἢ τὸν Θεὸν εἰς κτίσμα κατασπῶσι; Τὰ γὰρ κτιζόμενα, τὰ δεσποζόμενα, τὰ κρινόμενα, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ τοιαῦτα, ἔστι τὰ κτίσματα, ἀλλ' οὐχ ὁ Κτίστης, καὶ ὁ Δεσπότης, καὶ κριτής· οὐδ' αὐτὸ τὸ κρίνειν, καὶ δεσπόζειν, καὶ δημιουργεῖν, ἅπερ φυσικῶς ἐνθεωρεῖται τούτῳ.

ρμε'. Ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καθάπερ ἀνώνυμός ἐστι παντάπασιν, ὡς ὑπερώνυμος κατὰ τοὺς θεολόγους, οὕτως καὶ ἀμέθεκτος ὡς ὑπὲρ μέθεξιν ὑπάρχει κατ' αὐτούς· οἱ οὖν ἀπειθοῦντες οὗτοι νῦν τῇ διὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων τοῦ Πνεύματος διδασκαλίᾳ, καὶ λοιδοροῦντες ἡμᾶς τοὺς αὐτοῖς ὁμολογοῦντας, πολλοὺς γίνεσθαί φασι θεούς, ἢ σύνθετον τὸν ἕνα, εἴπερ ἡ θεία ἐνέργεια τῆς θείας οὐσίας διαφέρει, καὶ εἰ ὅλως ἐνθεωρεῖταί τι τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ. Ἀγνοοῦσι γὰρ, ὡς οὐχὶ τὸ ἐνεργεῖν καὶ ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ τὸ πάσχειν καὶ πάθος ποιεῖ τὴν σύνθεσιν. Ὁ δὲ Θεὸς ἐνεργεῖ, μηδὲν αὐτὸς πάσχων, μηδὲ ἀλλοιούμενος· οὐκ ἄρα σύνθετος ἔσται διὰ τὴν ἐνέργειαν. Καὶ τὸ πρὸς τί δὲ ὁ Θεὸς καὶ πρὸς τὴν κτίσιν ἔχει, ὡς ἀρχὴ καὶ Δεσπότης ὢν αὐτῆς, ἀλλ' οὐ συναριθμεῖται τοῖς γεγονόσι παρὰ τοῦτο. Πολλοὶ δὲ πάλιν πῶς ἔσονται θεοὶ διὰ τὸ ἔχειν τὸν Θεὸν ἐνέργειαν, εἴπερ ἑνός ἐστι Θεοῦ, μᾶλλον δὲ ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς, ἡ θεία οὐσία, καὶ ἡ θεία ἐνέργεια. Ἐαφὴς οὖν ὄντως τοῦτο λῆρος τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας.

ρμς'. Εἰπὼν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, ὅτι « Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἳ οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, » μεθ' ἡμέρας ἕξ, παραλαβὼν τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην καὶ εἰς τὸ Θαβώριον ὄρος ἀνελθὼν ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος· καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς· οὐ γὰρ ἠδύναντο ἐκεῖνοι βλέπειν πλέον· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς τὴν λάμψιν ταύτην οὐκ ἰσχύοντες ἀτενίζειν, πρηνεῖς εἰς γῆν κατέπεσον. Ὅμως εἶδον, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Σωτῆρος, τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τὸ θεῖκὸν ἐκεῖνο καὶ ἀπόῤῥητον φῶς· ὁ Γρηγόριος μὲν καὶ Βασίλειος οἱ μεγάλοι, θεότητα προσαγορεύουσι, Φῶς, λέγοντες, ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθηταῖς, καὶ κάλλος τοῦ ὄντως δυνατοῦ, ἡ νοητὴ αὐτοῦ καὶ θεωρητὴ θεότης. Ὁ γὰρ μέγας Βασίλειος καὶ κάλλος

A 144. Essentia Dei nullatenus nuncupari potest, cum sit omnino incomprehensa. Nominatur igitur ex omnibus suis operationibus; et nullum ibi nominum ab alio significatione differt. Singulis enim et omnibus nihil aliud vocatur quam absconditum illud minime notum quid sit. De operationibus vero nomina singula diversam habent significationem; quis enim nescit a se invicem distincta esse creationem, dominium, judicium, providentiam, et nostram ex gratia Dei adoptionem? Qui ergo naturales illas Dei operationes, utpote ab invicem et a natura divina distinctas, dicunt creatas, nonne Deum ad creaturam deprimunt? Nam creata, et gubernata, et judicata, et generatim omnia hujusmodi sunt creaturæ; non vero ipse Creator, et B Dominus, et Judex, nec ipsum judicium, et dominium, et creatio, quæ sunt naturales ipsius modi.

145. Essentia Dei, sicut nuncupari non potest quia est supra nomen juxta theologos, ita nec participari, quia est supra participationem juxta eosdem. Illi ergo qui nunc inobediunt traditæ a sanctis Patribus nostris Spiritus doctrinæ, nosque his consentaneos obtrectant, dicunt multos fieri deos, vel unum compositum, si divina operatio distincta sit a divina essentia, et si quis modus in substantia Dei resideat. Ignorant enim non in operando et in operatione, sed in patiendo et in passione fieri compositionem. At Deus operatur, non C ipse patiens, nec mutatus: non igitur compositus erit propter operationem. Et relationem habet Deus ad creaturam, utpote hujus principium et Dominus, sed non ideo creaturis annumeratur. Adhuc, quomodo multi erunt dii ex eo quod habet Deus operationem, siquidem unius sunt Dei, seu potius unus sunt Deus, divina essentia et divina operatio? Clarissime igitur in hoc deliranti isti dementes.

146. Postquam dixerat Dominus suis discipulis: « Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute [47]; post dies sex assumens Petrum, et Joannem, D et ascendens in montem Thabor, resplenduit sicut sol, et vestimenta ejus facta sunt candida sicut lux; et non poterant ille respicere amplius, sed potius lumen illud non valentes intueri, proni in terram ceciderunt. Simul viderunt, juxta promissionem Salvatoris, regnum Dei, divinum nempe illud et ineffabile lumen, quod magni Gregorius et Basilius divinitatem appellant, dicentes: « Lumen est divinitas discipulis in monte manifestata, et pulchritudo Omnipotentis, intelligibilis ejus visibilisque divinitas. » Magnus enim Basilius lucem illam dicit esse pulchritudinem Dei, solis sanctis visibilem in virtute divini Spiritus. Itaque subdit: « Vide

[47] Marc. viii, 39. »

Digitized by Google

runt autem ejus pulchritudinem Petrus et filii tonitrui in monte, supra solis jubar splendentem, et primitias ejus præsentiæ oculis præsumere meruerunt. » Et Damascenus theologus, cum Joanne Chrysostomo, naturalem divinitatis radium lumen illud vocaverunt. Prior enim scribit : « Ab æterno Filius ex Patre genitus, naturalem ab æterno habet radium divinitatis ; et divinitatis gloria, gloria corporis fit. » Et lingua aurea : « Fulgidior seipso, inquit, Dominus in monte apparuit, divinitate radios suos manifestante. »

εἶναι τοῦ Θεοῦ φησι τὸ φῶς ἐκεῖνο, μόνοις τοῖς ἁγίοις θεωρητὸν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ θείου Πνεύματος. Διὸ καὶ φησι πάλιν · Εἶδον δὲ αὐτοῦ τὸ κάλλος Πέτρος καὶ οἱ υἱοὶ τῆς βροντῆς ἐν τῷ ὄρει, ὑπερλάμπον τὴν τοῦ ἡλίου λαμπρότητα · καὶ τὰ προοίμια τῆς αὐτοῦ παρουσίας ὀφθαλμοῖς λαβεῖν κατηξιώθησαν. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς θεολόγος, μετὰ τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν Ἰωάννου, φυσικὴν ἀκτῖνα τῆς θεότητος τὸ φῶς ἐκεῖνο προσηγόρευσαν · ὁ μὲν γράφων · Ἀνάρχως ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, τὴν φυσικὴν ἀκτῖνα ἄναρχον κέκτηται τῆς θεότητος · καὶ ἡ τῆς θεότητος δόξα, δόξα τοῦ σώματος γίνεται · ὁ δὲ χρυσορρήμων, Δαμπρότερος, φησὶν, ἑαυτοῦ ἐφαίνετο ὁ Κύριος ἐπὶ τοῦ ὄρους, τῆς θεότητος παραδειξάσης τὰς ἀκτῖνας αὐτῆς.

147. Illud divinum et ineffabile lumen, Dei divinitatem et regnum, pulchritudinem et splendorem divinæ naturæ, sanctorum in incomprehensibili æternitate visionem et felicitatem, naturalem divinitatis radium et gloriam, phantasma et creaturam esse blaterant hæretici, et eos qui ipsorum instar in divinam lucem sic blasphemare non ausi, increatas æstimant Dei essentiam et operationem, polytheos calumniose circumclamitant ; verum erubescant. Quamvis enim increata sit divina lux, unus nobis est Deus in una divinitate, quia, ut superius crebro demonstratum est, unius Dei sunt, et increata essentia, et increata operatio, divina scilicet gratia et lux illa.

ρμζ'. Τοῦτο τὸ θεῖκὸν κα. ἀπόῤῥητον φῶς, τὴν τοῦ Θεοῦ θεότητα καὶ βασιλείαν, τὸ κάλλος καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς θείας φύσεως, τὴν ἐν τῷ ἀκαταλήπτῳ αἰῶνι τῶν ἁγίων ὅρασιν καὶ ἀπόλαυσιν, τὴν φυσικὴν ἀκτῖνα καὶ δόξαν τῆς θεότητος, φάσμα καὶ κτίσμα οἱ γλωσσαλγοῦντες αἱρετικοὶ λέγουσι καὶ τοὺς μὴ ἀνεχομένους κατ' αὐτοὺς εἰς τὸ θεῖον φῶς τοῦτο βλασφημεῖν, ἀλλ' ἄκτιστον εἶναι φρονοῦντας τὸν Θεὸν κατ' οὐσίαν, καὶ κατ' ἐνέργειαν, ὅτι θεῖτας εἶναι συκοφαντοῦντες περιαγγέλλουσιν. Ἀλλ' αἰσχυνέσθωσαν. Ἀκτίστου γὰρ καὶ τοῦ θείου φωτὸς ὄντος, εἷς ἡμῖν Θεός ἐστιν ἐν μιᾷ θεότητι · ὡς ἑνὸς Θεοῦ, καθάπερ ἀνωτέρω πολλαχῶς δέδεικται, καὶ τῆς ἀκτίστου οὐσίας οὔσης, καὶ τῆς ἀκτίστου ἐνεργείας · δηλαδὴ τῆς θείας χάριτος καὶ ἐλλάμψεως ταύτης.

148. Nefarii ergo hæretici, qui post synodum audacter dixerunt divinum illud lumen a Salvatore in Thabor emissum pro phantasmate ac creatura habendum esse, et id stabilire conati sunt, et a multis refutati haud mutaverunt sententiam, definitione scripta et anathemate percussi sunt. Nam in incarnationem Dei blasphemant, et creatam insane dicunt Dei divinitatem, et ad creaturam, quantum possunt, ipsum deprimunt Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Una enim et eadem est tribus divinitas. Si autem increatam isti et adorandam dicunt divinitatem, duas manifeste agnoscunt Dei divinitates, unam creatam, et alteram increatam. Sic satagunt cunctos veteres hæreticos impietate supergredi.

ρμη'. Φάσμα τοιγαροῦν καὶ κτίσμα φρονεῖν ἐπὶ τῆς συνόδου τολμηρῶς εἰπόντες, καὶ κατασκευάζειν πειραθέντες οἱ κακόφρονες αἱρετικοὶ, τὸ λάμψαν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐν Θαβὼρ θεῖκὸν ἐκεῖνο φῶς, καὶ διὰ πολλῶν ἐξελεγχθέντες, καὶ μὴ μεταπεισθέντες, ἀφορισμῷ ἐγγράφῳ καὶ ἀναθέματι καθυποβλήθησαν. Εἵς τε γὰρ τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν βλασφημοῦσι τοῦ Θεοῦ, καὶ κτιστὴν εἶναι φρενοβλαβῶς λέγουσι τὴν τοῦ Θεοῦ θεότητα, καὶ εἰς κτίσμα, τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον, κατασπῶσιν, αὐτὸν τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτή ἐστιν ἡ θεότης τῶν τριῶν. Εἰ δὲ καὶ ἄκτιστον οὗτοι σέβειν λέγουσι θεότητα, δύο φανερῶς λοιπὸν οὗτοι λέγουσιν εἶναι τοῦ Θεοῦ θεότητας, μίαν κτιστὴν, καὶ ἄλλην ἄκτιστον. Οὕτω φιλονεικοῦσι πάντας τοὺς ἐκ παλαιοῦ κακοδόξους ὑπερβῆναι τῇ δυσσεβείᾳ.

149. Alias hæresim suam velare conantes, et increatam dicunt lucem in Thabor manifestatam, et essentiam esse Dei, multipliciter et in hoc blasphemantes. Quia enim ab apostolis visum est lumen illud, visibilem consequenter esse autumant Dei essentiam. Verum audiant dicentem : « Nemo stetit in subsistentia, qui essentiam Dei et Dei naturam aut viderit aut enarraverit. Nec solum nullus hominum, sed nec angelorum. Ipsa enim sex alis ornata seraphim ob excessum emicantis ex ea coruscationis, faciem pennis circumtegunt. » Quia igitur nulli unquam visa est supersubstantialis essentia Dei, quando hanc esse lumen illud

ρμθ'. Ἄλλοτε δὲ τὴν οἰκείαν κακοδοξίαν συσκιάζειν μηχανώμενοι, καὶ ἄκτιστον λέγουσι τὸ ἐν Θαβωρίῳ λάμψαν φῶς, καὶ οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ, πολλαπλῶς κἀν τούτῳ βλασφημοῦντες. Ἐπεὶ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἑώραται τὸ φῶς ἐκεῖνο, ὁρατὴν λοιπὸν εἶναι κακῶς φρονοῦσι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν τοῦ λέγοντος· Οὐδεὶς ἔστη ἐν ὑποστήματι, καὶ οὐσίαν Θεοῦ, καὶ Θεοῦ φύσιν ἢ εἶδεν, ἢ ἐξηγόρευσεν. Καὶ μὴ μόνον οὐδεὶς ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγγέλων · καὶ αὐτὰ γὰρ τὰ ἐξαπτέρυγα Σεραφὶμ, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐκεῖθεν ἐκπεμπομένης ἐλλάμψεως, ταῖς πτέρυξι περικαλύπτει τὰς ὄψεις. Ἐπεὶ γοῦν οὐδέσιν οὐδέ ποτε

Digitized by Google

ἡ ὑπερουσιότης ὤφθη τοῦ Θεοῦ, ὅταν ταύτην εἶναι οἱ αἱρετικοὶ λέγωσι τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἀθέατον εἶναι παντάπασι τὸ φῶς τοῦτο μαρτυροῦσι. Καὶ μηδὲ τοὺς τῶν ἀποστόλων ἐγκρίτους τυχεῖν ἐπ' ὄρους τῆς τούτου θέας, μηδὲ τὸν Κύριον ἀληθῶς ταύτην ἐπαγγείλασθαι τούτοις, μηδ' ἀληθῶς λέγειν τὸν λέγοντα· Εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ· καὶ διαγρηγορήσαντες Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ. Ἕτερος δὲ τὸν διαφερόντως ἠγαπημένον τῷ Χριστῷ Ἰωάννην φησὶν, αὐτὴν τὴν τοῦ Λόγου θεότητα παραγυμνωθεῖσαν ἐπ' ὄρους ἰδεῖν. Εἶδον οὖν καὶ ἀληθῶς εἶδον τὴν ἄκτιστον καὶ θείαν ἔλλαμψιν ἐκείνην, ἀορᾶτου τοῦ Θεοῦ διαμένοντος καθ' ὑπερούσιον κρυφιότητα, κἂν οἱ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγοὶ, καὶ οἱ τούτων ὁμόφρονες διαῤῥαγῶσιν.

A hæretici dicunt, invisibilem esse illam lucem restantur, et neque apostolorum selectos visionem ejus in monte sortitos esse, nec Dominum vero hanc eis esse pollicitum, nec veridicum esse qui dicit : « Speculatores facti sumus illius magnitudinis, cum essemus cum ipsa in monte sancto [67a],» — « Et evigilantes Petrus et qui cum ipso erant, viderunt majestatem ejus [67b]. » Alius vero dicit dilectissimum Christo Joannem ipsam Verbi divinitatem in monte revelatam speculatum fuisse. Viderunt igitur, et vere intuiti sunt increatam divinamque lucem, Deo invisibili remanente secundum supersubstantialem et absconditam essentiam, licet hæresis duces eorumque asseclæ disrumpantur.

B

ρν'. Ἠνίκα δέ τις ἔρηται τοὺς αἱρετικοὺς τουσδε, οὐσίαν εἶναι τὸ φῶς ἐκεῖνο τῆς θεότητος εἰπόντας, καὶ ὁρᾶται λοιπὸν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαζόμενοι τὸν δόλον ἐγκαλύπτουσιν, οὐσίαν λέγοντες εἶναι τοῦτο φάναι, ἐπεὶ δι' αὐτοῦ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἑώραται· διὰ γὰρ τῶν κτισμάτων ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ὁρᾶται· πάλιν κτίσμα κατασκευάζοντες οἱ τάλανες εἶναι τὸ φῶς τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως. Καθορᾶται δὲ διὰ τῶν κτισμάτων, οὐχ ἡ οὐσία, ἀλλ' ἡ δημιουργικὴ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια. Ὥστε δυσσεβῶς καὶ τοῦτο, καὶ τῷ Εὐνομίῳ συμφωνοῦντες λέγουσιν, ὅτι διὰ τῶν κτισμάτων ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ ὁρᾶται· οὕτω πολύχουν αὐτοῖς ἐστι τὸ τῆς δυσσεβείας λῆζον. Φευκταῖον οὖν αὐτοὺς, καὶ C τὴν αὐτῶν κοινωνίαν, ὡς ψυχοφθόρον, καὶ πολυκέφαλον ὕδραν, ὡς πολυειδῆ τῆς εὐσεβείας λήμην.

150. Si qui autem contendant hosce hæreticos dicere essentiam esse lumen illud divinitatis, ac proinde videri posse essentiam Dei, coacti dolum tegunt, asserendo illud essentiam ab eis vocari, quia per illud cernitur Dei essentia, per creaturas enim essentia Dei videtur : et sic rursus creaturam fingunt esse miseri lucem transfigurationis Domini. Spectatur porro per creaturas, non essentia, sed creatrix Dei operatio. Ita ut impie et hoc Eunomio consonantes dicant, per creaturas Dei essentiam cerni : ac proinde multiplex eis est impietatis seges. Fugere igitur oportet istos eorumque societatem, ut perniciosam et multicipitem hydram, et multiformem pietatis luem.

[67a] II Petr. I, 18. [67b] Luc IX, 32.

ΑΓΙΟΡΕΙΤΙΚΟΣ ΤΟΜΟΣ

ΥΠΕΡ

ΤΩΝ ΗΣΥΧΑΖΟΝΤΩΝ

Διὰ τοὺς ἐξ ἰδίας ἀπειρίας καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἁγίους ἀπειθείας, ἀθενοῦντας τὰς τοῦ Πνεύματος μυστικὰς ἐνεργείας, κρεῖττον, ἢ λόγος ἐν τοῖς κατὰ πνεῦμα ζῶσιν ἐνεργουμένας, καὶ δι' ἔργων φανερουμένας, ἀλλ' οὐ διὰ λόγων ἀποδεικνυμένας.

HAGIORITICUS TOMUS

DE QUIETISTIS

Contra eos qui ex propria inexperientia et erga sanctos inobedientia contemnunt mysticas Spiritus operationes, quæ melius quam dici potest operantur in viventibus secundum spiritum, et quæ operibus revelantur, haud vero sermonibus reteguntur.

Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα, καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐγνωσμένα, καὶ παῤῥησίᾳ κηρυττόμενα δόγματα, τοῦ διὰ Μωσέως ὑπῆρχε νόμου μυστήρια, τοῖς προφήταις

A Perscita familiariter universisque nota et prædicata audacter dogmata, erant Mosaicæ legis mysteria, solis prophetis in spiritu prævisa. Promissa

Digitized by Google

autem bona in ævo futuro, sunt mysteria evangelicæ vitæ, his quos spiritus visione dignatur, et his ad mensuram, quasi in pignoris parte, data et prævisa. Sed quemadmodum si quis tunc Judæorum, non cum gratiarum actione audiens prophetas profantes Verbum et Spiritum Dei æternaque ac sempiterna, aures cohibuisset, audire visus voces pietati vetitas, et voci a piis admissæ contrarias, voci nempe dicenti : « Dominus Deus tuus Dominus unus est [48] » idem forsan et nunc ei accideret qui non cum pietate audiret nota solis virtute mundis mysteria Spiritus. Et sicut adhuc prædictionum illarum exitus consona evidentiæ manifestavit antiqua mysteria, et credimus nunc in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, divinitatem personis trinam, unam et simplicem naturam incompositam, increatam, invisibilem, incomprehensibilem ; ita et futuri sæculi mysteria, in propriis temporibus manifestata, per ineffabilem unius Dei in tribus personis perfectis revelationem, consona omni evidentiæ ostendentur. Oportet tamen id etiam attendere : ut, quamvis novissime terminis terræ revelata sit divinarum personarum Trinitas ratione Unitatis minime destructa, prophetis tamen illis etiam ante rerum eventum perfecte cognoscebatur iisdemque credentibus jam tunc acceptissimum erat, eodem modo etiam nunc scimus et confitemur sermones sive aperte prædicatos mystice dignis in spiritu præmonstratos : alii quidem experientia edocti, quicunque rerum possessioni hominumque gloriæ et fœdis corporis voluptatibus ad amplectendam evangelicam vitam non solum renuntiaverunt, sed etiam hanc abrenuntiationem obedientia coætaneis Christi confirmaverunt, sibi enim et Deo per quietem sine sollicitudine vacantes, et jugi oratione supra se ascendentes, et conjuncti Deo per mysticam et inintelligibilem cum eo unionem, quæ sunt supra mentem docti sunt ; alii vero initiati sunt sua erga hos veneratione, fide ac dilectione. Sic igitur et nos, audientes magnum Dionysium in secunda ad Caium epistola dicentem : « Deificum Dei donum esse divinitatem et deitatis principium, et boni fontem, et dantem hanc gratiam dignis Deum supra hanc divinitatem esse credimus. » Multiplicitatem enim Deus non patitur, nec duas sic aliquis dicit divinitates. At hanc deificam Dei gratiam divus Maximus de Melchisedech scribens increatam esse demonstrat, et semper procedere a semper existente Deo ; et alibi sæpe lumen illud vocat « lucem ingenitam substantialemque, et dignis, quando facti sunt digni, manifestatam, sed non tunc factam, et lucem ineffabilis gloriæ, et angelorum munditiam. » Magnus autem Macarius illud nuncupat « incorporalium escam, et gloriam naturæ divinæ, et futuri sæculi pulchritudinem, ignem divinum ac supercœlestem, lumen ineffabile et intellectuale, arrham Spiritus sancti, lætificum sanctitatis oleum. »

μόνοις ἐν Πνεύματι προορώμενα. Τὰ δ' ἐπηγγελμένα τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας ἐστὶ μυστήρια, τοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ὁρᾷν ἠξιωμένοις, καὶ τούτοις μετρίως, ὡς ἐν ἀρραβῶνος μέρει, διδόμενά τε καὶ προορώμενα. Ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τότε τῶν Ἰουδαίων, μὴ μετ' εὐχαριστίας ἀκούων τῶν προφητῶν λεγόντων λόγον, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, συναλδιά τε καὶ προαιώνια, συνέσχεν ἂν τὰ ὦτα, δοκῶν ἀπηγορευμένων ἀκούειν τῇ εὐσεβείᾳ φωνῶν, καὶ τῆς ἀνομολογημένης τοῖς εὐσεβέσι φωνῆς ἐναντίων · δηλονότι τῆς λεγούσης · « Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν · » οὕτω καὶ νῦν τάχα ἂν πάθῃ τις, μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν μόνοις ἐγνωσμένων τοῖς δι' ἀρετὴν κεκαθαρμένοις μυστηρίων τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' ὥσπερ αὖθις ἡ τῶν προῤῥήσεων ἐκείνων ἔκβασις, σύμφωνα τοῖς φανεροῖς ἀνέδειξε τὰ τότε μυστήρια, καὶ πιστεύομεν νῦν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Θεότητα τρισυπόστατον, μίαν φύσιν ἁπλῆν, ἀσύνθετον, ἄκτιστον, ἀόρατον, ἀπερινόητον· οὕτω καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἐν καιροῖς ἰδίοις ἀποκαλυφθέντος, κατὰ τὴν ἄφραστον ἔκφανσιν τοῦ ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν ἑνὸς Θεοῦ, σύμφωνα τοῖς πᾶσιν ἐκφανήσεται τοῖς φανεροῖς τὰ μυστήρια. Δεῖ μέντοι κἀκεῖνο σκοπεῖν · ὡς εἰ καὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς ὕστερον ἐξεφάνη τὸ τρισυπόστατον τῆς Θεότητος, τῷ λόγῳ τῆς μοναρχίας, μηδαμῶς λυμαινόμενον, ἀλλὰ τοῖς προφήταις ἐκείνοις, καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων, ἀκριβῶς ἐγινώσκετο, καὶ τοῖς αὐτοῖς τηνικαῦτα πειθομένοις, εὐπαράδεκτον ἦν · τὸν ἴσον ἄρα τρόπον, οὐδὲ νῦν τοὺς λόγους τῆς ὁμολογίας ἀγνοοῦμεν, τῶν τε παῤῥησίᾳ κηρυττομένων, καὶ τῶν μυστικῶς ἐν Πνεύματι τοῖς ἀξίοις προφαινομένων· οἱ μὲν αὐτῇ τῇ πείρᾳ μεμυημένοι, ὅσοι τῇ τε τῶν χρημάτων κτήσει, καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων δόξῃ, καὶ ταῖς σωμάτων οὐ καλαῖς ἡδοναῖς, διὰ τὴν Εὐαγγελικὴν ἀπετάξαντο ζωὴν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποταγὴν ταύτην, διὰ τῆς πρὸς τοὺς ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν ἡλικίᾳ προσήκοντας ἐβεβαίωσαν ὑποταγῆς· ἑαυτοῖς γὰρ, καὶ τῷ Θεῷ δι' ἡσυχίας ἀπεριμερίμνως σχολάσαντες, καὶ διὰ προσευχῆς εἰλικρινοῦς, ὑπὲρ ἑαυτοὺς γενόμενοι, καὶ γεγονότες ἐν Θεῷ, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν μυστικῆς ὑπὲρ νοῦν ἑνώσεως, τὰ ὑπὲρ νοῦν ἐμυήθησαν· οἱ δὲ, τῇ πρὸς τοὺς τοιούτους αἰδοῖ, καὶ πίστει, καὶ στοργῇ. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡμεῖς, τοῦ μεγάλου Διονυσίου λέγοντος ἀκούοντες, ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Γάϊον ἐπιστολῇ · Τὸ τοῦ Θεοῦ Θεοποιὸν δῶρον, θεότητα, καὶ θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν. καὶ τὸν τὴν χάριν ταύτην τοῖς ἀξίοις παρέχοντα Θεὸν, ὑπὲρ ταύτην τὴν θεότητα εἶναι πειθόμεθα. Πολυπλασιασμὸν γὰρ ὁ Θεὸς οὐ πάσχει, οὐδὲ δύο λέγει τις οὕτω θεότητας. Ἀλλὰ τὴν θεοποιὸν ταύτην χάριν τοῦ Θεοῦ, ὁ θεῖος Μάξιμος περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ γράφων, ἄκτιστον εἶναι ἀποφαίνεται, καὶ ἀεὶ οὖσαν ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ, ἀλλαχοῦ δὲ πολλαχοῦ, ἀγέννητόν τε καὶ ἀνυπόστατον φῶς τοῖς ἀξίοις, ἡνίκ' ἂν γένοιντο ἄξιοι, φανερούμενον, ἀλλ' οὐ τότε γινόμενον. Τοῦτο τὸ φῶς οὖ-

[48] Marc. XII, 19.

Digitized by Google

τος, καὶ φῶς ὑπεραῤῥήτου δόξης, καὶ ἀγγέλων καθαρότητα ὀνομάζει· ὁ δὲ μέγας Μακάριος, καὶ τῶν ἀσωμάτων τροφὴν, καὶ τῆς θείας φύσεως δόξαν, καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος καλλονὴν, πῦρ θεῖον καὶ ἐπουράνιον, φῶς ἄῤῥητον, καὶ νοερὸν, ἀῤῥαβῶνα Πνεύματος ἁγίου, ἁγιαστικὸν ἀγαλλιάσεως ἔλαιον.

Ὅστις οὖν, τους τὴν θεοποιὸν ταύτην χάριν τοῦ Θεοῦ, ἄκτιστον, καὶ ἀγέννητον, καὶ ἐνυπόστατον λέγοντας, τοῖς Μασσαλιανοῖς συντάττει καὶ Διθεΐτας καλεῖ, εἴπερ ἄρα τίς ἐστιν, οὗτος ἔστω τοῖς τοῦ Θεοῦ ἁγίοις ἀντικείμενος, καὶ τοῦ κλήρου τῶν σωζομένων, εἰ μὴ μεταμεληθείη, ἑαυτὸν ἐκβάλλων, καὶ αὐτὸς ἐκπίπτων τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου τῶν ἁγίων φύσει Θεοῦ· ὅστις δὲ πιστεύων, καὶ πειθόμενος, καὶ συμφθεγγόμενος τοῖς ἁγίοις, καὶ μὴ προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, τὸ μὲν φανερῶς λεγόμενον οὐκ ἀποσείεται, ὡς ἀγνοῶν, ἀγνοεῖ δὲ τὸν τρόπον τοῦ μυστηρίου, μὴ ἀπαξιούτω ζητεῖν, καὶ μανθάνειν παρὰ τῶν εἰδότων. Εἴσεται γὰρ, ὡς οὐδὲν ἀνακόλουθον τοῖς θείοις λόγοις καὶ πράγμασι, καὶ ταῦτ' ἐπὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων, καὶ ὧν ἄνευ οὐδὲν οὐδαμῶς ἂν συσταίη, οὔτε μυστήριον ὅλως θεοπρεπές.

Ὅστις μόνῃ τῇ μιμήσει τε καὶ σχέσει, χωρὶς τῆς θεοποιοῦ χάριτος τοῦ Πνεύματος, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τελείαν ἕνωσιν ἀποφαίνεται τελεῖσθαι, κατὰ τοὺς ὁμοήθεις καὶ ἀγαπωμένους ὑπ' ἀλλήλων, καὶ τὴν θεοποιὸν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἕξιν τῆς λογικῆς φύσεως, διὰ μόνης μιμήσεως προσγινομένην, ἀλλ' οὐκ ἔλλαμψιν ὑπερφυᾶ καὶ ἀπόῤῥητον, καὶ θείαν ἐνέργειαν, ὁρωμένην ἀορατως τοῖς ἠξιωμένοις, καὶ νοουμένην ἀπερινοήτως, οὗτος ἔστω, τῇ των Μασσαλιανῶν, ὡς οὐκ οἶδεν, ἀπάτῃ περιπεσών. Φύσει γὰρ ἔσται κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην Θεὸς ὁ θεούμενος, εἰ κατὰ φυσικὴν δύναμιν ἡ θέωσις ἔσται, καὶ τοῖς ὅροις τῆς φύσεως ἐμπεριλαμβάνεσθαι πέφυκε. Μὴ τοίνυν οὗτος τὴν οἰκείαν περιτροπὴν, τοῖς ἀσφαλῶς ἑστῶσιν ἐπιχειρείτω προστρίψασθαι, καὶ μῶμον τοῖς ἀμωμήτοις τὴν πίστιν ἐπενεγκεῖν· ἀλλὰ τὸ φρόνημα καταθέμενος, μανθανέτω παρὰ τῶν πεπειραμένων, ἢ τῶν ἀπ' ἐκείνων δεδιδαγμένων, ὡς ἄσχετός ἐστι παντάπασιν ἡ τῆς Θεότητος χάρις, οὐκ ἔχουσα τὴν οἱανοῦν δεκτικὴν ἑαυτῆς ἐν τῇ φύσει δύναμιν· ἐπεὶ οὐκ ἔτι χάρις ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν δύναμιν ἐνεργείας φανέρωσις. Καὶ οὐδὲ παράδοξον ἔσται τὸ γενόμενον, εἰ κατὰ δεκτικὴν δύναμιν θεώσεως ἡ θέωσις εἴη· φύσεως γὰρ ἂν εἰκότως ἔργον, ἀλλ' οὐ Θεοῦ δῶρον ἡ θέωσις εἴη, καὶ δυνήσεται καὶ φύσει Θεὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, καὶ κυρίως προσαγορεύεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι καθέστηκεν ἡ κατὰ φύσιν τῶν ὄντων ἑκάστου δύναμις, ἢ φύσεως πρὸς ἐνέργειαν ἀπαράβατος κίνησις. Πῶς δὲ καὶ ἐξίστησιν ἑαυτοῦ τὸν θεούμενον, ἡ θέωσις; Εἰ ἔτι τοῖς ὅροις τῆς φύσεως αὐτὴ περιείληπται, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Ὑπὲρ φύσιν τοίνυν, καὶ ἀρετὴν, καὶ γνῶσιν, ἡ τῆς θεώσεως χάρις, καὶ ἀπείρως τὰ τοιαῦτα ἅπαντα, καὶ τὸν ἅγιον Μάξιμον ταύτης ἀποδεῖ. Ἀρετὴ μὲν γὰρ πᾶσα, καὶ ἡ ἐφ' ἡμῖν τοῦ Θεοῦ μίμησις πρὸς τὴν θείαν ἕνωσιν ἐπιτήδειον ποιεῖται τὸν κεκτημένον· ἡ δὲ χάρις αὐτὴν τελεσιουργεῖ τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν· δι' αὐτῆς γὰρ ὅλος μὲν ὅλοις τοῖς ἀξίοις ὁ Θεὸς περιχωρεῖ· ὅλῳ δὲ ὅλοι περιχωροῦσιν ὁλικῶς οἱ ἅγιοι τῷ Θεῷ, ὅλον ἀντιλαμβάνοντες ἑαυτῶν τὸν Θεόν·

Quicunque igitur dicentes hanc Dei gratiam esse increatam ingenitamque et substantialem, Massalianis adnumerat et dualistas vocat, si quis nempe sit, iste sciat se sanctis Dei adversari, et ab electorum sorte, si non resipiscat, seipsum ejicere, et excidere ab uno soloque sancto natura Deo. Quicunque autem credens, et obediens, et consonans sanctis, nec peccaminosos prætexens prætextus, clare quidem dictum non rejicit ut ignorans, ignorat vero modum mysterii, non dedignetur quærere ac discere a scientibus. Sciet enim nihil inconveniens esse divinis sermonibus et rebus, et etiam in maxime necessariis et sine quibus nihil prorsus constaret, nec ullum mysterium Deo congruens.

Quicunque imitatione tantum et habitu, sine deifica Spiritus gratia, perfectam cum Deo unionem fieri asserit, sicut inter eos qui sunt moribus consimiles et sibi invicem dilecti, et deificam Dei gratiam esse habitum rationalis naturæ sola imitatione acquisitum, sed non ineffabilem supernaturalemque illuminationem ac divinam operationem, invisibiliter visam a dignis et incomprehense intellectam, hic sciat Massalianorum se inscium errori incidisse. Natura enim Deus erit necessario prorsus qui deificatur, si deificatio penes naturalem virtutem sit et intra naturæ limites possit comprehendi. Ne igitur hicce suum errorem tuto stantibus imprimere conetur, et exprobrium irreprehensibilibus fide inferre; sed suos deponens sensus, discat ab expertis aut ab his quos docuerunt, absolutam prorsus esse divinitatis gratiam, nec ullatenus posse viribus naturæ capi, quia secus jam non gratia esset, sed naturalis potentiæ operatio manifestata. Et nihil tunc admirabile fieret, si juxta capacem deificationis virtutem deificatio foret; naturæ enim proprie opus, et non Dei donum esset deificatio, et deificatus posset natura Deus fieri et proprie vocari. Nam nihil aliud est naturalis uniuscujusque rerum potentia, quam naturæ ad operationem inamovibilis motus. Et quomodo deificatione supra seipsum elevatur deificatus? Si hoc intra naturæ limites comprehendatur, id intelligere non valeo. Supra naturam igitur virtutemque ac scientiam est deificationis gratia, et infinite omnia hujusmodi, juxta sanctum Maximum, ab hoc distant. Virtus quidem omnis et pro viribus imitatio Dei aptum ad divinam unionem faciunt qui eas adeptus est, gratia autem ipsam perficit ineffabilem unionem, per eum enim totus omnibus dignis illabitur Deus, et toti omnes integre insident sancti Deo, toti in Deum transmutati, et suæ ad eum ascensionis quasi bravium consecuti ipsum Deum, qui sicut anima corpori, ipsis tanquam membris circumfunditur, eosque in seipso dignatur ut pote.

Digitized by Google

καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀναβάσεως, οἷον ἔπαθλον αὐτὸν μόνον κτησάμενοι τὸν Θεὸν, ψυχῆς πρὸς σῶμα περιφύντα τρόπον, ὡς οἰκείοις μέλεσι, καὶ ἐν αὐτῷ εἶναι καταξιώσαντα.

Quicunque dicentes in corde aut in cerebro insidere animam, Massalianos esse affirmat, hic sciat se male in sanctos invehi. Magnus enim Athanasius cerebro inesse rationalem animæ partem dicit. Macarius autem, minime ipsi magnitudine cedens, in corde reponit mentis operationem. Et his concinunt sancti fere omnes. Quod autem dicit divus Gregorius Nyssenus, mentem neque intra neque extra corpus esse, utpote incorpoream, non adversatur sanctis illis : illi enim mentem reponunt intra corpus, utpote huic conjunctam. Alio igitur sensu loquentes, minime cum eo discrepant. Neque enim dicenti non in loco esse Deum, quatenus incorporalem, contradicit qui ait insedisse olim Dei Verbum virginali et B immaculato utero, utpote hic ineffabiliter conjunctum nostræ massæ per inenarrabilem misericordiam.

Quicunque manifestatam discipulis in Thabor lucem dicit fuisse phantasma, et qualecunque symbolum apparuisse et evanuisse, sed non veram esse, nec supra omnem cogitatione, at inferiorem cogitatione operationem, clare contradicit sanctorum sententiæ. Illi enim, tum sermonibus, tum scriptis, ineffabilem, increatam, æternam, non temporaneam, inaccessam, immensam, infinitam, indeterminatam, angelis et hominibus invisibilem, archetypam pulchritudinem et immutabilem, gloriam Dei, gloriam Christi, gloriam Spiritus, radium divinitatis, et alia hujusmodi, illam nuncupant. Glorificatur enim, inquiunt, caro semel assumpta, et gloria divinitati fit gloria corporis. Sed in corpore visibili erat gloria non capientibus angelis etiam invisibilia. Transfiguratur igitur, non quod non habebat assumens, nec in id quod non erat transmutatus, sed quod erat suis discipulis manifestans, eorumque aperiens oculos, et ex cæcis videntes reddens. Nam ipse remanens idem, alius quam antea videbatur, tunc discipulis visus apparuit. Ipse enim verum est gloriæ decus, et sicut sol refulgebat, quod est obscura imago, sed impossibile est non imperfecte in creatura increatum adumbrari.

Quicunque increatam esse dicit solam Dei essentiam, haud vero et æternas ejus operationes, quas omnes supereminet, sicut omnia opera operans, audiet sanctum Maximum dicentem : « Immortalia omnia et ipsa immortalitas, et viventia omnia et ipsa vita, et sancta omnia et ipsa sanctitas, et omnia virtute prædita et ipsamet virtus, et bona omnia et ipsa bonitas, et exsistentia omnia et ipsamet exsistentia, Dei evidenter opera sunt; sed alia quidem esse temporaliter cœperunt, fuit enim tempus quam non essent, alia vero esse temporaliter non cœperunt, nullum enim fuit tempus quam non essent virtus, et bonitas, et sanctitas et immortalitas. » Et

Ὅστις τοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ, ἢ τῷ ἐγκεφάλῳ λέγοντας τὸν νοῦν ἐνιδρῦσθαι, Μασσαλιανοὺς εἶναι διισχυρίζεται, οὗτος ἴστω, κακῶς τοῖς ἁγίοις ἐπιτιθέμενος. Ὁ μὲν γὰρ μέγας Ἀθανάσιος, τῷ ἐγκεφάλῳ τὸ λογικὸν ἐνεῖναι τῆς ψυχῆς φησι· Μακάριος δὲ ὁ τῇ μεγαλειότητι μηδὲν ἐλλείπων, ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν τοῦ νοῦ ἐνέργειαν. Συνῳδὰ δὲ τούτοις οἱ ἅγιοι σχεδὸν ἅπαντες. Ὁ γάρ φησιν ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, ὅτι ὁ νοῦς οὔτε ἐντὸς οὔτε ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν, ὡς ἀσώματος, οὐκ ἐναντιοῦται τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις· ἐντὸς γὰρ τοῦ σώματος ἐκεῖνοι λέγουσι τὸν νοῦν, ὡς συνημμένον τούτῳ. Κατ' ἄλλον τοίνυν τρόπον τοῦτο λέγοντες, ἥκιστα πρὸς ἐκεῖνον διαφέρονται. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῷ λέγοντι μὴ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον εἶναι, ἢ ἀσώματον, ἀντίκειται, ὁ ἔνδον γενέσθαι ποτὲ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον λέγων παρθενικῆς καὶ παναμώμου μήτρας, ὡς ἐκεῖ συνημμένον ὑπὲρ λόγον τῷ καθ' ἡμᾶς φυράματι, διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον.

Ὅστις τὸ ἐν Θαβωρίῳ τοὺς μαθητὰς περιαστράψαν φῶς, φάσμα λέγει, καὶ σύμβολον τοιοῦτον, οἷον γίνεσθαι καὶ ἀπογίνεσθαι, ἀλλ' οὐ κυρίως εἶναι, καὶ οὐχ ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν, ἀλλὰ χείρω νοήσεως ἐνέργειαν, σαφῶς ἀντιφθέγγεται ταῖς τῶν ἁγίων δόξαις. Οὗτοι γὰρ, κἂν τοῖς ῥήσμασι, κἂν τοῖς συγγράμμασιν, ἀπόῤῥητον, ἄκτιστον, ἀΐδιον, ἄχρονον, ἀπρόσιτον, ἄπλετον, ἄπειρον, ἀπεριόριστον, ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις ἀθέατον, ἀρχέτυπον κάλλος, καὶ ἀναλλοίωτον, δόξαν Θεοῦ, δόξαν Χριστοῦ, δόξαν Πνεύματος, ἀκτῖνα θεότητος, καὶ τὰ τοιαῦτα, προσαγορεύουσι. Δοξάζεται μὲν γὰρ, φησὶν, ἡ σὰρξ ἅπαξ τῇ προσλήψει, καὶ δόξα τοῦ σώματος ἡ δόξα τῆς θεότητος γίνεται. Ἀλλ' ἀφανὴς ἦν ἡ δόξα ἐν τῷ φαινομένῳ σώματι, τοῖς μὴ χωροῦσι τὰ καὶ ἀγγέλοις ἀθέατα. Μεταμορφοῦται τοίνυν, οὐχ ὃ οὐκ ἦν προσλαβόμενος, οὐδὲ εἰς ὅπερ οὐκ ἦν μεταβαλλόμενος, ἀλλ' ὅπερ ἦν τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς ἐκφαινόμενος, διανοίγων τούτων τὰ ὄμματα, καὶ ἐκ τυφλῶν ἐργαζόμενος βλέποντας. Μένων γὰρ αὐτὸς ἐν ταυτότητι, παρ' ὃ τὸ πρὶν ἐφαίνετο, νῦν τοῖς μαθηταῖς ἐωρᾶτο φαινόμενος. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ ἀληθινὸν, τὸ τῆς δόξης ὡράϊσμα, καὶ ὡς ὁ ἥλιος ἔλαμψεν, ἀμυδρὰ ἡ εἰκὼν, ἀλλ' ἀμήχανον ἀπαραλείπτως ἐν τῇ κτίσει, τὸ ἄκτιστον εἰκονίζεσθαι.

Ὅστις ἄκτιστον τὴν οὐσίαν μόνην εἶναι λέγει τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μὴ καὶ τὰς ἀϊδίους ἐνεργείας αὐτοῦ, ὧν καὶ ὑπερέχει πασῶν ὡς τῶν ἐνεργουμένων ἁπάντων τὸ ἐνεργοῦν, τοῦ ἁγίου ἀκουσάτω Μαξίμου λέγοντος· Τὰ ἀθάνατα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀθανασία· καὶ τὰ ζῶντα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ζωή· καὶ τὰ ἅγια πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἁγιότης· καὶ τὰ ἐνάρετα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀρετή· καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀγαθότης· καὶ τὰ ὄντα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ὀντότης, θεοῦ προδήλως ἔργα τυγχάνουσιν· ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ εἶναι χρονικῶς ἠργμένα (ἦν γάρ ποτε ὅτε οὐκ ἦν), τὰ δὲ τοῦ εἶναι χρονικῶς οὐκ ἠργμένα· οὐκ ἦν γάρ ποτε ὅτε οὐκ ἦν ἀρετὴ, καὶ ἀγαθότης, καὶ ἁγιότης καὶ ἀθανασία·

Digitized by Google

καὶ πάλιν· Ἡ ἀγαθότης, καὶ πᾶν εἴ τι ἀγαθότητος ἐμπεριέχεται λόγῳ· καὶ ἁπλῶς πᾶσα ζωὴ, καὶ ἀθανασία, καὶ ἁπλότης, καὶ ἀτρεψία, καὶ ἀπειρία, καὶ ὅσα περὶ τὸν Θεὸν οὐσιωδῶς θεωρεῖται, ἔργα Θεοῦ εἰσι, καὶ οὐκ ἠργμένα χρονικῶς. Οὐ γάρ ποτε πρεσβύτερον ἀρετῆς τὸ οὐκ ἦν, οὐδέ τινος ἄλλου τῶν εἰρημένων κἂν τὰ μετέχοντα αὐτῶν κατ' αὐτὰ, ἤρκται τοῦ εἶναι χρονικῶς. Ἄναρχος γὰρ πᾶσα ἀρετὴ, μὴ ἔχουσα τὸν χρόνον ἑαυτῆς πρεσβύτερον, οἷα τὸν Θεὸν ἔχουσα τοῦ εἶναι μονώτατον ἀϊδίως γεννήτορα. Πάντων δὲ τῶν ὄντων καὶ μετεχόντων καὶ μεθεκτῶν, ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξήρηται. Μανθανέτω τοίνυν ἐκ τούτων, ὡς οὐ πάντα τὰ ὑφεστηκότα ἐκ Θεοῦ, καὶ ὑπὸ χρόνον εἰσί. Καὶ γὰρ ἔστιν ἃ τούτων ἄναρχά ἐστι, καὶ τῷ λόγῳ τῆς μόνης ἀνάρχου φύσει, καὶ τριαδικῆς μονάδος, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ὑπερφυοῦς ἁπλότητος, ἧκιστα λυμαίνεται· τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον καὶ ὁ νοῦς κατ' ἀμυδρὰν εἰκόνα τῆς ὑπερβαλλούσης ἐκείνης ἀμερείας, οὐδαμῶς διὰ τὰς ἐμφύτους ἑαυτοῦ νοήσεις, σύνθετός ἐστιν.

Ὅστις τὰς ἐνσημαινομένας τῷ σώματι πνευματικὰς διαθέσεις, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῶν κατὰ Θεὸν προκοπτόντων χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος, οὐ παραδέχεται, καὶ τὴν τοῦ παθητικοῦ καθ' ἕξιν νέκρωσιν ἀπάθειάν φησιν, ἀλλὰ μὴ τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω καθ' ἕξιν ἐνέργειαν, ὁλικῶς ἀπεστραμμένου τὰ πονηρὰ, καὶ ἐπεστραμμένου πρὸς τὰ καλὰ, ὡς τὰς πονηρὰς ἕξεις ἀποκτισαμένου, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς πλουτήσαντος, οὗτος ἀκολούθως τῇ τοιαύτῃ δόξῃ, καὶ τὴν ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τῶν ὄντων αἰῶνι μετὰ σώματος ἀπαναίνεται διαγωγήν· εἰ γὰρ συμμεθέξει τότε τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, καὶ νῦν δήπου συμμεθέξει, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, τῆς χορηγουμένης μυστικῶς καὶ ἀπορρήτως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χάριτος τῷ κεκαθαρμένῳ νῷ, καὶ αὐτὸ τὰ θεῖα πείσεται, καταλλήλως ἑαυτῷ, μετασκευασθέντος, καὶ ἁγιασθέντος, ἀλλ' οὐ καθ' ἕξιν νενεκρωθέντος τοῦ τῆς ψυχῆς παθητικοῦ. Καὶ δι' ἑαυτοῦ, κοινοῦ σώματός τε καὶ ψυχῆς ὑπάρχοντος, τὰς τοῦ σώματος ἁγιάζοντος διαθέσεις τε καὶ ἐνεργείας. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀπηλλαγμένων τῶν τοῦ βίου καλῶν διὰ τὴν ἐλπίδα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, κατὰ τὸν ἅγιον Διάδοχον, ὁ νους εὐρώστως διὰ τὴν ἀμεριμνίαν κινούμενος, τῆς θείας ἀῤῥήτου [ἴσ. ἀῤῥήτων] χρηστότητος αὐτὸς ἐπαισθάνεται, καὶ τῷ σώματι, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑαυτοῦ προκοπῆς, τῆς οἰκείας χρηστότητος μεταδίδωσιν. Ἡ δὲ τοιαύτη ἐγγινομένη χαρὰ τότε τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, ὑπόμνησίς ἐστιν ἁπλανὴς τῆς ἀφθάρτου βιότητος.

Ἄλλου μὲν φωτὸς ὁ νοῦς, ἑτέρου δὲ ἡ αἴσθησις ἀντιλαμβάνεσθαι πέφυκεν. Ἡ μὲν γὰρ αἰσθητοῦ, καὶ τὰ αἰσθητὰ ᾗ αἰσθητὰ δεικνύντος· τοῦδε νοῦ φῶς ἐστιν, ἡ ἐν νοήμασι κειμένη γνῶσις· οὐ τοῦ αὐτοῦ τοίνυν φωτὸς, ὄψις τε καὶ νοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι πεφύκασιν, ἀλλὰ μέχρις ἂν κατ' οἰκείαν φύσιν, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἐνεργῇ ἑκάτερον αὐτῶν. Ὅταν δὲ πνευματικῆς καὶ ὑπερφυοῦς εὐμοιρήσωσι χάριτός τε καὶ δυνάμεως, αἰσθήσει τε καὶ νῷ, τὰ ὑπὲρ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πάντα νοῦν οἱ κατηξιωμένοι βλέπουσιν, ἵνα κατὰ τὸν Θεολόγον εἴπωμεν μέγαν Γρηγόριον, ὡς οἶδε μόνος ὁ Θεὸς, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι.

A rursus : « Bonitas, et quidquid in bonitatis ratione comprehenditur, et generatim omnis vita, et immortalitas, et simplicitas, et immutabilitas, et immensitas, et quælibet essentialia Dei attributa, opera Dei sunt, etsi non temporaliter cœperint. Nunquam enim non exsistentia præcessit virtutem aut aliquam aliam præfatarum qualitatum, quamvis participantia eas cum eis esse temporaliter cœperint. Nam sine principio est omnis virtus, non habens tempus seipsa anterius, utpote solum Deum habens suæ exsistentiæ ab æterno genitorem. Omnibus autem participantibus et participatis immense et infinite Deus supereminet. » Discat igitur ex his non omnia quæ Deo subsunt, tempori subjacere. Etenim nonnulla horum sine principio sunt, quin sola sine principio B secundum naturam essentia, et trina personis Unitas, et supernaturalis ejus simplicitas, ullum inde subeant detrimentum : eodem enim modo mens, ad imaginem superexcellentis illius individuitatis, minime ob naturales suas cogitationes fit composita.

Quicunque significatas corpore spirituales dispositiones, ab inditis animæ proficientium in Deo charismatibus Spiritus, non approbat, et habitus concupiscibilis mortificationem vocat apathiam, haud vero melioratam operationem hujus habitus, omnino aversantis mala et conversi ad bona, utpote malis habitibus spoliati et bonis locupletati ; hic consequenter isti sententiæ nos in futuro sæculo cum corporibus negat victuros : si enim tunc participaturum est cum anima corpus ineffabilia bona, etiam nunc profecto comparticipabit, qua fieri potest, data mystice et ineffabiliter a Deo purificatæ menti gratiam, et ipsum divina more sibi congruo patietur, transmutata et sanctificata, non tamen secundum habitum enecta vi animæ concupiscibili ; et per seipsam, quippe quæ communis corpori et animæ sit, sanctificante corporis dispositiones et operationes. Quia enim liberatis a vitæ bonis propter spem futurorum bonorum, juxta sanctum Diadochum, mens fortiter ob securitatem mota divinam ineffabilem suavitatem ipsa gustat, corpori quoque, pro mensura sui profectus, suam communicat suavitatem. Atque hujusmodi lætitia tunc animæ et corpori inorta, hymnus est indubius incorruptibilis D vitæ.

Alteram lucem mens, alteram sensus percipere valet. Hic enim sensibilem et sensibilia, qua sensibilia, ostendentem ; mentis autem lux est sita in cogitationibus cognitio. Non eamdem igitur lucem visus et mens percipere valent, sed tantum donec secundum propriam naturam in naturalibus operatur utrumque horum. Quando vero spiritualem et supernaturalem sortiti sunt gratiam ac virtutem, sensu et mente ea quæ sunt supra omnem sensum omnemque mentem, vident digni (ut juxta magnum loquamur Gregorium Theologum), prout solus scit Deus et quibus hujusmodi est operatio.

Digitized by Google

Hæc a Scripturis edocti sumus, hæc a Patribus nostris accepimus, hæc parva didicimus experientia, hæc apud reverendissimum inter hieromonachos et fratrem nostrum Gregorium, qui de sacra quietudine scripsit, ut sanctorum traditionibus perfecte conformia sancientes, ad certitudinem legentium subscripsimus.

Ego primus inter sancti Montis venerabiles monachos, hieromonachus Isaac.

Ego superior augustæ et sacræ imperialis lauræ, Theodosius hieromonachus.

Aderat quoque subscriptio ducis monasterii Iberorum in propria lingua.

Ego superior augusti et imperialis monasterii Batopedii, hieromonachus Joannicius.

Aderat quoque subscriptio ducis monasterii Serborum in propria lingua.

Ego minimus hieromonachus Philotheus eadem sentiens subscripsi.

Ego inter hieromonachos minimus, et dux spiritualis augusti monasterii Esphigmeni, Amphilochius.

Ego inter hieromonachos minimus, et dux spiritualis Batopedii Theodosius.

Ego superior sacri monasterii Cutlumuse, Theostericius hieromonachus.

Ego Gerontius Marulas peccator, inter senes vivens augustæ lauræ, eadem sentiens subscripsi.

Ego inter monachos minimus Callistus Muzalon.

Ego inter hieromonachos vilis Gerasimus, postquam vidi ac legi veracissime scripta, hæc approbans subscripsi.

Ego vilissimus senex et monachorum minimus Moyses, eadem sentiens subscripsi.

Ego minimus et vilissimus monachorum Gregorius Strabolancadites, hesychasta utique, eadem cogitans ac sentiens subscripsi.

Ego de sceti Magula senex et inter hieromonachos minimus Isaias, eadem sentiens subscripsi.

Ego monachorum minimus Marcus Sinaites.

Ego in sceti Magula et in hieromonachis minimus Callistus.

Aderat quoque subscriptio senis de Syris *hesychastæ*, in propria lingua.

Ego monachorum minimus Sophronius.

Ego monachorum minimus Joasaph (1).

Ego humilis episcopus Jerisi et sancti Montis Jacobus, sanctorum et Patrum innutritus traditionibus, testor per delectos qui hic subscripserunt, omnes sancti Montis monachos consentientes subscripsisse, et ipse consentiens et sanciens subscripsi: hoc insuper cum omnibus adscribens, si quis non consentit sanctis sicut et nos et paulo anteriores nobis Patres nostri, nos ejus communionem non esse accepturos.

(1) Joannes Cantacuzenus, quon iam imperator.

A Ταῦτα ὑπὸ τῶν Γραφῶν ἐδιδάχθημεν· ταῦτα παρὰ τῶν ἡμετέρων Πατέρων παρελάβομεν· ταῦτα διὰ τῆς μικρᾶς ἔγνωμεν πείρας· ταῦτα καὶ τὸν ἐν ἱερομονάχοις τιμιώτατον, καὶ ἀδελφὸν ἡμέτερον κὺρ Γρηγόριον, ὑπὲρ τῶν ἱερῶς ἡσυχαζόντων συγγραψάμενον, ὡς ταῖς τῶν ἁγίων ἀκριβῶς ἑπόμενα παραδόσεσι, πρὸς πληροφορίαν τῶν ἐντυγχανόντων ὑπεγράψαμεν.

Ὁ πρῶτος τῶν ἐν τῷ Ἁγίῳ Ὄρει σεβασμίων μονῶν, ἱερομόναχος Ἰσαάκ.

Ὁ καθηγούμενος τῆς σεβασμίας βασιλικῆς καὶ ἱερᾶς λαύρας, Θεοδόσιος ἱερομόναχος.

Εἶχε δὲ καὶ τὴν ὑπογραφὴν τοῦ τῆς μονῆς τῶν Ἰβήρων ἡγουμένου τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ.

Ὁ καθηγούμενος τῆς τοῦ Βατοπεδίου σεβασμίας B καὶ βασιλικῆς μονῆς, ἱερομόναχος Ἰωαννίκιος.

Εἶχε δὲ καὶ τὴν ὑπογραφὴν τοῦ τῆς μονῆς τῶν Σέρβων ἡγουμένου τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ.

Ὁ ἐλάχιστος ἱερομόναχος Φιλόθεος τὰ αὐτὰ φρονῶν ὑπέγραψα.

Ὁ ἐν ἱερομονάχοις ἐλάχιστος, καὶ πνευματικὸς τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ Ἐσφιγμένου, Ἀμφιλόχιος.

Ὁ ἐν ἱερομονάχοις εὐτελὴς Γεράσιμος, ἰδὼν καὶ ἀναγνοὺς τὰ φιλαλήθως γραφέντα, καὶ ἀποδεξάμενος ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς γέρων, καὶ ἐν μοναχοῖς ἐλάχιστος Μωϋσῆς, τὰ αὐτὰ φρονῶν ὑπέγραψα.

Ὁ ἐν ἱερομονάχοις ἐλάχιστος, καὶ πνευματικὸς τοῦ Βατοπεδίου Θεοδόσιος.

C Ὁ καθηγούμενος τῆς τοῦ Κουτλουμούση ἱερᾶς μονῆς, Θεοστήρικτος ἱερομόναχος.

104. Ad cor contritum et animam humiliatam nihil tam conducit, quam vita interius mystica et omnino silens. Nec aliud proprie tam perturbat quietis statum et divinam ab ea aufert virtutem, quam capitalia sex vitia hæc : nimia libertas, servitus ventris, multiloquentia, negotiositas, elatio, et regina passionum superbia. His qui studere assuevit et in eis magis magisque profecit, fit omnino cæcus et sensus exspers. Quod si iterum se erigat, cum fide ac diligentia cœptum iniens, scopum rursus adipiscetur, maxime si humiliter hunc quæsiverit. Si vero una ex præfatis passionibus ob negligentiam in eo regnet, tunc tota malorum series cum letifera incredulitate irrumpens, desolatur animam, quæ, velut altera urbs Babylon, dæmonum traditur turbis ac tumultibus, ita ut fiant novissima ejus pejora prioribus, et impugnet ejus quietem hostis et accusator, et linguam ut lanceam gladiumque bipennem contra illam semper exacuet. D

Digitized by Google

105. Cœnosi turbidique instar maris quietam inundantes animam undæ passionum, aliter trajici nequeunt quam levi citaque navi universalis paupertatis et temperantiæ. Nam ex intemperantia et ex cupiditate diffluentes in terram cordis passionum torrentes, et omnem malarum cogitationum putredinem atque sordem in eam invehentes, perturbant mentem, intellectum fœdant, ingravant corpus, et usque adeo in negligentiam tenebrasque et torporem animam et cor impellunt, ut jam non secundum naturam habeant se ac sentiant.

106. Desidem, ignavam et insipientem nihil ita reddit certantium animam, ut sui amor, qui est vere passionum fomes. Cum enim corporis quietem laboribus virtutum præferat, et pro salutifera gnosi reputet non laborare nec operari ultro, præsertim in facilibus levibusque mandatorum operibus, proinde animam inertem ad percurrendum quietudinis stadium reddere solet, atque desidiam in operibus magnam producit et inexpugnabilem.

107. Eximia primaque medicina, qua ægrotantes a via mandatorum luteam quam ebiberunt caliginem facile evomant, est cum fide in omnibus indistincte obedire. Est enim potio multas in bibentibus germinans virtutes, et cicatrices vulnerum uno ictu emundans scalpellum : quo si quis in fide ac simplicitate uti velit et sciat, omnes una passiones abscindit, nec solum quietem adipiscitur, sed jam ea per obedientiam potitus est, quia Christum invenit, ejusque imitator et famulus fit ac dicitur.

108. Omnis in luctu non operans et vivens, tolerare nequit calorem quietudinis. Nam qui luget atque terribilia mortis præludia et consectaria meditatur, priusquam ipsamet adveniant, constantiam habebit et humilitatem, quæ sunt duo quietis fundamenta. Qui vero sine his vitam agit quietam, alit semper cum negligentia superbiam, ex quibus tentationes et distractiones pullulant et ad teporem nos impellunt. Exinde filia socordiæ intemperantia ignavum et inerme reddit corpus, mentem vero obtenebrat et indurat. Tunc Jesus se abscondit, quia in sede mentis squalent turbidæ cogitationes.

109. Remordentem nunc vel in futuro conscientiam sentiri ab omnibus impossibile est ; sed his tantum proprie id contingit, quibus gloria aut amor deest vel defutura est. Nam illa est quasi dirus hostis sontes multipliciter puniens, et tyrannus videtur stimulum et exprobrium ut gladium infragilem semper evaginans. Stimulante igitur nos conscientia, debemus tripliciter, nempe contra adversarios naturamque et animam, movere illud quod zelus vocatur, et ira naturalis dicitur ab aliis, qui hanc gladii instar acuti adversus hostes exerere nos jubent. Et quidem si vicerit et dualitatem

ρε'. Ὕδατα παθῶν, ἐξ ὧν ἡ θολερὰ καὶ συμμικτος τῆς ἡσυχίας πλημμυροῖ τὴν ψυχὴν θάλασσα, οὐκ ἔστιν ἄλλως περάσαι, εἰ μὴ ἐν τῷ πλοίῳ τῷ κούφῳ καὶ ἐλαφρῷ τῆς περιεκτικῆς ἀκτησίας καὶ ἐγκρατείας. Ἐκ γὰρ τῆς ἀκρασίας καὶ φιλοϋλίας οἱ τῶν παθῶν χείμαρροι τὴν γῆν τῆς καρδίας περικλύσαντες, καὶ πᾶσαν σαπρίαν καὶ ὕλην λογισμῶν ἐν αὐτῇ καταγαγόντες, τότε σύγχυσιν μὲν τῷ νοΐ, θόλωσιν δὲ τῇ διανοίᾳ, βάρος δὲ τῷ σώματι ἐμποιοῦσι· καὶ ὀλίγωρον, καὶ σκοτεινὴν, καὶ ναρκῶσαν τὴν ψυχὴν καὶ τὴν καρδίαν ἀπεργάζονται, καὶ τῆς οἰκείας κατὰ φύσιν ἕξεως καὶ αἰσθήσεως ἐκβάλλουσιν.

ρς'. Καύνην, καὶ ὀλίγωρον, καὶ ἄνουν οὐχ οὕτως, ὡς ἡ φιλαυτία κυρίως, ἡ τῶν παθῶν τροφὸς τὴν ψυχὴν τῶν σπουδαίων ἐμποιεῖ. Ἡνίκα γὰρ τὰς τοῦ σώματος ἀναπαύσεις τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων προτιμᾷ, καὶ περιποιητικὴν ἡγεῖται γνῶσιν τὸ μὴ πονεῖν ἐν τοῖς ἔργοις ἑκουσίως, μάλιστα ἐν εὐχερέσι τῶν ἐντολῶν μικροῖς ἰδρῶτι, τότε ἀτονίαν τῇ ψυχῇ πρὸς τὸ τῆς ἡσυχίας στάδιον ποιεῖν πέφυκε, καὶ τὴν ἔκλυσιν ἐν τοῖς ἔργοις κραταιὰν καὶ ἀκαταμάχητον ἀπεργάζεται.

ρζ'. Ἰατρὸς ἄριστος καὶ πρῶτος τοῖς πρὸς τὰς ἐντολὰς ἀσθενοῦσι, καὶ τὴν θολώδη σκότωσιν ἐλομένοις ἐμεῖν εὐχερῶς, οὐκ ἔστιν, ὡς ἡ ἀδιάκριτος καὶ μετὰ πίστεως ἐν πᾶσιν ὑπακοή. Φάρμακον γάρ ἐστι ζωτικὸν πολυσύνθετον ἀρετῶν τοῖς πίνουσι, καὶ μάχαιρα τὰς οὐλὰς τῶν τραυμάτων ἀφ' ἑνὸς ἐκκαθαίρουσα· ἣν ὁ ἐν πίστει καὶ ἁπλότητι προκρίνας πασῶν ἐνεργεῖν, πάντα τὰ πάθη ὑφ' ἓν περιέκοψε· καὶ ἡσυχίαν οὐ φθάσας μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς κατώρθωσεν αὐτὴν Χριστὸν εὑρὼν, καὶ μιμητὴς αὐτοῦ καὶ δοῦλος, καὶ γενόμενος, καὶ λεγόμενος.

ρη'. Ἄνευ πενθικῆς ἐργασίας καὶ πολιτείας ἀδύνατον τὸν τῆς ἡσυχίας καύσωνα ὑπομεῖναι. Ὁ μὲν γὰρ πενθῶν, καὶ τὰ πρὸ τοῦ θανάτου καὶ μετὰ θάνατον δεινὰ μελετῶν, πρὶν ἢ ἀφ' ἑαυτῶν ἥξουσι, καὶ ὑπομονὴν ἕξει καὶ ταπείνωσιν, τὰ δύω τῆς ἡσυχίας θεμέλια. Ὁ δὲ χωρὶς τῶν προειρημένων ἡσυχίαν ἄγων, σύντροφον ἔχει ἀεὶ τῆς ὀλιγωρίας τὴν οἴησιν· ἐξ ὧν αἰχμαλωσίαι καὶ ῥεμβασμοὶ πληθύνονται, καὶ πρὸς τὴν χαύνωσιν συνωθοῦσιν ἡμᾶς. Ἐντεῦθεν ἡ τῆς ῥᾳθυμίας θυγάτηρ ἀκρασία χαῦνον μὲν καὶ ἄτονον τὸ σῶμα ἐμποιεῖ, τὸν νοῦν δὲ ἐσκοτισμένον καὶ πεπωρωμένον ἐργάζεται. Τότε δὲ καὶ Ἰησοῦς ἐκρύβη, ὄχλου ὄντος νοημάτων καὶ λογισμῶν ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν τόπῳ.

ρθ'. Συνειδήσεως βάσανον τῆς νῦν, ἢ τῆς μελλούσης, ἐν αἰσθήσει γεύσασθαι, τοῖς πᾶσιν ἀδύνατον. Μόνοις γὰρ ἐκείνοις ἰδικῶς προσγίνεται, οἷς ἡ δόξα καὶ ἡ ἀγάπη ἀπ' ἐντεῦθεν ἢ ἐκεῖθεν ὑστερεῖται. Ὡς γὰρ δήμιός τίς ἐστι φοβερὸς τοὺς ὑπευθύνους πολυτρόπως κολάζων, καὶ τὸν ζῆλον ἢ ἔλεγχον, ὡς ῥομφαίαν ἄτομον τυραννικῶς ἀπογυμνῶν ἀεὶ φαίνεται. Τριχῶς οὖν κινεῖσθαι πρός τε τοὺς ἐναντίους, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὴν ψυχὴν, δοθείσης τῆς συνειδήσεως, ὁ καλούμενος ζῆλος, καὶ παρ' ἑτέροις φυσικὸς θυμός· ὃν ὡς ῥομφαίαν ἀπότομον πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ὀξύνειν ἡμᾶς προστάσσουσι. Καὶ εἰ μὲν

Digitized by Google

νικήσας, ὑποτάξοι τὰ δύω τῷ ἑνὶ, ὅρος ἀνδρείας τότε μεταποιούμενος πρὸς Θεὸν γίνεται. Εἰ δὲ ὑποταγῇ ταῖς δυσὶν ἡ ψυχὴ, ἁμαρτίᾳ, φημὶ, καὶ σαρκὶ, τέλος ἐκεῖθεν βάσανος αὐτῇ ἀνιλεὴς καθίσταται, ὡς δουλωθεῖσῃ αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τοῖς ἐναντίοις. Ἐντεῦθεν πράττουσα τὰ αἴσχιστα, καὶ ὡς τὴν ἐξ ἀρετῶν κατάστασιν ἀπολέσασα, ἐκπέπτωκε, τοῦ Θεοῦ χωρισθεῖσα.

A unitati subjecerit, tunc fortitudinis apicem adepta conscendit ad Deum anima. Si vero dualitati anima subjiciatur, peccato videlicet atque carni, inde consequitur ipsi tormentum immite, ita ut redigatur sub plena inimicorum potestate. Unde turpissima perpetrans, et dignitate virtutibus acquisita excidens, Deo orbatur.

ρι'. Κυρίως πάντων τῶν παθῶν δύω εἰσὶ σκληρὰ καὶ βαρύτατα πάθη, πορνεία καὶ ἀκηδία, τὰ συνέχοντα καὶ ἐκλύοντα τὴν ταλαίπωρον ψυχήν· κοινὴν ἀλληλουχίαν ἔχοντα καὶ συζυγίαν ἀλλήλοις· δυσκαταμάχητα ὄντα καὶ ἀήττητα, καὶ τελείως ὑφ' ἡμῶν ἀνίκητα. Καὶ τὸ μὲν πλεονάζει ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, περιέχει δὲ τὴν ὕλην φύσει ἀδιορίστως ἀμφοτέρων, λέγω, ψυχῆς καὶ σώματος, συγκεκραμένην ἔχον ὅλην ἐν ὅλοις μέλεσι τὴν ἡδονὴν αὐτῆς· ἡ δὲ, ἄνωθεν τὸ ἡγεμονικὸν κρατοῦσα, ὅλην ψυχὴν καὶ τὴν σάρκα καθάπερ σμίλαξ ὅλη περιλαμβάνουσα, νωθρὰν, καὶ ἐκλελυμένην, καὶ πάρετον τὴν φύσιν ποιεῖ. Ἐκβέβληνται δὲ, καὶ οὐ τελείως ἡττῶνται πρὸ τῆς μακαρίσης ἀπαθείας, ὁπόταν ἡ ψυχὴ, Πνεύματος ἁγίου εἰληφυῖα δύναμιν ἐν προσευχῇ, τὴν ποιοῦσαν ἄνεσιν αὐτῇ καὶ ἰσχὺν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν καρδίᾳ διὰ τῆς ἡσυχίας εὐφραίνεται. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ, καὶ βασιλὶς, καὶ κυρία, καὶ ἡ περιεκτικὴ τῶν ἡδονῶν ἡδονὴ, καὶ ἡ σύντροφος αὐτῆς ῥᾳθυμία ἡ τοὺς τριστάτας τοῦ Φαραὼ ἐπιφέρουσα τὸ ἀκαταμάχητον ἅρμα· δι' ὧν αἱ ἀφορμαὶ τῶν παθῶν τῷ βίῳ τοῖς ἀθλίοις ἡμῖν ἐπεισῆλθον.

110. Ante omnes passiones duæ sunt durissimæ et profundissimæ, luxuria scilicet et acedia, quæ miseram involvunt ac dissolvunt animam, mutuamque inter se habent connexionem et necessitudinem, nec pugnari superarive aut devinci a nobis ullatenus possunt. Prior quidem abundat in vi concupiscibili, et totam complectitur substantiam utriusque naturæ, animæ scilicet atque carnis, totam singulis passim membris suam insinuans voluptatem; posterior vero superiorem rationalemque partem dominans, et totam tota animam et carnem quasi hedera circumligans, pigram, desidem ac dissolutam reddit animam. Removentur autem illa, quanquam non omnino superantur ante beatam impassibilitatem, quando anima, ex oratione consecuta Spiritus sancti virtutem, ex eaque adepta requiem fortitudinemque et profundam pacem, in cordis quietudine lætatur. Dux, et regina, et domina, et mater voluptatum illa luxuria, et comes ejus pigritia, hic est currus inexpugnabilis vehens Pharaonis duces: per illas enim passionum impetus vitam nostram miserrimam irruunt.

ρια'. Ἀρχὴ τῆς νοερᾶς προσευχῆς, ἡ ἐνέργεια, εἶτ' οὖν ἡ καθαρτικὴ τοῦ Πνεύματος δύναμις, καὶ ἡ μυστικὴ τοῦ νοὸς ἱερουργία· ὥσπερ ὀρχὴ τῆς ἡσυχίας, ἡ σχολή· μεσότης δὲ, ἡ φωτιστικὴ δύναμις καὶ θεωρία· καὶ τέλος, ἡ ἔκστασις καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ νοὸς πρὸς Θεόν.

111. Trahit originem mentalis oratio ab operatione seu virtute purgativa Spiritus, et a mystico mentis sacrificio: sicut principium quietudinis est animi recollectio. Medium autem illius est virtus illuminativa et contemplatio; finis demum est excessus et raptus mentis ad Deum.

ριβ'. Ἱερατεῖον πνευματικόν ἐστι πρὸ τῆς μελλούσης ὑπὲρ νοῦν ἀπολαύσεως, ἡ νοερὰ τοῦ νοὸς ἐνέργεια, τὸν Ἀμνὸν μυστικῶς ἐν ἀῤῥαβῶνι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τῆς ψυχῆς θυσιαστηρίῳ καὶ ἱερουργοῦντος καὶ μετέχοντος. Ἐσθίειν δέ ἐστι τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ νοερῷ θυσιαστηρίῳ τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ νοῆσαι, ἢ μετασχεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ γενέσθαι ὡς τὸν Ἀμνὸν κατὰ τὴν μόρφωσιν ἐν τῷ μέλλοντι. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους ἐνταῦθα, τὰ δὲ πράγματα τῶν μυστηρίων ἐκεῖσε ἀπολαβεῖν ἐλπίζομεν.

112. Intelligibile sanctuarium est, ante inintelligibilem futuram beatitudinem, spiritualis operatio mentis, Agnum mysticum in Dei Spiritu super altari animæ sacrificantis et participantis. Manducare autem agnum Dei spiritualiter in animæ altari, non est illum intelligere aut participare tantum, sed ei similem forma fieri in futuro sæculo. Nam hic quidem rationes, sed illic res ipsas mysteriorum nos apprehensuros speramus.

ριγ'. Προσευχή ἐστι, παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαρίοις, ὡς πῦρ εὐφροσύνης ἀπὸ καρδίας ἀναδιδόμενον· παρὰ δὲ τοῖς τελείοις, ὡς φῶς εὐωδιάζον ἐνεργούμενον. Ἢ πάλιν· προσευχή ἐστιν ἀποστόλων κήρυγμα· πίστεως ἐνέργεια· μᾶλλον δὲ, πίστις ἄμεσος· ἐλπιζομένων ὑπόστασις· ἐνεργουμένη ἀγάπη· ἀγγελικὴ κίνησις· δύναμις ἀσωμάτων· ἔργον καὶ εὐφροσύνη αὐτῶν· Εὐαγγέλιον Θεοῦ· πληροφορία καρδίας· σωτηρίας ἐλπίς· ἁγνισμοῦ σημεῖον ἁγιότητος σύμβολον· Θεοῦ ἐπίγνωσις· βαπτίσματος φανέρωσις· λουτροῦ κάθαρσις· Πνεύματος ἁγίου ἀῤῥαβών· τὸ τοῦ Ἰησοῦ ἀγαλλίαμα· εὐφροσύνη ψυχῆς· ἔλεος Θεοῦ· καταλλαγῆς σημεῖον· Χριστοῦ σφραγίς· ἀκτὶς

113. Oratio est incipientibus velut ignis lætitiæ de corde emicans, perfectis vero quasi lux suavem fundens odorem. Vel adhuc oratio est Apostolorum prædicatio, fidei operatio, seu potius fides immediata, sperandarum substantia rerum, charitas formata, motus angelicus, incorporalium virtus, opus et gaudium, Evangelium Dei, fiducia cordis, spes salutis, puritatis signum, symbolum sanctitatis, Dei cognitio, character baptismatis, lavacrum mundans; pignus Spiritus sancti, Christi exsultatio, lætitia animæ, Dei misericordia, signum reconciliationis, sigillum Christi, radius solis spiritualis, lucifer cordium, fundamentum Christianismi, Dei

Digitized by Google

reconciliati indicium, Dei gratia, Dei sapientia, vel potius ipsius sapientiæ principium, Dei revelatio, monachorum opus, quietorum status, quietudinis fons, vitæ angelicæ signum. Quid amplius dicam? oratio est ipse Deus operans omnia in omnibus, quia una est Patris, et Filii, et Spiritus sancti operatio, omnia operans in Christo Jesu.

A νοητοῦ ἡλίου· ἑωσφόρος καρδιῶν· Χριστιανισμοῦ βεβαίωσις· καταλλαγῆς Θεοῦ δήλωσις· χάρις Θεοῦ· σοφία Θεοῦ· μᾶλλον δὲ αὐτοσοφίας ἀρχή· Θεοῦ φανέρωσις· μοναστῶν ἔργον· ἡσυχαζόντων πολίτευμα· ἡσυχίας ἀφορμή· ἀγγελικῆς πολιτείας τεκμήριον. Καὶ τί δεῖ πλεῖστα λέγειν; Προσευχή ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, διὰ τὸ μίαν εἶναι Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, τοῦ ἐνεργοῦντος τὰ πάντα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

114. Nisi virgam virtutis Moyses a Deo accepisset, non factus fuisset Deus Pharaonis ad eum cum Ægypto percutiendum. Ita mens, nisi virtute orationis polleat, peccatum et adversarias potestates conterere nequit.

ριδ'. Ῥάβδον δυνάμεως εἰ μὴ Μωϋσῆς παρὰ Θεοῦ εἰλήφει, οὐκ ἂν Θεὸς Φαραὼ γενόμενος, αὐτόν τε μαστίζῃ καὶ τὴν Αἴγυπτον. Καὶ νοῦς εἰ μὴ δύναμιν προσευχῆς ἐν χειρὶ μετάσχοι, τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὰς ἐναντίας δυνάμεις συντρίψαι ἀδύνατον.

115. Et qui dicunt faciuntve aliquid sine humilitate, sunt velut in hieme aut sine luto ædificantes. Illam autem experientia et scientia invenire ac cognoscere, paucissimorum est. Nam qui sermone de ea disserunt, similes sunt metientibus abyssum. Nos vero quibus admodum cæcis parva magnæ lucis affulsit scintilla, dicimus: Vera humilitas, nec humilia dicit, nec humilem habet habitum, nec humiles affectat sensus, nec seipsum vituperat humilis. Ista quidem sunt initia, et species, et varii modi humilitatis; sed ipsa est gratia et donum Dei. Porro duplex est, juxta Patres, humilitas: scilicet se posthabere omnibus, et ascribere Deo sua bona. Illud est initium, hoc autem est perfectio humilitatis. Hanc autem qui quærit agnoscere et reputare tria hæc in seipso debet: se esse magis quam omnes peccatorem; et cunctis turpiorem creaturis, quatenus est contra naturam; et miserabiliorem dæmonibus, utpote dæmonum servum. Sic igitur loqui debet: Egone penitus scio peccata hominum quot et quanta sint, an excedant vel æquent meas ipsius iniquitates? Nam propter ignaviam, o anima, sumus infra cunctos homines, tanquam terra, et cinis, et scabellum pedum eorum. Quomodo non me habeam viliorem omnibus creaturis, quæ sunt secundum naturam prout factæ sunt, ego vero propter innumeras iniquitates sum contra naturam? Vere enim jumenta et pecora sunt puriora me peccatore, ideoque omnibus vilior factus sum, qui apud inferum vel ante mortem decidi et jaceo. Quis non scit ac sentit pejorem dæmonibus esse peccatorem, cum sit eorum famulus et mancipium, et jam nunc cum eis in tenebris conclusus? Vere pejor es dæmonibus, qui eis inservis, ideoque cum eis abyssum sortitus es, o miserrime! Terram, et infernum, et abyssum etiam ante mortem habitans, quomodo te justum mentiris, qui peccatorem et nefandum et dæmonem te pravis operibus fecisti? Proh mendacium! proh errorem tuum, o inimice Dei, canis immunde, quem proinde ignis et tenebræ manent!

ριε'. Οἱ λέγοντες, ἢ πράττοντές τι χωρὶς ταπεινώσεως, ἐοίκασιν ἐν χειμῶνι, ἢ ἄνευ πηλοῦ οἰκοδομεῖν. Πείρᾳ δὲ καὶ γνώσει ταύτην εὑρεῖν καὶ γνῶναι, ὀλίγων λίαν ἐστίν. Οἱ γὰρ ἐν λόγῳ περὶ ταύτης διεξιόντες, ὅμοιοί εἰσιν οἱ μετροῦντες τὴν ἄβυσσον. Ἡμεῖς δὲ οἱ τυφλοὶ νεανικῶς περὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς τούτου μικρὸν φανταζόμενοι, λέγομεν· Ἡ ταπείνωσις κυρίως οὔτε ταπεινολογίαν ἔχει, οὔτε ταπεινοσχήμους· οὐδὲ φρονεῖν ταπεινὰ βιάζεται, οὐδὲ ἑαυτὸν μέμφεται ταπεινούμενος. Κἂν ταῦτα ἀφορμαὶ καὶ σχήματα ταπεινώσεώς εἰσιν, ὡς τρόποι διάφοροι, ἀλλὰ χάρις ἐστὶν αὕτη, καὶ δωρεὰ ἄνωθεν. Δύω δέ εἰσιν, ὥς φασιν οἱ Πατέρες, ταπεινώσεις· τὸ ἔχειν ἑαυτὸν ὑποκάτω πάντων, καὶ τὸ ἐπιγράφειν Θεῷ τὰ κατορθώματα. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἀρχή· τὸ δὲ δεύτερον, τέλος. Ἐπιγίνεται δὲ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὴν, τὸ μετὰ γνώσεως ἔχειν, καὶ λογίζεσθαι τὰ τρία ταῦτα ἐν ἑαυτῷ· τὸ ὑπὲρ πάντας ἁμαρτωλοὺς εἶναι, καὶ τὸ ὑπὲρ πάντα τὰ κτίσματα αἰσχροὺς, ὡς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ὄντας· καὶ τὸ ὑπὲρ τοὺς δαίμονας ἐλεεινοτέρους, ὡς τὸ εἶναι δούλους τοῖς δαίμοσιν. Λέγειν δὲ οὕτως ὀφείλει· Ποῦ γὰρ οἶδα ἐγὼ ἀκριβῶς τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας ὁποῖαι ἢ ὅσαι εἰσίν; ὅτι ὑπερβαίνουσιν, ἢ ἐξισοῦνται ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις; Καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν, ὦ ψυχὴ, ὑποκάτω πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν, ὡς γῆ καὶ σποδὸς, καὶ ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῶν. Πῶς δὲ καὶ μὴ ἔχῃ ἑαυτὸν αἰσχρότερον, πάντων τῶν κτισμάτων εἰς τὸ κατὰ φύσιν ὄντων, ὥσπερ γεγόνασιν, ἐμοῦ δὲ διὰ τὰς ἀμετρήτους ἀνομίας εἰς τὸ παρὰ φύσιν; Ἀληθῶς γὰρ καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη καθαρώτερα ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τυγχάνουσι· καὶ διὰ τοῦτό εἰμι ὑποκάτω πάντων, ὡς εἰς τὸν ᾅδην καὶ πρὸ θανάτου κατενεχθεὶς, καὶ κατάκειμαι. Τίς δὲ οὐκ οἶδεν ἐν αἰσθήσει, ὅτι καὶ τῶν δαιμόνων ἐστὶ χείρων ὁ ἁμαρτωλὸς, ὡς δοῦλος αὐτῶν καὶ ὑπήκοος, καὶ ἀπ' ἐντεῦθεν σὺν αὐτοῖς τῷ σκότει συγκαθειργμένος; Ὄντως καὶ χείρων τῶν δαιμόνων, ὁ ὑπ' αὐτῶν κυριευόμενος, καὶ διὰ τοῦτο σὺν αὐτοῖς τὴν ἄβυσσον ἐκληρώσω, ταλαίπωρε. Γῆν δὲ, καὶ ᾅδην, καὶ ἄβυσσον ὁ καὶ πρὸ θανάτου κατοικῶν, πῶς ἑαυτὸν, δίκαιον ὀνομάζων φρεναπατᾷς, ἁμαρτωλὸν, καὶ βέβηλον, καὶ δαίμονα τοῖς κακοῖς ἔργοις ποιήσας; Φεῦ τῆς σῆς ἀπάτης καὶ πλάνης, δεισιδαίμων, κύων ἀκάθαρτε, τῷ πυρὶ καὶ τῷ σκότει διὰ ταῦτα παραπεμπόμενος!

116. Hæc sapientia quam dat spiritus, est, juxta

ριζ'. Σοφία πνευματοκίνητός ἐστι, κατὰ τοὺς θεο-

Digitized by Google

λόγους, ἡ δύναμις τῆς νοερᾶς, καὶ καθαρᾶς, καὶ ἀγγελικῆς προσευχῆς· ἧς τὸ σημεῖον, ἐν τῷ εὔχεσθαι ὁ νοῦς ἀνείδεος πάντη ὁρᾶσθαι, καὶ μήτε ἑαυτὸν, μήτε τι ἄλλο ἐν ταχύτητι βλέπων, ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσθήσεων πολλάκις ὑπὸ τοῦ φωτὸς ἐκείνου συστελλομένων. Ὁ γὰρ νοῦς ἄϋλος καὶ φωτοειδὴς τότε γίνεται, Θεῷ ἀῤῥήτως εἰς ἓν πνεῦμα κολλώμενος.

ριζ'. Εἰσὶν οὖν οἱ ἐνάγοντες καὶ ὁδηγοῦντες εἰς αὐτὴν τὴν θεόσδοτον ταπείνωσιν τρόποι διάφοροι ἑπτὰ, συστατικοὶ ἀλλήλων καὶ γεννητικοί· σιωπὴ, ταπεινοφροσύνη, ταπεινολογία, ταπεινοφορία, αὐτομεμψία, συντριβὴ, ἐσχατιά. Καὶ ἡ μὲν σιωπὴ ἐν γνώσει τίκτει τὴν ταπεινοφροσύνην. Ἐκ δὲ τῆς ταπεινοφροσύνης τίκτονται οἱ τρεῖς τρόποι τῆς ταπεινώσεως· τὸ ταπεινὰ φθέγγεσθαι, τὸ ταπεινὰ καὶ εὐτελῆ φορεῖν, καὶ τὸ ἑαυτὸν διαπαντὸς μέμφεσθαι. Οἱ τρεῖς δὲ τρόποι οὗτοι τίκτουσι τὴν συντριβὴν τὴν ἐκ τῆς παραχωρήσεως τῶν πειρασμῶν γινομένην, ἣν καὶ οἰκονομικὴν παίδευσιν φάσκουσι, καὶ ἐκ δαιμόνων ταπείνωσιν. Ἡ δὲ συντριβὴ εὐχερῶς ἔργῳ ποιεῖ τὴν ψυχὴν ὑποκάτω πάντων εἶναι, καὶ ἔσχατον πάντων, ὡς ὑπὸ πάντων κυριευομένην. Οἱ δύω δὲ οὗτοι τρόποι τὴν τελείαν καὶ θεοδώρητον φέρουσι ταπείνωσιν, ἥντινα δύναμιν τελειότητα πασῶν τῶν ἀρετῶν καλοῦσι· καὶ αὕτη ἐπιγράφει Θεῷ τὰ κατορθώματα. Πρώτη οὖν πάντων ἐστὶν ἡ σιωπὴ, ἐξ ἧς τίκτεται ἡ ταπεινοφροσύνη· αὕτη δὲ τίκτει τοὺς τρεῖς τρόπους τῆς ταπεινώσεως. Οἱ τρεῖς δὲ τίκτουσι τὸν ἕνα τῆς συντριβῆς· ὁ δὲ τῆς συντριβῆς τίκτει τὸν ἕβδομον τὸν ὑποκάτω πάντων τῆς πρώτης ταπεινώσεως τρόπον, ὄντινα καὶ οἰκονομικὴν ταπείνωσιν λέγουσιν. Ἡ δὲ οἰκονομικὴ φέρει τὴν θεοδώρητον, καὶ τελείαν, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀληθινὴν ταπείνωσιν. Καὶ ἡ μὲν πρώτη ἐπιγίνεται οὕτως· ἐὰν μὴ ἐγκαταλειφθῇ ὁ ἄνθρωπος καὶ νικηθῇ, καταδουλωθεὶς, καὶ κυριευθῇ παντὶ πάθει καὶ λογισμῷ, καὶ πνεύματι νικώμενος, καὶ μήτε βοήθειαν εὑρίσκων ἐξ ἔργων, ἢ ἐκ Θεοῦ, ἢ ἔκ τινος τὸ σύνολον, ὥστε μικροῦ δεῖν, καὶ εἰς ἀπελπισμὸν ἔλθῃ, καὶ ταπεινούμενος εἰς πάντα, οὐ δύναται συντριβῆναι καὶ ἔχειν ἑαυτὸν ὑποκάτω πάντων, καὶ ἔσχατον, καὶ δοῦλον πάντων, καὶ αὐτῶν δὴ χείρονα τῶν δαιμόνων, ὡς ὑπ' αὐτῶν τυραννούμενον καὶ νικώμενον. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ οἰκονομικὴ τῆς Προνοίας ταπείνωσις, δι' ἧς ἡ δευτέρα, καὶ ὑψηλὴ θεόθεν δίδοται· ἥτις ἐστὶ θεία δύναμις, ἡ ἐνεργοῦσα καὶ ποιοῦσα τὰ πάντα. Δι' αὐτῆς ὄργανον αὐτὸν ἑαυτῇ βλέπων διαπαντὸς, καὶ δι' αὐτῆς τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενον.

ριη'. Ὑποστατικὴν τοῦ φωτὸς θεωρίαν πνευματικὴν, νοῦν ἀφάνταστον, καὶ ἀμετεώριστον, ἐνέργειαν προσευχῆς ἀληθινὴν, καὶ ἐκ μέσης καρδίας ἀείῤῥυτον, ψυχῆς ἀνάστασιν καὶ ἀνάτασιν, ἔκπληξιν θείαν καὶ με[τε]ωροπορίαν τοῦδε τοῦ παντὸς, ἔκστασιν διανοίας ἐν πνεύματι ὁλικὴν τῶν αἰσθήσεων, ἁρπαγὴν νοὸς τῶν οἰκείων δυνάμεων, ψυχῆς κίνησιν ἀγγελικὴν θεοκίνητον, πρός τε τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἄναντες κινουμένην, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ εὑρεῖν ἀμήχανον, τῆς τῶν παθῶν τυραννίδος ἐν ἡμῖν βασιλευούσης νῦν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πειρασμῶν. Πέφυκε γὰρ ὁ νοῦς ἐν τοῖς κουφοτέροις μάλιστα. ταῦτα καὶ πρὸ

A theologos, virtus mentalis puræque et angelicæ orationis : cujus signum est mens in orando nullam aspiciens formam, nec se aut aliquid aliud mox videns, sed a sensibus sæpe illa luce abrepta. Animus enim tunc immaterialis et lucidus fit, Deo ineffabiliter in unitate spiritus adhærens.

117. Inferentes et ducentes ad divinam humilitatem sunt viæ septem diversæ, quæ se invicem consequuntur et congenerant : silentium, humilis sensus, humililoquium, humilis habitus, sui contemptus, contritio, et sui ad infima depressio. Et quidem silentium mystice parit humilem sensum. Ex humili autem sensu nascuntur tres humilitatis modi, nempe humililoquium, humilis et simplex habitus, et perfecta sui despectio. Hi autem modi tres generant contritionem, ex tentationibus quibus relinquimur, natam, quæ dicitur Providentiæ disciplina et ex dæmonibus oborta humilitas. Contritio autem facile efficit ut anima omnibus inferior et vilior fiat et omnibus serviat. Sed hi duo modi perfectam et divinam important humilitatem, quæ virtus virtutum omnium perfectio dicitur : et hæc Deo bona sua tribuit. Primum igitur omnium est silentium, ex quo nascitur humilis sensus ; hic vero parit tres humilitatis modos ; hi autem tres unam generant contritionem ; atque contritio gignit septimum modum, seu subjacentem omnibus primam humilitatem, quæ etiam providentialis dicitur humilitas ; quæ quidem providentialis importat divinam, perfectam, veramque ac minime fictam humilitatem. Et hæc prima sic nascitur ; nisi forte derelinquatur homo victusque et mancipium inserviat omni vitio et cogitationi, et malo spiritu superetur, nec auxilium accipiat ex operibus, nec a Deo, nec ab ullo quocunque, ita ut pene in desperationem incidat, et in omnibus humiliatus non possit conteri et se habere ut omnium infimum, novissimumque, et servum, atque ipsis pejorem dæmonibus, utpote ab iis devictum et superatum. Et hæc est data a Providentia humilitas, per quam secunda et sublimis divinitus datur, quæ est divina virtus operans et faciens omnia, et cui homo se velut instrumentum ministrare videns semper, per eam mirabilia Dei operatur.

118. Substantialis luminis contemplatio spiritualis, intellectus a phantasia et superbia liber, orationis operatio vera et ex imo corde proflua, animæ elevatio et attentio, divinus excessus et ascensus supra hunc mundum, spiritualis abstractio cogitationum ab omnibus sensibus, raptus mentis a propriis facultatibus, motus angelicus animæ divinitus ad infinitum et inaccessum erectæ, in nostra natura inveniri non possunt, quia nunc tyrannica passionum dominatio in nobis regnat, ob tentationum multitudinem. Solet enim animus, quæ præsertim leviora sunt sibi ante tempus imaginari, ita ut

Digitized by Google

exiguam vitam divinitus acceptam amittens, mortuus omnino fiat. Quare oportet cum multo judicio nec temporaria ante tempus quærere, nec quæ sunt in manibus rejicere ut alia præsumantur : quippe intellectus prædicta facile sibi imaginatur, et sibi effingit quæ nondum attigit. Ideo valde timendum est ne hic acceptis etiam privetur, et ne mente sæpius excidat, deceptus imaginatione et quietem haud reperiens.

A καιροῦ φαντάζεσθαι, ἵνα καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ θεόθεν μικρὰν κατάστασιν ἀπολέσας νεκρὸς ἐκ πάντων γένηται. Διὸ χρὴ μετὰ πολλῆς διακρίσεως μήτε τὰ τοῦ καιροῦ ζητεῖν πρὸ καιροῦ, μήτε τὰ ἐν χερσὶν ἀποβάλλειν καὶ ἄλλα φαντάζεσθαι· φύσει γὰρ ὁ νοῦς πρὸς τὰ προειρημένα εὐχερῶς ἔχει τὸ φαντασιοποιεῖν, καὶ ἀναπλάττειν καὶ εἰς ἃ οὐκ ἔφθασε. Διὰ τοῦτο φόβος οὐ μικρὸς, ἵνα μὴ καὶ τῶν δοθέντων ὁ τοιοῦτος ὑστερηθῇ, καὶ τὴν φρένα πολλάκις ἀπολέσῃ ἀπατηθεὶς, φανταστὴς, καὶ οὐχ ἡσυχαστὴς γενόμενος.

119. Fides non sola, sed et viva operibus oratio est gratia. Fides enim vera vitam Dei habens manifestam, ea est quæ charitate formatur in spiritu : unde contrario mortuam et inanimem habet fidem qui non est operum sibi conscius. At fidelis non merito diceretur qui ore tenus crederet, fidem vero non haberet operibus mandatorum vel spiritu informatam. Oportet igitur hanc manifestare proficiendo in operibus, eamque operibus lucidam et fulgidam ostendere, ut ait divus Apostolus : « Ostende mihi fidem tuam ex operibus tuis, et ego ostendam tibi opera mea ex fide mea [11]; » hinc demonstrans operibus mandatorum manifestari fidem gratiæ, sicut fiunt et refulgent opera mandatorum per gratiæ fidem. Fides enim est radix mandatorum, vel potius fons quo rigantur et crescunt. Et in duo dividitur, nempe in confessionem et gratiam, licet sit natura indivisibilis.

ριθ'. Χάρις οὐ μόνον ἡ πίστις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐνεργουμένη προσευχή· πίστιν γὰρ ἀληθινὴν τὴν ἔχουσαν τὴν ζωὴν τοῦ Ἰησοῦ φανερουμένην δείκνυσιν, ἡ δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη τῷ πνεύματι· οὐκοῦν τὴν ἐναντίαν, καὶ νεκρὰν, καὶ ἄζωον κέκτηται πίστιν, ὁ μὴ ἐνεργουμένην εἰδὼς αὐτὴν ἑαυτῷ. Ἀλλ' οὐδὲ πιστὸς λέγοιτ' ἂν κυρίως εἶναι, ὁ λόγῳ μόνῳ ψιλῷ πιστεύων, καὶ μὴ ἐνεργουμένην αὐτὴν ταῖς ἐντολαῖς, ἢ τῷ πνεύματι. Χρὴ τοιγαροῦν φανερουμένην αὐτὴν δεικνύειν ταῖς προκοπαῖς διὰ τῶν ἔργων, ἢ τοῖς ἔργοις ἐνεργουμένην ἐν φωτὶ καὶ λάμπουσαν ἔχειν, καθὼς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Δεῖξόν μοι σὺ τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγώ σοι δείξω τὰ ἔργα μου ἐκ τῆς πίστεώς μου· » δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἐντολῶν φανεροῦται ἡ τῆς χάριτος πίστις, καθὼς ἐνεργοῦνται αἱ ἐντολαὶ διὰ τῆς ἐν χάριτι πίστεως καὶ λάμπουσι. Ῥίζα γὰρ τῶν ἐντολῶν ἐστιν ἡ πίστις, μᾶλλον δὲ πηγὴ

B

πρὸς αὔξησιν ταύτας ἀρδεύουσα. Εἰς δύω διαιρουμένη, ὁμολογίαν καὶ χάριν, κἂν ἀδιαίρετος φύσει πέφυκεν.

120. Ingens et exigua brevisque obedientiæ scala quinque habet gradus ad perfectionem ferentes. Primus est renuntiatio, secundus subjectio, tertius obedientia, quartus humilitas, quintus charitas, quæ est Deus. Renuntiatio jacentem ab inferis suscitat et servum materiæ liberat. Subjectio Christum reperit eique ministrat, ut ipse ait : « Si quis mihi ministrat, me sequitur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit [12]. » Ubi autem est Christus? ad dexteram Patris sedens. Ergo ubi Dominus, ibi est et famulus, ponens pedem ad ascensionem, et priusquam sursum venerit, moribus cum Christo conscendens et proficiens. Obedientia operibus mandatorum omnino producta, scalam fabricatur ex multis virtutibus, easque velut ascensiones in anima disponit. Hanc deinde ab illa excipiens exaltatrix humilitas, et ad cœlum provehens, reginæ virtutum charitati tradit, et Christo adducit et offert. Et sic per brevem scalam facile ad cœlum ascendit qui vere obediens est.

C

ρκ'. Ἡ μικρὰ, καὶ μεγάλη, καὶ σύντομος τῶν ὑποτασσομένων κλίμαξ πέντε βαθμίδας τὰς πρὸς τελειότητα φερούσας κέκτηται. Πρώτη ἡ ἀποταγὴ, δευτέρα ἡ ὑποταγὴ, τρίτη ἡ ὑπακοὴ, τετάρτη ἡ ταπείνωσις, πέμπτη ἡ ἀγάπη, ἥ ἐστιν ὁ Θεός. Καὶ ἡ μὲν ἀποταγὴ, ἐκ τοῦ ᾅδου ἀνάγει τὸν κείμενον, καὶ τὸν δεδουλωμένον, τῆς ὕλης ἐκνευροῖ. Ἡ δὲ ὑποταγὴ, Χριστὸν εὑρε, καὶ τούτῳ διακονεῖ, ὡς αὐτός φησιν· « Ὁ ἐμοὶ διακονῶν, ἐμοὶ ἀκολουθεῖ· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. » Ποῦ δέ ἐστιν ὁ Χριστός; Ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐφεζόμενος. Οὐκοῦν ἐκεῖ δεῖ εἶναι καὶ τὸν διάκονον, ὅπου καὶ ὁ διακονούμενος, ἐπιβιβάζων τὸν πόδα πρὸς τὴν ἀνάβασιν· ἢ πρὸ τοῦ ἀνελθεῖν τοῖς τρόποις, Χριστῷ συναναβὰς καὶ συνανερχόμενος. Ἡ δὲ ὑπακοὴ ἐνεργουμένη ταῖς ἐντολαῖς διόλου, τεκταίνει τὴν κλίμακα ἐκ διαφόρων ἀρετῶν, καὶ ταύτας ὡς ἀναβάσεις ἐν τῇ ψυχῇ διατίθεται· ἐξ ἧς ἡ ὑψοποιὸς ταπείνωσις τοῦτον ἀναλαβοῦσα, καὶ ἄνωθεν φέρουσα πρὸς οὐρανὸν, τῇ βασιλίδι τῶν ἀρετῶν ἀγάπῃ δίδωσι· καὶ Χριστῷ προσ-

D

αγαγοῦσα, παρίστησι. Καὶ οὕτω, διὰ τῆς συντόμου κλίμακος, εὐκόλως πρὸς οὐρανὸν ἀνέρχεται ὁ ἐν ἀληθείᾳ ὑποτασσόμενος.

121. Et brevior ad regnum cœlorum per exiguam virtutum scalam non est via, quam ablatio quinque vitiorum obedientiæ oppositorum, quæ sunt inobedientia, contradictio, in se complacentia, amor proprii judicii, et funesta superbia : hæc sunt enim

ρκα'. Συντονωτέρα ὁδὸς πρὸς τὰ ἄνω βασίλεια, διὰ τῆς μικρᾶς κλίμακος τῶν ἀρετῶν οὐκ ἔστιν ἄλλη, ὡς ἡ τῶν πέντε τῆς ὑπακοῆς ἀντικειμένων παθῶν ἀναίρεσις· παρακοῆς, φημὶ, καὶ ἀντιλογίας, αὐταρεσκείας τε καὶ δικαιώματος, καὶ τῆς ὀλεθρίου οἰήσεως· αὖ-

[11] Jac. II, 18. [12] Joan. XII, 26.

Digitized by Google

ται γάρ εἰσι μέλη καὶ μέρη τοῦ ἀφηνιαστοῦ δαίμονος, τοῦ καταπίνοντος τοὺς νόθους τῶν ὑπηκόων, καὶ παραπέμποντος τῇ ἀδύσσῳ τῷ δράκοντι. Καὶ ἡ μὲν παρακοὴ ἐστι τὸ τοῦ ᾅδου στόμα· ἡ δὲ ἀντιλογία, ἡ γλῶσσα αὐτοῦ ὡς ὀξεῖα μάχαιρα· ἡ δὲ αὐταρέσκεια, ὀδόντες αὐτοῦ ἠκονημένοι· τὸ δὲ δικαίωμα, ὁ θώραξ αὐτοῦ· ἡ δὲ διάπνευσις τῆς παμφάγου γαστρὸς αὐτοῦ, ἡ πρὸς τὸν ᾅδην προπέμπουσα οἴησις. Ὅστις δὲ τὸ πρῶτον διὰ τῆς ὑπακοῆς νικᾷ, τὰ λοιπὰ ὑφ' ἓν περιέκοψε, καὶ εἰς οὐρανοὺς διὰ τῆς μιᾶς βαθμίδος ὀξέως ἀνέρχεται. Θαῦμα δὲ ὄντως, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ὄν, καὶ ἀνέφικτον, καὶ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν πεποίηκε Κύριος, τὸ, διὰ μιᾶς ἀρετῆς, ἢ μᾶλλον ἐπιταγῆς, ἀχρόνως εἰς οὐρανοὺς ἀνέρχεσθαι, ὥσπερ καὶ διὰ μιᾶς παρακοῆς εἰς τὸν ᾅδην κατήλθομεν καὶ κατερχόμεθα.

ρκβ'. Ὥσπερ ἄλλος κόσμος διττὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ καινὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον τὸν εἰπόντα· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » Καὶ γὰρ καὶ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ πάντα ὅσα ὁ κόσμος, ὁ ἄνθρωπος· γίνεταί τε κατὰ ἀρετὴν καὶ ὀνομάζεται· ὑπὲρ οὗ ἅπας λόγος καὶ ἅπαν μυστήριον, ὥς φησιν ὁ Θεολόγος. Ἐπειδὴ γὰρ « τὴν πάλην ἡμῶν εἶναι οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀέρος, » τοῦ Ἀποστόλου φήσαντος, ἁρμόδιον εἶναι ὡς εἰς κόσμον ἄλλον μέγαν τῆς φύσεως τῶν ψυχικῶν ἡμῶν δυνάμεων εἶναι τοὺς ἀντιπαλαίοντας ἡμῖν κρυπτῶς· κατὰ τῶν τριῶν γὰρ οἱ τρεῖς ἄρχοντες τοῖς ἀγωνισταῖς ἀντικαθιστάμενοι, ἐκστρατεύουσι, καὶ καθ' ὃ ἂν προέκοψέ τις, καὶ εἰς ὅπερ ἐργάζεται, ὑπ' αὐτῶν πολεμεῖται. Καὶ ὁ μὲν δράκων ὁ ἄρχων τῆς ἀδύσσου, πρὸς τοὺς καρδιακῶς προσέχοντας ἐκστρατεύων ἐνίσταται, ὡς πρὸς τὴν ὀσφὺν τῆς ἐπιθυμίας καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ τὴν ἰσχὺν ἔχων, καὶ διὰ τοῦ τῆς λήθης ἐνηδόνου γίγαντος, τὰς καυστικὰς τῶν πεπυρωμένων βελῶν δυνάμεις ἀκοντίζων αὐτοῖς, ὥσπερ θάλασσαν ἄλλην, καὶ ἄβυσσον τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων, δύνων, καὶ ἕρπων, καὶ ἐκταράττων αὐτὴν καὶ ἀφρίζων, ἀναζέει αὐτὴν, καὶ πρὸς συνουσιασμοὺς ἐκκαίει, καὶ τοῖς τῶν ἡδονῶν χειμάῤῥοις ἐπικλύζει αὐτὴν, καὶ ὡς ἄπληστον οὐκ ἐμπιπλᾷ. Ὁ δὲ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τοὺς τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν μετερχομένους ἀνθίσταται, ὡς πρὸς τὸ θυμικὸν τὴν πάλην ἔχων, καὶ διὰ τοῦ τῆς ῥᾳθυμίας γίγαντος, τὰς παντοδαπὰς τῶν παθῶν μαγγανείας ὡς εἰς κόσμον ἄλλον, ἢ θέατρόν τε καὶ στάδιον τὴν πάλην νοερῶς ποιῶν, νικῶν, ἢ ἡττώμενος τοὺς ἀεὶ αὐτῷ ἀνδρικῶς προσπαλαίοντας, καὶ στεφάνους, ἢ αἰσχύνην ἐνώπιον ἀγγέλων αὐτοῖς προξενῶν, τὰς παρατάξεις αὐτοῦ καθ' ἡμῶν διηνεκῶς καθοπλίζει, ἡμῖν μαχόμενος. Ὁ δὲ ἄρχων τοῦ ἀέρος τοὺς τῇ διανοίᾳ πρὸς θεωρίαν σχολάζοντας ἐπέρχεται, φαντασιοσκοπῶν, ὡς πρὸς τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν ἐγγίζων, μετὰ τῶν τῆς πονηρίας τοῦ ἀέρος πνευμάτων· καὶ διὰ τοῦ τῆς ἀγνοίας γίγαντος τὴν ἀνατατικὴν

A membra et partes rebellis dæmonii, qui devorat filios servorum suorum, eosque Tartareo reservat draconi. Inobedientia est inferni os; contradictio, ejus lingua ut gladius mucronata; complacentia, dentes ejus acuti; proprium judicium, ejus pectus; et spiramen ventris ejus, trahens ad infernum superbia. Quisquis autem primum illud obedientia ruperat, cætera uno concidit ictu, et in cœlos per unum gradum illico ascendit. Sed mirabile prorsus inenarrabileque et ineffabile est misericordiæ Dei donum, sic per unam virtutem, seu potius per unum mandatum confestim ad cœlos conscendere, ut per solam inobedientiam in infernum delabimur et decidimus.

B

122. Tum secundus, tum novus alter mundus vocatur homo, juxta divum Apostolum dicentem [13]: « Si qua in Christo nova creatura. » Namque cœlum terraque et universus mundus homo est et nominatur, propter quem omne est verbum et omne mysterium, ut ait Theologus. Etenim « quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus rectores tenebrarum hujus sæculi, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus primi aeris, » ut ait Apostolus [14], convenienter velut in magnum alterum naturæ mundum in animæ nostræ vires pugnant latentes adversarii nostri. Nam colluctantes nobis tres principes tres impugnant potentias C animæ; et ubi profectus est, ubi labor, ibi prælium committunt. Et quidem draco princeps abyssi contra eos qui sunt corde attenti, dimicans insurgit, utpote in concupiscentiam lumborum et umbilici potestatem habens; et per voluptarium oblivionis gigantem flammeos ignitorum telorum impetus in illos jaculans, concupiscentiam quasi mare subit, irrepit, perturbat, et spumosam fervidamque facit, et ad copulas carnales succendit, et voluptatum torrentibus inundat, et tanquam insatiabilem non implet. Princeps autem mundi hujus opera virtutes persequentes aggreditur, quatenus contra partem irascibilem luctans; et per ignaviæ gigantem omnimoda passionum præstigia in alterius mundi illius theatrum et stadium pugna spirituali D jaculans, vel vincit, vel vincitur ab iis qui fortiter usque ipsi resistunt; et coronas aut ignominiam in conspectu angelorum nobis comparans, sua tela semper et arma in nos contorquet. Princeps autem aeris mentali vacantes orationi invadit, imaginationem impetens intellectumque et rationem adoriens cum malignis spiritibus ætheris; et per gigantem ignorantiæ superiorem intellectus partem velut alterum spirituale cœlum cœnose turbat, et phantasticas tenebrosasque spirituum formas et transmutationes, quasi fulgura, et tonitrua, procellasque et fragores exhibens, terrorem incutit. Ita singuli

[13] I Cor. v, 17. [14] Ephes. vi, 12

Digitized by Google

singulas impugnant tripartitæ animæ facultates, et quo bellum ferunt, hic pugnam committunt.

123. At enim, quamvis sint spiritus, quia tamen pristina immaterialitate ac simplicitate exciderunt, materialem quamdam habet unusquisque compositionem, ordini aut operationi assimilatus corporis, ad quod movendum factus est. Quia enim et ipsi, hominis instar, angelicis spoliati divitiis divinaque privati voluptate, terrenam sicut et nos patiuntur voluptatem, materiales etiam quodammodo facti sunt materialium passionum habitibus; neque mirum est, quum et anima nostra ad Dei imaginem rationalis intellectualisque creata, bestialis et fere omnis sensus et intelligentiæ exspers facta sit materialis voluptatis operibus ac Dei oblivione. Solet enim habitus mutare naturam, et operationem in voluntatem convertere. Et spiritus quidem alii sunt materiales, graves et molesti, iracundi et vindices, ferarum instar carnivori, et ad libidinem voluptatemque hiantes, velut canes ad sanguinem, corruptionem cum spiritualibus comedendo suum hujus amorem ostendunt, materiales et crassas habentes carnem, delectationem et habitationem. Alii vero luxuriosi et lubrici, in concupiscentia velut in palude hirudines ranæque et reptilia, et aliquando velut alii pisces reptant, amaram incontinentiæ voluptatem quasi degustantes, et natant in ebrietatis mari, læves mollesque natura, et lubricitate brutarum voluptatum gaudentes, fœdarum cogitationum fluctus turbinesque ac tempestates in anima cient. Alii autem leves et tenues, utpote aerii spiritus, vim mentis contemplativam excitantes, imagines velut vehementes vento immittunt, et aliquando in volucres et in angelos transformati animam decipiunt, imaginationi se ut gnosticos repræsentantes, et convertentes immutantesque omnem spiritus contemplationem in his qui adhuc multum pugnant ante purificationem spiritualemque perfectionem. Nam spirituale nihil est, cujus effigiem imaginarie haud simulent, seipsos enim in statum atque modum mystici progressus subornant, ut veritati sufficiant errorem, et illusionem substituant contemplationi. De istis loquitur Scriptura, per bestias agri volucresque cœli et reptilia terræ spiritus nequitiæ significans et indicans.

διάνοιαν καθάπερ ἄλλον λογικὸν οὐρανὸν ἐκταράττων θολοῖ, τὰς φανταστικὰς καὶ ὁμιχλώδεις τῶν πνευμάτων μορφώσεις, καὶ τοὺς μετασχηματισμοὺς ἀπατηλῶς καθάπερ ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καταιγίδας τε καὶ ψόφους φέρων, δειλίαν ἐπάγει. Ἕκαστος ἑκάστῳ δηλονότι διὰ τῶν τριῶν πρὸς τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς προσπαλαίων, ἀνθίσταται καὶ πρὸς ὃ τὸν πόλεμον ἔχει, πρὸς αὐτὸ καὶ τὸν ἀγῶνα κέκτηται.

ρκγ'. Νόες γὰρ ὄντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ, καὶ τῆς ἀϋλίας ἐκείνης καὶ λεπτότητος ἐκπεσόντες, ὑλικήν τινα παχύτητα ἕκαστος κέκτηται· κατὰ τὴν τάξιν, ἣ ἐνέργειαν σωματούμενος, οὗ ἐνεργῶν πεποίωται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτοὶ, κατὰ ἄνθρωπον, τὴν ἀγγελικὴν ἡδονὴν ἀπολέσαντες, τρυφῆς θείας ὑστερηθέντες, χοῦν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς, καὶ αὐτοὶ τρυφὴν πάσχουσιν, ὑλώδεις πως καὶ αὐτοὶ γεγονότες ταῖς τῶν ὑλικῶν παθῶν ἕξεσι· καὶ οὐ δεῖ θαυμάζειν, ὅπουγε καὶ ἡ κατ' εἰκόνα Θεοῦ λογικὴ καὶ νοερὰ κτισθεῖσα ψυχὴ ἡμῶν, κτηνώδης καὶ ἀναίσθητος, καὶ σχεδὸν ἄνους ταῖς τῶν ὑλικῶν πραγμάτων ἀπολαύσεσι γέγονε, Θεὸν ἀγνοήσασα. Πέφυκε γὰρ ἡ ἕξις μεταποιεῖν τὴν φύσιν, καὶ ἀλλοιοῦν τὴν ἐνέργειαν πρὸς τὴν προαίρεσιν. Καὶ τὰ [*δηλ.* πνεύματα] μὲν εἰσιν ὑλώδη, καὶ βαρέα τινὰ καὶ δυσκάθεκτα, θυμοειδῆ καὶ ἀμυντικὰ, καὶ ὡς θηρία τινὰ σαρκοφάγα πρὸς τὴν ὑλικὴν ἡδονὴν καὶ τρυφὴν κεχηνότα, δίκην κυνῶν αἱμοβόρων, τὴν σαπρίαν μετὰ τῶν πνευματιώντων ἐσθίοντα τὴν φίλην αὐτῶν φαντάζουσι, τὰς παχείας καὶ ὑλώδεις σάρκας, καὶ τρυφὴν καὶ οἰκίαν ἔχοντα. Τὰ δὲ ἀκόλαστά τινα καὶ ὑγρώδη, ὡς εἰς λίμνην βδέλλαι τινὲς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ βάτραχοι, καὶ ὄφεις, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἰχθύας ἀλλοιούμενα, ἕρποντα τὴν ἁλμυρὰν τῆς ἀκολασίας ἡδονὴν, ὡς ἀπόλαυσιν κεκτημένα· νηχόμενα τῷ πελάγει τῆς πλουσίας, λεῖά τινα ὄντα, καὶ ἁπαλά πως τὴν φύσιν, τῇ ὑγρότητι τῶν ἀλόγων ἡδονῶν χαίροντα, κύματα λογισμῶν, καὶ μολυσμῶν, καὶ τρικυμίας, καὶ ζάλας ἀεὶ τῇ ψυχῇ διεγείρουσι· τὰ δὲ κοῦφά τινα καὶ λεπτὰ, ὡς ἐναέρια πνεύματα ὄντα, τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς ῥιπίζουσιν, ἀνέμους τινὰς βιαίους καὶ φαντασίας προτείνοντα, εἰς πετεινὰ, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἀγγέλους μεταμορφούμενα τὴν ψυχὴν ἀπατῶσι· μνήμας εἰδοποιοῦντα γνωστῶν τινων, μετασχηματίζοντά τε καὶ μετατρέποντα πᾶσαν θεωρίαν πνευματικὴν ἐν τοῖς ἔτι μάλιστα ἀγωνιζομένοις, πρὸ τῆς καθαρότητος καὶ τῆς πνευματικῆς διακρίσεως. Οὐδὲν γὰρ ἔστι πνευματικὸν, ᾧ μὴ ὡς αὐτὸ κατὰ φαντασίαν λεληθότως μετασχηματίζονται· πρὸς γὰρ τὴν κατάστασιν, καὶ τὸ μέτρον τῆς προκοπῆς, καὶ αὐτοὶ καθοπλίζονται, πλάνην ἀντὶ ἀληθείας, καὶ φαντασίαν ἀντὶ θεωρίας; ἐπιφέροντες, εἰσοικίζονται. Περὶ γὰρ τούτων ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, καὶ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἐπισημάνασα ἐδήλωσεν.

121. Carnis et passionum adversus animam insurrectio quinque modis fit in nobis. Nunc enim rebus abutitur caro; nunc contraria naturæ ut naturæ conformia vult operari: modo in seipsam a dæmonibus armata, cum his lætissima jungit amicitiam; modo in seipsam rebellatur, ut vitiis mancipetur; postremo bellum movetur a dæmonibus nos per abusum humilitatis impugnantibus, cum omnibus præfatis modis nihil profecerunt.

ρκδ'. Ἡ ἐπανάστασις τῶν παθῶν, καὶ ὁ ἐπεγειρόμενος τῆς σαρκὸς πόλεμος κατὰ τῆς ψυχῆς, κατὰ πέντε τρόπους προσγίνεται ἐν ἡμῖν· ποτὲ μὲν ἡ σὰρξ παραχρωμένη τοῖς οὖσι, ποτὲ δὲ τὰ παρὰ φύσιν, ὡς κατὰ φύσιν ἐπιζητοῦσα ἐνεργεῖν· ποτὲ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων ὁπλιζομένη κατὰ τῆς ψυχῆς, ὡς ἡδέως συμφιλιάζουσα τούτοις. Ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἀτακτεῖ, ὡς πεποιωμένη τοῖς πάθεσι. Γίνεται δὲ καὶ πόλεμος ἐπ' ἐσχάτων πάντων, ἐκ

Digitized by Google

φθόνου δαιμόνων κατὰ παραχωρησιν ἀνθισταμένων ἡμῖν δι᾽ ὰ ταπείνωσιν, ὁπόταν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἀστοχήσωσιν.

ρκε'. Αἰτίαι δὲ κυρίως τοῦ πολέμου τρεῖς εἰσιν, ἐκ πάντων καὶ διὰ πάντων ἡμῖν προσγινόμεναι· ἡ ἕξις, ἡ παράχρησις τῶν ὄντων, καὶ ὁ κατὰ παραχώρησιν τῶν δαιμόνων φθόνος, καὶ πόλεμος. Τὸ δὲ ἐπανίστασθαι, ἢ ἐπιθυμεῖν τὴν σάρκα κατὰ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ψυχὴν κατὰ τῆς σαρκὸς, τὸν αὐτὸν τρόπον κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχουσι τὰ τῆς σαρκὸς κατὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς κατὰ τῆς σαρκὸς ἀριστεύματα. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ πολέμιος ἔστι δ' ὅτε ἀπερισκέπτως καὶ ἀναιτίως, ὡς ἀναιδὴς, καθ' ἡμῶν θρασυνόμενος μάχεται. Μὴ δὸς οὖν, ὦ φίλος, τῇ βδέλλῃ ὡς αἱμοχαρεῖ, ἀναιμάττειν τὰς ἀρτηρίας, καὶ οὐδ' ἐμεῖν αἷμα δυνηθείη ποτέ. Μήτε χοῦν εἰς κόρον τῷ ὄφει καὶ δράκοντι παραχώρει, καὶ καταπατήσεις εὐχερῶς λέοντος καὶ δράκοντος φρύαγμα. Στέναζον ἄχρις ἂν ἐκδυθεὶς, ἐπενδύσῃ τὸ ἄνωθεν οἰκητήριον, καὶ τὴν μόρφωσιν τοῦ κατ' εἰκόνα σε πλάσαντος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ρκς'. Κυρίως οἱ αὐτόχρημα σάρκες ὄντες, καὶ τὴν φιλαυτίαν ἀσπαζόμενοι, ἡδονῇ καὶ κενοδοξίᾳ ἀεὶ δουλεύουσιν· οἷς ὁ φθόνος ἐρρίζωται. Τῇ βασκανίᾳ γὰρ τηκόμενοι, καὶ τὴν τοῦ πλησίον εὐπραγίαν πικρίαν ἡγούμενοι, διαβάλλουσι τὰ καλὰ ὡς κακὰ, καὶ τῆς πλάνης ὄντα γεννήματα, καὶ οὐδὲ τὰ τοῦ Πνεύματος δέχονται, ἢ πιστεύουσι, μήτε Θεὸν ἰδεῖν ἢ ἐπιγνῶναι τῇ ὀλιγοπιστίᾳ δύνανται. Οἱ τοιοῦτοι, κατὰ τὴν τύφλωσιν αὐτῶν καὶ ὀλιγοπιστίαν, εἰκότως ἐκεῖθεν ἀκούσουσι τὸ, « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Χρὴ γὰρ τὸν ἐρωτῶντα πιστὸν, ἢ πιστεύειν ἃ οὐκ οἶδεν ἀκούων, ἢ μανθάνειν ἃ πιστεύει, ἢ διδάσκειν ἅπερ ἔγνω, καὶ πολυπλασιάζειν ἀφθόνως ἐν τοῖς δεχομένοις πιστως τὸ τάλαντον. Εἰ δ' ἀπιστεῖ ἃ οὐκ οἶδε, καὶ ἐξουθενεῖ ἃ οὐκ ἔγνω, καὶ διδάσκει ἃ οὐκ ἔμαθε, βασκαίνων τοῖς διδάσκουσι πρακτικῶς ταῦτα, ἔσται ἡ μερὶς αὐτοῦ πάντως, μετὰ τῶν ἐχόντων χολὴν πικρίας ἐπιτιμώμενος.

ρκζ'. Ῥήτωρ ἐστὶ, κατὰ τοὺς ὄντως ἐν λόγῳ σοφοὺς, ὁ ἐν συντομίᾳ διὰ τῆς γενικῆς ἐπιστήμης τὰ ὄντα περιλαμβάνων, καὶ ὡς ἓν σῶμα καὶ διαιρῶν καὶ συνάπτων αὐτὰ, δεικνύων ταῦτα ὡς ὁμοδύναμα κατά τε τὴν ἑτερότητα, καὶ ταυτότητα· ἢ καὶ ὁ κατ' ἀλήθειαν ἀποδεικτικὸς λεγόμενος. Ἢ πάλιν ῥήτωρ ἐστὶ κυρίως πνευματικὸς, ὁ τὰς διῃρημένας καθολικὰς τῶν ὄντων πέντε γενικὰς ἰδιότητας, ἃς ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος συνῆψε, διαιρῶν καὶ συνάπτων περιληπτικῷ λόγῳ φωνῆς ποιᾶς, ὡς ῥήτωρ περιλαμβάνων τὸ πᾶν· οὐ λόγῳ ψιλῷ μόνον ἀποδεικτικῷ κατὰ τοὺς ἔξω δεικνύων ἄλλοις αὐτὰ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμφαινομένων αὐτῷ ἐν πνεύματι τοῖς οὖσι θεωρημάτων, καὶ ἑτέρους φωτίζειν δυνάμενος. Φιλόσοφος δέ ἐστιν ἀληθινὸς, ὁ ἐκ τῶν ὄντων τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων εἰδὼς, ἢ ἐκ τῆς αἰτίας τὰ ὄντα γινώσκων, κατὰ τὴν ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν καὶ τὴν ἄμεσον πίστιν γενόμενος, οὐ μόνον μαθὼν, ἀλλὰ καὶ παθὼν τὰ θεῖα. Ἢ πάλιν φιλόσοφός ἐστι κυρίως, ὁ πρακτικός τε καὶ θεωρητι-

125. Revera illius belli tres sunt causæ, ex omnibus et per omnia nobis provenientes : habitus, abusus rerum, et propter hunc abusum dæmonum invidia et pugna. Porro in rebellione et concupiscentia carnis adversus animam, et animæ adversus carnem, eodem modo se habent et operantur carnis contra animam cupiditates, atque animæ contra carnem bona opera. Ipse autem inimicus aliquando temere et sine causa, utpote impudens, contra nos cum fiducia pugnat. Ne credas igitur, o amice, arterias hirudini sugendas, quippe quæ sanguinem amet, nec unquam possit sanguinem vomere. Neque des terram in cibum serpenti et B draconi, et facile conculcabis tumorem leonis et draconis, donec genitum exutus, induas supernam habitationem et formam ejus qui te ad imaginem suam creavit, Jesu Christi.

126. Omnes vere ac proprie carnalis et sui amore capti, voluptati et vanæ gloriæ semper inserviunt, et in eis invidia radicem habet. Invidia enim tabescentes et proximi felicitatem ægre ferentes, calumniantur bona tanquam mala, et, filii erroris, ea quæ sunt Spiritus non amplectuntur nec credunt, et Deum videre aut cognoscere, cum sint modicæ fidei, non possunt. Isti, ob suam cæcitatem et modicam fidem, merito in die judicii hoc audient : « Nescio vos [18]. » Debet enim interrogans fidelis, C vel credere audiens quæ nescit, vel discere quæ credit, vel docere quæ cognoscit, et sine invidia multiplicare talentum in iis qui fideliter accipiunt. Si vero credere abnuat quæ nescit, et rejiciat quæ non intelligit, et doceat quæ non didicit, invidens iis qui hæc practice docent, profecto cum amaris felle consortium pœnæ habebit.

127. Secundum eos qui sermone sunt vere sapientes, orator est qui concise generali scientia res comprehendit, easque velut unum corpus et dividens et colligens, ostendit illas eamdem vim habere secundum differentiam et identitatem; vel est qui veritatem persuasorie dicit. Vel adhuc orator est D verus spiritualis, qui divisas et unitas quinque generales rerum proprietates, quas Verbum homo factum assumpsit, separans et conjungens unius vocis complexione (ut rhetor verbo universali utens), non mero tantum sermone demonstrativo, ut qui non sunt mystici, illas docet alios, sed etiam ex iis quæ spiritualiter didicit auribus aut oculis, illuminare alios potest. Philosophus autem verus est qui ex rebus rerum causam ediscit, vel ex causa res cognoscit, et qui incomprehensam unionem immediatamque fidem sortitus est, atque res divinas non solum doctus, sed et passus est. Vel iterum proprie philosophus est animus in practico

[18] Luc. XIII, 25.

Digitized by Google

contemplativo statu stabilitus; perfectus autem philosophus est intellectus ethica physicaque et theologica instructus philosophia, vel potius *philotheia*, et ex ethica quidem actiones, a physica vero sermones, e theologia demum contemplationem irreprehensibilemque fidem a Deo edoctus. Vel rursus sagax rerum divinarum rhetor est qui ea quæ proprie sunt, ab his demonstrat, ex illisque rationes harum clarissime perspicit; qui intelligibilem invisibilemque a sensibili et visibili, et sensibilem visibilemque ab invisibili et insensibili mundum discernit, quia visibilia sunt invisibilium imagines, et invisibilia visibilium archetypi, et objacere dicit figuras iis quæ non habent figuras, et species iis quæ non habent speciem, ut hunc mundum per illum, et illum per hunc spiritualiter cognoscat, et mutuo alterum in altero clare perspiciat et ostendat verbo veritatis et non anagogicis aut allegoricis sermonibus scientiam veritatis fulgidam solis instar efficit, sed scientia et virtute spirituali veras utriusque rationes apertissime dilucidat et explanat, ita ut hunc esse pædagogum nostrum, illum vero æternam Dei domum, manifeste nobis pateat. Divus autem philosophus est qui per activam et contemplativam vitam immediate unitur Deo, et amicus ejus fit et dicitur, quia primam creatricem et veram sapientiam amat et diligit supra omnem aliam amicitiam sapientiamque et scientiam. Philologus autem et vere philosophus (licet vana gloria philosophiæ nomen usurpaverit, ut ait magnus Gregorius), ille est qui sapientiam harumce creaturarum Dei amat et scrutatur, ut novissime dictum est, sed non propter laudem et gloriam humanam hanc philosophiam ostentator exerceat, ita ut non materiæ, sed naturali sapientiæ Dei studeat. Scriba autem doctus in regno cœlorum est quicumque per praxim ad Dei contemplationem ascendit et in quietudine perseverat; qui profert de thesauro cordis sui nova et vetera, id est, evangelica et prophetica, seu Novi et Veteris Testamenti eloquia, seu doctrinalia et practica, seu legalia et apostolica. Hæc enim sunt nova et antiqua mysteria, quæ practicus scriba profert, doctus in statu divinæ pietatis. Scriba item est omnis practicus qui corporaliter adhuc bonis operibus vacat. Præterea orator divinus est, qui circa naturam scientiamque et rationes rerum versatus, omnia spiritualiter demonstrat et sermonis virtute dirimit. Philosophus denique verus est, qui supernaturalem Dei unionem gnostice et immediate habet in seipso.

5. Sciendum est duplicem esse exsultationem: scilicet alacritatem placidam, quæ palpitatio gemitusque et colloquium Spiritus dicitur; et magnam cordis exsaltationem, quæ dicitur et saltus, seu subsultus, et cordis vivi divinus sublimem per aera volatus. Namque a divino Spiritu alis amoris elata, et cupiditatum libera vinculis anima, sursum volare etiam ante mortem nititur, cupiens a corporis mole separari. Hoc etiam perturbatio spiritus, seu effervescentia et commotio dicitur, juxta illud [3]: « Jesus ergo turbavit seipsum spiritu, motus vehementer, et dixit: Ubi posuisti eum? » Ostendit autem discrimen magnæ et parvæ exsultationis divus David, dicens [4]: « Montes exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium. » Quod de perfectis et incipientibus dicit: nam quos memorat montes et colles, cum inanimes sint, exsultantes dicere superfluum erat.

ς'. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὁ θεῖος φόβος τρόμον οὐκ ἔχει (τρόμον δὲ λέγω, οὐ τὸν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὀργῆς, εἶτ' οὖν παιδείας καὶ ἐγκαταλείψεως), ἀλλ' ἀγαλλίασιν ἔντρομον τὴν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ἐν τῷ πυρὶ τοῦ θείου φόβου προσγινομένην· φόβον δὲ, οὐ τὸν ἔντρομον τὸν ἐκ τῆς ὀργῆς, εἶτ' οὖν κολάσεως, ἀλλὰ τὸν τῆς σοφίας, ὃς καὶ σοφίας ἀρχὴ λέγεται. Διαιρεῖται δὲ ὁ φόβος εἰς τρία (κἂν εἰς δύω οἱ Πατέρες εἰρήκασι)· τὸν εἰσαγωγικὸν, καὶ τὸν τέλειον, εἶτα καὶ τρόμον δεῖ κυρίως καλεῖν, εἶτ' οὖν κλόνον, καὶ σύντριμμα.

6. Sciendum etiam est divino timori tremorem non esse (tremorem hic dico, non qui ex lætitia, sed qui ex ira, seu castigatione et derelictione provenit), sed exsultationem tremebundam, quam ex oratione ignis divini timoris elicit; timorem autem non dico tremulum quem incutit ira aut pœna, sed qui est a sapientia, et initium sapientiæ dicitur. Porro timor, quem Patres bipartiuntur, nempe in imperfectum et perfectum, dividitur in tria, quæ proprie vocare oportet tremorem, et perturbationem atque infractionem.

ζ'. Ὁ δὲ τρόμος διαφορὰς ἔχει πολυτρόπους· ἄλλος ὁ τῆς ὀργῆς, καὶ ἄλλος ὁ τῆς χαρᾶς, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ θυμικοῦ (ὅταν καθ' ὑπερβολὴν γένηται ζέσις, ὥς φασι, τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος), καὶ ἄλλος ὁ ἐκ τοῦ γήρους, καὶ ἕτερος ὁ τῆς ἁμαρτίας, εἶτ' οὖν πλάνης, καὶ ἄλλος ὁ τῆς κατάρας, διὰ τοῦ Κάϊν δοθεὶς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Πλὴν τῷ ἀγωνιστῇ παρὰ τὰς ἀρχὰς, ὁ ἐκ τῆς χαρᾶς, καὶ ὁ ἐκ τῆς ἁμαρτίας πολεμεῖ τρόμος· πᾶσι δὲ οὐχ οὕτω συμβαίνει, σημεῖα δὲ ἀμφοτέρων· τοῦ μὲν, ἡ ἔντρομος ἀγαλλίασις ἐν εὐφροσύνῃ πολλῇ καὶ δάκρυσιν ἡ χά-

7. Tremor autem multimodas habet species; alius est iræ, alius lætitiæ, alius choleræ (cum immodice, ut aiunt, ebullit circa cor sanguis), alius senectutis, alius peccati seu erroris, et alius maledictionis, a Cain traditus humano generi. Insuper apud virtutis militem in initio dimicant tremor lætitiæ et tremor peccati; omnibus autem non pariter contingit, sed signa sunt utriusque: unius quidem, tremebunda exsultatio cum lætitia et lacrymis quibus animam gratia consolatur; alterius vero immodicus calor, et tumor, et durities cordis

[1] Rom. VIII, 26. [2] Joan. IV, 4. [3] Joan. XI, 33, 34. [4] Psal. CXIII, 4.

Digitized by Google

adurens animam, et inflammans membra ad copulam apta, et ad commercium carnale amoremque ac turpia opera imaginationem et internum consensum inducens.

8. Duplicem esse operationem cuilibet incipienti, dupliciter et distincte in corde agentem, unam ex gratia, et alteram ex errore, testatur magnus Ascetes, sic loquens : « Est operatio spiritualis, et est operatio Satanica parvulo ignota. » Et rursus triplicem esse calorem operationis in hominibus accensum, scilicet ex gratia, ex errore seu peccato, et ex sanguinis redundatione, quam et mistionem Africanus vocavit Thalassius, et oportere congruenti temperantia hanc mitigare et sedare.

9. Operatio gratiæ est virtus ignis Spiritus in gaudio et lætitia cordis mota, stabiliens animam, calefaciensque et emundans, et cogitationes tempestive auferens, corporis vero motus opportune enecans. Et hæc sunt illius signa, et fructus veritatem ejus ostendentes : lacrymæ, contritio, humilitas, temperantia, silentium, patientia, occultatio, et cætera hujusmodi, quæ indubiam nobis afferunt certitudinem.

10. Operatio erroris est peccatis æstus ad voluptatem accendens animam, et ad copulam carnalem jugiter concupiscentiam et motum corporis excitans. Indigesta autem tota est et incondita, juxta sanctum Diadochum, habens lætitiam irrationalem, et superbiam, et perturbationem, et indigestum gaudium, instabile merito dicendum, et in teporis voluptate ad concupiscentiam maxime operans, delicias igni materiam sufficiens, et inexpletum ventrem habens cooperatorem : unde consociat sibi et accendit commercium carnis, exinde incipiens movere animam inflammareque et ad seipsam allicere, ut voluptati assuescens homo gratiam a seipso paulatim expellat.

A ρις τὴν ψυχὴν παρακαλεῖ, τοῦ δὲ, ἀνώμαλος θέρμη, καὶ τύφος, καὶ σκληροκαρδία τὴν ψυχὴν ἐκκαίουσα, καὶ ἐκπυροῦσα τὰ συνουσιαστικὰ μέλη, καὶ πρὸς συμπλοκὴν σώματος καὶ ἔρωτα διὰ τῆς φαντασίας ἔνδον ἐν συγκαταθέσει τὴν αἰσχρουργίαν ποιοῦσα.

η'. Διττὴν εἶναι τὴν ἐνέργειαν τῷ ἀρχαρίῳ παντὶ, καὶ διττῶς ἐν καρδίᾳ ἐνεργουμένην καὶ ἀμιγῶς, τὴν μὲν, ἐκ τῆς χάριτος, τὴν δὲ, ἐκ τῆς πλάνης, μαρτυρεῖ ὁ μέγας Μάρκος ὁ ἀσκητὴς, οὕτωσὶ φάσκων· Ἔστιν ἐνέργεια πνευματικὴ, καὶ ἔστιν ἐνέργεια σατανικὴ, τῷ νηπίῳ ἀγνοουμένη. Καὶ πάλιν, τριττὴν εἶναι τὴν θέρμην τῆς ἐνεργείας ἐν ἀνθρώποις ἀναπτομένην, τὴν ἐκ τῆς χάριτος, τὴν ἐκ τῆς πλάνης, εἴτ' οὖν ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἐκ τῆς πλησμονῆς αἵματος, ὅπερ καὶ κρᾶσιν ὁ Ἀφρικανὸς ἔφησε Θαλάσσιος, καὶ δι' ἐγκρατείας ἐμμέτρου ὁμαλίζειν ταύτην καὶ εἰρηνεύειν.

θ'. Ἐνέργεια τῆς χάριτός ἐστι δύναμις τοῦ πυρὸς τοῦ Πνεύματος ἐν χαρᾷ καὶ εὐφροσύνῃ καρδιακῶς κινουμένη, στηρίζουσα, καὶ θερμαίνουσα τὴν ψυχὴν, καὶ καθαίρουσα, καὶ τοὺς μὲν λογισμοὺς παύουσά τε ὡς πρὸς ὥραν, τὴν δὲ τοῦ σώματος κίνησιν νεκροῦσα πρὸς καιρόν. Καὶ ταῦτα τὰ σημεῖα αὐτῆς, καὶ οἱ καρποὶ οἱ ἐμφαίνοντες τὴν ἀλήθειαν, τὰ δάκρυα, ὁ συντριμμὸς, ἡ ταπείνωσις, ἡ ἐγκράτεια, ἡ σιωπὴ, ἡ ὑπομονὴ, τὸ κρύπτεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, δι' ὧν ἀδιστάκτως πληροφορούμεθα.

ι'. Ἐνέργεια πλάνης ἐστὶν ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐκκαυσις, ἐν ἡδονῇ θερμαίνουσα τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς συνουσιασμὸν ἐμμανῶς σωμάτων τὴν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ τοῦ σώματος κινήσει διεγείρουσα· ἄποιος δέ ἐστιν ὅλη καὶ ἀδιάθετος, κατὰ τὸν ἅγιον Διάδοχον, χαρὰν ἄλογον, καὶ οἴησιν, καὶ ταραχὴν, καὶ εὐφροσύνην ἄποιον, καὶ ὡς εἰκὸς εἰπεῖν, ἄτροφον ἔχουσα, ἐν ἡδονῇ χλιαρότητος πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν μάλιστα ἐνεργοῦσα, πορίζομένη ὕλην ἐκκαύσεως τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν ἀκόρεστον γαστέρα ἔχουσα συνεργόν· ἐκεῖθεν γὰρ κοινωνεῖ καὶ ἀνάπτεται τὴν σύγκρασιν τῆς σαρκὸς, αἰτίαν λαμβάνουσα πρὸς τὸ ἐνεργεῖν καὶ καίειν τὴν ψυχὴν καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἕλκειν, ἵνα τῇ ἕξει ἡδυπαθῶν ὁ ἄνθρωπος, τὴν χάριν κατὰ μικρὸν ἐκδιώξῃ ἐξ ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ

ΚΑΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΥΟ ΤΡΟΠΩΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

ΕΝ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ ΙΕ'.

EJUSDEM

DE

QUIETUDINE ET DUOBUS ORATIONIS MODIS

CAPITA QUINDECIM.

α'. Δύω τρόποι εἰσὶν ἑνώσεως, μᾶλλον δὲ εἴσοδοι ἑκατέρωθεν τῆς νοερᾶς προσευχῆς, τῆς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐν καρδίᾳ ἐνεργουμένης, δι' ὧν ὁ νοῦς ἢ προλαμβάνει αὐτὴν ἐκεῖσε τῷ Κυρίῳ κολλώμενος κατὰ τὴν Γραφήν, ἢ κινουμένης τῆς ἐνεργείας κατὰ πρόοδον ἐν πυρὶ εὐφροσύνης ἕλκει τὸν νοῦν, ἢ δεσμεύει αὐτὸν πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐπίκλησίν τε καὶ ἕνωσιν. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἐνεργεῖ ὡς βούλεται, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ἔστιν ὅτε μία τῆς μιᾶς προηγεῖται ἔν τισιν, κατὰ τοὺς τρόπους οὓς προειρήκαμεν. Καὶ ποτὲ μὲν ἡ ἐνεργεια γίνεται ἐν καρδίᾳ, τῶν παθῶν δηλονότι μειουμένων, διὰ συνεχοῦς ἐπικλήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς θείας θέρμης ἀναφανείσης· ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον τὰ πάθη, φησὶν ἡ Γραφή· ποτὲ δὲ τὸ Πνεῦμα ἕλκει τὸν νοῦν πρὸς ἑαυτό, εἰς τὸ βάθος τῆς καρδίας ἄγχον αὐτὸν, καὶ τῆς συνήθους περιφορᾶς ἀπείργον, καὶ τότε οὐκ ἔτι αἰχμάλωτος εἰς Ἀσσυρίους ἄγεται ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σιὼν μετοικεσίαν ποιεῖται τὴν κρείττονα, ὥστε λέγειν καὶ αὐτὸν μετὰ τοῦ προφήτου· « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ· » καὶ πάλιν, « Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών· » καὶ τό· « Ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραὴλ, » ὁ πρακτικὸς καὶ θεωρητικὸς νοῦς δηλονότι, ὁ διὰ πρακτικῆς τὰ πάθη μετὰ Θεὸν νικῶν, καὶ αὐτὸν διὰ θεωρίαν ὁρῶν, καθ' ὅσον αὐτῷ ἐφικτόν. Τότε γὰρ ὁ νοῦς ὡς εἰς τράπεζαν δελεστάτην κληθεὶς, ἐν τρυφῇ θείᾳ εὐφραινόμενος ψάλλει· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με δαιμόνων τε καὶ παθῶν.

1. Duo sunt modi unionis, seu potius unus et alter aditus mentalis orationis a Spiritu in corde formatæ, per quos illam ingreditur animus Deo adhærens juxta Scripturam, vel operationem progressu movens in igne lætitiæ reducit intellectum, vel eum devincit ad Domini Jesu invocationem et unionem. Quamvis enim Spiritus in singulis operetur prout vult, ait Apostolus [1], aliquando tamen una operatio aliam præcedit, juxta præfatos modos. Et interdum operatio fit in corde, passionibus scilicet imminutis, et per continuam Jesu Christi invocationem divino fervore manifestato : Deus enim noster ignis consumens vitia, ut ait Scriptura [2]. Interdum vero Spiritus attrahit ad se intellectum, ad altitudinem cordis eum astringens, et ab agitatione solita liberans, et tunc jam non captivus in Assyrios Hierosolyma ducitur, sed Babylone ad Sion transit meliori transmigratione, ita ut et ipse cum propheta dicat : « Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem [3], » et iterum : « In convertendo Dominus captivitatem Sion [4], » et : « Exsultabit Jacob, et lætabitur Israel [5], » practicus scilicet et contemplativus intellectus qui per praxim post Deum vitia vincit, et hunc per contemplationem videt, qua fieri potest. Tunc enim animus quasi ad mensam lautissimam invitatus, divina suavitate gaudens psallit : « Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me, dæmones et passiones [6]. »

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ἐνεργεῖν τὴν προσευχήν.

β'. « Ἐν πρωΐᾳ σπεῖρον, φησὶν ὁ Σολομών, τὸ σπέρμα σου, » τὸ τῆς εὐχῆς δηλονότι, « καὶ ἐν ἑσπέρᾳ μὴ ἀφιέτω ἡ χείρ σου, » ἵνα μὴ διάστασιν

Quomodo oporteat facere orationem.

2. « Mane semina, inquit Salomon [7], semen tuum, » id est orationis, « et vespere ne cesset manus tua, » ne forte interruptionem habens con-

[1] I Cor. XII, 11. [2] Deut. IV 24. [3] Psal. LXIV, 2 [4] Psal CXXV, 1. [5] Psal. XIII, 7. [6] Psal. XXI, 5. [7] Eccle. XI, 6.

Digitized by Google

fruitatis oratio, exauditionis tempus prætermittat, « Quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud. » Et a mane quidem sedens in cathedra unius palmæ, intellectum de mente ad cor coge et in eo retine, et laboriose incurvatus, et pectus humerosque et collum graviter afflictans, perseveranter clamita mente et anima : « Domine Jesu Christe, miserere mei. « Deinde cum gemitu et labore, et forsan cum fastidio, tria nomina quasi unum cibum assidue habens et jugiter comedens (« Qui enim edunt me, dicitur [1], ») adhuc esurient transferens intellectum ad alterum dimidium : « Fili Dei, miserere mei, » et sæpe dictitans hoc dimidium, non debes perpetuo mutare hæc verba : non radicantur enim plantæ continuo translatæ. Imo comprime motum respirationis, ne absque necessitate respires : quippe aura spirituum de corde emissa obtenebrat mentem, et intellectum eventilatum illinc expellit, et eum vel captivum memoriæ tradit, vel ad alias jactatum cogitationes sine sensu ad incongrua inducit. Si autem videris inortas menti tuæ malorum spirituum immundas cogitationes et imagines, ne stupeas, et si bonæ cogitationes tibi affulserunt, ne his attendas ; sed comprimens, quantum potes, respirationem, et intellectum in corde concludens, et invocationem Domini Jesu assidue et permanenter repetens, brevi comburis illas et reprimis, eas invisibiliter divino flagellans nomine ; dicit enim Joannes Climax : « Nomine Jesu flagella inimicos, nulla enim validiora sunt arma sive in cœlo sive in terra. »

αὐτοὺς ἀοράτως διὰ τοῦ θείου ὀνόματος· φησὶ γαρ ὁ τῆς Κλίμακος· Ἰησοῦ ὀνόματι μάστιζε πολεμίους· οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον ὅπλον ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

καιροῦ τὸ τῆς εὐχῆς διηνεκῶς ἔχον, τὴν τῆς εἰσακουστῆς ὥραν λαχὼν ἀστοχήσῃ, « ὅτι οὐ γινώσκεις, φησὶ, ποῖον στοιχήσει, τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο, » καὶ ἀπὸ μὲν πρωΐας καθεζόμενος ἐν σπιθαμιαίᾳ καθέδρᾳ, ἄγχων τὸν νοῦν ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐν καρδίᾳ, καὶ κράτει αὐτὸν ἐν αὐτῇ, κύπτων δὲ ἐμπόνως, καὶ τὰ στέρνα, ὦμους τε καὶ τὸν τράχηλον σφοδρῶς περιαλγῶν, ἐπιμόνως κράζε νοερῶς, ἢ ψυχικῶς τὸ, « Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐλέησόν με· » εἶτα διὰ τὸ στενὸν καὶ ἐπίπονον, ἴσως, καὶ ἀηδῶς, διὰ τῶν συνεχῆς ἔχων (ὅπερ οὐκ ἔστι διὰ τὸ ἓν βρῶμα τοῦ τριωνύμου συνεχῶς ἐσθιόμενον. Οἱ γὰρ ἐσθίοντές με, φησὶν, ἔτι πεινάσουσι), μεταλλάττων τὸν νοῦν εἰς τὸ ἕτερον ἥμισυ, λέγε· « Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· » καὶ πολλαχῶς λέγων τὸ ἥμισυ, συνεχῶς οὐκ ὀφείλεις ἐκ ῥᾳθυμίας μεταλλάττειν αὐτά· οὐ ριζοῦνται γὰρ τὰ φυτὰ συνεχῶς μεταφυτευόμενα, κράτει δὲ καὶ τὸν ἀνασπασμὸν τοῦ πνεύμονος, ἵνα μὴ ἀδεῶς πνῇς· ἡ γὰρ αὔρα τῶν πνευμάτων ἀπὸ καρδίας ἀναδιδομένη, σκοτίζει τὸν νοῦν καὶ ῥιπίζει τὴν διάνοιαν ἐκεῖθεν αὐτὸν ἀπείργων, καὶ ἢ αἰχμάλωτον τῇ λήθῃ παραδίδωσιν, ἢ ἄλλα ἀντ' ἄλλων μελετῶν αὐτὸν παρατκευάζει, ἀναισθήτως εἰς ἃ μὴ δεῖ ἐ ρισκόμενον. Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὰς ἀκαθαρσίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων, ἤτοι λογισμῶν ἀναδιδομένας, ἢ μεταμορφουμένας ἐν τῷ νοΐ σου, μὴ θαμβηθῇς, κἂν ἀγαθὰ νοήματα πραγμάτων ἀναφαίνωνταί σοι, μὴ πρόσχῃς αὐτοῖς, ἀλλὰ κρατῶν τὴν ἐκπνοήν, ὡς δυνατὸν, καὶ τὸν νοῦν ἐν καρδίᾳ συγκλείων, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ συνεχῶς καὶ ἐπιμόνως ἐνεργῶν. ταχέως κατακαίεις καὶ συστέλλεις αὐτὰ, μαστίζων τῇ Κλίμακος· Ἰησοῦ ὀνόματι μάστιζε πολεμίους·

De respiration.

3. Comprimendam porro tibi esse respirationem testatur Isaias anachoreta de hoc loquens, et multi alii. Unus quidem : « Refrena, inquit, infrenem intellectum, quem nempe dispellit atque dispergit inimica potestas, propter incuriam post baptisma revertens cum aliis nequioribus spiritibus in animam negligentem, ut ait Dominus, et novissima faciens prioribus pejora. » Alius autem : « Debet monachus habere Dei memoriam pro respiratione. » Alius quoque : « Amor Dei præoccupet illius respirationem. » Et novus Theologus : « Stringe ipsam narium attractionem, ut non absque necessitate respires. » Et Climax : « Jesu memoria uniatur tuæ respirationi, et tunc cognosces quietudinis utilitatem. » Et Apostolus [2] : « Vivo jam non ego, vivit vero in me Christus, » operans et vitam divinam inspirans. Et Dominus : « Spiritus ubi vult spirat, » ait, exemplum sumens ex venti sensibilis spiramine. Quia autem purificati pignus spiritus et insitum verbum ut semen, juxta fratrem Domini Jacobum [3] suscepimus, quod seminatum, et quasi coalitum, et indivise participatum, nos deificat sine

Περὶ τῆς ἀναπνοῆς.

γ'. Ὅτι δὲ ὀφείλεις κρατεῖν τὴν ἐκπνοὴν, μάρτυς Ἡσαΐας ὁ ἀναχωρητὴς περὶ τούτου λέγων, καὶ ἄλλοι πολλοί. Ὁ μὲν, Κράτει νοῦν ἀκράτητον, ὠλούμενον δηλονότι, καὶ διασκεδαζόμενον ὑπὸ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, τῆς δι' ἀμέλειαν πάλιν μετὰ τὸ βάπτισμα ἐπαναστραφείσης, μετὰ καὶ ἄλλων πονηροτέρων πνευμάτων ἐν τῇ ῥᾳθύμῳ ψυχῇ, ὡς φησιν ὁ Κύριος, καὶ τὰ ἔσχατα ποιησάσης τῶν προτέρων χείρονα· ὁ δὲ, ὅτι Ὀφείλει ὁ μοναχὸς ἔχειν τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, ἀντὶ ἀναπνοῆς, ἄλλος δὲ, τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην, προλαμβάνουσαν αὐτοῦ τὴν ἐκπνοήν. Καὶ ὁ νέος Θεολόγος· Ἄγχων καὶ τὴν τῆς ῥινὸς ὁλκὴν, ἵνα μὴ ἀδεῶς πνῇς· καὶ ὁ τῆς Κλίμακος· Ἰησοῦ μνήμη ἑνωθήτω τῇ πνοῇ σου, καὶ τότε γνώσῃ ἡσυχίας ὠφέλειαν· καὶ ὁ Ἀπόστολος· Οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ ζῇ, ἐνεργῶν καὶ τὴν θείαν ζωὴν ἐμπνεόμενος· καὶ ὁ Κύριος· « Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, » φησὶ, τὸ παράδειγμα λαβὼν ἐκ τῆς πνεύσεως τοῦ αἰσθητοῦ ἀνέμου. Ἐπειδὴ καθαροὶ γεγονότες τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸν ἔμφυτον λόγον ὡς σπόρον, κατὰ τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον ἐδεξάμεθα, φυτευθέντα, καὶ οἱονεὶ συμπα-

[1] Eccli. xxiv, 29. [2] Galat. ii, 20. [3] Jac. i, 21.

Digitized by Google

γέντα ἐν μετοχῇ ἀμεθέκτῳ, καὶ ἀμιγῶς θεουργοῦντα ἡμᾶς ἀμειώτως τὸν ὑπερπλήρη δι' ἀγαθότητα, τῶν ἐντολῶν δὲ ὡς φυλακτικῶν τῆς χάριτος, ἀμελήσαντες, πεπτώκαμεν πάλιν εἰς τὰ πάθη δι' ἀμέλειαν, καὶ ἀντὶ ἀναπνοῆς Πνεύματος ἁγίου, πνευμάτων πονηρῶν πνεύσεις ἐπλήρωθημεν. Καὶ δῆλον ἡ χάσμη καὶ ὁ τανυσμὸς ἐκ τούτων γίνεται, ὡς λέγουσιν οἱ Πατέρες· ὁ γὰρ κτησάμενος τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαρθείς, ἐξ αὐτοῦ θερμαίνεται καὶ ἐμπνέεται τὴν θείαν ζωὴν, καὶ λαλεῖ, καὶ νοεῖ, καὶ κινεῖται, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ὅτι « Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν, φησὶν, ἐν ὑμῖν · » ὁμοίως πάλιν ὁ τὸ πράττει καὶ λέγει.

A commistione et imminutione superabundantis bonitatis, sed mandata gratiæ nutritia transgressi, ob incuriam in vitia recidimus, itaque pro Spiritus sancti afflatu, malorum spirituum flaminibus repleti sumus. Et evidenter oscitatio et tensus halitus ab his provenit, ut aiunt Patres : nam qui spiritum accepit ab eoque mundatus est, per ipsum calefit et divina vita afflatur, et loquitur, et intelligit, et movetur, juxta hanc Domini vocem : « Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis [1] ; » item qui ad hostem redit eique subjicitur, contraria facit atque dicit.

ἐναντίος ἔχων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κυριευθείς, τἀναντία

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ψάλλειν.

δ'. Ἀποκαμὼν, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος, ἀναστὰς προσεύξεται, καὶ πάλιν καθεσθεὶς, τῆς προτέρας ἐργασίας ἀνδρείως ἕξεται· εἰ γὰρ καὶ περὶ τοῦ νοὸς εἴρηκεν, ὅτε φθάσει τὴν τῆς καρδίας τήρησιν, τάδε ὀφείλειν ποιεῖν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀπεικὸς καὶ περὶ τῆς ψαλμῳδίας εἰπεῖν αὐτό. Λέγεται γὰρ ὅτι ἠρωτήθη περὶ τῆς ψαλμῳδίας ὁ μέγας Βαρσανούφιος, τὸ πῶς δεῖ ψάλλειν, καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αἱ ὧραι, καὶ αἱ ᾠδαὶ, ἐκκλησιαστικαί εἰσι παραδόσεις, καὶ καλῶς διὰ τὴν συμφωνίαν ἐδόθησαν. Οἱ δὲ Σκητιῶται οὔτε ὥρας ψάλλουσιν, οὔτε ᾠδὰς ἔχουσιν· ἀλλ' ἐργόχειρον, καὶ κατὰ μόνας μελέτην, καὶ κατ' ὀλίγον εὐχήν. Στήκων δὲ εἰς εὐχὴν, ὀφείλεις λέγειν τὸ Τρισάγιον, καὶ τὸ, Πάτερ ἡμῶν · παρακαλεῖν δὲ καὶ τὸν Θεὸν, τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ῥυσθῆναι, καὶ μὴ βραδύνειν εἰς αὐτήν· ὅλην γὰρ τὴν ἡμέραν ὁ νοῦς σου εἰς τὴν εὐχήν ἐστιν. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ γέρων, ὅτι ἡ κατὰ μόνας μελέτη, αὕτη ἐστὶν ἡ καρδιακὴ εὐχή. Ἡ δὲ κατ' ὀλίγον εὐχὴ, ἡ στάσις τῆς ψαλμῳδίας. Λέγει δὲ σαφῶς καὶ ὁ μέγας Ἰωάννης ὁ τῆς Κλίμακος· Ἔργον ἡσυχίας, ἀμεριμνία ἐν πᾶσι· προσευχὴ ἄοκνος, αὕτη ἐστὶν ἡ στάσις, καὶ τρίτον ἐργασία καρδίας ἄσυλος, αὕτη ἐστὶν ἡ καθέδρα τῆς προσευχῆς, εἴτ' οὖν ἡσυχίας.

Quomodo oporteat psallere.

4. « Qui fatigatus est, ait Joannes Climax, stans orabit, et iterum sedens, prius fortiter opus persequetur. » Quamvis enim hoc faciendum dixerit de intellectu, cum adeptus erit cordis custodiam, non tamen dedecet idem de psalmodia dicere. Fertur enim interrogatus de psalmodia magnus Barsanuphius quomodo psallere oporteat, respondisse senex : « Horæ et cantus, ecclesiasticæ sunt traditiones, et optime pro symphonia tradita sunt. Attamen Scitiotæ nec horas psallunt, nec cantus habent, sed laborant manibus, seorsim meditantur, et paulisper orant. Stans porro ad orationem, debes dicere *Trisagion*, et *Pater noster*, et rogare Deum ut a veteri homine libereris, nec tardus sis ad orationem, nam tota die mens tua orare debet. » Sic ostendit senex privatam meditationem esse ipsam cordis orationem, brevem vero orationem esse stationem ad psallendum. Clare insuper dicit magnus Joannes Climax : « Opus quietudinis est vacatio ab omni sollicitudine; oratio autem impigra, est statio ; ac tertio opus cordis sacrum, est sessio orationis seu quietudinis. »

Περὶ διαφορᾶς τῶν ψαλλόντων.

ε'. Τίς ἡ διαφορὰ, ὅτι οἱ μὲν πολλὰ ψάλλειν διδάσκουσιν, οἱ δὲ ὀλίγον, ἕτεροι δὲ οὐδ' ὅλως, ἀλλὰ μόνην τὴν εὐχὴν, καὶ κόπον, ἐργόχειρον τυχὸν, ἢ μετανοίας, ἄλλην τινὰ ἐργασίαν ἐπίπονον; Ἔστι δὲ ἡ λύσις τῶν τοιούτων αὕτη· Ὅσοι ἀπὸ πρακτικῆς διὰ πολλῶν κόπων καὶ χρόνων εὗρον τὴν χάριν, τοῦτο ὡς μαθόντες οὕτως ἑτέροις διδάσκουσιν. Ἀπειθοῦσι δὲ μὴ παραδεχόμενοι τοῖς ἐπιστημονικῶς, ἐλέει Θεοῦ, ἐν συντόμῳ διὰ θερμῆς πίστεως, ὡς φησιν ὁ ἅγιος Ἰσαὰκ εἰς αὐτὸ φθάσασι. Διὸ καὶ μέμφονται τοὺς τοιούτους ὑπὸ ἀγνωσίας καὶ οἰήσεως κλεπτόμενοι, καὶ ἑτέροις διαβεβαιοῦνται, ὅτι εἰ ἔστιν ἄλλως, πλάνη ἐστὶ, καὶ οὐ χάριτος ἐνέργεια. Καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα. Καὶ τὸ, « Ἀρχὴ σοφίας, κτῆσαι σοφίαν, » τὴν χάριν, φησὶν ἡ Παροιμία. Ἐπι-

De diversitate psallentium.

5. Unde ea est diversitas, ut alii multum psallere doceant, alii parum, alii minime, sed tantum orationem, laborem, manuum opus quodlibet, aut quoddam aliud pœnitentia opus laboriosum? — Ad hujusmodi responsio hæc est. Qui pro praxim multis et diuturnis laboribus invenerunt gratiam, idem tanquam sic edocti alios docent. Sed non audiunt nec approbant eos qui scite, miserente Deo, breviter fidei fervore, ut ait sanctus Isaac, eodem devenerunt. Itaque hos vituperant, ignorantia et præsumptione decepti, et aliis affirmant, quod secus sit, errorem esse, ut non gratiæ operationem. Nec sciunt facile esse in oculis Domini, juxta scriptum, confestim ditare pauperem. Et illud : « Principium sapientiæ possidere sapientiam, » de gratia dicit Proverbium [2]. Increpat autem Apostolus discipulos

[1] Matth. 20. [2] Prov. IV, 7.

Digitized by Google

qui tunc ignorabant gratiam, dicens [1] : « An non cognoscitis quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis, » id est præ incuria vestra non proficientes. Unde singulares in quibusdam orationis proprietates a Spiritu sancto peculiari modo inditas, ex incredulitate et superbia non approbant.

σκώπτει δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοὺς τότε μαθητὰς ἀγνοοῦντας τὴν χάριν, λέγων· « Οὐκ οἴδατε ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἰ μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε· » τουτέστι διὰ τὴν ἀμέλειαν ὑμῶν ἀπρόκοποι. Ὅθεν καὶ τὰ ἐξαίσια ἔν τισι τῆς προσευχῆς ἰδιώματα ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνεργούμενα ἰδιοτρόπως, ἐξ ἀπιστίας καὶ ὑψηλοφροσύνης οὐ παραδέχονται.

Contradictio ejus.

6. Dic mihi, o homo, si jejunet quis, temperetur, vigilet, stet, pœnitentiam agat, lugeat, pauperiem exerceat, nonne est hoc praxis? Cur igitur dicis absque praxi, psalmodiam tantum proferens, orationem acquiri non posse? An non et illa sunt praxes? Responsio. Si quis ore precetur, et mente aberret, quid prodest? « Unus ædificans, et unus destruens, quid prodest illis, nisi labor [2]? » Sed sicut ore, ita debet et mente operari, ut non inveniatur ore quidem justus, corde autem omni pigritia et immunditie plenus. Id confirmat Apostolus dicens [3] : « Si orem lingua, » id est ore, « spiritus meus orat, » scilicet vox mea, « mens autem mea sine fructu est. Oro spiritu, orabo et mente. » Et [4] : « Volo quinque verba loqui, » et reliqua. Testatur autem quid per hoc significet, Climax dicens in sermone de oratione : « Magnus magna et perfectæ orationis artifex hæc dicit : *Volo quinque verba sensu meo loqui*, et reliqua. Sunt autem opera multa, sed particularia sunt. » Magnum vero et universale opus, juxta Climacem, est mentalis oratio, per quam omne bonum reperitur. « Non est, inquit sanctus Maximus, cogitatione mortis terribilius, nec memoria Dei altius, » sublimitatem operis ostendens. Quidam vero, si sit gratia in præsenti tempore, audire nolunt, quia ob multam amentiam et ignorantiam obcæcati sunt et modicæ fidei.

Ἀντίρρησις αὐτοῦ.

ς'. Εἰπέ μοι, ὦ οὗτος, ἐὰν νηστεύῃ τις, ἐγκρατεύηται, ἀγρυπνῇ, ἵσταται, μετανοίας ποιῇ, πενθῇ, ἀκτημονῇ, οὐκ ἔστιν αὕτη πρᾶξις; Πῶς οὖν λέγεις χωρὶς πρακτικῆς, τὴν ψαλμῳδίαν προβαλλόμενος μόνον, προσευχὴν κρατῆσαι ἀδύνατον; Οὐχὶ ταῦτα πράξεις εἰσίν; Λύσις· Ἐάν τις τῷ στόματι προσεύχηται, καὶ ὁ νοῦς ῥέμβεται, τί ὠφέλησεν; Εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καταλύων, οὐδὲν ἀλλ' ἢ κόπους. Ἀλλ' ὥσπερ τῷ σώματι ἐργάζεται, οὕτως ὀφείλει καὶ τῷ νοΐ· ἵνα μὴ εὑρεθῇ τῷ μὲν σώματι δίκαιος, τῇ δὲ καρδίᾳ πάσης ἀκηδίας καὶ ἀκαθαρσίας πεπληρωμένος. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος διαβεβαιοῖ, λέγων· « Ἐὰν προσεύχωμαι γλώσσῃ, » τουτέστι στόματι, « τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, » ἤτοι ἡ φωνή μου· « ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Προσεύχομαι τῷ στόματι, προσεύξομαι καὶ τῷ νοΐ. » Καί· « Θέλω εἰπεῖν πέντε λόγους, » καὶ τὰ ἑξῆς. Μάρτυς δὲ, ὅ τι περὶ τούτου λέγει ὁ τῆς Κλίμακος· φησὶν ἐν τῷ περὶ προσευχῆς λόγῳ· Ὁ μὲν μέγας τῆς μεγάλης καὶ τελείας προσευχῆς ἐργάτης τάδε φησί· *Θέλω εἰπεῖν πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰσὶ δὲ ἐργασίαι πολλαί, ἀλλὰ μερικαί εἰσι. Μεγάλη δὲ καὶ περιεκτική, ὡς ἀρετῶν πηγή, κατὰ τὸν τῆς Κλίμακος, ἡ καρδιακὴ προσευχή ἐστι, δι' ἧς πᾶν ἀγαθὸν εὑρίσκεται. « Οὐκ ἔστι, φησὶν ὁ ἅγιος Μάξιμος, ἐννοίας θανάτου φοβερώτερον· οὐδὲ μνήμης Θεοῦ μεγαλοπρεπέστερον· » τὸ ὑπερέχον τοῦ ἔργου παραδηλῶν. Τινὲς δὲ οὐδὲ εἰ ἔστι χάρις ἐν τῷ νῦν καιρῷ θέλουσιν ἀκοῦσαι, ἐκ πολλῆς ἀναισθησίας καὶ ἀγνωσίας ἐσκοτισμένοι ὄντες καὶ ὀλιγόπιστοι.

7. Qui autem parum psallunt, bene, ut puto, faciunt, moderationem colentes (omne enim moderatum est optimum juxta sapientes), ut non totis animæ viribus in praxi impensis, mens in oratione negligens facta, ad eam relaxetur. Sed partito psallentes, plerumque orationi intendunt. Aliquando tamen mentali et assidua clamatione et perpetua immobilitate mens defatigata paulum quietis percipit sese ab angustia quietudinis in psalmodiæ latitudinem explicando. Hic ordo est optimus, et a viris docetur sapientissimis.

ζ'. Οἱ δὲ ὀλίγον ψάλλοντες, καλῶς, οἶμαι, ποιοῦσι, τὴν συμμετρίαν τετιμηκότες (πᾶν γὰρ μέτρον ἄριστον, κατὰ τοὺς σοφούς)· ἵνα μὴ τὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς ὅλην ἐν τῷ πρακτικῷ κενοῦντες, ὁ νοῦς ὀλίγωρος ἐν τῇ προσευχῇ εὑρισκόμενος, ἀτονῇ πρὸς αὐτήν. Ἀλλὰ μερικῶς ψάλλοντες, τὸ πλεῖστον ἐν τῇ προσευχῇ ἐκτείνονται. Ἴσως δὲ ἔστιν ὅτε τῇ νοερᾷ καὶ συνεχεῖ βοῇ καὶ τῇ ἐμμόνῳ πήξει ὁ νοῦς ἀθορύβων, μικρᾶς ἀναπαύσεως μεταλαμβάνει ἐν τῷ ἀπολῦσαι αὐτὸν εἰς τὸ πλάτος τῆς ψαλμῳδίας, ἀπὸ τοῦ ἀπεστενωμένου τῆς ἡσυχίας. Αὕτη ἡ τάξις ἀρίστη, καὶ διδαχὴ σοφωτάτων ἀνδρῶν.

8. Qui vero minime psallunt, bene faciunt, si sint in progressu. Illi enim opus non habent psalmodia, sed silentio, et indeficienti oratione, ac contemplatione, si pervenerint ad illuminationem. Cum Deo enim sunt uniti, nec eis expedit mentem suam avocare ab ipso, et in confusionem dejicere. « Scandalum est, ait Climax, obedienti propria voluntas, quieto autem orationis interruptio. » Mœ-

η'. Οἱ δὲ μηδόλως ψάλλοντες, καλῶς ποιοῦσιν, ἐὰν εἰσὶν ἐν προκοπῇ. Οὗτοι γὰρ οὐ χρῄζουσι λέγειν ψαλμούς, ἀλλὰ σιωπὴν, καὶ ἀδιάλειπτον προσευχὴν, καὶ θεωρίαν, ἐὰν ἔφθασαν εἰς φωτισμόν. Μετὰ τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡνωμένοι εἰσὶ, καὶ οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀποσπάσαι τὸν νοῦν αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ βαλεῖν αὐτὸν εἰς σύγχυσιν. « Πτῶμα μέν, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος, ὑπηκόῳ, τὸ οἰκεῖον θέλημα, ἡσυχίῳ δὲ προσευχῆς διά-

[1] II Cor. xiii, 5. [2] Eccli. xxxiv, 28. [3] I Cor. xiv, 14. [4] Ibid. 19.

Digitized by Google

στασις. » Μοιχεύει γὰρ τῶν τοιούτων ὁ νοῦς, ὅταν ἀποστῇ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης, ὡς ἀπὸ νυμφίου. Καὶ ἐν ἐλαχίστοις πράγμασιν ἐρωτικῶς ἔχεται. Τὸ διδάξαι δὲ καὶ ἑτέροις τὴν αὐτὴν τάξιν, οὐκ ἐν πᾶσιν ἐνδέχεται. Τοῖς μὲν ἰδιώταις ὑπηκόοις οὖσι καὶ ἀγραμμάτοις, ναί· διότι ἡ ὑπακοὴ ἐκ πάσης ἀρετῆς μετέχει, διὰ τῆς ταπεινώσεως. Ἀνυποτάκτοις δὲ οὐ δίδοται, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν εὐχερῶς, κἂν ἰδιῶται, κἂν γνωστικοὶ ὦσι· διότι ὁ αὐτόστοιχος οὐ δύναται ἐκφυγεῖν τὴν οἴησιν, δι' ἧς ἡ πλάνη ἐπακολουθεῖν πέφυκεν, ὡς φησιν ὁ ἅγιος Ἰσαάκ. Τινὲς δὲ μὴ ἐννοοῦντες τὴν μέλλουσαν βλάβην, πρὸς τὸ συνηθίσαι φασὶ καὶ ἀγαπῆσαι τὸν νοῦν τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, τοῖς τυχοῦσι ταύτην μόνην ἐνεργεῖν διδάσκουσιν· ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται, καὶ μάλιστα ἰδιορρύθμοις οὖσι. Ἔτι γὰρ τοῦ νοὸς αὐτῶν ἀκαθάρτου ὄντος δι' ἀμέλειαν, καὶ ὑψηλοφροσύνην, διὰ δακρύων μὴ προκαθαρθέντος, εἰδωλα μᾶλλον αἰσχρὰ λογισμῶν, καὶ οὐ προσευχὴν ἐνοπτρίζονται, τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὑπὸ τοῦ φοβεροῦ ὀνόματος ταραχθέντων, καὶ ἀνελεῖν βρυχόντων τὸν μαστίζοντα. Ἐὰν γὰρ ἀκούσῃ, ἢ διδαχθῇ ὁ ἰδιόρρυθμος περὶ τῆς ἐργασίας ταύτης, καὶ βούλεται κρατῆσαι αὐτὴν, ἓν ἐκ τῶν δύω μέλλει παθεῖν· εἰ μὲν βιάζεται, πλανᾶται, καὶ ἀνίατος μένει· εἰ δ' ἀμελεῖ, ἀπρόκοπος ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ καθίσταται.

θ'. Ἐρῶ δὲ κἀγὼ, ὡς ἀπὸ πείρας μικρὸν ἐγνωκώς· Ὅτε καθίσῃς ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἐν νυκτὶ ἡσυχάζων, συχνῶς δεόμενος τοῦ Θεοῦ, χωρὶς λογισμῶν ἐν ταπεινώσει, καὶ ἀτονήσει μὲν ὁ νοῦς κράζων, ἀλγήσει δὲ τὸ σῶμα, καὶ ἡ καρδία τῇ σφοδρᾷ πήξει τῆς συχνῆς ἐπικλήσεως τοῦ Ἰησοῦ, μηκέτι θερμαινόμενος, ἢ εὐφραινόμενος, ἐξ ὧν ἡ προθυμία, καὶ ἡ ὑπομονὴ τῷ ἀγωνιστῇ γεννᾶται, τότε ἐγερθεὶς στῆθι, καὶ ψάλλε κατὰ μόνας, ἢ μετὰ τοῦ συνόντος σοι μαθητοῦ, ἢ μελέτῃ τινὸς ῥητοῦ, ἢ μνήμῃ θανάτου, ἢ ἐνεργείᾳ χειρῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀσχολούμενος, ἢ τῇ ἀναγνώσει προσέχων ἱστάμενος μᾶλλον, ἵνα κόπον ἐμποιῇς τῷ σώματι. Καὶ ὅταν μὲν ἵστασαι κατὰ μόνας ψάλλων, λέγε τὸ Τρισάγιον, καὶ εἶθ' οὕτω τὴν προσευχὴν ψυχικῶς, ἢ νοερῶς, προσέχοντος τοῦ νοῦ τῇ καρδίᾳ. Ἐὰν δὲ ἐπίκειται ἀκηδία, λέγε καὶ ψαλμοὺς δύω, ἢ τρεῖς, καὶ τροπάρια κατανυκτικὰ ἄνευ μέλους· ὅτι οὐ μελῳδήσουσιν οἱ τοιοῦτοι, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἰς εὐφροσύνην ὁ τῆς καρδίας πόνος ὑπὲρ εὐσεβείας γινόμενος, καθώς φησιν ὁ ἅγιος Μάρκος, καὶ ἡ θέρμη τοῦ Πνεύματος πρὸς χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν αὐτοῖς διδομένη. Λέγε δὲ κατὰ ψαλμὸν, καὶ τὴν προσευχὴν νοερῶς, ἢ ψυχικῶς, ἀρεμβάστως, καὶ τὸ, Ἀλληλούϊα. Αὕτη γὰρ ἡ τάξις τῶν ἁγίων Πατέρων, Βαρσανουφίου, καὶ Διαδόχου, καὶ τῶν λοιπῶν. Καὶ, καθώς φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος, δεῖ τοὺς ψαλμοὺς καθ' ἡμέραν ἐναλλάττειν, διὰ τὸ ἐρεθίζειν εἰς προθυμίαν, καὶ ἵνα μὴ, φησὶν, ἀηδῶς ὁ νοῦς ἔχῃ πάντοτε τὰ αὐτὰ ψάλλων, ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῷ χρὴ παραχωρεῖν, καὶ ἔτι μᾶλλον εἰς προθυμίαν ἐρρωται. Ἐὰν δὲ μετὰ μαθητοῦ πιστοῦ ἵστασαι ψάλλων, ἐκεῖνος μὲν τοὺς ψαλμοὺς λεγέτω, σὺ δὲ τῇ καρδίᾳ κρυπτῶς προσέχων καὶ προσευχόμενος, τήρει

chatur quippe hujusmodi mens, a Dei memoria quasi a sponso discedens, et infimis rebus amorem prostituens. Idem autem ordo aliis suaderi non omnibus potest. Obedientibus quidem ignaris et illitteratis potest, quia obedientia omnem virtutem per humilitatem participat. Liberis autem, sive ignari, sive docti sint, non conceditur, ne facile errent, quia seorsum meditans non potest vitare præsumptionem, unde sequi solet error, ut ait sanctus Isaac. Quidam vero, non cogitantes futurum damnum, ad assuefaciendam, inquiunt, et alliciendam mentem ad Dei memoriam, quibus vis illam solam methodum suadent : quod non possibile est, ac præsertim his qui seorsim vivunt. Cum enim nondum mens eorum munda sit propter negligentiam et superbiam, lacrymis non lota, turpes cogitationum imagines, potius quam orationem speculantur, immundis cordis spiritibus tremendo nomine perturbatis, et frementibus ut auferant eum qui ipsos flagellat. Nam si audiat et doceatur illam methodum qui privatum vivit, unum ex duobus patietur malum : si luctetur quidem aberrat, et insanabilis fit, si vero sit negligens, nullum in tota vita profectum facit.

9. Dicam equidem, utpote experientia nonnulla edoctus, quando sedebis die vel nocte quietus, frequenter Deum precans sine cogitationibus in humilitate, et fatiscet mens clamitans, corpus vero dolebit, et cor acriter contentum ad frequentem Jesu invocationem, jam non sentiet fervorem aut lætitiam, quibus ardor et perseverantia militis foventur ; tunc surgens sta, et psalle solus aut cum tuo comite discipulo, vel meditationi alicujus verbi, vel memoriæ mortis, vel labori manuum, et aliis vacans, vel lectioni attendens, stans potius, ut corpus fatiges. Et cum stas solus psallens, recita Trisagion, aut etiam preces, anima vel mente, attendente cordi intellectu. Quod si instet acedia, recita etiam duos vel tres psalmos, et versiculos nocturnos absque cantu, quia « non cantabunt qui sunt hujusmodi, ait Climax. » « Sufficit enim ipsis ad gaudium labor cordis pro pietate susceptus, inquit sanctus Marcus, et fervor spiritus ad lætitiam et exsultationem eis datus. » Adhuc intra psalmum et preces anima vel mente haud vaganter factas, dic Alleluia. Hæc est enim methodus sanctorum Patrum, Barsanuphii, Diadochi, et aliorum. Atque, ut ait divus Basilius, « oportet psalmos in dies alternare, ad stimulandum ardorem, utque nunquam mens, inquit, eosdem psalmos fastidiat, sed libertas ei permittenda est, et sic majori accendetur studio. » Quod si cum discipulo fideli stas psallens, hic quidem psalmos recitet, tu vero corde intus attendentem et precantem tene teipsum. Omnes autem cogitationes, sive sensibilium, sive intelligibilium, in corde inortas asperneris, adjuvante oratione. Nam quietudo est cogitationum

Digitized by Google

quæ non sunt a divino Spiritu, depositio ad tempus, ne his attendens tanquam bonis, melius amittas.

σαυτόν. Πάντα δὲ τὰ νοήματα εἴτε αἰσθητὰ, εἴτε νοητὰ, τὰ ἀπὸ καρδίας ἀναδιδόμενα καταφρόνει, τῆς προσευχῆς συνεργούσης. Ἡσυχία γάρ ἐστιν ἀπόθεσις νοημάτων τῶν οὐκ ἐκ τοῦ Πνεύματος θειοτέρων, ἕως καιροῦ, ἵνα μὴ προσέχων τούτοις ὡς καλοῖς, τὸ μεῖζον ἀπολέσῃς.

De errore.

10. Attende igitur diligenter, Dei amans, in gnosi. Quod si opus agens, videris lucem aut ignem sive foris sive intus, nempe vel speciem Christi, vel angeli, vel cujusvis alius, ne illud admitte, ut non damnum subeas. Nec tu tibimet imaginanti attendens, sine mentem talia effingere. Hæc enim omnia externis intempestive efformata, in errorem animam inducunt. Siquidem principium orationis verum, est cordis fervor vitia comburens, et hilaritatem animæ inferens incunctato desiderio, et indubia certitudine cor confirmans. Nam quodcunque animam subit, aiunt Patres, tum sensibile, tum intelligibile, si cor de eo dubitet neque id accipiat, non est a Deo, sed ab adversario missum est. Et si videas mentem foras aut sursum abreptam aliqua invisibili potestate, ne illi credas, nec sinas eam abripi, sed statim reduc eam ad suum opus. « Quæ Dei sunt, inquit sanctus Isaac, a seipsis veniunt, tempore quo nescis. » Quanquam enim inimicus interior et naturalis lumborum, transformat spiritualia, pront vult, imaginationi alia pro aliis exhibens, et pro fervore quidem suum infrenem mœstum suggerens, ut gravetur tunc anima hujusmodi errore, pro gaudio autem lætitiam irrationalem et voluptatem lubricam substituens, ita ut superbia ex his et præsumptio parta cernatur, abdere seipsum inexpertis et deceptionem suam pro gratiæ operatione perhibere conatur; attamen tempus, experientia et sensus eum detegere solet non crasse ignorantibus ejus opera : « Guttur enim, ait Scriptura [1], gustu escas dijudicat, » id est, gustus spiritualis omnia patenter, qualia sint, certo detegit.

Περὶ πλάνης

ι'. Πρόσεχε οὖν ἀκριβῶς, Θεοῦ ἐραστὰ, ἐν γνώσει. Ἐπὰν ἐργαζόμενος τὸ ἔργον, ἴδῃς φῶς, ἢ πῦρ ἔξωθεν ἢ ἔσωθεν, ἢ σχῆμα δῆθεν Χριστοῦ, ἢ ἀγγέλου, ἢ ἑτέρου τινὸς, μὴ παραδέξῃ αὐτὸ, ἵνα μὴ βλάβην ὑποστῇς. Μηδὲ σὺ ἀφ' ἑαυτοῦ εἰκονικῶς προσέχων, ἐάσῃς τὸν νοῦν ἐκτυποῦν τοιαῦτα. Πάντα γὰρ ταῦτα ἔξωθεν ἀκαίρως μετασχηματιζόμενα, πρὸς τὸ πλανῆσαι τὴν ψυχὴν γίνονται. Ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς προσευχῆς ἡ ἀληθινὴ, ἡ καρδιακὴ θέρμη ἐστὶν, ἡ φλογίζουσα τὰ πάθη, καὶ ἱλαρότητα, ἢ χαρὰν τῇ ψυχῇ ἐμποιοῦσα ἀδιστάκτῳ πόθῳ, καὶ ἀνενδοιάστῳ πληροφορίᾳ τὴν καρδίαν βεβαιοῦσα. Πᾶν γὰρ τὸ ἐρχόμενον εἰς τὴν ψυχὴν, φασὶν οἱ Πατέρες, κἂν αἰσθητὸν, κἂν νοερὸν, καὶ διστάζει ἐν τούτῳ ἡ καρδία, μὴ παραδεχομένη αὐτὸ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπέμφθη. Κἂν ἴδῃς τὸν νοῦν ἔξωθεν ἢ ἄνωθεν ἑλκόμενον ὑπό τινος ἀοράτου δυνάμεως, μὴ πιστεύσῃς αὐτῷ, μηδὲ ἀφῇς αὐτὸν ἕλκεσθαι, ἀλλ' ἄγξον εὐθὺς αὐτὸν εἰς τὸ ἔργον αὐτοῦ. Τὰ τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ ἅγιος Ἰσαὰκ, ἀφ' ἑαυτῶν ἔρχονται, σοῦ τὸν καιρὸν μὴ εἰδότος. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἐχθρὸς ἔνδον ὁ φυσικὸς τῆς ὀσφύος μετασχηματίζει τὰ πνευματικὰ, ὡς βούλεται, φανταστικῶς ἄλλα ἀντ' ἄλλων, καὶ ἀντὶ μὲν θέρμης, τὴν αὐτοῦ ἀνώμαλον καῦσιν ἐπάγων, ὡς βαρεῖσθαι τότε τὴν ψυχὴν ἐν τοιαύτῃ ἀπάτῃ· ἀντὶ δὲ εὐφροσύνης χαρὰν ἄλογον καὶ ἡδύτητα κάθυγρον προσάγων, οἵησιν ἐκ τούτων, καὶ τῦφον ὁρᾶσθαι τικτόμενον, λανθάνειν ἑαυτὸν τοῖς ἀπείροις, καὶ ὡς χάριν ἐνεργοῦσιν τὴν αὐτοῦ πλάνην ἡγεῖσθαι βιάζοιτο· ἀλλ' οὖν ὁ χρόνος, καὶ ἡ πεῖρα, καὶ ἡ αἴσθησις φανερὸν ποιεῖν αὐτὸν πέφυκε, τοῖς μὴ σφόδρα ἀγνοοῦσι τὴν αὐτοῦ πανουργίαν. « Φάρυγξ γὰρ, φησὶν ἡ Γραφὴ, βρώματα διακρίνει. » Τουτέστιν, ἡ γεῦσις πνευματικῶς [*ἴσ.* πνευματικὴ] δῆλα πάντα ὁποῖά εἰσι, δείκνυσιν ἁπλανῶς.

De lectione.

11. « Sint tibi operanti, ait Climax, lectiones practicæ. Has enim facienti superflua est alia lectio. Lege autem semper libros de quiete et oratione : puta, opera Climacis, sancti Isaac, sancti Maximi, novi Theologi, discipuli ejus Stethati, Hesychii, Philothei Sinaitæ, et talium talia · quæcunque. Reliqua vero prætermitte ad tempus, non tanquam rejicienda, sed tanquam non conducentia ad scopum mentem in eorum indagatione ab oratione dimotam. Lege porro solus, non vocem jactantia inflans, nec cum studio facundiæ procedens, nec eloquii venustate aut canora suavitate captus, nec absens tanquam præsens cupiditate raptus aliquibus placendi, nec cum inexplebili aviditate, quia omne moderatum est optimum, nec oscitanter et

Περὶ ἀναγνώσεως.

ια'. Ἔστω σοι ἐργάτῃ ὄντι, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος, τὰ ἀναγινωσκόμενα πρακτικά. Τούτων γὰρ ἡ ἐργασία περιττὴν ποιεῖται τὴν τῶν λοιπῶν ἀνάγνωσιν. Ἀνάγνωθι δὲ ἀεὶ τὰ περὶ ἡσυχίας καὶ προσευχῆς· οἷον εἰς τὴν Κλίμακα, εἰς τὸν ἅγιον Ἰσαὰκ, τὰ τοῦ ἁγίου Μαξίμου, τὰ τοῦ νέου Θεολόγου, τὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Στηθάτου, τὰ τοῦ Ἡσυχίου, τὰ τοῦ Φιλοθέου τοῦ Σιναΐτου, καὶ τῶν τοιούτων ὅσα τοιαῦτα. Τὰ δὲ λοιπὰ ἄφες ἕως καιροῦ, οὐχ ὡς ἀπόβλητα, ἀλλ' ὡς μὴ συμβάλλοντα τῷ σκοπῷ, τὸν νοῦν εἰς ἱστορίαν αὐτῶν μετακινοῦντα ἀπὸ τῆς προσευχῆς. Ἔστω σου δὲ ἡ ἀνάγνωσις κατὰ μόνας, μὴ ἐν φωνῇ κόμπου μεγαλαυχου, μὴ ἐν σπουδῇ εὐγλωττίας πορευτῶς, ἢ καλλιεπείᾳ λόγου ἢ ἐμμελοῦς ἡδονῆς ἢ ἀπὼν ὡς παρὼν ἐμπαθῶς συλούμενος ἀναισθήτως

[1] Job. xxxiv, 3.

Digitized by Google

πρός τινων ἀρέσκειαν, μηδὲ πάλιν ἁπλήστως· ὅτι πᾶν μέτρον ἄριστον, μηδὲ τραχέως, μηδὲ νωθρῶς καὶ ἠμελημένως, ἀλλὰ σεμνῶς, ἐπιεικῶς, εὐσταθῶς, συνετῶς, εὐρύθμως, νοερῶς τε καὶ ψυχικῶς, ἢ καὶ λογικῶς. Ἐν τούτοις γὰρ ἐνδυναμούμενος ὁ νοῦς, ἰσχὺν ἐν ἕξει λαμβάνει, εἰς τὸ προσεύχεσθαι κραταιῶς. Ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις ἐναντίοις τούτων, σκότωσίν τε καὶ χαύνωσιν, καὶ ἔκστασιν κτᾶται· ὥστε ἀλγεῖν καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ εἰς τὴν προσευχὴν ἀτονεῖν.

perfunctorie, sed graviter, decenter, firme, intelligenter, numerose, cum intellectu, anima et ratione. In his enim corroborata mens, vires habitu acquirit ad fortiter orandum. In præfatis autem horum contrariis, cæcitatem, desidiam et perturbationem incurrit, ita ut doleat in cerebro intellectus, et ad orationem debilitetur.

ιβ'. Πρόσεχε δὲ καὶ τῇ προθέσει καθ' ὥραν, ἐν ἀκριβεῖ ἐρευνᾷν, ποῦ ῥέπει, εἰ κατὰ Θεὸν δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἕνεκα ψυχικῆς ὠφελείας κάθησαι ἡσυχάζων, ἢ ψάλλων, ἢ ἀναγινώσκων, ἢ προσευχόμενος, ἢ τὴν οἰανοῦν ἀρετὴν ἐργαζόμενος, ἵνα μὴ συλᾶσαι ἀγνώστως· μήπως εὑρεθῇς τῷ μὲν σχήματι ἐργάτης, τῷ δὲ τρόπῳ καὶ τῇ διανοίᾳ ἀνθρώποις, καὶ οὐ Θεῷ ἀρέσκειν βουλόμενος. Πολλὰ γὰρ τὰ ἐνεδρα τοῦ δολίου, καὶ σφόδρα κρυφίως βλέπει τὴν ῥοπὴν τῆς προθέσεως ὡς ἀγνοούμενος τοῖς πολλοῖς, καὶ ἀεὶ βούλεται συλᾷν τὸ ἔργον ἀγνώστως, ἵνα μὴ κατὰ Θεὸν γένηται τὸ γινόμενον. Εἰ γὰρ καὶ ἀνενδότως πολεμεῖ, καὶ ἀναιδῶς προσέρχεται, ἀλλὰ σὺ βεβαίαν τὴν πρόθεσιν εἰς Θεὸν ἔχων, οὐ συλᾶσαι συχνῶς, κἂν ἀκουσίως ῥεμβεσθαι ὑπ' ἐκείνου βιάζηται ἡ ῥοπὴ τοῦ θελήματος. Καὶ ἴσως ἢ καὶ ἐξ ἀσθενείας ἡττᾶταί τις ἀκουσίως, ἀλλ' ἑτοίμως συγχωρεῖται καὶ ἐπαινεῖται παρὰ τοῦ τὰς προθέσεις καὶ τὰς καρδίας γινώσκοντος. Τοῦτο τὸ πάθος, τῆς κενοδοξίας λέγω, οὐκ ἐᾷ τὸν μοναχὸν προκόψαι εἰς ἀρετήν· ἀλλὰ τοὺς κόπους ὑπομένει, καὶ ἐν γήρᾳ εὑρίσκεται ἄκαρπος. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς τρισὶν ἐπεμβαίνει ἀεὶ καὶ γυμνοῖ αὐτοὺς τῆς ἐργασίας τῶν ἀρετῶν, ἀρχαρίῳ λέγω, καὶ μέσῳ, καὶ τελείῳ.

12. Attende etiam intentioni quocunque tempore, diligenter scrutans quo vergat, an ipsum bonum propter Deum facias, an propter animæ utilitatem sedeas quietus, vel psallens, vel legens, vel orans, vel quamlibet exercens virtutem, ut non diripiaris inscius, nec inveniaris specie quidem operans, intentione vero et cogitatione hominibus, non Deo placere cupiens. Multæ sunt enim calidi hostis insidiæ, et occultissime, ut multos latens, intuetur flexum intentionis, et semper quærit clam opus furari, ut non propter Deum fiat quod fit. Sed quamvis te indesinenter impugnet ac impudenter invadat, tu tamen fixam in Deum intentionem habens, ne frequenter abripiaris, etiamsi invita evagari cogatur ab illo inclinatio voluntatis. Et licet ob infirmitatem aliquis vincatur invitus, promptam tamen veniam et laudem accipit ab intentionum et cordium scrutatore. Verum hoc vitium, scilicet vana gloria, non sinit monachum in virtute progredi, sed labores subit, et senex sine fructu invenitur. Etenim tribus semper subrepit, et opera virtutum subripit, scilicet incipienti, medio atque perfecto.

ιγ'. Τοῦτο δὲ μαθὼν λέγω, ὅτι χωρὶς τῶν ἀρετῶν τούτων μοναχὸς οὐ προκόπτει ποτε, νηστείας, ἐγκρατείας, ἀγρυπνίας, ὑπομονῆς, ἀνδρείας, ἡσυχίας, προσευχῆς, σιωπῆς, πένθους, ταπεινώσεως· εἰσὶ γὰρ γεννητικαὶ ἀλλήλων καὶ φυλακτικαί. Ἀπὸ γὰρ νηστείας συνεχοῦς μαραινομένη ἡ ἐπιθυμία, τίκτει τὴν ἐγκράτειαν· ἡ ἐγκράτεια, τὴν ἀγρυπνίαν· ἡ ἀγρυπνία, τὴν ὑπομονήν· ἡ ὑπομονή, τὴν ἀνδρείαν· ἡ ἀνδρεία, τὴν ἡσυχίαν· ἡ ἡσυχία, τὴν προσευχήν· ἡ προσευχή, τὴν σιωπήν· ἡ σιωπή, τὸ πένθος· τὸ πένθος, τὴν ταπείνωσιν· ἡ ταπείνωσις ἀντιστρόφως τὸ πένθος. Καὶ καθεξῆς ἀνάπαλιν αἱ θυγατέρες τὰς μητέρας πῶς γεννῶσιν, ἀναλυτικῶς εὑρήσεις. Ταύτης οὖν τῆς ἀλληλογενεσιουργίας μείζων ἐν ἀρεταῖς οὐκ ἔστι. Τὰ γὰρ ἐναντία τούτων, πᾶσι πρόδηλα.

13. Hoc etiam expertus dico : Sine his virtutibus monachus non proficit unquam, scilicet absque jejunio, temperantia, vigilia, patientia, fortitudine, quietudine, oratione, silentio, luctu, humilitate : se enim invicem congenerant et conservant. Nam perenne jejunium concupiscentiam extenuans parit temperantiam ; temperantia vigiliam, vigilia patientiam, patientia fortitudinem, fortitudo quietem, quies orationem, oratio silentium, silentium luctum, luctus humilitatem, humilitas vicissim luctum. Atque deinceps iterum filiæ matres quomodo gignant, per analysim reperies. Hac igitur mutua generatione major in virtutibus non est. Namque harum contraria sunt omnibus manifesta.

ιδ'. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς κόπους καὶ τοὺς πόνους τῆς ἐργασίας ἐνταῦθα τάξαι, καὶ πῶς δεῖ μετελθεῖν ἑκάστην ἐργασίαν, σαφῶς ἐκθέσθαι· ἵνα μὴ ἀπόνως τις ἐξ ἀκοῆς ὁδεύων, τοῦ καρποῦ ἀποτυχὼν, ἡμᾶς, ἢ τινας αἰτιάσηται, ὡς οὐκ ἔστι καθὼς εἰρήκαμεν. Ὁ γὰρ πόνος τῆς καρδίας, καὶ ὁ τοῦ σώματος κόπος, οἶδεν ἔργον ἀληθείας ποιεῖν. Ἐξ ὧν ἡ ἐνέργεια τοῦ ἁγίου Πνεύματος φανεροῦται, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος διδομένη σοὶ, καὶ παντὶ πιστῷ, ἡ διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἀμελείας τοῖς πάθεσι συγχωσθεῖσα, καὶ τὴν μετάνοιαν ἡμῶν ἀναμένουσα δι' ἄφατον ἔλεος· ἵνα

14. Oportet hic quoque labores et industrias operationis referre, et quomodo faciendum sit quodcunque opus clare exponere, ut non sine labore aliquis ex auditione ambulans, fructu haud percepto, nos aliosve accuset, eo quod nunquam de hoc locuti essemus. Nam industria cordis et corporis labor sciunt opus veritatis facere. Ex quibus operatio Spiritus sancti manifestatur, per baptismum tibi data et omni fideli, sed propter mandatorum omissionem passionibus abscondita, et nostram pœnitentiam exspectans ineffabili mi-

Digitized by Google

sericordia, ut non in fine absque fructu reperti hoc audiamus : « Tollite ab eo talentum, » et illud : « Quod videtur habere, auferetur ab eo [1], » et nos in supplicia ejiciat, æternum in gehenna cruciandos. Omnis enim operatio corporalis et spiritualis sine industria et labore facta, facienti nullum unquam afferet fructum, quia « Regnum cœlorum vim patitur, inquit Dominus, et violenti rapiunt illud [2], » vim appellans laboriosam corporis in omnibus vexationem. Unde, cum multi multos forsan sine labore annos degerint vel degant, nec industrie in fervido cordis ardore labores faciant, vacui a munditia et Spiritus sancti expertes facti sunt, rejecta laborum asperitate. Qui enim negligenter et ignave operantur, videntur forsan multum laborare ; nunquam tamen fructum gustant, utpote industriæ ac doloris penitus expertes. Quod testatur qui dicit : « Si omnes præclaras geramus actiones, cor vero dolens non habeamus, illæ spuriæ ac rancidæ fiunt. Item aliquando indiligenter ambulantes, præ acedia in distractiones direpti inutiles, obtenebramur, visi in his requiem invenire, quod non est, sed insolubilibus fasciis invisibiliter ligati, immobiles et inertes in omni opere fimus, desidia in nobis completa, præsertim si incipientes simus. Perfectis enim omnia ad mensuram utilia sunt. » Idem testatur magnus Ephraim dicens : « Laborem labora laboriose, ut effugias irritorum laborum labores. Si non, juxta prophetam [3], renes nostri deficiant et dissolvantur jejunii labore, et dolores concipiamus quasi parturientis fetum lassa cordis compage, non gestabimus spiritum salutis in utero cordis, sicut audiisti, sed in tempore tantum, et sterili deserto, et otio, et quiete, putantes nos esse aliquid, gloriamur, die vero exitus indubie fructum omnem omnes agnoscemus.

15. Nemo potest a seipso virtutum scientiam discere, licet aliqui experientia tanquam magistra usi sint. Nam a seipso sine præcedentium consilio agere, præsumptionem habet seu potius parere solet. Si enim « Filius a se non facit quidquam, sed quæcumque demonstrat ei Pater, hæc similiter facit [4], » et Spiritus « non loquitur a semetipso [5], » quis est hic tantum adeptus virtutis apicem, ut non indigeat alio quodam ipsum ducente ? amentiam potius quam virtutem habere videtur, et aberrat. Ideo suadere oportet scientibus labores practicæ virtutis, ut hæc satagant, scilicet jejunium famelicum, temperantiam ab omni voluptate, vigiliam assiduam, genuflexionem molestam, laboriosam in stando immobilitatem, orationem continuam, humilitatem sinceram, contritionem et gemitum indeficientem, silentium sapiens et quasi sale conditum, atque in omnibus patientiam. Neque enim

[1] Matth. xxv, 18, 28, 29. [2] Matth. xi, 12. xvi, 15.

